



CONSILIORVM
SIVE RESPONSORVM
CAROLI BARDELLONI
IVR. CONS. CELEBERRIMI,

PATRICII MANTVANI,

MAGISTRATVS IN MONTISFERRATO PRAESIDIS,
Et Sereniſſimi Mantuæ DVCIS Ibidem Conſiliarij,

Volumen Secundum.

QVO PRAECIPVE EXQVISITIORES IVRIS
CONTROVERSIAE FELICISSIME TERMINANTVR.

Nonnullorumq. primæ claſſis Iuriſconſultorum opiniones eruditiſſimè confutantur.

Acceſſit Index, Argumentorum, & rerum notabilium luculentiſſimus.

AD SERENISSIMVM
FERDINANDVM GONZAGAM
MANTVÆ, ET MONTISFERRATI DVCEM.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.





VENETIIS, MDCXVI.

Apud Ioannem Guerilium.





SERENISSIMO PRINCIPI.

D. D. FERDINANDO GONZAGÆ

DVCI MANTVAE, ET MONTISFERRATI


DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

Carolus Bardellonus P. P. F.

V O D inſolens ferè mihi inexpectanti, & vix deſiderij ſecuro contigit, (Dux Sereniſſime) vt ſuſceptos pro æternę memoriæ Duce Vincentio parente labores, filijs eius, profeſſione pietatis, ac oſtentatione operis approbarem: Exſolutio debiti hæc, non enumeratio meritorum. Cui enim honeſtius, quàm Principibus inſudatur, quorum commodis nulli conatus noſtri ſatis ſunt? & vita omnis ea cura tranſacta, cum ingratitudinis notam effugiat, non tamen plus inertia demeretur? Ea tamen comitate teque, ac maiores tuos nacti ſumus, vt in quæſtum retrahere, non acta ſolum, ſed & his impares vires noſtras poſſimus, ſecuri apud te quoque meruiſſe, niſi torpore, & contumacia delinquamus. Otium quoque a Principe habitum, vt meo commodo ſubtraho, ſic beneficij loco habeo, neque fruſtra permiſſum, quod auctori, patriæ, Principique iuxta deſeruiat, quodque non minus Reipublicæ, quàm vbi ſecreta conſiliorum agitabam, conducat. Acriter omnes miniſterio enitimur, Princeps iudicio, ac delectu pollet, cui fidat, quem efferat ſeponi, aut deligi, ex libidine, & prudentia eſt, & cum omnibus intendam, quid anteferam non habeo. Clamante ſapiente, Infelix conſilium, quod mutari non poteſt. Hæc omnia vt mihi ſtimulos addidere, nouo Volumine Conſiliorum detegere tibi quo otio exercear, (cum alterum Sereniſſimo Franciſco fratri tuo dicauerim) ſic hærentem impulit tentatam antè viam tenere: vt nobiliſſimo Celſitudinis tuæ ingenio hos labores affricarem, vt velut è Lydio,

a 2 anſa-

an ſatis egerim, comperirer. Non librorum atque adeo ſententiarum idem ſenſus eſt, ſed nec eadem vis iudicij: Vt cenſuram alij ſubterfugiant, deſiderent alij, neque ſuis niſi alieno guſtu delectentur. Vaſtitas iſta Legum, cui plures annos dediſti operam, vt multitudine obruit, ſic commentationis indiget: quæ diſcuſſis ambagibus, res velut in terminis offerat, Iuriſperitorum ſenſa recludat, & arduam facultatem compendio explanet. Id Reſponſis optimè tranſigi multi credidere, & Fori conſenſus lectione, vſu, exemplo firmauit. Tu pro ingenita erga ſubditos tuos facilitate, Legumque honore, & annues, & ſcriptoris exiſtimationi conſultum, glorioſò tota Europa, virtutum ac ſcientiarum commendatione NOMINE tuo præfixo, concedes. Vale.



TYPOGRAPHVS LECTORI S.



Esquiannus est, Candide Lector, & si quid excurrit, ex quo Primum Consiliorum Librum Nobilissimi viri, & Clarissimi Iurisconsulti Caroli Bardelloni, Patricij Mantuani, prælo meo subiectum publici iuris feci. Nunc, quæ Authoris est humanitas, & in me beneuolentia, Secundum Consiliorum Librum ad me transmissum, eodem candore, & studio tui studiosus in lucem edo. Et sanè si vnquam alius ex Iurisconsultis præclaris ingenij sui monumentis posteritatem sibi deuinxit, certè hic idem præclarè illud præstitit: Non quod ego hac in re me iudicem interponam, quippe typorum sat diues, sed litterarum sublimiorum ignarus, sed quod ex alijs Clarissimis, & æquissimis rerum æstimatoribus accipio, tibi prædico. Si enim Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci, *ecce tibi variam subtilitatem, & perspicuitatem, & subtilem, & perspicuam varietatem, vnde & suauitatem, & vtilitatem tanquam ex penu vberrimo depromere, & in tuum succum conuertere queas. Et quid mirum? sunt enim hæc profecta a culmine prudentiæ, & eruditionis, vtpote cuius ingenium omnium scientiarum encyclopædia excultum bona Dea voluit, & quid inde nisi præclara queant proficisci? quid nisi tanto genitore digna soboles? Sed quid ago nequicquam tanti viri impar encomiastes? Res ipsa loquitur; nec vino vendibili opus est suspensa hedera. Tu, Candide Lector, hisce fruere; & propediem huius Authoris præter reliqua Consiliorum volumina, alia præclara expecta opera.*

Vale.

INDEX ARGVMENTORVM ET RVBRICARVM,

OMNIVM RESPONSORVM IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

tur

non

ne

& quid

FINIS.

I N D E X

RERVM ET VERBORVM,

QVAE OBSERVATIONE DIGNA SVNT,

in hoc Responsorum libro contentorum, serie Alphabetica digestus.

In quo prior numerus Responsa, alter marginales notas indicat.



Liber Secundus.

50. Di-

Com-

I N D E X.

Con-

intelligi

Pro-

Dona-

Excul.

Ve-

tris

I

nunc

I N D E X.

INDEX.

Fide-

I N D E X.

M

spectu

Ex

I N D E X.

N

O

Non

Quan-

Pro-

R

Repro-

S

de

sticos

T

Si

F I N I S.



CONSILIORVM

SIVE RESPONSORVM PRAECLARISSIMI IVRISCONSVLTI, D. CAROLI BARDELONI MANTVANI

Præsidis Magistratus Montisferrati.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Fellonia quid sit.*
2 *Fellonia dicitur omnis culpa, & omne crimen, propter quod Vasallus fundo priuatur, ac maleficium num. seq.*
4 *Fellonìam quando committat Vasallus in personã Domini directè.*
5 *Delictum in personam Domini quando directè commissum dicatur.*
6 *Rebelles & infideles Imperij qui sint, & n. 9. 10. 11. 12. & 13.*
7 *Offensa in personam Domini consideratur in diminutione honoris, & status perturbatione.*
8 *Contra statum sui Principis facere dicitur, qui vult diuertere statum ad aliud regimen.*
14 *Rebellis feudo priuatur vti reus læsæ Maiestatis.*
15 *Læsæ Maiestatis reus quisnam dicatur.*
16 *Læsæ Maiestatis crimen is propriè committit, qui Imperio suppositus ab obedientia se realiter subtrahens hostis animum assumit, et se Domino suo aduersarium facit.*
17 *Vasallus Cæsaris qui arma mouit contra Cæsarem ad Regem Gallum Cæsaris hostem confugiendo, incidit in crimen læsæ maiestatis, & feudis priuatur, maximè prius per edictum à Cæsare inuitatus ad eundum secum in expeditionẽ, & licet caput belli non sit nu. 19 & 20.*
18 *Causa priuationis feudi est, si Vasallus fuit rebellis contra Dominum arma sumendo, exercitum conscribendo, & huiusmodi.*
21 *Vasallus, qui contrahit amicitiam cum inimico Domini sui ad ipsius Domini detrimentum feudis priuatur, secus si non in contemptum Domini, sed vt bona sua recuperet nu 45. & requiritur dolus vel odium Vasalli quem vel quod Dominus feudi probare debet, nu. 50. & seq.*
22 *Vasallus deserens Dominum suum in prælio, licet reuertatur priuatur feudo.*
23 *Vasallus adiuuans hostes Domini dãdo eis annonã, arma. vel transitum per loca sua in iniuriam Domini, & illius damnum, feudo priuari debet.*
24 *Vasallus qui transfugit ad hostes Domini sui feudo priuatur.*
25 *Vasallus non subditus crimen læsæ maiestatis in Imperatorem, vel Dominum suum non committit, nisi saltem sit illius subditus ratione originis, vel incolatus.*
26 *Vasallus subditus tantum ratione solius feudi dici nequit reus maiestatis in Dominum suum, & quare.*
27 *Subditus & si quis efficiatur ratione delicti non tamen vt per eum incurratur crimen læsæ maiestatis, declaratur, nu. 33. & 34.*
28 *Subditus & si quis delinquendo efficiatur. vt puniri possit, in actu tamen delinquendi subditus non existit, nec donec deliquerit, nisi alias esset eius Dominus tempore delicti.*

29 *Aliud est esse vasallum, aliud esse subditum vel incolam.*

30 *Vasallus ortum ducens in loco, seu feudo imperiali dicitur subditus Caesaris ratione originis quoad reatum lesae maiestatis, id procedit in habitare, num seq.*

32 *Clem Pastoralis de sent. & re iud. declaratur.*

35 *Vasallagium licet quoad omnes effectus nō faciat subditū in reatu lesae maiestatis, facit tamē subditum, quoad feudi priuationem.*

36 *Vasallus arma mouens contra Dominum vel eius statum feudum non amittit, alio non constito ex parte Domini.*

37 *Peccatum nullum nisi voluntarium.*

38 *Voluntas, & propositum distinguunt maleficia.*

39 *Fellonia sine dolo non committitur.*

40 *Dolus requiritur in causis feudi priuatiuis, nec sufficit culpa.*

41 *Vasallus reuelans secreta Domini simpliciter, & bona mente feudum non amittit.*

42 *Vasallus mittens nuncium vel literas ad hostes Domini bona fide. feudo non priuatur, & ita si iusto metu vel rebus desperatis ad deditionem fuerit coactus.*

43 *Vasallus assistens Dominum animo se ipsum vel patriam suam defendendi etiam contra eundē met Dominum feudum non amittit.*

44 *Faciendi causa non factum inspici debet.*

46 *Onus probandi malum animum vasalli delinquētis spectat ad Principem, & nu. 54. Declara tamen, vt nu. 67.*

47 *Dolus nec delictum praesumitur nisi probetur.*

48 *Interpretatio semper facienda est quae sit exclusiua delicti.*

49 *Vasallus aliquid faciens contra Dominum suum per errorem fecisse praesumitur.*

52 *Cumans & alij relati per Mozz. de feud. Rubr. vlt nu 73. & Intrigl. de feud cēt. 1. quaest. 89. nu. 72. & alij relati per Rosent. de feud cap. 12. nu. 15. in Glos d. reprobantur.*

53 *Perfidia vasalli probari debet.*

55 *Qualitas est probanda in quocumque actu quando est causa, vt aliquid admittatur vel reijciatur et maximè vbi agitur de imponenda poena, nume. seq.*

57 *Vasallus si dat operam rei illicitae sufficit Domino constare de solo ipso facto, quia exinde dolus praesumitur, nu seq.*

59 *Vasallus reuelans secreta Domini sui ita demùm feudum amittit si malitiosè reuelauit, Cui autē spectet probare reuelationem dolosam, numero seq.*

61 *Vasallus qui arma mouit contra Caesarem probare debet se motum iusta ac legitima causa, & nu. 63. 64 65. 66.*

62 *Vasallus feudo spoliatus ex causa belli assumpti contra Dominum suum antequam audiatur probare debet se fuisse iniustè spoliatum.*

68 *Principis Decreto non statur circa Felloniam vasalli, vt feudo priuetur, cum agatur de interesse proprio & tertij praeiudicio, num seq. Amp. numero 70. & 71. Sed contra, vt num. 86. 87. 88. 89 & 114.*

72 *Imperator sicut feudum vasallo sine causa tollere nequit, ità illi asserenti causam subesse non creditur in his, quae iuri gentium sunt contraria.*

73 *Assertio vbi rem de illicita licitam facit illa ad iustificandum prolata nihil probat.*

74 *Dec. cons. 544 repetitur cons. 606. discutitur & impugnatur, & nu. 113.*

75 *Principis assertioni regulariter standum est maximè quoad eius subiectos.*

76 *Princeps dicitur iustitiae plenus, & omnia prout conuenit deliberatè facit.*

77 *Nil maius & sanctius est in terris Imperiali maiestate.*

78 *Princeps quicquid facit, facit vt Deus.*

79 *Imperatoris est summa potestas in terris circa temporalia prout Dei in caelis.*

80 *Princeps omnia iustè & legitimè agere praesumitur maximè facta ex certa scientia, & circa hoc standum est eius assertioni. nu. 82.*

81 *Princeps iudicium facit ex fide & religione.*

83 *Princeps iudicare non tenetur secundum acta & probata, sed sequi potest propriam conscientiam.*

84 *Princeps veritatem potius quàm iuris ordinem vel caeremonias inspicere debet.*

85 *Princeps in causa propria iudicare potest.*

90 *Crimen notorium quodnam sit in proposito Fellonia, & num. 92.*

91 *Fellonia probatur per rei euidentiam, seu inspectionem ocularem & nu. 93.*

94 *Historia reddunt factum in eis descriptum satis notorium.*

95 *Principis assertioni standum est quando factum est notorium.*

96 *Delictum notorium dicitur quando constat de delicto principali, etsi non de eius qualitatibus.*

97 *Factum dicitur notorium quando omnes illud sciunt, vel verisimiliter scire possunt.*

98 *Reges omnes Mundi hoc iure vtuntur vt pro libito vasallos deponant, & circa causam priuationis eorum statur assertioni secundum consuetudinem Regum mundi, & numero 100. 101. & 102.*

99 *Principi siue de iure siue de facto hodie credendum est.*

103 *Princeps ex sui libito etiam sine causa de sola potestatis plenitudine reuocare potest feudum in priuilegium vel titulo lucratiuo datum, non autem per contractum, & nu. 106. cum seq. nec requiritur citatio nu. 105.*

104 *Feudum gratiosum multò minus obligat Principem quam datum per contractum.*

108 Priuilegium seu feudum per priuilegium concessum quando transeat in contractum remissiuè.
109 Principis supremi assertioni standum est circa Felloniam, maximè si frater vasalli priuati eã passus fuerit gratis denuò accipiendo feuda ipsa sub ysdem conditionibus.
110 Confessionem notoriam facit.
111 Fellonia regula probatur ex confessione vasalli, & praecipuè praesente Domino. nu seq.
115 Ordo in notorys est non seruare ordinem.
116 Ordo iuris in notorys nequaquam seruatur, sed ex officio est procedendum nu seq.
118 Notorium habet vim sententiae.
119 Citatio non requiritur vbi citato nulla competit defensio.
120 Notorium probatione non eget sed illud sufficit allegare.
121 Reus notorius, & reus in fragranti repertus aequiparantur.
122 Citatio rei in fragranti reperti de necessitate non requiritur.
123 Crimen notorium dicitur quando quis est conuictus. vel in fragranti repertus.
124 Vasallus arma sumens contra Dominum suum potest absque citatione & ordine iudicij feudis priuari cum illi nulla competat defensio.
125 Arma sumere & facere se hostem Caesaris, inuadere Territorium. & Caesare omisso aliena Castra vel auxilia peteret. nullam habent excusationem quin vasallus feudo priuetur.
126 Imperator potest notorium rebellem sine citatione, vel causa cognitione. imò absque declaratoria deponere, propria authoritate feuda occupare, & vasallum illum expellere armata manu, cum sola sufficiat exequutio nu seq.
128 Fellonia delicto statim sequuto Princeps alteri feuda concedere potest, idque facere licet etiam ante sententiam. nu seq.
130 Feudum Domino apertum per culpam vltimi vasalli possessoris feudo priuati illius agnatis per Dominum concedi non debetur.
131 Feuda vasalli rebellis an adiudicentur Domino vel agnatis eiusdẽ vasalli recẽsetur opiniones, n. 132. & 133 & cõcluditur p Domino, n. 134.
135 Feudum ab initio semper censetur concessum sub conditione. quod in casum iniuria contra Domi nũ ad eũdẽ omnino reuertatur, et n 165. et 166.
136 Offensa vel delictum, propter quod bona vasalli publicantur, si directè respiciat personã Domini, feudi tunc indistinctè feudum siue nouum siue antiquũ semper ad Dominum deuoluitur Agnatis exclusis, & nu. 162. cum seq.
137 Feuda successoribus ea conditione deberi videntur si vasallus possessor non commiserit aliquã ob quam feuda illa deueluantur ad Dominum.
138 Feuda mixta dicuntur quando in Inuestitura fit mentio de haeredibus.
139 Feuda mixta sapiunt in omnibus naturam feudorum ex pacto & prouidentia, dempta sola qualitate haereditaria, & nu. 164.
140 In feudis mixtis licet descendentes non succedãt nisi sint haeredes, ea tamen capiunt iure sanguinis non ex successione.
141 Successio in feudis ex pacto, & prouidentia quare non detur.
142 In genere feudorum ex pacto, & prouidentia tot sunt concessiones quot personae.
143 Feudum ex pacto ob delictum vasalli in personã Domini non aperitur ipsi Domino sed descendẽtibus, vel saltem agnatis ipsius delinquentis, & quare. nu seq sed contra secundum magis communem num. 147.
145 Vasallo crimen Felloniae committente feudũ & si antiquum ex pacto aperitur Domino exclusis omnibus agnatis, idem in crimine falsae monetae, & num. seq.
148 Contumacia vnius non nocet alteri etiam vigore constitutionis dicentis vnum teneri pro delicto alterius.
149 Feudum non Domino sed filijs vel agnatis delinquentis vasalli & rebellis applicatur quãdo sententia criminis laesae maiestatis lata fuit in contumaciam ipsius feudatarij & nu. 150. & 151. Sed quando istud procedat, nu. 152.
153 Sententia lata contra contumacem principalem fundata in veris probationibus non in sola contumacia tertio praeiudicat, & nu seq.
155 Crimine vasalli iustificato fundata est intentio Domini, vt illius contumacia sibi in iure suo non praeiudicet.
156 Bannum seu sententia cõtumacialis contra vnũ data quamuis non probet delictum contra aliũ tertium probet tamen culpam vnius contumacis notoriam in praeiudicium tertij.
157 Bannitus contumax an dicatur bannitus propter contumaciam solam, an propter delictum.
158 Feuda si per testatorem fuerit omnibus eius filijs nominatim assignata ex testamento ab ipso Caesare approbato illis auferri non possunt, & ex eo inducitur fideicommissum, nu. 161.
159 Feudum non amittitur ex delicto in personã Domini quoties constat ex tenore Inuestitura concedentem noluisse, vt per delictum vnius alteri praeiudicetur nu. seq.
167 Clausula, Saluo iure Imperij Romani, apponitur in omnibus Inuestituris maximè imperialibus cuius vigore feuda omnia perduntur, etiam ex leuioribus causis & Caesari applicantur, & per illam clausulam nunquam dicitur recessum a natura feudi, num seq.
169 Testamentum, in quo vasallus feuda filijs nominatim assignauit si fuerit a Domino suo approbatum, quomodo intelligatur, & procedat talis approbatio.
170 Imperatorem voluisse ius feudorum seruari in casum Felloniae semper praesumitur.

171 *Dominus quando concedit aliquid inuestitu contra ordinariam naturam feudi in cæteris non alteratis, feudum retinebit suam propriam naturam.*

172 *Feudum cuius natura fuit à concedente alterata eisdem modis amittitur, quibus modis amitti- tur quibus fuisset amissum, si non fuisset alteratum.*

173 *Pactum vnum contra naturam feudi, non facit quia dicatur verum feudum quoad alia expresse non alterata.*

174 *Confirmatio statutorum facta per Principem nō extenditur ad statuta illi præiudicialia, seu diminuentia illius potestatem.*

ARGVMENTVM.

An vasallus Cæsaris arma mouens cōtra ipsummet Cæsarem vel eius statum, crimē læsæ maiestatis committat vt feudis priuetur.

An primum crimen dicatur sufficienter probatum ex Decreto ipsius Cæsaris ad feudorum priuat. & discuttitur indeq; confutatur cons. Dec. 544. repetitum consil. 606.

An feuda vasalli rebellis applicantur Domino vel agnatis eiusdem vasalli.

Actiones meæ à Domino.

CONSILIVM CI.



IN proposito casu è Germania pro consultatione transmisso plura, & quidem magni pōderis veniunt discutiēda. Prima igitur est Quæstio; An scilicet Vasallus Cæsaris castrametans, & exercitum parans, seu arma mouens contra ipsummet Cæsarem, vel eius Statum, Felloniam commiserit, aut rebellionis, immo etiam læsæ Maiestatis crimen, taliter quòd in feudorum priuationem inciderit; Et dico aduertendum
1 esse, Felloniam † nil aliud esse, quam delictū, quod committit Vasallus contra Dominum, textus in cap. 1. de alien. feud. pat. & post alios tradit Fabi. de Ana. consilio 67. numero 31. &
2 Felloniam † dici omnem culpam, omneque crimen, propter quod Vasallus feudo priuatur, probatur in capit. 1. an ille qui interf. frat. domi. Schrad. de feud. par. 9. secundæ par. Se-
3 ctio. 6. numero 32. & maleficium † ac crimen esse post plurimos tuetur Rosent. de feud. capit. 1. in principio. Ideoque tantò magis proce-
4 dit, † quando Vasallus Felloniam commisit in personam Domini directè, vt puta quando commisit tale delictum, quod directè, ac principaliter tendat in ipsius Domini perniciem; tunc enim indubitatè feudo priuatur cap. 1. quib. mod. feud. amitt. cap. 1. ex quib. caus. feud. amitt. capit. 1. quæ fuit prima caus. benef. amitt. cap. 1. vbi Glos. & Docto. de forma fidelit. latè Rosent. de feud. cap. 10. quæst. 1. Fab. de Ana. consi. 67. nu. 42.

5 Delictum † autem commissum directè in personā Dñi cōmisisse dicitur nedū qui in indiuiduo propriam personam Domini offendit, sed etiam qui eius honorem, ac Imperij, & Status prosperitatem perturbat, seu aliquid contra machinatus fuerit, l. 1. & 2. ff. ad l. Iuli. maiest. & dicit textus in titulo, qui sint re-
6 belles, illos omnes, & singulos esse † rebelles, & infideles Imperij, qui quomodocunque publicè, vel occultè contra Principis honorem, & fidelitatem rebellionis opera facit, & contra Imperij prosperitatem aliquid machinatur; Fabi. de Ana. consilio 67. numero 44. & post Bossi. & alios tradit Farin. quæst. crim.
7 25. nume. 90. in fi. & offensam † in personam Domini considerari, quando honor diminuitur, & Status prosperitas turbatur, optimè ac diffusè probat Franc. de Pont. consilio 90. numero 18. & seqq. & numero 24. & seq. & con-
8 tra Statum sui Principis facere dicitur, † qui vult diuertere Statum ad aliud regimē, id est, ad alium Principem, Fabi. de Ana. consilio 67. numero 11. Socin. Iun. consilio 68. nume. 46. in 3.

9 Rebellis † itidem dicitur [vt mox deduxi] qui publicè, vel occultè contra Principis honorem, & fidelitatem rebellionis opera facit, vel qui contra Imperij, seu Principis Statum, & illius prosperitatem machinatur, & diffusè tradit Gig. de crim. læs. maiesta. titulo de Rebellibus. quæstione prima, & post Bart. & alios declarat Ias. consilio 86. numero 3. in 3.
10 subdens illum etiam dici rebellem, † qui existit in proterua, ac notoria inobedientia, sequitur Schrad. consilio 17. numero nono sub-
11 dens, illum dici rebellem, † qui Domino suo resistit in concernentibus securitatem, vel prosperitatem dominij, vel Imperij, Farin. consilio 101. numero 12. Sicuti & ille dicitur re-
12 bellis, † & proditor, qui reliquit Principem suum, & adhæret alteri, Fabi. de Ana. consilio 67. numero 12. rebellis etiam reputatur qui
13 † alieno se dominio subijcere conatur, ac Iura proprij Domini extinguere, seu in alium transferre, Brun. cons. 28.
14 Et feudo † priuatur sicuti reus læsæ maiestatis, Rosent. de feud. cap. 10. quæstione 35. nu.

nu.37.38.Schrad. consilio 17.num.10.& 21.
15 Et læsæ maiestatis † reus dicitur, qui cõtra
Principem aliquid molitur, vel qui ad hostes
profugit, vel illos qualitercunque adiuuat ar-
mis,pecunia,consilio,nuncijs,litteris,vel cęte
ris id genus,vt diffusius docet Gig.de crim.læ
sæ maiest. Et feudo priuari non ambigitur, vt
mox retuli, & infra latius probabitur. Alibi
16 dixit Oldra.cons.43.nu.9.illum † propriè cõ-
mittere crimen læsæ maiestatis, qui Imperio
suppositus ab obedientia se realiter subtrahẽs
hostis animum assumit, & se Domino suo ad-
uersarium parat,seq. alios adducendo Fab.de
Ana.consi.67.nu.8.

His prænarratis,in proposito casu dico,istũ
17 Vasallum † Cæsaris, qui arma mouit contra
Cæsarem, ad Regem Gallum Cæsaris hostem
confugiendo, feudo priuari potuisse, & meri-
tò,vt in Vasallo inuestito de feudo Carpi bel-
lante contra Cæsarem Dominum suum in au
xilium Regis Franciæ,tradit Socin.consil.87.
num.15.in 3.dub. vol.3. Idem latè in puncto
consuluit Paris. consi.1.num.16.33.& seq. &
per totum, in 1.vbi pariter loquitur de Vasal-
lo,qui pro Galliarum Rege arma sumpsit con
tra proprium Dominum, vbi proditorem re-
bellem, ac feudo priuandum enunciat, & in
terminis Mandel.consilio 434.nu.5. Schrad.
de feud.par.9.cap.8.nu.9. dicens causam pri-
18 uationis † feudi esse, si Vasallus fuit rebellis
contra Dominum,arma sumendo, exercitum
conscribẽdo,& alio modo, Ritershus.de feud.
cap.5.ver.Trigesimo octauo, qui rebellẽ nun-
cupat, qui arma sumit contra Dominum. Et
19 tãto magis, quia Vasallus iste † fuit prius per
edictum inuitatus a Cæsare ad eũdum secum
in expeditione bellica, quod nedum omisit,
sed ad hostem Cæsaris se contulit, vnde feu-
dis priuari meruit ad commodũ Domini, ex-
clusis agnatis,vt probè Socin. Iun.consi.134.
nu.51.in 3. Rosent. de feud. c.11.q.15.nu.2.
Mozi. de feud. Rubr. Ex quibus caus. feud.
amitt.nu.116.[& infra latius dicetur in secũ-
da quæstione] Et nedum ista militant si Va-
sallus ipse fuerit caput, aut Princeps belli,
20 † sed etiam si alteri stipendia merear,vel alte-
ri sit auxilio, vel subsidio, Rosent. de feud.c.
10.q.18.nu.5.& q.35.nu.12.13.14. Schrad.
de feud.par.9.c.3.nu.11.
21 Confirmatur conclusio, quia † contrahens
amicitiam cum inimico Domini sui ad ipsius
Domini detrimentum feudo priuatur, vt post
Glos. Curt. Grammat. & alios firmat Mozi.
de feud.Rubr.vltima numero 72. Brochol. de
feud. cap.8. numero 124. Intrigliol. de feud.
centur. prima quæstione 89.num.71.72. Ro-
sental. de feud. capit. 10. quæstione 12. nu-
mero 14.
22 Sicuti deserens † Dominum in prælio, licet
reuertatur,feudo priuatur Mozi. dicta Rubr.
fin.num.94.
23 Nec non etiam † Vasallus adiuuans hostes
Domini, dando eis annonam,arma,vel transi
tum per loca sua in iniuriam Domini,& illius
damnum,debet feudo priuari, Rosen.de feud.
24 cap. 10. conclus.19.col.1. Et ad hostes † Do-
mini transfugiens feudo priuari ait Bald. cõ-
sil.159.nu.9.in 3. Schrad. de feud.p.q.cap.5.
nu.26.in 8.ampl. & ita ex his satis cõstat nos
in claris versari, nempè, Vasallum istum,quo
ad feudum Felloniam commisisse,& eo priua-
ri meruisse.

Nec dicatur, Vasallum istum nõ fuisse sub-
ditum ratione originis, nec domicilij, & con-
sequenter nõ posse dici,vt perduellionem, seu
crimen læsæ maiest.cõmiserit,ob qđ meruit
25 feudo priuari. Quia † non subditus non com-
mittit læsæ maiestatis crimẽ in Imperatorem
vel Dñm suũ nisi saltem sit illius subditus ra-
tione originis, vel incolatus, Glos. in Clem.
Pastoralis.de re iudi.Gigas.de crim. les.maie.
lib.1.q.68. Clar.§.læsa maiestas.ver.Sed vidi
quandoque dubitari, cum pluribus congestis
per Fabi.de Ana. consilio 67.nume.29.Surd.
consilio 574.numero 25.28.& 31. In tantùm
quod nec Vasallus subditus ratione solius feu
di potest aliquo pacto dici reus maiestatis in
26 Dominum suum,cum Vasallagium, † vel feu
dum non faciat quem subditum quo ad tale
delictum, Clem.Pastoralis,vbi Glo.& Docto.
de sent.& re iudi.Afflict.in cap.1.in princ.tit.
quali. Vasa.iura.debe.fidelit.Rolan. consil.1.
num.28.in 3.Rosent.de feud.cap.11. conc.u.
14. numero 2. & cap.5. quæstione 69.in fi.&
de communi testatur Clar.in d.vers.Sed vidi.
Gig.d.q.68.Cacheran.cons.64.nu.11.& con
sil.69.num.27. Fabi. de Ana.d.consil.67.nu.
30.Crau.consi.912.nu.15. Surd. consil.574.
nu.25.& seq.subiungens. Quòd licèt quis effi
27 ciatur † subditus ratione delicti, & ita subdi-
tus eius, in cuius territorio deliquit. l.1. C.
vbi de crim. agi opport. Non tamen in tan-
tùm efficitur subditus, vt per eum incurratur
crimen læsæ maiestatis, citat Martin. laud. &
Gigant.quibus addo Bellam. consilio 15.nu-
mero 8.ver. Sed oppones quia dictus,dicens,
28 quòd etsi quis † delinquendo subditus effecia
tur, vt puniri possit,in actu tamen delinquen-
di subditus non existit, nec donec deliquerit,
nisi alias esset Dominus eius tempore quo de
liquit, & sequitur Crauet. consilio 492. nu-
29 mero 3. Et aliud esse † vasallum, aliud esse sub
ditum,vel incolam, notat Schrad.cõsilio 14.
numero 301.

Rñdetur enim: imò satis dici fuisse subdi-
30 tum, & rebellem, ex quo ortum † duxit in

loco,seù feudo Imperiali, & ità dicitur subditus ratione originis,quo ad reatum læsæ maiestatis,vt optime declarat Bossi.titulo de crim. læs.maiest. numero 97.98. & in terminis Decia.consilio 18. numero 339. in 1. & declarat Rosent.de feud.cap.11.quæstione 14.colum. penult.ver. Attigi paulò antè, vbi ait; Vasal-
31 lum † habitantem in feudo esse subditum Cęsaris, & in eum committere crimen læsæ maiestatis.

32 Respondetur secundo, tunc † nō subditum non incurrere crimen perduellionis, quando se opponit principaliter exercitio Iurisdictionis Principis, seù Cæsaris, licèt secundariò se opponat personæ,seù statui vel Imperio Principis. Et isto in casu militat dispositio Clemen. Pastoralis, quia tale exercitium Iurisdictionis non est vbique. At secùs quando quis principaliter se opponit maiestati ipsius Principis,vt puta prodendo illius personam, honorem, vel Statum, vt in præsenti facti specie;
33 nam † cum Principis maiestas vbique sit, tūc ratione delicti efficitur de foro eius Principis, contra quem deliquit, & consequenter reus maiestatis efficitur, ita singulariter declarat Bal. in l. omnes.§.verum si apparitor. num.3. vers.Super tertia vero.C.episc. & cleric.& clarè Bero. consil.165.nu.17.18.in 3.seq.Baiar. ad Clar.§.læsa maiestas.nu.....

Respondetur tertio,quòd etsi non subditus
34 † non dicatur committere crimen læsæ maiestatis, quò ad omnes effectus, attamen si talis delinquens non subditus fuerit Vasallus, vel feudatarius alicuius Principis, tunc respectu priuationis feudi incurrit Felloniam, & rebel
35 lionem, adeò quòd † Vasallagiū licèt quò ad omnes effectus non faciat subditum in reatu maiestatis læsæ,facit tamen subditum quò ad feudi priuationem,& amissionem, Socin.consil.27.nu.2.& 8.in 3.Bossi.in tit.de crim.læsæ Maiest.nu.106.Alciat.consi.36.num.4. in 3. Rolan.consi.1.nu.29.30.in 3. Menoch.consi. 99.nu.95.vsque 105,Decian. consi.18.num. 320.321.& 340.in 1. & in tract.crim.tom.2. lib.7.cap.8. nu.7. Raudens.de Analog. lib.2. cap.32.nu.35. 36.Rosent. de feud.cap.10.q. 18.nu.4.& c.11.q.14.nu.2.post prin.ver. Licèt plerique dicant, & q.35. in Glos.cc.& nu. 84.post Afflict.in c.1. in princ.tit.qualit.Vas. iurare deb. fidelit. Intrigliol. de feud. cent.2. art.9.nu.10.11.

36 Tandem si exciperetur, Vasallum † castra metantem, & arma mouentem contra Dominum,vel eius Statum, nō incidere in feudi priuationem, alio non constito ex parte Domini,nam potuit moueri Vasallus ad talia perpetranda ex aliqua iusta causa, vel propter iustū metum sibi illatum a Rege Galliarum potentissimo,quo in casu non diceretur nec perduellionem,nec Felloniam commisisse, quia nullū
37 peccatum † nisi voluntariū, vt aduertit Imol. consilio 34.in fi.Caballin.millil.1000. nu.2. Bal.consi.159.numero 9.ver. Ex his igitur patet. in 3. Schrader. in terminis de feud.par.9. cap.8,nu.19.in fin. optimè Deci. consil.690. numero 13. vbi post Abb. & alios concludit, excusandum esse Ducem Grauinæ, qui rebellauit a Cæsare suo vero Principe propter iustum metum sibi illatum a Rege Franciæ. Vo-
38 luntas † enim,& propositum distinguūt maleficia, Iuribus notis. Et nunquam committi-
39 tur † Fellonia,nec rebellio sine dolo, Rosent. de feud.cap.10.q.35.nu.35. & q.12. nu.4. &
40 seq. & in Glo.d.vbi etiam ait, in causis † priuatiuis feudi in tantum requiri dolum,vt culpa Vasalli nō sufficit. Hinc dicitur, Vasallum
41 † reuellantem secreta Domini amittere feudum,sed tamen debet intelligi,si proterue, ac animo damnificandi Dominum id fecerit, secùs si simpliciter, vel bona mente id fecerit, tex. in c.1. vbi Glos. Afflict.tit.2. quib.mod. feud.amitt.Pacian.de probatio.lib.2.cap.40. numero 15. Schrad. de feud. par.9.cap.3.numero 17.

42 Ita pariter priuatur feudo Vasallus,† si nūtium,vel literas hostibus Domini, in Domini detrimentum,miserit,vel ab hostibus acceperit,secus si bona fide, vel alia de causa id fecerit;nam proditor non erit, & pœnam euitabit, Rosent.de feu.c.10.q.19.nu.5.6.8,& seq.vbi & nu.13.ait ēt illū excusari; qui iusto metu, vel rebus desperatis ad deditionem fuerit coactus.Confert Schrad.de feu.par.9.c.3.nu.15,
43 dicēs, † Vasallum assilientem Dominum,vel Castrum Dñi non animo offendēdi Dñm, sed se ipsum, vel patriā suam animo defendendi, nedū contra extraneum,sed etiam cōtra Dñm ipsum, feudum nō amittere,quia voluntas, & propositum distinguūt maleficia, & ibidē nu. 18.19,& seq.vsque num.25. ponit multa alia exempla similia,istā exceptionē apprimè con-
44 firmantia,quia nō inspici debet † factum, sed causa faciendi.l.vero.ff.furt. & cōferunt tradita per Fabi.de Ana. consi.67. nu.2.vsque 29. Vnde dixit Rosent. de feu.c.10.q.12. nu.22.
45 Vasallum † fœdus ineuntem cum inimicis Domini, vel cum illis amicitiā cōtrahentē,vt sua bona recuperet, non autem in cōtemptum, & damnum Dñi,nō mereri pœnam priuationis.
46 Onusque † probandi malum animum Vasalli delinquentis, ac causæ iniustitiam, ob quam ipse motus fuit ad arma sumenda contra Principem, ac alia similia peragenda, videtur spectare ad ipsum Principem, non autē Vasallo incūbit probare, se fuisse motū iusto metu,vel alia iusta de causa,ac fine dolo.

Quia

47 Quia dolus, † nec delictum præsumitur. l.
48 merito. ff. pro socio, & semper est † facienda
interpretatio exclusiua delicti, iur. vulg. Et
præcipuè quando non constat odium, vel ini
micitiam aliquam non præcessisse inter Do-
49 minum & Vasallum aggredientem; nã † in
dubio præsumitur errore lapsum hoc fecisse,
Schrad. d. par. 9. cap. 3. nu. 13. in fin. Ita etiã
50 dicimus, Vasallum † contrahentem amici-
tiam cum inimico Domini ita demum feu-
do priuari si malo animo in Domini detri-
mentũ id fecerit; Dominus talem feudi do-
51 lum, † vel odium Vasalli tamen amicitiam
inietis debet probare, Isern. in cap. 51. Capi-
tanei. numero 6. in fi. tit. quibus mod. feud.
amitt. cum concord. per Roland. consilio 1.
numero 87. in 3. Rosent. de feud. capit. 10.
quæstione 12. numero 14. in Glos. 5. Pacian.
de probat. lib. 2. cap. 40. nume. 29. Schrad.
de feud. p. 9. c. 5. nu. 31.
52 Quidquid dixerint † Cuman. & alij rela-
ti per Mozi. de feud. Rub. vltima num. 73.
& Intrigl. de feud. centur. prima, quæstione
89. numero 72. & alij relati, sed impugnati
per Rosent. d. cap. 12. nu. 15. in Glos. d.
Et in dubio quis præsumitur gratus, & fi-
53 delis, † meritò Vasalli perfidia debet probá
ri, c. 1. tit. quot test. sint neces. ad prob. feud.
ingrat. Pacian. dicto cap. 40. numero 33. &
54 seq. & dolum † malum Vasalli, seu eius in-
gratitudinem fore per Dominum probandã,
quando prætenditur feudum incidisse in cõ-
missum, firmat Guid. Pap. decis. 454. num. 3.
diffusè Schrad. de feud. par. 9. secundæ part.
Sectio. 12. nume. 28. & seq. vbi subdit, quòd
quando lex requirit, aliquem actum quali-
ficatum, non sufficit actum illum probare si-
55 ne qualitate. Sẽper enim † qualitas est pro-
banda in quocunque actu, quando qualitas
ipsa est causa, vt aliquid admittatur vel reij-
ciatur, latè Ios. Ludou. decis. Luca. 2. nu. 13.
56 & seq. maximè quando † agitur de aliqua pę
na imponenda, Magon. decis. Luca. 24. nu.
6. & decis. 2. nu. 20.
Respondetur tamen, in hac facti specie sa
tis constare de perfidia, pertinacia, dolo, &
infidelitate Vasalli spontè, sedulo, ac data
opera concitantis arma contra Cæsarem in
auxilium Regis Gallorũ hostis declarati per
Cæsarẽ ipsum, vt liquet notoriè ex historijs
Iouij, & Guicciardini, ac aliorũ, & id est no-
tissimum, illum nempè se propalasse hostem
manifestum Dñi sui in subsidium Regis Frã-
ciæ, adeo quòd ex re ipsa patet, illum verè de
liquisse contra ius naturale, gẽtium, & ciui-
le, offendendo Dñm, seu illius Imperium, &
consequenter cum ipse dederit operam vero
57 delicto, ac rei illicitæ, † sufficit cõstare de so-
lo ipso facto; nam exinde præsumitur dolus,
siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, & con
sequenter incũbit Vasallo probare, se iusto
metu, iustaue alia de causa fuisse motum ad
talia peragenda, vt optimè declarat Rosent.
de feud. cap. 10. q. 12. nu. 6. & seq. concordat
Schrad. de feu. par. 9. 2. par. Sect. 13. nu. 33.
dicens, sufficere Domino simpliciter proba-
re talibus in casibus, Vasallum illud delictũ
commisisse absque vlteriori fide doli, vel cul
58 pæ, cum † tale delictum semper præsumatur
59 dolo cõmissum. Ideo videmus, q; † Vasallo re
uellante secreta Domini, ita demum feudũ
amittere, si malitiose reuelauit, secus si sim-
pliciter, & bona mente, c. 1. vbi Glos. Afflict.
& alij tit. Quib. mod. feud. amitt. Rub. 2. Pa-
cian. de probat. lib. 2. cap. 40. nu. 15. Cur. de
feud. par. 4. causa. 37. nu. 76. sed quia reuela-
60 re secreta Domini prohibitum est, † & cõse-
quenter Vasallus manifestando secreta Dñi
dat operam rei illicitæ, cum Iuramento fide-
litatis contrauenerit, sufficit Dño cõstare de
reuelatione secreti, nec illi opus est probare
reuelationem fuisse dolosam, seu mala mẽte
factam, diffuse Schrad. de feu. par. 9. cap. 5.
nu. 44. 52. 53. & seq. Curt. d. num. 76. in fin.
Idem Schrad. d. par. 9. sect. 12. nu. 34. ante
fin. Pacian. d. c. 40. num. 18. Quare infero in
61 proposito casu, partes esse, † & fuisse Vasalli
probare, se iusta, ac legitima causa motũ ad
bellandum contra Cæsarem, vt dixit Man-
62 del. cons. 433. nu. 3. 4. dicẽs, Vasallũ † feudo
spoliatum a Duce Mediolani ex causa belli
assumpti per Vasallum cõtra ipsummet Du-
cẽ, debet probare ante omnia, se fuisse iniu-
stè spoliatum de feudo, alias non debet audi
ri, idem per omnia probauit Paris. cõs. 1. nu.
64. 65. & seq. in 1. loquens de Vasallo Cæsa-
ris, qui mouit arma cõtra ipsum ad fauorem
63 Regis Franciæ, † vt scilicet debeat probare,
se iusto metu, ac per vim coactum arma sum
psisse, & hostes fuisse sequutũ contra Cęsarẽ;
Quare dixit Isern. in c. 1. §. porro. n. 7. col. 3.
ver. Secus si fecisset. tit. quæ fuit prima caus.
64 benefi. amitt. Quòd Vasallus † se conferens
ad hostes, dat operam rei illicitæ & proditor
reputatur. Ideo caueat, ne sine Domini licẽ-
tia eat ad hostes, quia in vinculis probare de
bebit, se nõ malo animo ad hostes accessisse,
seq. Menoch. cõs. 102. nu. 34. & seq. alios ad-
ducit, & sequitur Rosen. de feud. c. 10. q. 12.
65 nu. 19. affirmantes non incidere † in cõmis-
sum feudum Vasalli simpliciter amicitiam
ineuntis cum inimico Domini, secus si Dñm
deseruit, & ad hostem Domini se cõtulerit,
eundo ad Castra inimici, & cum Domino
66 pugnauerit aperto Marte, nam † ex quo fa-
cit rem de per se illicitam, dolus in ipso

Vasallo præsumitur,& feudo absq; vlteriori probatione priuabitur, facit Mozi. de eud.Rub.fi.nu.38.

Contraria igitur non obstant, quia procedunt in Vasallo gerente actus de sui natura non illicitos, vtpotè quando gerit amicitiam cum hoste Domini, † quia cōtractus amicitiæ, maximè inter Christianos, non est de genere malorum, & ideo alio non constito, in isto, ac similib. actibus dolus non præsumitur, nimirum si contrarium asserenti incumbit onus probandi, vt probè docuit Pacian.d.c.40. num.29. & Latius Rosent.d.c. 10.q.12.num.6.7.& seq.Schrad.d.par.9.2. par.Sect.12.q.56.per totum.

67

Secunda est quæstio: an de tali crimine Felloniæ, seu etiam rebellionis constet, vt iuridicè præfatus Vasallus feudis priuari potuerit, cum de illo hucusque non appareat, nisi ex Decreto Cæsareo.

Et videtur dicendum, tali Decreto standum non esse, alio non constito, † quia non creditur assertioni Principis dicentis, Vasallum esse Fellonem, vel criminosum, & feudi priuatione dignum, latè Crau.de antiq. tēp. in princ.nu.17. 18. 28.& seq. Nam non statur † assertioni Principis in tertij præiudiciū, & multò minus quando agitur de interesse, & commodo proprio, vt post multos notat Becci.consi.56.nu.22. Ideo dixit in proposito Alex.consil.124.col.1.ver. Et primo quia Ser Petrus, in 1.cautum debere esse aduocatum Domini, ad quem supponitur feudum deuenire, vt teneat saluas probationes & documenta, ex quibus possit constare de delicto, vel culpa Vasalli, cum non stetur dicto Principis, vel Regis, etiam si hoc testificetur per suas litteras, seq. Becci.d. consil.56. nu.22. in fi. & hoc latè probat Schrader.de feud.par.9.Sectio.13.num.1. vsque num.9. vbi extendit conclusionem, etiamsi † Dominus feudi sit persona legalissima, & Imperiali, vel etiam Pontificia dignitate prædita, vtcumque esset etiam in articulo mortis constituta, & agatur de Vasallo infimæ sortis, & conditionis; quia cum agatur de alterius præiudicio, fidem non facit talis declaratio. Idem latè tradit Torniol.consi.23.num.29. 30.31. Vulte.de feud.cap.11. nume.55.56. Zuccard.consil.4. num.65. Rosent.de feud. cap.10.q.11. nu.18.& seq. vbi fortius clarè demonstrat, non esse † standū assertioni Cæsaris, quò ad causam ammissionis feudi, vt si fortè asserat, Vasallum fuisse rebellem, vel perfidum, & ipsi feudum apertum esse, etiam si hoc Iureiurando affirmet; quia † cum directo non possit Imperator feudum Vasallo sine causa tollere, ita nec illi asserenti veram causam subesse creditur in his, quæ Iuri gentium sunt contraria: concordat Mascar. de probat.conclus.1227.num.101.& seq. Ideo dixit Ias. post Bal. in prælud.feud.nu.90. certissimam extare regulam, quæ numquam fallit. Quod vbi † assertio, rē de illicita & a Iure improbata, licitam, & a Iure permissam facit, illa ad iustificandum prolata, nihil probat. sequitur Gallia. in consuetud. Alexan. ver. Viginti. nu.23. cōferūt dicta per eundē Galli. ibi. nu.12. Tandem in casu simili consuluit † Deci.consi.544. repetit consil.606. talem Vasallum non potuisse a Cæsare priuari feudis sub prætextu rebellionis ex quò arma hostilia suscepit contra ipsum Cæsarē pro Rege Frāciæ ipsius Cæsaris inimico; Mouetur ex eo, quod Cæsari hoc in casu credendum non est, illum fuisse rebellem, ac feudorum priuatione dignum, cum dicatur testis in causa propria, & agatur de illius commodo, vnde alias esset in illius potestate vnumquemque Iure suo priuari sine causa.

68

69

70

71

72

73

74

Insuper subdit Dec. ibidem, priuationem illam fuisse præcipitanter, ex abrupto, & sine causæ cognitione factam, breui tempore, ac nō citata parte; Quinimò quod statim sequuta declaratoria Cæsaris, illicò Cæsar feuda illa alteri donauit, adeo quòd priuatio videtur facta contemplatione donationis illius, & consequenter ex prædictis illam declarationem, & priuationem non subsistere.

Contrarium tamen verius est in puncto proposito, pro quo stat firma conclusio, vt sit standum † assertioni Principis, Clem.1.de probat.c. Nobiliss.95.dist. latissimè Mascar. de probat. conclus.1227. num.1. vsque 23. & maximè quò ad eius subiectos, Laderch. Imol.consi.145. num.2. cum non sit credendum, † vt falsitatem dicat, sed sit iustitiæ plenus, & ideò omnia, prout conuenit, & deliberatè faciat, l.2.§.merito.§.si quis a Principe.ff.ne quid in loco publ. Mascard.vbi sup. nu.22. Nil † (inquam) maius, & sanctius est in terris Imperiali Maiestate, meritò tantæ superbiæ fastidio quis tumidus esse non debet, vt regalem sensum contemnat, dicit tex. in l.fin. in princ.C.legi. & Constitut. Princ. Quicquid † enim facit Princeps, facit vt Deus secundum Bald. c.1.in fin.tit.de nou. forma fidelit. & prout Dei in Cælis, † ita illius in terris est summa potestas circa temporalia, Reusne.consi.1.num.7.& 12.in 1. Afflict.in tit. Quæ sint regalia, nu.131. Ver. cētesimo vigesimo sexto. Planè igitur dicendū est, † omnia quæcunque agit Princeps, illa legitimè, ac iustè agere præsumi, & præcipue ea, quæ ex certa scientia se agere, vel egisse asseuerat, Bald. in prælud.feud.col.3. Gram. decis.

75

76

77

78

79

80

81 decis.32. post princ. Nam † ex Fide, & reli-
gione Princeps iudicium facit, Bar. in l.1. in
fi. C. vt quæ des. adno. Ias. in l. fi. col. penult.
vers. Sexto facit, C. vnde legit. nimirum si
82 eius assertioni † standum est, quando ait ali-
quid fecisse ex certa scientia, Mascard. dicta
conclus. 1227. num. 62. maximè in dispositi-
83 uis. Idem Mascard. ibi nu. 50. nō † enim te-
netur discernere, & iudicare secundum acta,
& probata, cum possit sequi propriam con-
scientiam, Dec. consil. pen. nu. 16. Alciat. in
c. 1. nu. 89. de offi. ordina. Menoch. consil. 2.
84 num. 159. Quia veritatem † potius, quā Iu-
ris ordinem, vel cæremonias Princeps debet
inspicere, Alciat. consi. 9. num. 19. in 3. Rim.
Iun. consi. 13. nu. 52. Crauet. consil. 635. nu.
85 8. Mandel. consil. 229. nu. 29. Imò † in causa
propria Principē posse iudicare tradit Natt.
consi. 487. num. 43. & 556. num. 9. nimirum
86 si multi dicunt assertionem † Principis, di-
centis, feudum aliquod sibi apertum, plenā
fidem facere, de quibus per Schrad. consil. 1.
nu. 633. Ideò in puncto Vasalli assumentis
87 arma contra Dominum, † vt Principi Domi
no asserenti causam rebellionis credatur om
nimodè, & præcipuè quando attestatur de fa
cto Vasalli gesto coram ipso, vel cum ipso
Principe, firmat Mandel. consi. 434. num. 6.
88 Et indubitatè creditur † attestationi Impe-
ratoris circa Felloniam, vel rebellionē Va-
salli, quo ad feudi priuationem, quando deli
ctum fuit notorium, & Imperator ipse enun-
ciat notorium fuisse, vt nulla possit tergiuer-
satione celari, quia nulla alia probatione o-
pus est, vt in terminis Vasalli bellantis pro
Rege Franciæ cōtra Cæsarem firmat Socin.
cons. 87. nu. 18. in 3. sequitur. Menoch. cōsil.
100. nu. 22. Gram. decis. 65. nu. 58. vbi num.
89 60. ait prædicta fortius militare, quādo † re
vera factum fuit notorium, quia tunc tenet
tale Decretum Cæsaris declaratiuum irreuo
cabiliter, Mascard. dicta conclus. 1227. nu-
mero 76.

Notorium autem crimen in proposito cē-
90 setur, † quando Vasallus publicè arma sum
psit contra Dominum, vt ait Paris. consil. 1.
num. 34. 35. vsque 40. in 1. Hinc scripsit Ro-
sent. de feud. cap. 12. quæst. 19. num. 49. 50.
91 51. Felloniā probari † per rei euidētiam, seu
inspectionem ocularem, vt puta quando Va
sallus Castrum Domini inuadit, vel oppu-
guat, vel si in Castris hostium contra Domi-
num militet, idem post Isern. declarat De-
cian. consil. 18. nu. 355. in 1. dicens tunc ap-
92 parere crimen notorium, † quādo Vasallus
se tuetur in Castro contra Dominum, & Fel-
93 loniam probari † sine dubio per aspectum,
& rei euidentiam, & melius quam ex quacū-
que alia ꝓbatione latè docet Schrad. de feu.
par. 9. secundæ par. sect. 13. num. 108. Et in
tantum probatur notorium factum istud, vt
in Historijs Iouij Guicciardini, & aliorum
fuerit redactū, & publicè impressum. Ex de-
94 scriptione (inquam) † facti in Historijs, factū
redditur notorium, Paris. consil. 1. num. 50.
95 in 1. vbi ait, negari † non posse tali in casu
Principis assertionem. Idem ait Decian. con
sil. 18. nu. 354. in fi. & seq. in 1.
96 Et sufficit † constare de delicto principa-
li, licèt non constet de qualitatibus delicti,
ad hoc vt delictum sit notorium secundum
veriorem sententiam, teste Farin. q. crim. 21.
nu. 51. Alibi cauetur notorium factum esse,
97 † quando est tale, quod omnes illud sciunt,
vel verisimiliter scire possunt, Menoc. de Ar-
bitr. Iud. casu 166. Ios. Ludou. decis. Perus.
67. nu. 23. Farin. d. q. 21. nu. 38. & seq. & nu.
41. & seq.

Addatur ex abundanti hodiernis tempo-
98 ribus omnes † Reges Mundi hoc iure vti, vt
pro libito deponant Vasallus, Duces, & Co
mites, & quòd stetur eorum assertioni circa
causam priuationis, vt contrarium probari
nequeat, Bald. consi. 327. num. 10. ver. Item
omnes Reges. in 1. Iacob. de feud. ver. Et di-
cti Vasalli pro dictis rebus. num. 37. Gram.
decis. 65. nu. 63. Menoch. consi. 100. nu. 27.
Peregri. de Iure fisci. lib. 1. tit. 3. nu. 51. & di-
cit Alciat. de præsumpt. reg. 3. cap. 8. quod
99 † hodie siue de Iure, siue de facto Principi
credendum est seq. Rolan. consil. 1. nu. 193.
100 in 1. qui ait, † quod de consuetudine Regū
Mundi eis creditur, cōcordat Schrad. cōs. 1.
nu. 634. quatenus aduertit, conclusionem di
centem nō esse standum assertioni Principis
101 dicentis, feudum esse sibi deuolutū, † pro-
cedere de Iure scripto, secus de consuetudi-
ne generali totius mundi, secundum quam
Imperatori Romano, & Regibus asserentib.
feudum aliquod sibi apertū, plena fides adhi
beri debet; Istudque axioma penitus debet
102 admitti, † quando agitur de tollendo feu-
do alias donato, seu ex mera liberalitate cō-
cesso per Imperatorem, vel Principem ipsi
Vasallo, & ita quando agitur de feudo ali-
cui dato per priuilegium, seu lucratiuo titu-
lo, non autem per contractum, quia illud
103 † potest Princeps ex suo libito etiā sine cau
sa, de sola potestatis plenitudine, reuocare,
vt in specie censuit Socin. consil. 87. nu. 12.
vsque 15. in 3. Mandel. consi. 433. num. 78.
& 434. num. 16. 17. & seq. vbi optimè loqui
104 tur subdēs, † feudum gratiosum multò mi-
nus obligare Principem, quam si fuisset da-
tum propriè per viam contractus; vnde cum
censeatur beneficium, & non contractus po-
test

teſt liberiori modo tolli per Principem, ſeu
eius ſucceſſores, Idem dixit Peregri.de Iure
fiſci,lib.1.tit.3.nu.56. vbi ſubiungit, iſto in
105 caſu nõ † requiri citationem Vaſalli, quia
quod poteſt fieri nobis inuitis,multo fortius
nobis ignorantibus, Boſſi.tit. de Principe,
nu.14.vbi alios adducit,Mozi.de feud. Ru-
106 br.de Natural.feud.nu.58. Id † verum di-
cens,quando Princeps vtitur poteſtate abſo
luta,& innuit Soci.loco mox citato,vbi opti
107 mè loquitur circa † reuocationẽ feudi gra-
tioſe conceſſi factam de poteſtate abſoluta
etiam ſine cauſa, & Reuſn.conſil.1.nu.176.
108 & ſeq.in t.Quando autem priuilegiũ,† ſeu
feudum per priuilegium conceſſum transeat
in cõtractum, docet Gabr.tit. de Iure queſt.
non tollen.concluſ.6.nu.6.

Inſuper nec videtur omittendum,fratrem
ipſius Vaſalli rebellis, & feudis priuati, poſt
conceſſionem,ſeu donationem dictorum feu
dorum alteri factam a ſupremo Domino, ob
tinuiſſe a dicto donatario cum ipſius Domi-
ni placito,vt feuda illa amiſſa per fratrem ſi-
bi iteratò ſub certis,ac nouis pactis,& condi
tionibus concederentur,& reſtituerentur,&
conſequenter illa feuda accepit,vti feuda no
ua, & iuridice Cameræ Domini deuoluta,
quia alias illa non accepiſſet ſub illis nouis
pactis: Non igitur eſt aliquo pacto dubitan-
dum, quin debeat dari fides aſſertioni Prin-
cipis ſupremi circa Felloniã, & cauſam Re-
109 bellionis ipſius Vaſalli, † cum frater Va-
ſalli priuati,cuius principaliter intererat ha-
bere feuda, id faſſus fuerit,& Imperialem ac
Dominicam illam aſſertionem comprobaue
rit,gratis denuò accipiendo feuda vti Impe-
rio deuoluta,cum pactis,& conditionib. alte
ratis a tenore primæuæ Inueſtituræ, vt opti-
mè poſt alios aduertit Decian.conſil.24.nu.
79.& ſeq.iuncto num.84. in 1.ſeq.Menoch.
110 conſi.304.nu.28.in fi.Alibi dicitur,† con-
feſſionem facere rem notoriã, Farin.q.crim.
111 21.nu.31.& regulariter † ex confeſſione
Vaſalli probatur Fellonia, Schrad. de feud.
112 par.9.2.par.Sect.13.nu.62.& ſeq.& † præ-
cipuè præſente Domino feudi, Schrad. ibi
nu.72.Roſent.de feud.cap.12.q.19. nu.68.

His ſic ſtantibus non ſunt curanda in op-
poſitum deducta,& præcipuè adnotata in ſi-
113 mili penè caſu per Decium, † in præcitato
ſuo conſi.544.& 606.

114 Reſpõdetur enim, imò † ſtandum eſſe aſ-
ſertioni Cæſaris, ſeu Principis ſupremi fun-
datæ in facto notorio,& declaratoriæ emana
tæ ex iuſta, & legitima cauſa, quo ad feudo-
rum priuationem,alias ex mero, & liberali
priuilegio conceſſorum per Cæſarem vel Do
minum ipſi Vaſallo rebelli, ſeu eius præceſ-
ſoribus. Et ſtante notorietate criminis non
requirebatur ordo Iuris,nec aliqua ſolemni-
115 tas iudiciaria, cum † in notorijs ordo ſit
non ſeruare ordinem,Natt.conſi. 540. nu.7.
Ioſ.Ludoui.deciſ.Peruſ.67.nu.20. & in no-
116 torijs † Iuris ordinem nequaquam ſeruari
teſtatur Farinac.q.crim.21.nu.60.62.& 65.
117 ſubdens,non etiam † requiri libellum, nec
accuſationem,nec aliquam ſolemnitatem re
quirentem ordinẽ Iudicij, ſed ex officio pro-
cedendum eſſe, & in terminis noſtris dixit
Decian. conſil.18.nu.355.in t. ſtante facto
notorio nil excipi poſſe, quin Princeps po-
tuerit nullo Iuris ordine ſeruato bona rebel-
118 lis aſſumere, illaque alteri tradere,cũ † no-
torium habeat vim ſententiæ; Quinimò nec
citatio requiritur, maximè quando conſtat
nullam competere defenſionem, ſi fuiſſet ci-
119 tatus,† cum fruſtra citetur, qui nihil habet
opponere, latè Farin. d.q.21.num.70. vt in
præſenti caſu,vbi agitur de notorio facti per
manentis, vt ex Hiſtorijs præcitatis, adeò q;
120 † ſufficit allegare notorium abſque ipſius
notorij probatione, Idem Farinac. d.q.21.
nu.88.Ita in ſimili videmus contra reum re-
pertum in fragranti,ex abrupto, & nullo Iu-
ris ordine ſeruato,procedi poſſe,cum æquipa
121 retur † reus notorius, & reus repertus in
fragranti, ita Farin.d.q.21.nu.133.134.di-
122 cens etiam,† non requiri de neceſsitate ci-
tationem rei reperti in fragranti,& præcipuè
quando conſtat illi non competere defenſio
nem aliquam,cum ſit legitimè conuictus. Idẽ
123 Farin. ibidẽ nu.143.& ſeq.Et crimen † di-
ci notorium quando quis eſt conuictus, vel
in fragranti repertus, tradit Franc. de Pont.
conſi.98.nu.34.

Ad rem igitur dico,quod cum notoriè [vt
dixi] conſtet, Vaſallum iſtum arma ſumpſiſ-
ſe,hoſtibus ſeruiuiſſe ſpontè, imò illos conci
124 taſſe aduerſus Dominum ſuum, † vtique
illi nulla potuit competere defenſio, & con-
ſequenter illo non citato abſque ordine Iu-
dicij potuit feudis priuari, vt in puncto con-
ſuluit Socin.conſi.87.nu.19.& ſeq. in 6.art.
in 3. & optimè Pariſ. in indiuiduo, conſil.1.
125 num.41. in t.dicens, Quòd † arma ſume-
re,& facere ſe hoſtem Cæſaris,inuadere ter-
ritorium,& terras illius, & Cæſare omiſſo a-
liena Caſtra, vel auxilia petere, ſeu illorum
vexilla erigere,& cætera id genus, nullã po-
teſt habere excuſationem, quin Cæſari cre-
dendum ſit, & non citata parte iſtum talem
rebellem feudis priuare potuerit, & hanc cõ-
cluſionem latè tuetur Torniol.conſil.23.nu.
63.64.& nu.105.107.108.& 109. vbi ſub-
126 dit, Cæſarem † notorium rebellem ſine ci-
tatione, vel cauſæ cognitione, imò abſq; de-
claratoria

claratoria de propria authoritate posse feuda illius rebellis apprehendere, & occupare, & Vasallum illum expellere armata manu, Peregr. de Iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 57. 58. & 61. Mandel. consi. 434. nu. 2. Gail. lib. 2. obseruat. 51. nu. 8. & seq. Vultc. de feud. cap. 11. nu. 57. in fin. Brochol. de feud. cap. 8. in fi. Idem in puncto tenuit Bossi. in tit. de sent. num. 58. di-
127 cens, sufficere † solam executionem in casu prædicto, seq. plurimos allegando Rosent. de feud. cap. 12. q. 41. nu. 122. & seq.

Et ex his consequens est, rectè potuisse Dominum supremū dicta feuda commissa alteri donare absque labe præcipitantiæ, partialitatis, seu priuationis factæ cōtemplatione futu-
128 ræ donationis, ex quò statim † sequuto delicto Felloniæ potuit feuda alteri concedere, Isern. quem sequitur Decian. consil. 18. num. 355. in 1. cum alijs congestis per Toruiol. consil. 23. nu. 107. Rosent. de feud. cap. 10. q. 42. nu. 52. qui & ipse plurimos congerit concordantes, vt nouissimè Schrad. consi. 1. nu. 357.
129 dicens, id licere † Domino facere etiam antè sententiam definitiuam, & ibidem nu. 579.
130 scribit, † feudum Domino apertum per culpam, vel negligentiam vltimi Vasalli possessoris feudo priuati illius agnatis per Dominum concedi non debere.

131 Tertia modò se offert quęstio. An † (inquā) talis priuatio feudorū ablatorum Vasallo, sic vt supra Felloni, vel rebelli, præiudicet agnatis, ita quòd Domino adiudicetur ipsis agnatis Vasalli priuati exclusis.

Et in hoc variæ fuerunt Doctorum senten-
132 tiæ, † nonnullis opinantibus simpliciter, & absolutè Domino feudi applicari, illique exclusis descendentibus, & agnatibus Vasalli, aperiri.

133 Alijs † tenentibus excludi quidem descendentes Vasalli, & Dominum feudi, illud tamē deberi agnatis, qui non peccarunt.

Tertiam opinionem cæteri amplexi sunt, nempè viuente Vasallo priuato, feudum dari Domino, illo autem defuncto restituendū fore agnatis Vasalli vltra quartum gradū; Quas omnes sententias inter se dissentiētes referūt Peregri. consil. 29. nu. 8. vsque ad finem, in 1. Fachin. lib. 7. quæstionū cap. 22. Rosental. de feud. cap. 11. q. 8. & 9. Intriglio. de feud. cētur. secunda art. 9. Fabi. de Ana. consil. 67. nu. 47. 62. & seq.

134 Verior † tamen, & receptior sententia est, feudum siue antiquum, siue nouum, siue hæreditarium, siue mixtum, imò etiam ex pacto, & prouidentia, semper Domino aperiri, quando Vasallus in personā ipsius Domini deliquit. Ratio est, vt Dominus hanc habeat iniuriȩ sibi factȩ vltionem, ista sunt verba tex. aperti in c. 1. §. denique. titulo, quæ fuit prima cau∫. bene∫. amitt. vbi Doct. Rub. Alex. consi. 96. col. fin. vbi ait, ab hac opinione in iudicando non esse recedendum, & post multos idem ait Rolan. consil. 14. nu. 2. in 4. Menoc. consi. 99. nu. 123. & seq. Decia. in terminis consi. 18. num. 343. in 1. latè Peregr. de Iure fisci, lib. 5. toto tit. nu. 108. vbi multos adducit, subdens contrariam sententiam communiter improbari, & in consilio 29. in fine in primo ait, articulū istum fuisse exactissimè discussum in Excellentissimo Senatu, & datis suffragijs maiorē partem stetisse pro deuolutione ad totalē agnatorum exclusionem, Et tandem confutatis omnibus contrarijs istam vti etiam communiorem optimè defendit Fachin. controu. Iuris, lib. 7. cap. 22. & infinitos recenset, & sequitur Bur∫. consilio 225. nu. 95. & consilio 148. nu. 8. 9. Gabr. consilio 172. numero 40. in 1. Anguil.
135 consi. 93. nu. 170. Quinimò feudum † ab initio semper censetur concessum cum illa qualitate, & sub illa conditione, vt in casum iniuriæ, ingratitudinis, & offensæ cōtra ipsum Dominum concedentem, feudum ipsum ad eundem Dominū omninò reuertatur, vt post multos tradit, & seq. Farin. q. crim. 25. num. 76. &
136 78. dicens explicitè, quòd † si offensa, vel delictum, propter quod bona Vasalli publicantur, directè respiciat personam Domini feudi, tunc indistinctè feudum siue nouum, siue antiquum semper ad Dominum deuoluit, non autē ad agnatos, ideò per suprascriptā rationē ab ista opinione nec in iudicando, nec in consulendo recedendū esse, sequitur Intrigl. de feu. cent. 1. ar. 9. nu. 1. 2. 3. & seq. addo Petruti. cōsil. 101. nu. 10. 11. confert dictum Rosent. de feud. cap. 11. q. 2. num. 4. quatenus approbat
137 pręcitatam sententiam, vt scilicet † feuda ea conditione successoribus videantur deberi, si Vasallus possessor non commiserit aliquā culpam, ob quam feuda illa Domino cōmittantur, subiungens in Glo. 6. quod deficiente ista conditione actus dicitur resolutus, idem repetit hanc sententiam optimè tuendo, d. c. 11. q. 9. nu. 6. & per totam, vbi contraria tollit, & q. 15. nu. 1. 2. optimè Curt. de feud. par. 5. col. 2. ver. Sustinendo tamen primam, Decia. consil. 18. num. 343. sequitur Bur∫. dicto consi. 225. nu. 109. ver. Accedat octauo. Quando autem dicatur directè offendi persona Domini satis in principio primæ quæst. demonstrauimus.

Plura tamen, & quidem vrgentia, atteuto casu isto controuerso, videntur obstare huic firmissimæ conclusioni, quibus tamen omnib. sigillatim responsiones accommodabimus.

138 Primo hic agi de feudis † mixtis, cū in Inuestituris fiat mentio de hæredibus, Schrad.
139 consi. 3. nu. 98. vbi plures adducit. Quæ † in omnibus

omnibus sapiũt naturam feudorum ex pacto, & prouidentia, dempta sola qualitate hæreditaria, nempè vt volẽs succedere in illis debeat esse hæres primi, vel vltimi Vasalli, in cæteris autem, vt dixi, dicuntur feuda ex pacto, & prouidentia, vt probè declarat Surd. consi. 63. nu. 12. & seq. & consil. 108. nu. 10. 11. & 12. Menoch. consil. 690. nume. 4. Ideò in talibus feudis mixtis descendentes, & agnati Vasalli in-
140 stiti, † licèt in dictis feudis non succedãt nisi sint hæredes, attamen non capiunt feuda ex successione, seu Iure hæreditario, sed Iure sanguinis, nempè ex pacto, & conuentione, vnde dicuntur succedere non vt ex nunc, sed vt ex tunc, & ideo[vt dixi]dicuntur succedere Iure proprio, & ex propria persona, vti filij, & descendentes, vel vti agnati primi Inuestiti, non vti hæredes vltimi, vt post alios docet Surd. d. consi. 63. nu. 18. 19. & 20. & seq. & consi. 108. nu. 11. vsque 16. diffusè Schrad. consil. 13. nu. 200. & 201. Et in istis feudis ex pacto, & pro-
141 uidentia † non datur successio, cum vnus non habeat causam ab alio, sed omnes a primo, vt ex tũc, Schrad. consi. 1. numero 46. vbi subdit, aliam dici Inuestituram vnius, aliam dici Inuestituram alterius, concordat Fabi. de Ana.
142 d. consi. 67. numero 52. quatenus ait, † in tali genere feudorum tot esse concessiones, quot
143 sunt personæ. Modò quando feudum † ex pacto &c. est antiquũ, & cõmittitur ob delictum Vasalli in personã Domini, non aperitur Domino, sed descendentibus vel saltem agnatis ipsius delinquẽtis, vt abundè probat Rosent. de feud. cap. 11. quæstione 5. numero 1. & 2. & quæstione 8. numero 1. & quæst. 9. nume. 10. in fin. Fabi. de Ana. consil. 67. num. 51. 52. & seq. & plures adducit Bursat. consi. 225. num. 185. seq. Farin. q. crim. 25. nu. 87. dicẽs, quod cum
144 † in feudo ex pacto, &c. & antiquo filij, & descẽdentes non ex patris persona, nec tãquã patris hęredes, & successores, sed Iure proprio veniant ad feudum, tunc eiusdem patris delictũ filijs, & alijs vocatis non nocet, & ideo in casum confiscationis, & priuationis feudi, non Domino, sed filijs, vel vocatis aperitur, & cũ hac sententia videtur pertrãsire Thesaur. decis. 167. numero 1. & apertè illam post mortem Vasalli priuati sequitur Bamacar. in c. Si Vasallus culpam, nu. 9. tit. si de feud. defun. fuer. content.

Cęterùm Respondetur, supra probarũ fuisse, Vasallum istum rebellem, & reum lęsæ maiestatis Imperialis fuisse, cum ad hostes confugerit in eorum auxilium contra Cæsarem, ad tradita per Gig. de læs. maiest. Rubr. Quid si
145 crim. læs. maiest. At Vasallo † tale crimẽ cõmittente feudum aperitur Domino, exclusis omnibus agnatis, etiam si fuerit antiquum, & ex pacto, &c. vt de rebelle loquitur Decia. pra. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 41. num. 625. Rolan. loquens de falso monetario, consi. 29. nu. 6. 7. in 3. Farin. q. crim. 25. nu. 91. & seq. cum alijs relatis, & sequutis per Intrigl. de feud. centur. 2. art. 9. num. 8. & seq. & nume. 19. in fi. de feud. Burs. 225. nu. 186. ante fin. Bero. consi. 65. nu-
146 mero 156. in 1. dicens, † talia feuda, in quib. etiam filius succedit Iure proprio, publicari, & committi ob delictum lęsę maiestatis, vt est si fuerit cõmissum in personam Principis, vel Imperij, & crimen rebellionis reputatur in primo capite læsæ maiestatis, Farin. consilio 55. numero 94.

147 Respondetur † secundo veriorem, & magis communem sententiam esse, vt feudum ex pacto, &c. detur Domino in suæ iniuriæ, vltionẽ, propter Vasalli possessoris delictum in personam Domini, vt dixi in principio istius quæstionis, quibus addo relatos, [licèt non sequutos] per Rosent. de feud. c. 11. q. 8. nu. 4. in Glo. d. & magis communem enuntiat Bursat. d. cõsilio 225. nu. 186. & consilio 148. nu. 8. 9. & in iudicando sequendam, ait Menoch. cõsi. 199. nu. 192. & seq. & contrariam sententiam communiter improbari testatur Peregrin. de Iure fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 108. antè finem, & frequẽtiori Doctorum calculo receptam ait, Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 13. nu. 10. & verè rationes adductę ad fauorem Domini, nempè vt illi applicetur feudum in vltionem suæ iniurię. Et quòd semper feudũ dicatur concessum sub illa conditione, dummodò Dominus concedens non offendatur, vt etiam infra dicetur, æquè militant in omni feudorum genere, quo ad ipsum Dominum, & in puncto optimè declarat Curt. Iun. de feud. par. 5. in princ. vers. Sustinendo tamen primam.

Secundo Videtur obstare, Vassallum istum absentem fuisse priuatum in contumacia, non autem probato crimine per veras probationes factas præsente ipsomet Vasallo reo, & se defendẽte. Et ideo dixit Farinac. q. 24. nu. 173.
148 & seq. vigore † contumaciæ vnius personæ aliam non posse puniri, etiam vigore constitutionis dictauris, vnum teneri pro delicto alterius, ratio est, quia ex contumacia non dicitur resultare vera delicti probatio, Cartar. de execut. sent. capt. bannit. cap. fi. nu. 9. & 142. Et
149 ideo † tali in casu feudum agnatis applicari ait Bossi. tit. de bono. public. numero 56. Rol. consi. 15. numero 4. in 4. Burs. consil. 225. numero 97. 98. Peregrin. de Iure fisci, lib. 5. ti. 1. nu. 110. seq. Fabi. de Ana. conf. 67. nu. 68. 99.
150 apertè dicens, † tunc tantum feuda applicari Domino ob delictum Vasalli in ipsum Dominum commissum exclusis agnatis, quando Vasallus non est in contumaciam condemnatus,

tus,sed ex veris probationibus,quia probatio resultans ex contumacia non egreditur personam contumacis. Vnde dixit Alciat.consf. 19.
151 numero 3. in 3. legem † loquentem de Vasallo delinquente non intelligi de eo, qui in contumaciam damnatus est, & ideo bona cõdemnati non applicari fisco in præiudicium fratris Vasalli condemnati, Rosent. de feud. cap. 11. quæstione 7. Glo.fin.in fine & quæstione 14.nu.5.
152 Respondetur † tamen,id procedere, quando Vasallus priuatur feudo ob solam cõtumaciam,vel inobedientiam,vt quia vocatus spernit, & non comparet,secus si ob delictum per eum perpetratum, & posteà cõtumacem,nam isto in casu sustinetur priuatio feudi in præiudicium agnatorum,ex quo dicta priuatio prouenit a vero delicto in contumaciam probato,vel declarato, vt declarat Bossi.dicto titulo de bono. public.numero 57.& dixit Natt.cõ-
153 silio 540.numero 29.sententiam † latã contra contumacem principalem tertio præiudicare, quando apparet iudicantem fuisse motũ per veras probationes, quas habebat de delicto,non autem propter contumaciam; Quan-
154 do igitur sententia, † seù priuatio non in sola contumacia, sed in aliqua probatione fundatur, alijs etiam præiudicium afferre potest, Fanut.de Inuent.par.5.nu.31. Gabriel.titulo
155 de sent.conclus.3.lim.1. nã iustificato † crimine, Domini intentio remanet fundata, nec contumacia delinquentis sibi in Iure suo debet præiudicare, vt in puncto tradit Peregri. de Iure fisci lib. 5. titulo 1. numero 110.in fi. Cum igitur in præsenti casu agatur de crimine rebellionis,seù læsæ maiestatis,publico,notorio, & in varijs Historiarum libris impresso, satis dicitur constare de crimine per contumacem perpetrato, & consequenter agnatis ipsius delinquentis præiudiciale; Hinc fuit de-
156 cisum per Rotam Romanam, † quòd licèt bannum, seù sententia contumacialis contra vnum lata non probet delictum contra alium tertium, probat tamen culpam vnius contumacis notoriam in præiudicium tertij, teste Farin. quæstione crim. 25. numero 72. 74. &
157 seq. Ideò quæri solet, an † bannitus contumax dicatur bannitus propter contumaciam solam, an verò propter delictum,& dicitur attendendam esse causam banni, meritò si delictum dat causam banno, ille dicitur verus delinquens, & propriè comprehenditur in legibus, & statutis castigantibus delinquentes. Idem Farinac. quæstione cri. 11. numero 97. in fin.

Tertio fortasse posset excipi in puncto isto controuerso, indubitatè feuda fuisse agnatis aperta vigore concessionis,& priuilegij Cæsareæ Maiestatis,confirmantis testamentum patris communis Vasalli priuati, & aliorum fratrum,a quibus descenduut agnati possessores, in quo testamento omnes vocantur nominatim,& præcipuè, quòd si vnus eorum decederet intestabilis,vel ab intestato, quòd alter fra-
158 ter succederet,quò fit † vt cum feuda per testatorem omnibus eius filijs fuerint nominatim, explicitè, & expressè assignata ex Testamento ab ipso Cæsare approbato, illis nõ possint vllo pacto auferri, illisque in Iure quæsito præiudicari non possit, vt in casu quasi simili consuluit. Deci.consil. 544. in 2.articulo num.30. vsq; ad fin.repetito in consil.606. & specificam omnium filiorum nominationem in proposito isto considerat Peregri. de Iure Pisci.libro 5.tit.1.num.109.in fin.1. Confirmatur conclusio, quia videmus,quod quoties constat ex tenore Inuestituræ, concedentem noluisse, vt per delictum vnius ex Inuestitis alteri non præiudicaretur,offensam per vnum ex illis factam in Dominum agnatis alijs,imò nec descendentibus ipsius delinquentis posse
159 præiudicare,† cum forma Inuestituræ sit obseruanda, ita post Aluar. & alios firmat Rol.
160 consil. 15.nu.3. in 4.exemplificans † in feudo concesso taliter, quòd de vno in alterum reuertatur. Vel in feudo concesso generi alicuius,cum in eo non Iure hæreditario,sed ex tenore Inuestituræ & Iure geniture succedatur, seq.Burs.consi.225.nume.101.111.& seq.& 187. & seq. alios congerit Intrigliol. de feud. cent.2.art.9.nu.12. & seq. & num.18. & seq. Peregrin.dicto lib.5.titulo 1.nu.109. & hanc esse communem doctrinam enunciat Clar. §. feudum quæstione 66.ver. Sed in omnem casum,Bero.consilio 77.numero 21.& seq.in 1. Farinac.q.crim.25.num.93. Addatur insuper
161 † ex tali testamento a Cæsare cõfirmato inductum fuisse fideicommissum,ad quod confiscatio,seù priuatio non trahitur, vt perpendit Rolan.consi.1.nu.44.in 3.

Respondetur tamen, semper & omni casu,
162 † omne feudorum genus aperiri Domino,qũ illius persona principaliter offenditur, vt supra dictum est, & consequenter confiscari, & aperiri Domino omnia feuda quæque sint ob crimen Vasalli possidentis, & committẽtis crimen læsæ maiestatis in primo capite,nempè ob offensam personæ,vel Status Domini,vt p eundem Farinac.dicta quæstione 25.nu.91. &
163 seq.& ideo supra probauimus,feudũ ex † pacto, &c. in quo vna quæque persona succedit Iure proprio,& in quo tot dicuntur concessiones quot sunt personæ, Domino, non autem agnatis aperiri ob talem reatum læsæ maiestatis, & tradit Bero.consil.65.nu.156.in 1.alios refert,& sequitur Intrigl. d.art.9.numero 19.

Nam

164 Nam † licèt in præcitatis concessionibus feudorum omnes agnati, & eorum quilibet videantur vocati de per se ex sola prouidentia concedentis vigore primordialis Inuestituræ.
165 Tamen ex † quò feudum originaliter procedit a liberalitate concedentis semper dicitur datum sub illa qualitate, & conditione, vt si ingratitudo, vel offensa in Domini personam committatur ad ipsummet Dominum reuerta
166 tur, & ideo † cum hoc sit de natura feudi, & feudum a principio tali conditione sit affectũ, agnati non peccantes conqueri non possunt, si ex vnius delicto omnes priuentur, vt in specie, & quidem pulchrè aduertit Curt. Iun. de feud. par. 5. col. 2. vers. Sustinendo tamen primam. seq. Peregr. d. tit. 1. nu. 109. in fi. ver. hæc tamen limitatio, latè in puncto de communi, & veriori attestans Decia. consil. 18. nu. 343. in 1. Menoch. cons. 99. nu. 194. & seq. vbi optimè loq. post Paris. consi. 25. num. 50. vsque ad fin. & abundè diximus supra in declinatione primi motiui contra istam tertiam quæstionẽ.

Respondetur 2. in Inuestitura concessa prędecessoribus d. Vasalli, & eius fratrum, ac agnatorum, fuisse appositam clausulam (saluo Iure
167 Imperij Romani) † quæ clausula solet apponi in oĩbus Inuestituris maxime in Imperialibus, cuius vigore feuda omnia perdũtur ẽt ex leuioribus causis, quam præcitatis, & Domino feudi, seù Cæsari applicantur, vt in terminis per Decia. consi. 18. nume. 343. in fin. & numero 347. in 1. Menoc. cons. 99. num. 196.
168 dicens † per illam clausulam nunquam dici recessum a natura feudi, quin Domino offenso principaliter in personam, vel Statum aperiatur, & consi. 304. nu. 27. Paris. consil. 21. nu. 55. Gozad. consil. 26. nu. 48. ver. Sexto omnino, Intrigliol. de feud. cent. secunda artic. 93. nu. 30. & seq.
169 Respondetur † tertio testamentum illud, & Cæsaris approbationẽ reduci, & intelligi quò ad ius legitimum succedendi inter ipsos nominatos, nempè vt remota illegitima, & reprobata successione, sed concurrente successione admissibili, illi tales succederent iuxta votũ, & mentem Testatoris confirmationem Cæsaream obtinentis. Non autem eò tendit confirmatió Cæsarea, vt vno vocatorum delinquente contra ipsummet Dominum, feudum cõtra Iuris formam sibi auferatur, & alteri adiudicetur, & in sui ludibrio. Cum semper præsuma-
170 tur † Cæsarem voluisse ius feudorum seruari in casum Felloniæ, vel læsæ maiestatis crimine, per tex. in c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feu. & post multos in terminis docet Decia. d. cons. 18. nu. 345. & seq. Hoc, inquam, est regu
171 lare, † quòd quando Dominus aliquid concedit Inuestito cõtra ordinariam naturã feudi, in cæteris non alteratis, feudum retinebit suam propriam naturam, & ideò in casum delicti amissionis, vel priuationis eisdem modis, ac eisdẽ causis amittetur, & aperietur Domino, ac si in aliquo non fuisset alterata, vel mutata natura feudi, quia in non mutatis feuda retinent naturam suam, vt per Loffred. consilio 1. nu. 178. Ferett. consi. 40. nu. 12. & 178. nu. 18. Roma. consil. 70. nu. 2. & Corn. consilio 239. numero 17. in 1. dicentęs, feudum,
172 † cuius natura fuit alterata a cõcedente, eisdem modis amitti, quibus fuisset amissum, si non fuisset alteratum, & cõcordantes adducit Decia. consilio 18. numero 347. in 1. latè Surd. consilio 63. numero 29. dicens, vnum
173 † pactum contra naturam feudi non facere, quin dicatur verum feudum quo ad alia expressè non alterata & consil. 426. nu. 12. Becci. consi. 88. nu. 19. & consi. 101. nu. 74. Idem Surd. consilio 445. num. 59. Et ita satis patet, Cæsarem non confirmasse testamentum illud in sui pręiudicium, nisi in expressis, sicuti vide
174 mus in simili, † confirmationem statutorum factam per Principem non extendi ad Statuta illi præiudicialia, seù diminuentia illius potestatem Gozad. cõsi. 101. nu. 19. & 20. Surd. consi. 47. nu. 20. Alferi. alleg. 2. nu. 6. Decian. consi. 71. nu. 8. in 4. Laus Deo.

Car. Bardellonus I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum Descendentibus est verbum naturale indifferens, & conueniens tam legitimis, & naturalibus quam naturalibus tantum.*

2 *Statutum quod filij, & nepotes non soluant gabellam relictorum porrigitur etiam ad bastardos, contra nu. 16 & 20.*

3 *Filiorum appellatione tunc includuntur naturales, quando eadem inest ratio naturali quæ in legitimo.*

4 *Filij naturales quoad commoda non sunt filij, sed tantum in odiosis præcipue in statutis, quæ propriè intelligi debent. & nu. 18.*

5 *Filius naturalis non dicitur propriè filius, sed interpretatiue, & per extensionem.*

6 *Interpretatio, & extensio cessat in statutis, præcipuè vbi cadit diuersitatis ratio.*

7 *Dominij noua acquisitio non fit in filio, sed continuatio.*

8 *Laudemium non debetur pro hæreditate paterna, cum non sit noua acquisitio, sed continuatio.*

9 *Filius naturalis succedit in duabus vncijs, seu in sexta parte tantum.*

10 *Filius naturalis nõ est suus hæres sed extraneus, cum non sit in potestate patris.*

11 *Domi-*

11 *Dominij continuatio oritur. seu causatur a suitate, & num 23.*
12 *Suitas non cadit in his, qui non sunt in potestate patris.*
13 *Ius canonicum & ecclesia non computat gradus inter ꝑsonas illegitimas & in peccato cōceptas.*
14 *Ius canonicum, & Ecclesia illegitimam prolem abhorret.*
15 *Naturalis filius de Iure canonico in emphiteusi non succedit.*
17 *Filius naturalis habetur pro filio quoad certos respectus & certis in casibus tantum.*
19 *Statutum vbi potest sperare proprium significatum non est trahendum ad improprium.*
21 *Gabella non debetur de relicto naturali filio. quatenus concurrit cum naturali debito, sed pro eo tantum, quod excedit & nu 24.*
22 *Statutum arctans quoscunque de relictis sibi factis aliquid soluere fisco filijs exceptis, naturales non eximit.*
23 *Bal. & Angel damnantur.*
25 *Filius naturalis succedit patri decedenti sine vxore, & prole legitima in duabus vncijs seu sexta parte hæreditatis.*
26 *Mater filij naturalis succedit pro virili in duabus vncijs ipsi filio debitis in hæreditate patris.*
27 *Rerum sub nomine ea omnia veniunt quæ sub nomine bonorum in legis, & hominis dispositione continentur.*

ARGVMENTVM.

Filius naturalis pro legato sibi à patre facto non gaudet beneficio statuti eximentis ascendentes, & descendentes à solutione gabellæ, seu datij, super legatis indicti.

CONSILIVM CII.

Actiones meæ à Domino.



Tatuto Mantuæ in Rubr. de datio. legato. & hæred. relictorū cauetur; Quòd pro legatis, &c. soluantur duodecim par. pro qualibet libra valoris & æstimationis rerū legatarū, &c. A prædictis aūt excipiūtur legata relicta pijs causis, &c. ascendētibus, & descendentib. in infinitū, & collateralib. vsque ad quartum gradum, secundū iuris Canonici dispositionem gradu cōputato, &c.

Quæritur an de legato relicto per testatorē suo filio naturali debeat datiū, & cōsequēter, an filius naturalis gaudeat beneficio præfatæ exceptionis statutariæ indultæ descēdētib. &c.

1 Et vr̄ datiū nō deberi: Quia † verbum illud (descēdētib.) & verbū (naturale) est indifferēs,
& cōueniens tā legitimis & naturalib. seù iustis filijs q̄ etiā naturalib. tm̄, & ideo in pūcto
2 † dixit Bald. in l. parētes. nu. 6. vers. Itē facit ad qōnem. ff. in ius vocan. qđ stante statuto, vt filij, & nepotes nō soluāt gabellā relictorū, tale beneficiū porrigitur ad bastardos, cū statutū illud nō possit habere aliā rōnem, nisi quendā fauorē, qui naturaliter istis filijs debetur, meritò talis rō ad illegitimos extēditur. & Baldum sequitur Fel. in c. In præsentia. nu. 22. vers. Idē in statuto ꝙ filius nō soluat. ext. de probat. vbi ēt in proposito post alios proponit regulā; Qđ
3 in omni materia, in qua cōtrouertitur, † an appellatione filiorū veniāt naturales, tūc naturales includuntur, qn̄ eadē rō inest naturali, q̄ in legitimo. Idē probauit Ang. cōs. 30. Dña Frācisca. nu. 6. dicēs, ꝙ cū huiusmodi statutum tribuat immunitatē a gabella, & cōsequēter agat de materia cōgruente tā legitimis q̄ naturalibus, & vtatur verbo indifferēti, & vniformiter naturali cōueniēte iustis filijs, & naturalibus, nullatenus ꝑ naturales debeat solui gabella, sed comprehendantur sub exceptione statuti.
4 In contrariū est veritas; Nā † filij naturales, quoad cōmoda nō sunt filij, sed tm̄ in odiosis. l. filij. vbi Glo. ff. verb. sig. & ꝓcipuè in statutis,
5 q̄ debēt propriè intelligi. nā † filius naturalis nō dr̄ propriè filius, sed interpretatiuè, & ꝑ extensionē. l. generaliter. §. humanitatis intuitu.
6 C. instit. & substit. † q̄ interpretatio, & extēsio cessat in statutis. l. cōstitutionib. ff. ad municip. Tantò magis in præsenti materia, in qua cadit diuersitas rōnis in filio legitimo, ac in naturali. Quia rō, cur filius de relicto sibi a patre non
7 teneatur ad datiū, est, quia † in filio non dr̄ fieri noua acquisitio, sed continuatio dominij. Ang. Imo. & Cuma. in l. in suis. ff. lib. & posth. & est cōis opinio teste Dec. in l. fin. nu. 12. &
8 seq. C. edic. diui Adr. tollen. vbi ēt subdit, † laudemiū pro hæreditate paterna nō deberi, quia nō est noua acquisitio, sed cōtinuatio. Idē firmat Gomes. lib. 1. var. resol. c. 9. nu. 18. Palcot. de noth. & spur. c. 32. num. 7. Decis. Mant. 96. nu. 3. vbi alios adducit. At talis rō nō militat in filio, vel descendente naturali, in quo non cadit cōtinuatio dominij facultatis paternæ. Si quidē filius legitimus, & naturalis totaliter succedit patri ab intestato, ut est notissimum,
9 † nō tm̄ taliter succedit filius naturalis tm̄, sed vix in duab. vncijs, seù in sexta parte secundū tm̄ distinctionē, de qua in §. ne igitur. auth. q. b. mod. natur. effic. sui. & in Auth. Licet. C. de natur. liber. & infra latius dicetur. Confirmatur
10 fundamētū, quia † filius naturalis nō est suus hæres, sed extraneus, ex quo nō est in potestate patris. §. fin. Instit. de nupt. §. 1. Instit. de patr. potes. Ascan. Clem. de patr. potest. c. 5. nu.
11 23. & seq. At † prærogatiua cōtinuationis dominij oritur, seu causatur a suitate, dicta decis.
12 Mūt. 96. Doct. in d. l. in suis, † suitas autē non

cadit

cadit in his, qui nõ sunt in potestate patris.§.
sui autem. Instit.de hæred. qualit. & differ.cũ
cõcordan.in eadem decis.96. nu. 11. & p tot.
in qua fuit decisum, Gabellam debere solui à
filio emancipato de donatione sibi facta a pa-
tre. Quare dicendum est, filium naturalem vti
extraneum teneri ad solutionem dicti datij.

Secũdò aduertatur, statutũ considerare am
putationẽ graduũ in collateralib. legatarijs at
13 tento iure canonico. Modò † ius canonicũ, &
ecclesia non cõputat gradus inter personas il-
14 legitimas, & in peccato cõceptas, † cũ talẽ pro
lem omnino abhorreat. Alex.cõs.94.nu.5.in
1.Hond.cons.37. nu.21.in 2.Si igitur statutũ
se remittit iuri canonico in collateralibus, for
tius voluit se intelligere de descendentib.legi
timis ex iustis nuptijs, quia si peccati rõ habe-
tur in collateralib. & remotis, vtique & id dr̃
considerasse in descendentib. propinquiorib.
in quib. maius peccatũ, & grauius militat in
testatorib. ascendentib. & immediatè peccan
15 tibus. Hinc videmus † ecclesiã, & ius canoni-
cũ non pati filiũ naturalem succedere in em-
phyteusi ecclesię. Hond.d.cõs.37.n.21.& seq.

Tertiò ita in puncto cẽsuit Bart.cõs.229.in
16 1.dicẽs, † statutũ eximẽs filiũ a solutione ga-
bellæ pp relicta sibi in vltima voluntate non
17 habere locũ in filio naturali, † quia filius natu
ralis habetur pro filio, quoad certos respectus
tm̃, & in certis casib. Igitur sequitur in cæteris
militare regulã, vt ille tm̃ sit filius, qui ex viro
18 & vxore nascitur, subdens † quoad cõmodum
filiorum naturales nõ esse filios, & inferius in
19 proposito dicit, † q cum præfatũ statutũ possit
operari secundũ propriũ significatũ, nõ est tra
20 hendum ad impropriũ, † & illũ sequitur Dec.
cõs.471.col.2.in princ. Rimin.iun.cons.442.
nu.18.iuncto nu.70. cõcordat in pũcto Anch.
21 in c.Raynaldus.nu.53.extr.de testa.vbi † ait,
quòd quatenus tale relictũ factũ naturali filio
cõcurrit cũ naturali debito tunc gabella non
debetur, sed bene pro eo quod excedit, & hoc
firmat Palęott.de noth. & spur.c.32.nu.7.di-
22 cens, † quòd stante lege municipali cogente
quoscũq; de relictis sibi factis aliquid soluere
fisco, exceptis filijs, nõ dñr excepti naturales,
quia rõ excipiendi filios est, quia dñr magis
consequi quod iam suum erat, q̃ lucrum quæ-
rere. Sed naturalibus non debetur hæreditas
paterna, sed alimenta tantùm, & ideo a pro-
prietate verborum statuti non est recedendũ.

Nõ igitur obstãt cõtraria, quia vt supra di-
23 ctũ est, hic agitur de materia differenti, † ex
quò immunitas, & exẽptio concessa per statu-
tum descendentibus, & filijs a solutione ga-
bellæ fundatur in continuatione dominij, quę
non cadit in naturales, & ita rõ Bald. Ange. &
sequaciũ in cõtrariũ adductorũ est oĩno falsa.

24 Vis igitur residet ad dignoscẽdũ, † an filius
naturalis saltẽ sit exẽptus a datio pro portione
sibi de iure, & naturaliter debita a patre, prout
innuit Anch.in d.n.53. Et vr̃ cõuenire rõni, in
qua se fundant negantes, filiũ gaudere posse
beneficio talis exceptionis, dicẽtes rõne conti
nuationis dominij iustũ filiũ ad datium hm̃õi
non teneri, quia hæreditas paterna dicitur illi
25 debita. Quo in casu aduertendum est, † q cum
pater istius filij naturalis decesserit sine vxore,
& sine filijs legitimis, & naturalib. præfatus fi-
lius in duabus vncijs, seu in sexta parte hære-
ditatis paternæ successurus fuisset ab intesta-
to.§.ne igitur.in fin.auth.quib.mod.nat.effic.
sui.auth.licet.C.nat.lib. Aloys. de Leo.in l.1.
nu.3.C.natu.lib. Didac. in epit. de spons.p.2.
c.8.§.4.nu.9. Capriol.de success.ab intest.lib.
1.nu.64. D.Surd. cõs.455.n.54. Franc.decis.
295. Adeo q vr̃ dicendũ exemptũ fore filium
naturalẽ pro tali quota, seu sexta parte hæredi
tatis paternæ a quolibet onere gabellæ.

26 His tñ nõ attẽtis, dico, † matrẽ istius filij de-
bere succedere pro virili in dictis duab. vncijs,
vt clarè deciditur ĩ d.§.ne igitur.in fin. in ver.
Si quis aũt defunctus. & ĩ d.auth.licet. Didac.
Leo. & Capriol.in locis præcitatis. Quæ quidẽ
mater, ac respectiuè concubina nõ excipitur à
statuto nostro, & idcirco de toto legato prædi
cto debetur datium, dempta ex dicto legato
portione æquipollente vni vnciæ hæreditatis
testatoris debitæ ipsi filio naturali iuxta præci
tata, circa quam vnciam filio naturali debitã
verba faciam, cum plus otij dabitur.

Et cum statutum dicat, deberi datiũ de re-
bus, & iuribus legatis, dubio procul intelligĩ
de omnib. & quibuscũq; bonis mobilib, & im
mobilib. ac se mouentib. pecunijs ac cęteris id
27 genus. Nã † sub noĩe rerũ ea oĩa veniunt, quæ
cõtinentur sub noĩe bonorum in dispositione
legis, & hominis. latè Pinel.in rub.C.bon. ma
ter.nu.5. & seq. Alibi dr̃ sub vocabulo rerum
contineri totam hæreditatẽ Bal.in l.licet.n.3.
C.pact. & in hoc non est dubium. Laus Deo.

Car. Bardellonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Filius naturalis in vnica, seu in duabus vncijs si bi mortua matre debitis ex substantia paterna filio legitimo, & naturali æquiparatur.

2 Gabella non est soluẽda de legato facto filio natu rali, nisi in eo quod excedit debitum naturale.

3 Dacium de hereditate vel legato stãte statuto, nõ debetur nisi de vtilitate ex illis resultante.

4 Dacium non debetur de legato valoris 300. nisi pro 200. vbi habet onus præstandi 100.

5 Hæreditas paterna non dicitur filio debita, sed quasi debita.

6 Hare-

6 *Hæreditas filio quasi debita iudicatur tamquã de lucro nont amquam de damno.*

7 *Legatum est donatio, & quod capitur illius vigo re dicitur capi vti lucrum.*

8 *Filius etiam ex vero matrimonio natus tenetur ad dacium hæreditatis paternæ, nisi a statuto ex cipiatur.*

9 *Legatũ nõ acqritur nisi agnoscẽdo, vel acceptãdo.*

10 *Statuta imponẽtia gabellã de vltimis volũtatib. seu hæreditatib. illã imponere videntur pp lucrum, quod quæritur ex possessione hæreditatis.*

11 *Possessio non dicitur continuari in filios, sed requiritur actualis apprehensio.*

12 *Gabella de legatis ex statuto debita quomodo sit soluenda duo distinguuntur casus ex Bart. in contractibus loquentis & nu seq.*

13 *Gabella est soluenda de toto legato, quando statutum dicit quod soluatur certum quid pro qualibet libra valoris rerum.*

14 *Gabella quãdo ex statuto determinate, et nõ ĩdefinite debetur tũc nõ deducũtur onera, nec expẽsa.*

15 *Filius naturalis acceptãs bona sibi legata virtute legati tenetur soluere gabellã, licet alias fuisset in ipsis bonis ab intestato successurus.*

16 *Paria sunt agnoscere titulo legati, vel ex causa legati.*

17 *Titulus, & causa actus gesti idem sunt.*

18 *Legatum acceptans dicitur agnoscere onus iniun ctum, & annexum.*

19 *Adiens, vel acquirens ex causa testati, non potest sibi mutare causam succedendi sub titulo intestati.*

20 *Vna causa per alteram tollitur.*

21 *Causa intestati non habet locum donec subest spes causæ testati.*

22 *Succedens ab intestato non habet titulum a defun cto, sed a lege.*

ARGVMENTVM.

Gabella de legatis vigore statuti debita, an & quando, & quomodo sit soluenda, præcipuè à filio naturali, quoad vnciam aliàs sibi debitam ab intestato in bonis patris.

CONSILIVM CIII.

Actiones mea à Domino.



Lias sustinui dacium deberi de legato relicto a patre filio suo naturali, necnon etiam deberi de vncia partienda cõcubinæ, & matri respectiuè dicti filij, et deducenda ex duabus vncijs dicto filio datis a lege ex bonis, & substantia patris decedentis sine filijs legitimis, & naturalibus, & sine vxore.

Liber Secundus.

Reliquum est perscrutari an stante qualitate statuti nostri debeatur dacium de illa vncia adiudicata filio naturali.

1 Et vr̃ non deberi, quia † in illa vnciã, seu in duab. vncijs debitis filio naturali ex substantia paterna mortua matre parificatur filius ipse naturalis filio iusto legitimo, & naturali. l. generaliter. §. fin. vers. Humanitatis intuitu. C. instit. & substit. & ideo dixit Anch. in cap. Rainaldus. nu. 53. vers. Quid dicendũ. ext. de 2 testam. ꝙ † quatenus legatũ factũ filio naturali concurrit cũ naturali debito, nõ debet solui gabella, sed tantũ in eo, quod excedit. Quò fit, vt de præfata portione naturaliter debita filio naturali (ita etiam dictante lege) & absque dispositione patris nullo pacto debeatur daciũ, cũ, vt dixi, illã habeat beneficio legis, non aũt ea testamẽto paterno, & ideo portio illa nõ ad scribatur lucro, & cõseqũter nõ subiacet one 3 ri gabellæ, quia † stante statuto, vt de hæreditate, vel legato soluatur daciũ, nõ debetur nisi de vtilitate resultante ex dicta hæreditate, vel legato. Secùs si ex illis nullum commodũ æstimabile resultaret. Ita post Bar. Bal. & alios tradit Ias. in l. fructus. nu. 19. vbi Socin. col. 1. ff. solut. matri. latè Socin. iun. cõs. 32. nu. 9. vsq; ad fin. in 1. Personal. de Gabell. nu. 139. Idem Ias. in l. cũ quædam puella. §. 1. nu. 6. & seq. ff. 4 de iurisd. om. iud. & ideo videmus † quod si legetur domus valens 300. habens onus prçstãdi, 100. nõ debetur daciũ mihi habita rõne valoris, 200. Bal. Cuman. & alij in l. nõ amplius. ff. leg. 1. & ista est cõis opinio, teste Suarez. Thesau. recept. senten. vers. Gabella. nu. 3. & seq. Tiraq. de retract. lignag. §. 15. Glos. 1. nu. 5. Ias. Ludouic. conclus. 15. illat. 12. conferunt tradita per Aned. de laudem. quæstione quinta.

Prædictis tamẽ nõ curatis contrariũ verius esse existimo, nempè daciũ deberi integrè de toto legato relicto tali filio illegitimo. Nam 5 † hæreditas paterna nõ dr̃ debita filio, sed quasi debita. l. si quis legatũ. in fin. ff. fal. l. fin. C. codicil. l. fin. §. 1. C. curat. furio. Bar. & alij, de quibus per Ias. in l. si emancipata. nu. 4. C. iur. & fact. ignor. Roma. consi. 125. nu. 2. in fin. So 6 cin. consi. 1. nu. 17. in 1. † & de tali hæreditate quasi debita iudicatur tamquam de lucro, nõ tamquam de damno. Bar. Bal. Fulgos. Cast. & alij in d. l. si emancipata. Cur. iun. in l. fin. nu. 25. in fin. C. edict. diui Adr. tollen. Socin. d. nume. 17. & quod dixi de tota hæreditate respectu iusti filij, idem dico de parte respectu filij naturalis, stante identitate rõnis de toto ad partẽ. Modò si consideratur vti lucrũ, vtiq; de illa debetur daciũ, cũ resideat sub titulo lucra- 7 tiuo. nã † legatũ est donatio, & ideo quod capitur vigore legati dicitur capi vti lucrum in

proposito isto, vbi agitur de quasi debito, facit
dictum Bertach. de Gabell. part. 8. membr. 5.
8 nu. 15. & attenta ista ratione † etiam filius na
tus ex vero matrimonio teneretur ad dacium
hęreditatis paternę, nisi exciperetur a statuto,
vt pulchrè etiam aduertit Curt. iun. in l. fin.
nu. 25. C. edict. diui Adr. tollen. & confirma-
tur fundamentum, quia statutum non arctat
simpliciter legatariũ ad solutionem dacij, sed
tantùm quando agnouerit legatũ, & per agni-
tionem legatarius dicitur acquirere de nouo,
9 & semper agere de iure quærendo † cũ legatũ
non acquiratur nisi agnoscẽdo illud vel acce-
ptando. D. Surd. conf. 73. nu. 54. in fin. & seq.
10 & ideo † in simili post Bar. Bal. & alios tradi-
dit Cur. iun. in d. nu. 25. statuta imponẽtia ga
bellam de vltimis voluntatib. seu de hęredita
tibus videri illã imponere propter lucrũ quod
11 acquiritur ex possessione hæreditatis, q. a † pos
sessio non dr̃ cõtinuari in filios, sed requiritur
actualis apprehensio, adeo quod rõne posses-
sionis, quæ dr̃ nouiter acquisita, tenebũtur fi-
lij ad gabellã, subdens ibidem in proposito, q̃
filio post mortem patris competit possessoriũ
adipiscendæ, non autem recuperandæ.

Secundò, & realiter loquẽdo aduertendum
est, statuti verba taliter cãtare; (Quòd soluan-
tur pro Gabella rei, seu iuris legati, & pro qua
libet libra valoris, & æstimationis rerum, & iu
riũ legatorũ, duodecim parui, &c.) Quo ĩ casu
12 resultat receptissimum dilemma: † Aut statu-
tum dicit, q̃ soluatur certũ quid pro qualibet
libra valoris, & æstimationis eius, qđ ex lega-
to peruenit ad legatariũ, aut q̃ soluatur certũ
quid pro libra valoris, & æstimationis rei, seu
rerũ legatarũ. Primo casu debetur daciũ dedu
cto onere, in secũdo nõ, quia in primo casu ve-
rum est ad legatarium non peruenisse nisi id,
quod recepit a testatore, deductis alijs oneri-
bus, in secundò integrè debetur, quia verũ est,
q̃ pro tanto fuit factum legatum. Ita Bart. in l.
sed si hoc specialiter. §. cuidã. ff. condit. & de-
monstr. vbi in materia contractus distinguit.
Aut statutũ dicit q̃ soluatur Gabella pro pre-
tio, quod venditor recepit, & tũc deducuntur
expẽsæ, quia verũ est, venditorem nõ recepisse
nisi quantũ apud illum remanet. Aut dicit, q̃
soluatur gabella pro pretio, quo vendidisset,
& tunc debetur de toto pretio, quia verũ est,
quod pro tanto vendidit. & Bart. sequitur Ber
tach. de Gabell. par. 8. membr. 3. nu. 45. Soc.
in l. fructus. num. 6. ff. solut. matr. Rip. in l. vbi
purè. §. fin. nu. 6. ff. ad Trebell. Fab. de Mont.
de empt. pact. 5. nu. 18. Alios adducit Borgni.
decis. 5. nu. 37. 38. in 2. Tiraq. d. §. 15. Glo. 1.
13 nu. 5. Ita igitur in puncto isto † cùm statutum
dicat deberi gabellam, nempè duodecim par-
uos pro qualibet libra valoris rerum legata-
rum, dicendũ est de toto legato deberi, prout
in terminis terminantib. censuit Alex. in d. l.
non amplius. in princ. verf. Et pro cõclusione,
vbi cõcordando opiniones distinguit; Aut sta
tutum dicit, q̃ soluatur tantũ pro libra de eo,
quod legatũ est (vt in casu nostro) & tũc proce
dit opinio Imol. dicẽtis, deberi gabellã de to-
to legato, nõ considerato onere adiecto rei le-
gatæ; Aut dicit, q̃ soluatur tantũ pro libra de
eo, quod ex legato peruenit, & tunc procedit
opinio Bal. & aliorũ dicentiũ, deberi daciũ de
14 vtilitate sola peruẽta ex legato, & † cõferunt
trad. per Bart. in d. l. fructus, nu. 7. verf. Et hoc
verum quando nomen fructus. vbi Ias. nu. 21.
Socin. nu. 11. ff. sol. matr. Mari. Anguis. consi.
197. col. 1. Borgni. d. decis. 5. nu. 37. 38. dicen
tes, q̃ quando statutũ imponit gabellã soluen
dam de rebus nõ simpliciter, & indefinitè, sed
determinatè, tũc nõ deducũtur onera, nec ex-
pẽsæ, & ita hoc fundamentum est ineuitabile.
15 Tertiò, ex abũdanti cõsidero, † q̃ iste filius
naturalis agnouit, seu acceptauit oĩa bona sibi
legata, vigore, & sub titulo legati, se immiscẽ-
do in bonis legatis ex testamẽto patris, debet
igitur soluere daciũ de dicto legato, nõ obstan
te, q̃ alias fuisset successiurus ab intestato in
portione dictorũ bonorũ legatorũ, & id suppo
nit Corn. conf. 268. in tertio quatenus apposi
to præfato motiuo, excusat filiam a solutione
gabellæ debitam propter acquisitionem factã
per vltimam voluntatem ex eo, quod filia illa
erat suus hæres, & hæreditas dicebatur conti-
nuare in illam, non autẽ de nouo per illam ac-
quiri, & quia ipsa ignorauit testamẽtũ patris,
prout etiam præsumebatur, ex quo poterat ab
intestato succedere tanquam suus hæres. Et
16 † par est in proposito habere, & agnoscere ti-
17 tulo legati, vel ex causa legati, quia † titulus,
& causa actus gesti idẽ sunt. Bar. in l. per diuer
18 sas. n. 9. C. mãdat. † Qui autẽ acceptat legatũ
dicitur etiam agnoscere onus iniunctũ, & an-
nexum. l. Imperator. §. si centum. ff. leg. 2. D.
Surd. conf. 143. nu. 10. & conf. 357. nu. 32. &
19 † adiens, vel acquirens ex causa testati nõ po-
test sibi mutare causam succedendi sub titulo
20 intestati, quia † ista causa per alteram omni-
nò tollitur, iuribus notis, & per D. Surd. con-
21 silio 268. num. 48. Imò † causa intestati nun-
quam habet locum, donec subest aliqua spes
de causa testati, idem Surd. consi. 125. nu. 46.
22 Et † qui succedit ab intestato, non habet titu
lum a defuncto, sed a lege. Bal. in l. si emanci-
pati. oppos. 8. C. collat. Alex. conf. 44. in fin. in
5. D. Surd. conf. 357. nu. 9.

Contraria tolluntur ex præcitatis. Quare
saltem hoc in casu concludo etiam de tali vn-
cia deberi dacium. Laus Deo.

Carolus Bardellonus I. V. D.

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Arrogatus transit in potestatem, & familiam arrogantis, efficiturque patri suus hæres*

2 *Adoptatus efficitur vere legitimus, & agnascitur consanguineis adoptantis, contra nu. 15.*

3 *Adoptiui succedunt parentibus ac si essent legitimi, & naturales.*

4 *Adoptiui gaudent filiorum priuilegio.*

5 *Adoptiuus excludit naturales impedit bonorum confiscationem, reuocat alimenta in fraudem et præteritus petit legitimam, rumpit testamentum & efficitur suus hæres.*

6 *Adoptiui dicuntur filij legitimi quoad omnes iuris effectus.*

7 *Adoptiuus, vel arrogatus dicitur filius fictus, abusiuus & imaginabilis.*

8 *Adoptiuus, vel arrogatus sub nomine filij in quacumque hominis vel legis dispositione non continetur, & nu. 12 & 16.*

9 *Adoptiuus non facit deficere conditionem, si sine filijs decesserit, & substitutum non excludit.*

10 *Adoptiuus nõ succedit regulariter in feudis, nec in emphiteusi concessa pro se, & filijs.*

13 *Status personæ adoptiui, vel arrogati oritur ex nihilo.*

14 *Adoptio facit quem filium ciuiliter, & natura ficte cooperante.*

15 *Fictio non cadit in statutis.*

17 *Verba statuti debent vere, naturaliter, & propriè intelligi non autem ficte, vel ciuiliter tantum, seu improprie vel abusiue.*

18 *Verba legis, vel statuti intelligenda sunt in casu vero & magis proprio non autem ficto.*

19 *Verba dispositionis vbi possunt verificari in veris filijs nomen filiorum nunquam comprehendit adoptiuos.*

20 *Verba dispositionis in dubio potius naturaliter quam ciuiliter intelligi debent.*

21 *Adoptiuus ad instar naturalis tantum non comprehenditur statuto faciente mentionẽ filiorum.*

22 *Frater fratrem non gignit.*

23 *Oratio vbi est vnica, tunc omnia verba censentur se inuicem respicere, & inuicem operari.*

24 *Vna determinatio respiciens plura determinabilia dicitur illa pariformiter determinare.*

25 *Adoptatus in filium licet ciuiliter dicatur filius, non tamen dicitur descendens.*

26 *Adoptiuus non succedit in Iure primogenituræ.*

27 *Gignere aliud est, aliud adoptare, quia illud est nomen naturæ, illud non.*

28 *Natura non creat artem, sed disponit ad artẽ.*

29 *Verbum descendentes est nomen naturæ a Iure ciuili non inuentum.*

30 *Filius adoptiuus non habet iura naturæ, sed tantum dicitur legitimus & legis dispositione.*

31 *Conditio si quis decesserit sine filijs non verificatur in adoptiuo.*

32 *Donatio non reuocatur per adoptionem.*

33 *Filius adoptiuus non gaudet beneficio statuti eximentis filios a solutione gabellæ pro legatis indictæ, & nu. 37.*

34 *Adoptare nil aliud est quam admittere ex gratia ad participandum hæreditatem.*

35 *Actus arrogationis, est actus charitatis, & beneuolentiæ.*

36 *Pater non cogitur inuitus filio adoptato aliquid in testamento relinquere.*

38 *Adoptiui veniunt appellatione filiorũ vbi agitur de dispositione & præiudicio patris adoptantis tantum, secus vbi agitur de præiudicio tertij, vel dispositione alterius & nu. 40.*

39 *Soc. iun. consi. 32. in primo declaratur.*

ARGVMENTVM.

Filius adoptiuus frui non potest beneficio statuti excipientis ascendentes, & descẽdentes in infinitum, & collaterales vsque ad quartum gradum, a solutione gabellæ pro legatis, & fideicommissis impositæ.

CONSILIVM CIV.

Actiones meæ à Domino.



NOuus itidem articulus in materia Dacij proponitur. Nã in statuto nostro de Dacio legatorum, & hæreditatũ in §. a prædictis autẽ, &c. excipiuntur ab onere gabellæ legata, & fideicommissa relicta ascẽdentibus, & descendentibus in infinitum, & collateralib. vsque ad quartum gradum, & ideò dubitatur, an talis exceptionis, & immunitatis beneficio gaudere debeat filius adoptiuus, vel arrogatus, cui hæreditas, vel legatũ fuit a patre adoptante, vel arrogante relicta, vel relictum.

Et videtur dicendum, quòd gaudeat tali
1 beneficio. † Nam arrogatus transit in potesta
tem, & familiam patris arrogantis. l. cũ in ado
ptiuis. §. fin. vbi Doct. C. adopt. latè Clem. de
patr. potest. cap. 5. nu. 5. & efficitur hæres suus
patri. l. arrogato. §. fin. ff. adoptio. d. l. cùm in
adoptiuis. in prin. vbi Bald. D. Surd. cõs. 317.
nu. 5. & seq. Tiraq. in l. si vnquã. vers. Susceperit liberos. nu. 21. C. reuoc. don. Caprio. de suc
cess. ab intest. lib. 1. nu. 171. Bello. in §. adopti
2 ui. nu. 3. Instit. de exhær. libe. † & per adoptio
nem quis efficitur verè legitimus. Ias. in l. si is,
qui pro empto. num. 248. & 250. ff. vsucap. &
agnascitur consanguineis adoptãtis. l. cũ adoptio. l. qui in adoptionẽ. ff. adopt. D. Surd. cõs.
3 337. nu. 6. Ideo † succedũt parẽtib. ac si essent
legitimi, & naturales. l. si te parens. C. suis &

4 legit.† & gaudent filiorũ priuilegio.l.cùm ado
ptiuũ.C.decurio lib.10. diffusè D.Surd.de ali
5 men.tit.2.q.15.nu.37.& 40.vbi subdit,† filiũ
adoptiuũ excludere naturales,impedire bono
rum cõfiscationẽ,reuocare alimẽta in fraudẽ,
& præteritũ petere legitimam,testm̃ rumpere,
& suum hæredem effici.Idẽ repetit dicto conf.
317.nu.15.& seq.Concordat Peregr. de fidei
com.ar.22.nu.91.vbi plures adducit.Ricciar.
in §. posthumi. nu.26.Inst. de exhæred.liber.
6 vbi ait, † adoptiuos dici filios legitimos, quo
ad omnes iuris effectus.& ita in puncto tenuit
Soc.iun.consi.32.in 1.

Hæc tñ apparenter vrgẽtia non probãt cõ-
7 clusionẽ ad fauorẽ adoptati,vel arrogati,† qui
dr̃ filius fictus,abusiuus,& imaginabilis.l.filio
quem. in princ.ff.lib.& posthu.l.cũ in adopti-
uis. §. sed nec articulum.C.adopt. latè Clem.
8 d.cap.5.nu.8.† vbi ait,adoptiuum nõ cõtine
ri sub nomine filij, quia non dr̃ propriè filius
nisi abusiuè,& imaginariè. Idẽ probat Molin.
de primogen.lib.1.c.4.num.50.Tiraq.de pri-
mogen. q.84.nu.7. Et in quacunque dispoſi-
tione hominis, siue legis sub nomine filij non
contineri adoptiuum firmat Socin. in l. ado-
ptiuum. alias in l.2.§.prætor ait. nu.7.ff.de in
ius vocan. Intrigliol. de substit. cent.3. q.61.
9 nu.11.vbi prius nu.9.ait † adoptiuum nõ face
re deficere conditionẽ, quis sine filijs decef-
serit,& substitutum non excludi per adoptiuũ
post plures asserit Capriol. de success. ab in-
test. lib.1.nu.288.nec cõtinetur in dispositio-
ne l. si vnquam.C.reuoc. donat.vt præter Ti-
raq.Rip.Cacher. & plurimos alios notat. Idẽ
Capriol. loco præcitato nu.287. Molin.d.nu-
10 mero 50.Sicuti † nec in feudis succedit regu-
lariter, ad quod non admittuntur nisi veri de-
scendentes legitimè,& naturaliter. Rosent.de
feud.cap.7.conclus.30. nu.33. & seq.Menoc.
consi.625.nu.46. vsque ad fin.nec in emphy-
teusi concessa pro se,& filijs. Decia.consil.34.
nu.8.in 1.Capriol.d.lib.1.nu.275.&nu.280.
11 Paneir.consi.134.& idcircò † non verè,sed fi-
ctitiè dicitur hæres suus patri adoptãti. Doct.
in l.Gallus.ff.lib. & posth.Decia.d.consil.34.
12 nu.11. Tandẽ vt dixi, † in dispositione hoĩs,
vel legis, & in quacũq; materia legali statuta-
ria,et hoĩs dispositiua adoptiuũ nõ includi sub
noĩe filiorũ, vel liberorũ, vel cognatorũ tradit
Peregr.de fideicom.ar.22.nu.93.vbi plura ad
propositum cõgerit.Rimin.cõs.324.Sanè inq̃
13 † in persona adoptiui,vel arrogati status eius-
14 met personæ oritur ex nihilo,q.† adoptio nõ
inuenit aliquẽ filiũ,sed de nouo facit,ciuiliter
tñ, & fictè natura cooperãte. Bal.cõs.146.col.
1.vers.R̃ndeo ad dubia in 1.Mãt.de vlt.volũt.
lib.10.tit.8.nu.20. Vnde in proposito ẽt dicẽ-
dum est,adoptiuũ,vel arrogatũ filium nõ cõti
neri in præfata exceptione statuti; nã dr̃ ficta
15 persona, † & fictio non cadit in statutis, vt in
terminis tradit Bal.cõs.24.nu.2.in 1.dicẽs, p
16 hanc rationẽ † statutũ faciens mentionem de
filijs non intelligi de adoptiuis. Sequitur No-
ni.cõs.100.nu. 5.vbi ait, in statuto simpliciter
mentionẽ filiorum faciente non cõtineri ado-
ptiuum,seù arrogatũ. Concordat Anan.consi.
27.qui pariter loquitur de filio arrogato, vt in
dispositione statuti simpliciter loquẽtis de fi-
lijs,vel liberis, nequaq̃ admittatur. Alios con
gerit Tiraq.de retr.§.1.Gl.8.nu.7.Capriol.d.
17 lib.1.nu.185.Peregr.d.nu.93.in fin.Nã † ver
ba statutorũ debẽt verè,naturaliter,& propriè
intelligi, nõ aũt fictè, vel ciuiliter tñ,seù im-
propriè, vel abusiuè. Ideò dixit Bart.in l.3.§.
hæc verba.ff.neg.gest. in summario illius tex-
tus. Quòd statutũ sup vero nõ porrigitur ad il
lud,quod sm fictionem inducitur,nisi speciali
18 ter exprimatur, & ibidẽ Bal.ait, † q verba le-
gis intelliguntur in casu vero prolata, de quo
pdicatur vera existẽtia terminorum, nõ aũt in
casu ficto,seù qui reputatur idẽ casus p fictio-
nẽ,& sequitur Rimin.iun. cons.385.nu.22.&
seq.subdẽs,verba statuti simpliciter prolata su
per aliquo casu, persona,vel qualitate intelli-
gi prolata sup vero casu,vel sup vera persona,
vel super vera qualitate. Imò verba nedũ pro-
priè,& strictè, sed in casu magis proprio semp
sunt intelligenda.Rimin.iun.cõs.285.n.156.
19 Secundò † qñ verba alicuius dispositionis
possunt verificari in veris filijs natis ex legiti-
mo matrimonio,nunq̃ nomẽ,vel vocabulũ fi-
liorũ cõprehendit adoptiuos, vñ sequitur, q si
in priuilegio alicui cõcesso fit mẽtio filiorũ ip-
sius priuilegiati,nõ veniunt adoptiui, nisi tale
verbũ (filiorũ) verificari nõ possit, nisi in solis
adoptiuis, vt puta si priuilegiatus esset sacer-
dos,vel talis, q nõ posset generare. Bald.in l.si
q s posthumos. in princ.ff.lib.& posth. Feli.in
c.1.nu.7. de rescr. Caball.milleloq.683.in fi.
Marsil.in rub.de fideiuss.nu.197. cũ cõcordã-
tibus p Capriol.de success.ab intest.lib.1.nu.
279.& 284.& 286.Intrigliol.de substi.cẽt.3.
q.61.nu.18.Rip.in l.ex facto.§.si q s rogatus,
nu.31.in fi.ff.ad Treb. Mõ,vt hic,agit de pri-
uilegio immunitatis ab onere dacij, adeò qd
adoptiui nõ includuntur in pcitato statuto,cũ
possit verificari in veris descẽdẽtib.tãtò magis
20 quia † quãdo verba dispositionis possunt in-
telligi naturaliter,& ciuiliter, debẽt semp po-
tius ĩ dubio naturaliter intelligi. Tiraq.de pri
mog.q.84.nu.6.Rimin.iun.cõs.283.nu.153.
21 Tertiò † si filius naturalis non petitur tali
beneficio immunitatis,vt alias in antecedẽri-
bus scriptis luculẽter pbauimus,multò minus
adoptiuus, & hoc argumẽto vtiẽ Bal. cõs.24.
22 n.2.vers.Præterea, in 1.dicẽs † statutũ faciẽs
men-

mentionem filiorum non comprehendere ado
ptiuum, quia si non comprehendit naturalem
tantùm, multò minus legitimum tantùm, fa-
cit tex.in l.generaliter.§.fin.C.inst.& subst.
Quartò in vnica, & eadem oratione exclu-
duntur ascendentes, descendentes, & collate-
rales. Modò dico, quod non datur adoptio in-
ter collaterales, cessante inter illos imitatione
22 naturę, † quia frater fratrem non gignit.l.nec
apud.C.hæred.instit. Cum igitur statutũ non
possit aliquo pacto admittere adoptionẽ in col
laterales, vtiquè dr̃ nec etiam illam cõsideras-
se,quoad ascendentes & descendentes, stante
23 vnitate orationis; quia † qñ oratio est vnica,
tũc omnia verba orationis illius censentur se
inuicẽ respicere,tanquam simul coniuncta, & co-
pulata,& inuicem operari. Mandel.cons.346.
24 nu.12.† & vna determinatio continens plura
determinabilia dr̃ illa vniformiter determina
re l.iam hoc iure.ff.vulg. cum cõcordantibus.
Quintò considero, statutũ nostrũ excipere
ascendentes,& descendẽtes, vtẽdo verbis, seù
nominib. naturalib.& omnino differentibus,
nulloq; pacto applicabilib.actui legitimo ado
25 ptionis. Nã † adoptatus in filiũ ciuiliter dr̃ fi-
lius,sed tñ nõ põt dici descendẽs. Sicuti vide-
26 mus,† adoptiuũ nõ posse succedere in iure pri
27 mogenituræ,q̃ nõ est ab illo genitus. † Aliud
est.n.gignere,aliud adoptare,cũ illud sit nomẽ
naturæ,istud non. Ita Bal.in l.cũ antiquiorib.
n.17.C.iur.delib.Tiraq.de primog.q.61.n.1.
Capriol.d.lib.1.nu.282.Molin.de primogen.
28 lib.1.c.4.in fine,† natura(inquã) nõ creat ar-
tẽ, sed disponit ad artẽ.l.Stichus.ff.leg.3. Ita
29 igitur dicendũ est in præsenti casu,† cũ verbũ
(descendentes) sit nomen naturæ nõ inuentũ
a iure ciuili. Bertach. in repert.verbo,Descen
dens.il 3.post Socin.conf.251.nu.7.& 8.in 2.
30 † & filius adoptiuus non habet iura naturæ,
sed tantùm dicitur legitimus ex dispositione
legis.Socin.consi.226.nu.9.in 2.
Sextò aduertendũ est, q̃ si adoptiuus conti
neretur in tali exceptione,vtiq; de facili fieret
fraus statuto, adoptando, vel arrogãdo aliquẽ
in filiũ, ne de hæreditate relinquẽda extraneo
per personã carentẽ sobole, & spe sobolis da-
31 ciũ deberetur,sicuti in simili dr̃,† in adoptiuo
nõ verificari conditionẽ, si quis decesserit sine
filijs, nec alias sit in potestate grauati rã facilè
ex facto suo deludere substitutum. cũ illi faci-
le esset adoprando extinguere substitutionem
in disponentis ludibriũ. Bart.in l.si cognatis.
nu.1. vers. Oppono prout hæc. ff. de reb.dub.
Cuma. in l.si quis ita quis.§.1.ff.leg.2.Socin.
cõs.226. nu.8.9. in 2. cũ alijs cõgestis per In-
trigliol.d.q.61.num.12. Rip.in l.ex facto §.si
quis rogatus.num.31.ff.ad Trebell.vbi addit
32 aliud simile,† q̃ scilicet donatio nõ reuocatur
per adoptionẽ, ne sit in facultate donatoris ir-
ritam reddere donationẽ, licet reuocetur per
superuenientiam filiorum legitimorum, & na
turalium,non igitur debet esse in potestate cu
iuscunque priuati fraudare statuta pro sui libi
to, aliud simile adducit Rosent. de feud. c.7.
conclus.30.nu.33.
33 Septimò † ita in pũcto censuit Ang. in l. cũ
in adoptiuis.col.2.vers. Nota q̃ pater adopti-
uus.C.adoptio. dicens, patrẽ adoptiuũ extra-
neũ nil teneri relinquere filio adoptato, adeò
qđ si relinquit,ille adoptatus dr̃ habere ex me
ra liberalitate relinquẽtis,nõ aũt ex necessita-
te,& cõsequenter tenetur ad Gabellã istã non
obstãte exceptione immunitaris data filijs, cũ
nomẽ filij hoc in casu nõ congruat adoptiuo.
34 † Nil inquã aliud est adoptare, q̃ admittere
ex gratia ad participandã hereditatẽ, Aloys.de
Leo in l.1.nu.3.C.adoptio.& dixit Ias.in l.si fi-
35 lio quẽ pater.nu.3.ff.liber. & posthu.† q̃ actus
arrogationis est actus charitatis, & beneuolen
tiæ. Cõferunt relata per Borell.de præst.Reg.
Cathol.c.16.nu.100.asserentẽ,adoptionẽ esse
actum legitimũ,& gratuitũ ad naturę similitu
dinem, & solatiũ liberos non habentiũ. Cum
igitur per adoptionẽ, seù arrogationẽ quis di-
catur quodãmodo habilitatus ad succedendũ,
& acquirendũ hæreditatẽ, vel bona arrogãtis,
seù adoptantis non ex necessitate, sed ex mera
36 liberalitate,& charitate,nec non † ẽt pater nõ
cogitur illi adoptato relinquere aliquid in te-
stamẽto nisi voluerit l.cum in adoptiuis.§.sed
37 ne.in princ.C.adoptio. dubio procul † de tali
lucro debetur daciũ, sequitur Bertac. de Ga-
bel.in 5.p.8.par.princ.nu.13.in fine.Georg.
Natt. in c. Quãuis.n.413.de pact.Soc.in l.cũ
auus.nu.56.ff.cond.& demonst. Barb.quẽ se-
quitur Tiraq.in l. si vnquã. vers. Susceperit li-
beros.nu.6.C.reuoc.donat.Decian.consi.34.
nu.10.in 1.& cõs.126.nu.8.in 3.Caball.mil-
leloq.51.Brun.de statut.exclus.fœmi.ar.12.q.
1.in 2.casu ante finẽ,vers. Itẽ secundũ Cynũ.
38 Opposita nõ obstãt, † quia procedũt attẽta
sola dispositione, & p̃iudicio patris adoptãtis,
seù arrogãtis,secus vbi agitur de p̃iudicio ter-
tij, vel versaremur circa dispositionẽ factã per
alium, q̃ per arrogantẽ,vel adoptantẽ de filijs
alterius, vt in p̃senti casu, vt optimè declarat
D.Surd.de alimen.tit.4.q.15.nu.41.& Pere-
gr.d.art.22.nu.91.iũcto nu.93.qui alios penè
39 infinitos adducũt. Et † in his terminis proce-
dũt omnia fundamenta adducta per Soc.iun.
40 consil.32.in 1.quia † arrogatus in filium non
potest dici descendens,nec cognatus,nisi lega
liter, & tantummodò respectu bonorum, per-
sonæ, & præiudicij ipsius adoptãtis,vel arrogã
tis, vt dixi supra, quibus addo Borell.de Præ-
stan. Reg.Cathol.c.16.nu.86.nõ aũt in p̃iudi

ciũ Principis, vel iuris municipalis, & nisi ille arrogatus in casu Socini Iun. in d. cons. 32. in 1. fuisset de contentis in gradib. veræ, & naturalis consanguinitatis consideratæ ab illo statuto Lucensi, super quo consuluit, vtique fatendum esset ab omnibus, quòd pessimè consuluisset. Laus Deo.

Car. Bardellonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus & primogenituræ sunt synonima secus respectu transuersalium, & nu seq.*

3 *Maioratus, & primogenitura nomina in simul conuertuntur, & eundem significatum habent, & num seq.*

5 *Maioratus naturam, & vim vltimæ voluntatis sequũtur, licet quoad ordinationem contractus æquiparentur, & numero 8. declaratur numero 31.*

6 *Maioratus fideicommisso comparantur.*

7 *Maioratum faciendi licentia alicui a Rege concessa non expirat ex eo quod licentia semel vsus ille fuerit.*

9 *Regula l. Boues § hoc sermone ff. de verb. sign locum non habet in maioratu, qui est actus de sui natura variabilis.*

10 *Maioratum erigendi facultas intelligi debet si maioratus factus fuerit cum duratione.*

11 *Maioratus tunc probari potest ex oblatione precũ Principi facta de facultate illum erigendi, quando contraria voluntas erigentis non superuenit.*

12 *Maioratus propter iuramentum afficitur irreuocabilis.*

13 *Primogenitura dicitur erecta ex sola facultate illam construendi concessa ad impetrantis supplicationẽ; & iuncta eiusdem acceptatione efficitur irreuocabilis, licet impetrans post impetrationẽ vel post oblatam supplicationem decedat nu seq etiamsi pater nihil vltra disposuerit, num. 16.*

15 *Maioratus omnes attento iure Hispanico sunt alterabiles, mutabiles & reuocabiles nisi in certis casibus secus de iure communi nu 30.*

17 *Primogenitura alicui a Principe concessa cum titulo Comitatus non potest in aliquo alterari a primo acquirente primogenituram super feudo antiquo, licet ipsemet acquirens ex post condiderit testamentum filios æqualiter instituendo, & quamuis vis primogenitura non fuerit radicata in aliquo primogenito ipsius acquirentis.*

18 *Maioratus & illius bona debentur primogenito iure sanguinis non autem iure hæreditario.*

19 *Primogenitura respicit solam natiuitatem, non autem qualitatem hæreditariam.*

20 *Primogenituram filio pater auferre non potest cũ in ea non veniat tanquam hæres.*

21 *Primogenitura per contrariam alicuius dispositionem reuocari nequit in præiudicium primogeniti, nisi ipso primogenito consentiente quinimò nec mutari idque ex natura primogenituræ, num. seq.*

23 *Primogenitus non potest in filij sui primogeniti præiudicium renunciare primogenituram secundogenito, neque tertiogenito in præiudicium secundogeniti.*

24 *Princeps si concedit alicui facultatem condendi meioratum non dicitur dedisse potestatem illum reuocandi, & quare.*

25 *Res per quascunque causas nascitur per easdem resolui debet.*

26 *Maioratus cum facultate Principis constitutus ad ipsius reuocationem eiusdem Principis licentiam requirit.*

27 *Primogenitura concernit Principis vtilitatem.*

28 *Consuetudo Mantuana alienandi feuda in agnatorum præiudicium adhibito Principis consensu, non militat in feudo primogenitura.*

29 *Maioratus expressè non reuocatus a constituente eius morte dicitur confirmatus, vt perpetuò dicatur irreuocabilis.*

32 *Maioratus naturam sequitur illius actus, in quo erigitur.*

33 *Primogenitura fundari potest tàm in filio maiore quam in alijs ad electionem constituentis.*

34 *Princeps si concedit alicui licentiam faciendi maioratum, & disponendi de bonis suis in vnũ filium quem uellet, poterit vni ex filijs quem elegerit illa relinquere, nec alij conqueri possunt.*

35 *Primogenitus is dicitur nedum qui primo loco nascitur, sed in quo conditiones dispositionis implentur & nu 43.*

36 *Primogenitus potest postergari, & eligi secundo genitus.*

37 *Incertum dicitur quod multipliciter intelligi potest antequam declaretur.*

38 *Incertitudo vitiat omnem actum, & quamcumque dispositionem. Declara vt nu 63.*

39 *Ad electionem faciendam verba clara, expressa, & specifica requirantur.*

40 *Mora nocet habenti facultatem eligendi si non elegerit, & transfertur in prætendentem interesse in ipsa electione, vt nu. 60.*

41 *Electio debet notificari electo.*

42 *Primogenitura consistit in vnica persona tantum.*

44 *Primogenitura est quid personalissimum, incommunicabile, & inacquisibile, nisi mediante naturali origine.*

45 *Maioratus verbum vni tantum conuenit.*

46 Clau-

46 *Clausula (ita quod) importat modum præcisum, formam limitatam, & obligationem perpetuam.*

47 *Nominatio primogeniti satisfacta dicitur ex põderatione Primogenituræ.*

48 *Primogenitus censetur à patre magis dilectus quam secundogenitus, & nn. 50.*

49 *Primogenitus fortior, validior ac Principi vel Domino magis acceptus reputatur.*

51 *Fideicommissum proximiori relictum si vno tantum posse verificari debetur primogenito.*

52 *Primogenitus etiam in brutis natura duce dicitur prædilectus.*

53 *Maioratus seu Primogenitura cum titulo Comitatus dicitur indiuidua, & regulari debet secundum dignitatem & successionem Principis supremi in toto statu.*

54 *Maioratus constituendi ratio quæ sit.*

55 *Bona vbicunque tamquam in diuisibilia vni solum competunt semper intelligitur, quod iste sit vnus primogenitus.*

56 *Feudum dignitatis eius est natura vt vadat ad primogenitum, & est indiuisibile.*

57 *Maioratus vni diuitias, multis miseram seruitutem inducit.*

58 *Primogenitura necessario supponit feudi indiuiduitatem.*

59 *Nominatio Primogeniti in Inuestitura est necessaria ad demonstrandum illius erectionem.*

61 *Incertus de certis quando vocari debet, si non vocetur ab homine vocatur à lege.*

62 *Vocatio quæ declaratur à lege ex præsumpta mête illius qui debuisset eligere, non dicitur incerta.*

64 *Si in erectione feudi dignitatis nihil fuerit dictum, nec à Domino nec ab acquirente ad illius successionem vocatur primogenitus ex legis prouidentia.*

65 *Primogenitus dignior est secundogenito. Et multis encomijs decoratur.*

66 *Primogenituræ talis est natura, vt statim facta illius erectione vocati censeantur gradatim, & successiuè omnes futuri primogeniti, vt non obstet nominatio pluralitatis personarum, & nu. sequen.*

68 *Primogeniture erectio an consistat in titulo & iurisdictione, an in bonis Comitatus, et numero sequen.*

70 *Pertinentiarum aliquid esse non præsumitur, nisi probetur.*

71 *Pertinentia alicuius Castri quomodo cognoscantur, circa quas nec creditur assertioni Principis, num seq.*

73 *Pertinentiarum Castri appositione quæ veniant.*

74 *Pertinere verbum dicitur latissimum, & omnia includit quæ quouis modo spectare possunt etiã per actionem personalem, vel ex sola destinatione.*

ARGVMENTVM.

An erectio Primogenituræ decretata à Principe instante Vasallo iuxta futuram nominationẽ ipsius Vasalli, sit reuocabilis, maximè inconsulto Principe.

Nominatio facienda ab homine quando suppleatur à lege.

CONSILIVM CV.

Actiones meæ à Domino.



Erenissimus Dñs noster cõcessit Decretũ Perillustri quond. D. Io. Baptistæ de Incisia ob illius diuturnã ac successiuã seruitutẽ præstitam sine stipẽdio, & ob renunciationẽ nonnullorũ iurium per eũ prætensorum aduersus Cameram Montisferrati, vt ipsemet D. Ioan. Baptista in posterum esset constitutus Comes, & decoratus ac insignitus titulo Comitatus locorũ Sãcti Stephani de Belbo, & Castilioni Tinellæ, necnon & pertinentiarũ, ac iurium præfatorum locorũ, cum prærogatiua primogenituræ, ita ꝙ non tã prædictus D. Io. Baptista, q̃ eius filij ac descẽdentes masculi primogeniti vocãdi per eum, iuxta formam quam præscripserit in inuestitura pro prænarratis suscipiẽda, Comites S. Stephani Belbi, & Castilioni Tinellæ appellentur, tractentur, & nomineutur, &c. & prout latius ex præfato Decreto videre est.

Post talem concessionẽ præfatus D. Io. Baptista, dũ adhuc duraret in humanis, nunquã actualẽ inuestiturã, vt supra enunciatam suscepit, nec aliquam explicitam nominationẽ primogeniti fecit, sed fatis cessit, condito prius ꝑ eum testamento, in quo instituit sibi hæredes vniuersales Perillustres Dominos Bartholomæum, Ioannem, Federicum, & Theodorum eius filios legitimos & naturales æquis portionibus, in omnibus suis bonis feudalibus, emphyteuticis, allodialib. qualitercũque, vbicũque, & quocunq; sint; honoribusque, præeminentijs, & priuilegijs sibi concessis, & alijs iuribus, & actionibus, vbicunque sint, & esse reperiantur.

Quæstio ex præfatis oritur: Num scilicet ex præfato decreto simplici dicatur perfectè erecta primogenitura, taliter quòd non obstante prædicto testamento D. Ioan. Baptistæ, Perillustris D. Bartholomæus primogenitus solus ad titulum Comitatus, & ad bona primogenituram concernentia, cęteris fratribus exclusis, aspirare possit.

Vidi duo consilia DD. Cyriaci,& Beccarij
non minus copiose, quam doctè compilata in
gratiam d. D. Bartholomæi, quibus tamẽ alia
nonnulla addam, medulitùs causæ merita pe-
netrantia,& ab illis, quos videtim non tacta,
omittendo per cos adducta, ne dicar transcri-
bere de charta in papyrum.

Præmittendo prius in proposito isto a pari
1 procedere,& vti † synonima reputari maiora-
tum,& primogenituram,cùm nulla sit differẽ-
tia,vt filius maior dicatur, vel filius primoge-
nitus,cùm vtrumque verbum idem significet,
vt post Bald. Didac. Lup.& plures alios tradit
Molin. de primogen. lib.3.cap.8.nu.19. Idq;
indubitatè procedit,quando agitur de vno fi-
lio ex multis filijs eiusdem patris, quia nulla
est differentia, quo ad effectum, vt quis voce-
2 tur maior natu,vel primogenitus († quod secùs
esset si ageretur de vno filio respectu transuer-
salium,nempè filiorum ex fratribus,nam tunc
potest dari differentia inter primogenitum,&
maiorem natu) vt probè docet Menoch. consi-
3 lio 442.num.19.20.& insimul † conuerti no-
mina ista maioratus,& primogenituræ, suppo
nit Peguer. decis. 113. in discursu, & eumdem
4 † habere significatũ fatetur Intrigliol. de feu.
centur.2.art.35.nu.9.10. Peregrin. consil.39.
nu.12.in 1.& consil.33.nu.18. in 2. Menoch.
consi.915.nu.8.9. & cõsi.981.nu.1.2.29.42.
& 48. Surd. de alimenr. tit.1. quæst.27.nu.5.
Idcircò,& nos talibus synonimis inferius pro
miscuè vti non pudebit.

Modò dico, videri talem erectionem primo
geniture decretalem non fuisse perfectam ir-
reuocabiliter,sed pro libito potuisse per D. Io.
5 Baptistam reuocari; † Nam maioratus natu-
ram & vim vltimæ voluntatis sequuntur,licèt
quo ad ordinationem, contractui æquiparen-
tur; vt diffusè probat Molin. de primog. lib.1.
cap.1.num.9. vbi per hoc dicit, fideicommisso
6 † maioratum æquiparari,& ideò in puncto di-
xit Ceruant. in l.4. Tauri, nu.83.& seq. Quòd
7 licentia † faciendi maioratum alicui a Rege
concessa,non dicetur expirasse ex eo, quòd se-
mel prædicta licentia vsus fuerit ille, cui Rex
illam concessit,& ideo potuerit si voluerit, illa
maioratus institutione reuocata, alium virtu-
8 te eiusdem licentiæ instituere, quia † maiora-
tus sicut testamentum ad mortem vsque reuo
cabilis est; Vnde talis licentia intelligitur cõ-
cessa cum omnibus qualitatibus pertinẽtibus
9 ad maioratum, inferens ex eo, quòd † regula
legis boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. nõ
habet locum in maioratu, qui est actus de sui
natura variabilis, & ideò cùm maioratus per-
10 fectionẽm irreuocabilem non recipiat,† licen
tia seu facultas prædicta erigendi maioratum
debet intelligi, ac interpretari, si maioratus
fuerit factus cum duratione, cõcordat Didac.
Aluarad. de coniect. menr. defunct. lib.2.c.2.
nu.5. vers. Non ergo obsistunt, vbi ait, Quòd
11 † ex oblatione precum facta Principi de facul
tate erigendi maioratum, tunc vrique maiora
tus probari potest, quando tamen cõtraria vo-
luntas erigentis non superuenerit. Et ideò di-
xit Gutier. de iuram. confirm. par.1. capit.12.
12 nu.11. & sequenti, † maioratum effici irreuo-
cabilem propter iuramentum,licèt alias de sui
natura sit reuocabilis.

13 Contrarium † tamen verius est, & non cũ-
do per mendicata suffragia in indiuiduo ita
decidit Peralt. in l.3. §. qui fideicommissum.
ff. hæred. instit. in nu.120. versi. Imò plus pos-
set attentari, vsque ad numerum 125. vbi in
terminis nostris ait. Quòd quando a Rege ali-
cui datur facultas simplex ad construendum
maioratum, quinimò si in dicta regia faculta-
te apponeretur clausula, (quòd ipse impetrãs
posset liberè, & ad libitum, tàm inter viuos,
quam in vltima voluntate mutare, & reuoca-
re.) attamen talis facultas debet intelligi de
mutatione,& reuocatione personarum in actu
ordinationis, & constructionis ipsius maiora-
tus,non autem, vt impetrãs possit maioratum
in vniuersũ supprimere vel absorbere ex post,
& taliter quòd bona deinceps remaneant libe
ra a vinculo maioratus, ea ratione, quia cũ ad
impetrantis petitionem, qui fuit professus se
facere velle maioratum, fuerit illi concessa a
Principe licentia, & per eum acceptata, & in
erectione maioratus publicus fauor versetur,
talis impetratio & concessio iuncta accepta-
tione impetrantis, dicuntur quidam quasi cõ-
tractus gestus per impetrãtem cum Principe,
& consequẽter efficitur irreuocabilis,cùm im-
petrans acceptauerit facultatem, vtendo illa
(Subdens iterum num.124.) quòd impetrans
licentiam ad maioratum construendũ, & pro-
firens assertiuè se velle facere maioratum, si si-
bi concedatur licentia,& ad ipsius supplicatio
nem fuit sibi concessa, ac illa ipse vsus fuerit,
non est amplius in eius potestate in totum re-
uocare; vel dissoluere maioratum; vel vinculũ
inter viuos a se creatum in præiudicium ab eo
vocatorum, etiam si in regia facultate simpli-
citer diceretur; quòd id posset facere, nisi vlte-
rius declararetur, quòd ipse impetrans posset
supprimere,& reducere bona ad pristinum sta
tum omni vinculo remoto. Ita Peralt. loco prę
citato, cuius decisio resecat omnem amaritu-
dinem præsentis controuersiæ. Et illum sequi
tur Didac. Roderic. Aluarad. de cõiect. ment.
defunct. ad method. redig. lib.1. cap.1. nu.10.
14 dicens, † ex impetratione regiæ facultaris ad
maioratum construendum illis fundationem
a die impetrationis factam remanere, etiam si
impe-

impetrans post impetrationem, vel post libel-
li precum oblationem decedat, idem Roder.
eodem lib. 2. cap. 2. num. 4. 5. & sequen. vbi in
omnibus nuncupatim approbat doctrinã Pe-
raltæ, attento iure communi, licet aliter dicat
illam non procedere attento iure Hispanico,
15 † quo cauetur expresse, omnes maioratus esse
alterabiles, mutabiles, & reuocabiles, simili-
ter idem Aluarad. lib. 3. cap. 2. §. 2. nu. 14. re-
16 petit, quòd si pater † libellum precum ad fa-
cultatem impetrãdam, vt maioratũ instituat,
Regi obtulerit, & si nihil vltra pater disposue-
rit a tempore datæ facultatis, maioria stabili-
ta remanebit, & tandem nulla facta mentione
prædictorum, ita in puncto consuluit Purpu-
17 rat. consil. 500. vbi ait, quòd † primogenitura
alicui concessa a Principe cum titulo Comita
tus non potest in aliquo alterari a primo ac-
quirente primogeniturã super feudo antiquo,
licèt ipsemet acquirens ex post condiderit te-
stamentũ æqualiter instituendo omnes filios,
vtcumque etiam ius primogenituræ adhuc nõ
fuerit radicatum in aliquo primogenito ipsius
acquirentis, cùm tali in casu non detur pœni-
tentia in præiudicium primogeniti, quantum-
cumque absentis tempore erectæ primogeni-
turæ. Non igitur dici potest, vt talis erectio pri
mogenituræ vel maioratus in Ducali decreto
contenta per subsequutum testamentum D.
Io. Baptistæ potuerit remoueri in primogeniti
præiudicium, quia in tantum maioratus debe
18 tur primogenito, † quòd pater in illo non vi-
detur habere heredem, cum illi vti filio primo
genito debeatur, non vti filio & hæredi, & cõ-
sequenter debeantur primogenito maioratus
& bona ipsius maioratus iure sanguinis, non
autem iure hæreditario, vt in puncto tradit Pe
guer. decis. 113. nu. 3. concordat Raud. cõsi. 1.
19 nu. 137. in 1. vbi ait, † Primogenituram respi-
cere solum natiuitatem, non autem qualitatẽ
hæreditatiam, subdens ibidem num. 140. Pa-
20 trem † non posse auferre filio primogeniturã,
cùm primogenitus in ea non veniat tamquam
hæres, nam ex quò ille habet ius in vita, cuius
iuris tamen fit executio post mortem patris, fa
tendum est non requiri hoc in casu qualitatẽ
hæreditariam, cùm non detur hæreditas viuen
tis, & alibi tradit idem Raudens. consil. 1. nu-
21 mero 29. in primo. † Per contrariam alicuius
dispositionem non posse reuocari primogeni-
turam in præiudicium primogeniti, nisi ipso
primogenito consentiente, idem probat Me-
noch. consil. 211. nu. 15. & 58. & consilio 442.
22 num. 38. dicens † ius irreuocabile dici acquisi
tum primogenito, quod nõ potest mutari nec
reuocari per patrem in illius damnum ex na-
23 tura primogenituræ, & ideo nec † ipse filius
primogenitus posset in filij sui primogeniti p̄-
iudicium renunciare primogenituram secũdo-
genito, vel renunciare tertiogenito in præiu-
dicium secundogeniti, ita Intrigliol. de feud.
centur. 2. art. 45. nu. 45. & 49. & consuluit Bo-
logn. consi. 62. nu. 10. nu. 20. 21. & per totum.
24 Quòd † si Princeps alicui cõcedit facultatem
condendi maioricatum, non dicitur dedisse po
testatem illum reuocãdi, quia postquam bona
assumpserunt nomen maioricatus, non potest
in eis induci aliquid contra veram & propriã
naturam maioricatus, etiam Principe hoc in-
dulgente, multò minus igitur id fieri poterit
sine Principis authoritate, sequitur Roland.
consi. 10. num. 41. in tertio, vbi alios adducit;
Si enim fuit facta erectio Principe authoran-
te, & in dissolutione eadem Principis facultas
25 requiritur, quoniam † res per quascunque cau
sas nascitur per easdem resolui debet, quò fit,
26 vt † maioratus constitutus cũ facultate Princi
pis ad ipsius reuocationem eiusdem Principis
licẽtiã requirat, vt in terminis post Didac. Sar
miẽt. Gomez. Molin. & alios aduertit Valasc.
27 cõsi. 130. nu. 17. Nã † primogenitura concer-
nit Principis vtilitatem Purpurat. consil. 500.
nu. 16. 20. 23. & 29. vbi ideò infert, patrem so-
lum non posse in testamento tollere talem pri
mogenituram.

Quinimò fortasse absonum non esset alle-
gare talem reuocationem maioratus erecti fie
ri non posse; etiam Principe authorante, quia
28 videmus, quòd † consuetudo Mantuana, cu-
ius vigore feuda etiã antiqua alienari possunt
in agnatorum præiudicium, adhibito consen-
su Principis, vel Domini directi, nõ militat in
feudo primogenituræ, vt post Curt. iun. tradit
Surd. decis. Mantu. 131. nu. 11.

Tandem addatur pro cõdimento istius cõ-
clusionis, quòd dato (non tamen admisso) vt
maioratus iste constitutus inter viuos censere
tur reuocabilis, in tantum quòd posset vsque
29 ad mortem reuocari, † attamen ex quò per ip-
sum constituentem expresse non fuit reuoca-
tus, morte dicti D. Ioan. Baptistæ dicitur adeò
confirmatus, vt perpetuò fuerit effectus irreuo
cabilis, ita Didac. de Castil. de vsufruct. ca-
pit. 39. numero 22. vbi alios recenset con-
cordantes.

Et ita vndique patet præfatam primogeni-
turæ constitutionem, de qua in decreto Sere-
nissimi concesso Domino Ioan. Baptistæ fuis-
se & esse penitus inalterabilem, ac irreuocabi-
lem, & conferunt adducta per Tiraq. de primo
gen. quæst. 21. nu. 7.

Nec obstant contraria, quia illa procedunt
attento iure Regio Hispanorum, nam vigore
30 legis 44. Tauri, expresse disponitur, † vt om-
nes maioratus cuiuscumque generis, etiam fa
cultate regia ordinati, sint reuocabiles, nisi in
certis

certis casibus in dicta lege 44.enunciatis; Se-
cus de iure communi.
Præterea obiecta militant in maioratibus
31 † erectis in testamentis, nam illi sunt variabi-
les,secus in constitutis in actibus inter viuos,
qui attento iure communi sunt immutabiles,
vt pulchrè docet Vallasc. consi.122.nu.17.&
seq.Lup.in dicta l.44.Tauri,nu.3.& dixit Mo
lin. de primog.lib.1.cap.12.nu.21.Maioratū
32 † erectum in testamento naturam testamenti
sequi, ita & erectum in contractu, contractus
naturam in omnibus imitare, Menoc.consilio
1026.nu.11.12.
Quo quidem axiomate firmissimo sic stāte,
non obstant aliqua, quæ contra illud possent
adduci.
Et primò,quòd decretum dando prærogati
uam primogenituræ ipsi D.Ioan.Baptistæ sub
dit: (Et descendentes masculi primogeniti vo
candi per eum iuxta formam,quam præscripse
rit in inuestitura suscipienda.) Quæ quidem
vocatio nunquam facta fuit, & consequenter
adhuc incertum est quem ex filijs fuisset voca
turus ipsemet pater, qui vigore facultatis eri-
gendi primogenituram poterat ad illam voca
re nedum Dominum Bartholomæū verè pri-
mogenitum,sed vel Dominum Ioannem, vel
Dominum Federicum,vel D.Theodorū, Pri-
33 mogenitura † inquam potest fundari tam in
filio maiore, quam in vno ex postea natis ad
electionem constituentis, vt per Baldum in
procem.decret.Rex pacificus n.11,Tiraquell.
de primog.quæst.17. opin.10. & quæstio.21.
colum.1.Hinc dixit Suar. in l.quoniā in prio-
ribus. limitat.2. num.8. ff.inofficioso testam.
34 Quòd † si Princeps concessit alicui licentiam
faciendi maioratum, & disponendi ad libitū
de bonis suis in vnum filium quem vellet, vir
tute talis licentiæ poterit vni ex filijs quē ele-
gerit illa relinquere, nec alij filij poterunt de
35 hoc conqueri,† ille inquam in proposito dici-
tur primogenitus,nedum qui primo loco na-
scitur, sed is in quo conditiones dispositionis
implentur, Paris.consi.19.nu.127.& sequen.
36 in 2.Raudens.cōsi.30,nu.64,in 2.& † primo-
genitus potest postergari, & eligi secundo ge-
nitus.Petr. Greg.de concess. feud.par.6.quæ-
37 stione 16.nu.5.& quod † potest multipliciter
intelligi, dicetur incertum antequam declare
tur. Bald. in l.liberti, nu.9. C.oper.libert. In-
38 certitudo † autem vitiat omnem actū, & quā-
cumque dispositionem.l.cùm duo, vbi glos.ff.
in diem addi.Bart.in l.quidam.ff.de reb.dub.
39 Rursus ad faciendam † electionē verba cla
ra, expressa, & specifica requiruntur, Pasett.
consi.212.num. 4.vel saltem requiritur tacita
electio per actus positiuos. Com. consilio 64.
nu.4.in quarto. Gabriel.consil.128.nu.35.&
41.in 2. Cum igitur D.Ioan.Baptista talē ele-
ctionem seu nominationem non fecerit, dicta
erectio sic qualificata per futuram nominatio
nem dicitur irritata, & consequenter seruāda
æqualitas institutionis, de qua in testamento
40 paterno; Ideò dici solet, † quòd mora nocet
habenti facultatem eligendi, si non elegerit,
41 decis.Gen.144.nu.10. Et † electio debet noti
ficari electo, Angel. in l.2.nume.10.C.decu-
rio.lib.10.
Respondetur tamē satis supra fuisse proba-
tum inuiolabilem primogenituræ constitutio
nem fuisse stabilitam,cui non nocet,non con-
stare de nominatione primogeniti, si quidem
42 aduertendum est,† primogenituram consiste-
re in vnica persona, quia primogenitus vnus
est,& non plures, vt patet sensui, & notat Ol-
drad.consil.231. Tiraquell.de primog.quæst.
42.nu.3.Molin.de primogen. lib.1.c.11.n.8.
43 Bursat.consil.228.nu.53.& ille dicetur † pri-
mogenitus, qui primo loco natus est, Menoc.
consil.211, num.21.& latè prosequitur Intri-
gliol.de feud.centur.2.artic.35. Alibi dicitur
illum esse primogenitum, qui nullum habet
ante se, Intrigl. dicta centur.2. art.1.nu.461.
44 Adeò quod patet † primogenituram esse quid
personalissimum, Petr.Greg. de concess.feud.
par.4.quæst.8.nu.32.& incommunicabile, &
inacquisibile nisi mediante naturali origine,
quò fit, vt nullo pacto fieri possit, vt is sit pri-
mogenitus qui verè & naturaliter non est ta-
lis. Menoch.consi.97.nu.52. Tiraquel.de pri-
mogen.quæst.30. in fin. Intrigl.dicta cent.2.
45 art.45.nu.33. † Verbum inquam (maioratu)
vni tantum conuenire firmat Tiraquel. q.67.
nu.2.Aluarad.de coniectu. ment.defunct.lib.
2.cap.3.§.3.num.9. Ex his ergo sequitur non
fuisse necessariam aliam, vel vlteriorem nomi
nationem primogeniti per Dominum Ioan.
Baptistam patrem,quia satis dicitur nominas-
se non nominando aliquem,ex quo inquā fuit
cōcessa prærogatiua primogenituræ, ita quod
46 (quæ clausula † importat modum præcisum,
formam limitatam, & obligationē perpetuā,
Bim.consi.31.num.19.Surd.consi.315.num.
30.)ipse,& descendentes illius masculi primo
geniti vocandi,&c. Comites nuncupentur,suf-
ficienter dicitur a Principe designata persona
primogeniti successuri, & consequenter perso
na D.Bartholomęi verè primogeniti. Nam cir
cūscripta dicta explicita nominatione primo-
geniti in dicto decreto diceretur a lege nomi-
natus ipsemet Dominus Bartholomæus pri-
mogenitus. Sanè inquam in decreto Serenis-
simi datur forma, quæ forma est ipsamet pri-
mogenitura, ex ponderatione ergo illius pri-
47 mogenituræ, † satis dicitur facta nominatio
primogeniti, ita verbatim in terminis firmat
Rauden.

Rauden. dicto consilio 1. num. 143. in secundo. Imò etiam diceretur nominatus ratione
48 prædilectionis, † quia maioratus vel primogenitus censetur a patre magis dilectus, & consequenter si dubitetur, cui sit adiudicandū Castrum relictum maiori natu ex pluribus fratribus, illi vtique dandum erit, qui maiori ætate repertus fuerit, vt post Socin. firmat Tiraq. de primogen. quæst. 67. num. 1. & hanc prædilectionem primogeniti luculenter adducit Al-
49 uarat. dicto libro 2. cap. 3. §. 3. per totū. † Quinimò primogenitus fortior, validior, ac Principi, vel Domino magis acceptus reputatur, vt post Frecc. & alios tradit Intrigl. de feud.
50 cent. 1. quæst. 7. nu. 8. Et quod † pater maiorē affectionem erga primogenitum, quam erga secundogenitos præsumatur habere, respondit Roman. consi. 408. nu. 8. Menoch. consi. 434. nu. 37. Ideò post multos notat Simon Pret. de
51 interpret. vltim. volunt. fol. 338. numer. 17. † qd ad fideicommissum relictum proximiori testatoris, si plures adfuerint æquales in gradu, & fideicommissum, vel substitutio non possit verificari, nisi in vno, debet admitti primogenitus, vel maior natu, & dixit Decia. consilio 7.
52 nu. 70. in primo, † quod primogenitus etiam in brutis, natura duce, dicitur prædilectus, & consilio 102. numero 10. in secundo. & ita in puncto censuit Gomesi. super lib. 40. Tauri. quæst. 5. nu. 59.
53 Confirmatur responsio, nā † maioratus, seu primogenitura decorata cum titulo Comitatus, & consequenter cum regali dignitate dicitur indiuidua, & debet regulari in successione secundùm dignitatem, & successionem Principis supremi in toto Statu, vel Ducatu, vt pulchrè probat Bologn. in terminis consilio 62. num. 10. 11. & per totum, cum cōcordantibus per Peguer. decis. 113. nu. 4. quib. addo Cels.
54 Vgo. consil. 93. nu. 3. & 4. vbi subdit, finē † & rationem constituendi tales maioratus eā esse solam & vnicam, vt bona vnita conferuentur in familia, & tantam esse vim & ius consolidationis talis maioratus inseparabilis, vt diuidi, ac separari nequeat, sed debeant integrè deuenire ad illos, quibus conuentum est in erectione primogenituræ, & succesionem in maioratu dignitatis debere regulari secundum naturam feudi dignitatum regalium, in quibus solus primogenitus succedit, hinc dixit Suar. in l. quoniam in priorib. ampliat. 10. num. 26. ff.
55 inoffic. testam. Quòd † vbicumque bona tam quam indiuisibilia debent vni dumtaxat competere, semper intelligitur, quod iste vnus sit primogenitus, citat Io. Andreā, Ang. & Aret. subiungens hoc esse perperuò notādum, quia maximum honorem faciet, sequitur alios ad-
56 dendo Surd. consi. 279. in fin. † Et regulariter feudum dignitatis eius est naturę, vt vadat ad primogenitum. Raudens. consil. 1. num. 132. in 2. nec potest diuidi, sed solus primogenitus succedit, secundum Clar. in §. feudum, quæst. 81. in fine. Rosent. de feud. cap. 9. conclu. 55. num. 9. & ideò dixit Vasq. lib. 1. quæstionum.
57 cap. 8. nu. 7. Quòd † maioratus vni diuitias, multis miseram seruitutem inducit, & quòd
58 † primogenitura supponat necessariò feudi indiuiduitatem, tradit Pet. Greg. de cōcess. feu. par. 4. quæst. 13. nu. 12.

Ex his igitur liquet non fuisse necessariam
59 vlteriorem nominationem, † quæ tamen debuisset fieri in inuestitura suscipienda suis loco, & tempore, non quidem pro declaratione vnius ex pluribus filijs D. Io. Baptistæ, sed tantum ad demonstrandum fuisse erectam primogenituram, & ideò meritò debuisse fieri mentionem primogenituræ in ipsius inuestituræ susceptione.

Nec obstant in contrarium adducta in materia omissæ electionis, & incertitudinis, quia cùm Dominus Io. Baptista non nominauerit, nec elegerit, habetur pro facta in Dominum Bartholomæum verè primogenitum, nam qui
60 debet eligere, † si sit morosus amittit electionem, quæ transfertur in prætendentem interesse in dicta electione, & quo ad illum dicitur facta electio. Franc. de Pont. consil. 49. nu. 28. & ita statur dispositioni iuris, quæ quidem iu-
61 ris dispositio operatur, vt † quādo etiam vnus incertus de certis debet vocari, si non vocetur
62 ab homine, vocatur a lege, & † illa non dicitur incerta vocatio, quæ declaratur a lege ex præsumpta mente illius, qui debuisset eligere. vt latè probat Menoch. consilio 106. nu. 151. & sequen. qui optimè loquitur. Alibi dicitur,
63 † quòd incertitudo non vitiat, quando venit extrinsecus a lege vel ab homine declaranda. Surd. decis. 338. nu. 12. & in puncto dixit Camer. in cap. Imperialem, de prohib. feu. alien.
64 per Feder. fol. mihi 765. vers. Rursum, † quòd si in erectione feudi dignitatis nihil dixit primus acquirens, nec Dominus concedens, tūc a legis prouidentia ad illius successionem vocatur primogenitus, citat tex. in cap. 1. titulo quis dicatur Dux, & in cap. 1. de feud. March.
65 & verè † primogenitus est dignior secundogenito. Petr. Greg. de concess. feud. par. 4. quæst. 13. nu. 6. & dicitur splendor domus, & honor est feudatarij, vt ad illum vadant feuda, maximè cùm ex præsumptione iuris dicatur prudētior & magis expertus, idem Petr. Greg. dic̄ a parte 4. quæst. 2. nu. 30. & 33. faciūt dicta per Menoch. consil. 981. nu. 19. & per Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 18. nu. 22. & seq.

Nec replicetur alium fuisse sensum Principis, qui in decreto nominauit plures filios Domini

mini Io. Baptistæ, non autem solum primogenitum, ibi, (ita quòd non tam prædictus Dominus Io. Baptista, quam eius filij, & descendẽtes masculi primogeniti vocãdi per eũ, &c.)

Respondetur enim, rectè fuisse loquutum Serenissimum, & secundum iuridicas sanctiones, nam non vocauit solum primogenitum, sed omnes alios descendentes primogenitos
66 ex primogenito, cùm † talis sit natura primogenituræ, vt statim facta illius erectione vocati censentur gradatim, & successiuè omnes futuri primogeniti, vt post Cast. Dec. & alios docet Menoch. consi. 442. nu. 26. & prius consil. 211. nu. 11. 12. vbi ait mentem constituentis esse, vt primogenitura gradatim deferatur primogenitis per lineam rectam, hoc nempè ordine, vt post primogenitum succedat ille, qui ex illius recta linea est, & sit pariter primogenitus, Peregr. consil. 39. nu. 14. in 1. Nullam ergo vim facit illa nominatio pluralitatis perso-
67 narum, † quæ verificari ac intelligi debet de pluralitate successiua, & descensiua primogenitorum, iuxta prænarratam declarationem, quam etiam probat Didac. practic. quæstionum, cap. 38. num. 6. versi. Etenim qui primogenitum.

68 Secundò † principaliter posset excipi, erectionem primogenituræ consistere in titulo & decore Comitatus, seu etiam in iurisdictionis Castrorum administratione, nõ vtique in bonis Castri illis adiacẽtibus, ita post Alber. notat Cur. iun. de feud. par. 4. q. 30. limit. 10. vbi
69 ait, † 9 primogenitura constituta cum titulo Comitatus est indiuisibilis, & incommunicabilis cũ cæteris fratribus primogeniti, quo ad titulum, & dignitatem Comitatus, secus quo ad bona corporalia in Comitatu existẽtia pertinentia ad Castrum, & feudum primogenituræ. Quinimò, & si primogenituræ erectio specificè concernat nedùm Castra S. Stephani, & Castilioni Tinellæ, sed etiam pertinentias, & iura dictorum Castrorum. Attamen non constat in quibus bonis verificetur ista vox (perti-
70 nentiarum,) & aliquid † esse de pertinentijs non præsumitur, nisi probetur, vt per Bertaz. de instrum. clauf. 26. gl. 13. nu. 3. vers. Sciendũ tamen est, vbi alios adducit; Quia non tenet consequentia talia & talia bona reperiri, vel esse sita super finibus Castri, ergo esse de pertinentijs Castri, Curt. iun. cõs. 158. nu. 30. Ideò
71 dixit Surd. consi. 195. col. 1. † pertinentias cognosci per destinationem, & multis modis probari aliquid esse de pertinentijs Castri tradit exemplificando Menoch. consil. 401. nu. 151. ex quibus clarè dignoscitur hanc qualitatem, pertinentiæ, esse quid facti, ideò probari debere per asserentem esse de pertinentijs Castri.
72 Addatur nec † credi assertioni Principis dicẽtis aliquã bonã esse de pertinentijs Castri, quando agitur de tertij præiudicio, Menoc. consi. 395. nu. 50. & 77.

Respondetur tamen in præsenti casu fuisse erectam primogeniturãm, nedum respectu dignitatis, sed etiam quò ad pertinentia, & iura spectantia ad dicta Castra, adeò quòd sumus extra casum Curtij, & Alberici, & consequen-
73 ter in tali concessione, sub † vocabulo (pertinentiarum) venire omnia bona, ac iura feudalia, & sub qualitate feudalitatis contenta & sita in territorijs & finibus dictorum Castrorũ S. Stephani, & Castilioni Tinellæ, adeò quòd sub nomine (pertinentiarum) continentur omnia, quibus vtebatur D. Io. Baptista iure & ratione dictorum Castrorum, non autem iure priuatò, vt puta iurisdictio, merum imperium, molendina, hospitium, census, furini, siluæ, nemora, venatio, piscatio, aucupatio, & omnes alij redditus, & prouentus concernentes dignitatẽ & ius feudi vel Castri, & quæ sunt accessoria ipsi Castro vel feudo, ita post Bal. & alios in terminis primogenituræ tradit Cephal. cõsilio 3. numero 45. & sequen. vsque ad nu. 50. Natt. consilio 506. num. 25. 26. & seq. Rolan. consilio 10. numero 35. in 3. Menoch. consilio 401. numero 151. & sequen. Bertaz. de instru.
74 clau. 26. gloss. 13. nu. 2. 3. vbi latè, † tale inquã verbum (pertinere) dicitur latissimum, & omnia includit quæ quouis modo spectare possunt, etiam per actionem personalẽ, vel ex sola destinatione. Surd. consil. 429. nu. 3. Sed cũ hoc consistat in facto, vlterius non immorabor. Laus Deo.

Carolus Bardellonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Substituto defuncto ante conditionis euentum, spes substitutionis expirat, & ad eius hæredes non transmittitur.*
2 *Ius substitutionis est personale ideo ad hæredes non transmittitur.*
3 *Substitutio quilibet est conditionalis, & ius conditionale ad hæredes non transmittitur.*
4 *Transmissionis ius non habet locum in substitutione conditionali, etiamsi agatur de institutione filiorum, vel aliorum descendentium testatoris.*
5 *Substitutio tamquam quid facti debet probari.*
6 *Testator de filijs non de nepotibus mentionem faciens, non censetur eos comprehendere voluisse, etiamsi cogitasset alios gradus substitutionum facere.*
7 *Voluntas imaginaria non attenditur.*
8 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
9 *Substitutiones non debent multiplicari per subintelligentias*

telligentiis maxime quādo agitur de extendenda substitutione de persona ad personam.

10 *Allegans quod testator nepotes comprehendisset si fuisset interrogatus, debet probare per coniecturas oculatas, & per necesse concludentes.*

11 *Probatio coniecturalis non extrinsecus sed ex solis apparentibus verbis testamēti colligi potest.*

12 *Verba testamenti probationem coniecturalem inferentia debent esse dispositiua, alias non curantur.*

13 *Allegans aliquid sibi relictum debet ostendere talem fuisse mentem testatoris.*

14 *Substitutio non potest extendi de persona ad personam etiam ex verisimili mente testatoris, licet agatur de materia fauorabili seu militet rationis identitas.*

15 *Substitutio fideicommissaria facta de filijs testatoris ad illius nepotes non extenditur.*

16 *Filiorum appellatione ex sermonis proprietate nō veniunt nepotes.*

17 *Nepotes veniunt appellatione filiorum ex sola interpretatione.*

18 *Verba testamenti sunt propriè ac verè non autem ficte, vel interpretatiue intelligenda, nisi manifestum sit aliter sensisse testatorem, & nu. 35.*

19 *Nepotes aliquando cōprehenduntur sub nomine filiorum per tacitum, seu subauditum intellectum.*

20 *Sensus seu tacitus intellectus non attenditur quā do expresso locus non est.*

21 *Nepotes non nati, nec concepti tempore testamenti, & mortis testatoris tamquam incogniti non comprehenduntur in substitutione facta de filijs, etiamsi tractetur de dispositione illata in futurum euentum.*

22 *Nepotes non nati nec concepti tempore testamēti veniunt appellatione filiorum in substitutione directa, non autem fideicommissaria.*

23 *Filij nondum nati sicuti non veniunt in substitutione, & relicto facto alicui & eius filijs, multo fortius non comprehenduntur nepotes.*

24 *Contrariorum idem est ius, ac eadem disciplina.*

25 *Oppositum idem operatur in opposito, quod propositum in proposito, & e conuerso.*

26 *Filij quando vocantur passiue non veniunt nepotes.*

27 *Grauatus restituere filio non dicitur grauatus restituere nepoti.*

28 *Verba testatoris, alio non apparente, debent intelligi secundum communem vsum loquendi.*

29 *Nomen filij ex communi vsu loquendi & in oratione vulgari non comprehendit nepotem.*

30 *Verba testatorum sunt naturaliter intelligenda maxime quando ignarus literarum voluit testari in lingua vulgari.*

31 *Nepotes non veniunt sub nomine filiorum in hominis dispositione, nisi probetur talem fuisse vsum testatoris.*

32 *Dispositio testatoris vbi verificari potest in filijs primi gradus nunquam censentur comprehensi nepotes.*

33 *Nepotes non veniunt sub nomine filiorum quando testator in testamento fuit loquutus discretiue de filijs, & de nepotibus etiam quod fuerit facta mentio nepotum implicite*

34 *Verbum (alter) secundum propriam significationē praedicatur de duobus tantum, & non de pluribus numero & gradu, & nu. 36.*

37 *Verba illa, quod alter superuiuens succedat, stāt relatiue, & importat nominis proprij expressionem.*

38 *Substitutio facta sub nomine proprio, seu arctatiuo, vel relatiuo, aut demonstratiuo certa persona non extenditur ad aliam, nec nepotes comprehendit, & nu. 46. 67.*

39 *Nomen fratris dicitur nomen appellatiuum naturale, & is vocatus sub nomine fratris dicitur specifice, & nominatim vocatus.*

40 *Verbum supraiuiente, importat conditionem, & formam.*

41 *Conditio (si superuixerit) substitutioni adiecta resoluitur praemoriente substituto, cum testator dicatur considerasse ordinem moriendi, & num. 46. & 67.*

42 *Nepotes in conditione positi non veniunt in substitutione facta fratribus de superstit.*

43 *Verbum superstites, in plurali numero a testatore prolatum non potest referri ad vnum solum, maxime quando testator honorauit plures, & e contra.*

44 *Fideicommissum conditionale, vel in diem incertam relictum ad haredes nō transmittitur, etiā quod sint filij, & descendentes & agatur de fideicommisso ascendente vel paterno.*

45 *Substituto mortuo pendente conditione, ius fideicommissi soluitur.*

47 *Transmissioni locus non est quando testator plures instituit, illosque vicissim substituit sub conditione si sine liberis decesserint, & omnibus decedentib. remotiorē vel extraneū substituit.*

48 *Nepotes sub nomine filiorū nō cōtinentur quando testator filios aqualiter in capita instituit, sicut e contra quando in stirpes.*

49 *Substitutione prima deficiente omnes alia ab ea dependentes corruunt.*

50 *Substitutiones expresse vbi corruunt, multo fortius tacite, contra nu. 51.*

51 *Conditio adiecta substitutioni quando vnà cum substitutione deficit corruunt, & vberiores.*

52 *Conditio superuiuentia deficiens vlteriores substitutiones dependentes euanescunt.*

53 *Substitutio vna, vel secunda dicitur dependere a prima, quando agitur de bonis primo grauato relictis.*

54 *Expressio eius quod tacitè inest nihil operatur, declara vt nu. 57.*

55 *Qua-*

Qualitas adiecta substitutioni per viam principalis dispositionis non autem per modum simpli-
55 *cis conditionis tradit forma, qua nõ impleta annullatur dispositio.*
56 *Enunciatio superuiuentia, in testamento consideratur tamquam pars principalis dispositionis.*
57 *Expressio eorum qua tacite insunt tunc operatur, quando fit alio modo, quam ex quo inest.*
58 *Fideicommissum nullum extare in dubio est pronunciandum.*
59 *Repræsentatio est quid extraordinarium, & fundatur in iure speciali, & in dubio locum non habet.*
60 *Filius subintrat in locum patris, nepósque venit sub nomine filij quando agitur de successione aui, vel patrui, contra nu. 61.*
62 *Filius subintrat in locum patris, vel patrui quando agitur de succedendo iure hæreditario secus vero si iure fideicommissi.*
63 *Nepos in fideicommisso non succedit in locum patris, nisi quando agitur de sustinendo testamentum, quod alias corrueret.*
64 *Repræsentationi in successioni aui, vel patrui locus est quando agitur de successione collectiua, secus vero est quando est facta certa persona.*
65 *Filij in conditione positi dicuntur vocati, quãdo testator institutis pluribus filijs, & inuicem substitutis si sine filijs decesserint, demum substituit aliam personam minus delectam, cõtra nu. 46. & 66.*
68 *Transmissio fideicommissi conditionalis non fit quando testator voluit prospicere conseruationi agnationis substituendo filios per verba solos filios comprehendentia.*
69 *Substitutionum infinitas & ratio agnationis conseruanda restringitur semper ad casum fideicõmissi primi expressi, & qualificati.*
70 *Mens testatoris non est attendenda etiam, quod adsit magna præsumptio voluntatis, quando verba expressa repugnant.*
71 *Transmissioni locus non est quoad portionem patrui, licet secus quoad portionem proprij parentis.*
72 *Filijs in conditione positis dicitur seruatum ius succedendi ab intestato tantum.*
73 *Ius conditionalis fideicommissi dicitur trãsmissibile ad instar iuris accrescendi, contra numero 81.*
74 *Ius accrescendi habet locum inter hæredes æqualiter institutos.*
75 *Ius accrescendi non tollitur nisi per totalem disiunctionem.*
76 *Ius accrescendi cessat post additam, & agnitam hæreditatem & nu. 79.*
77 *Ius accrescendi essentia requirit quod adsit aliqua portio coniuncta, cui vacans accrescat.*
78 *Ius substitutionis vbi non est vnitum cum iure accrescendi ad hæredes, & filios non transit.*
81 *Ius accrescendi non datur in fideicommissaria substitutione.*
82 *Tex. l. qui pati ff. acq. hæredit. procedit in substitutione pupillari non autem in fideicommissaria.*
83 *Ius accrescendi in casibus in quibus locum habet potest per testatorem prohiberi.*
84 *Ius accrescendi cessat quando testator loquitur taxatiue, vel limitate.*

ARGVMENTVM.

Nepotes in conditione positi non succedunt in portione patrui stãte fideicommisso filijs iniuncto, quod altero ex ipsis decedente sine filijs alter superstes succedat etiã quod ad plures gradus substitutionum testator digressus fuerit.

CONSILIVM CVI.

Actiones meæ à Domino.



Llustris quoñ. D. Carolus Aldegattus in suo vltimo Elogio vulgari idiomate cõscripto, talem hæredum institutionem fecit, nempè.

In tutti gl'altri suoi beni, &c. instituì suoi heredi vniuersali li sudetti Signori Francesco, & Lodouico suoi figliuoli legitimi, & naturali equalmente, & morendo vno d'essi senza figliuoli maschi, legitimi, & naturali, esclusi però i figliuoli naturali legitimati, che l'altro sopraniuente succeda vulgarmente, pupilarmente & per fideicommisso. Et morendo ambidue senza figliuoli legitimi, & naturali maschi, succedano li naturali legitimati, & mancando questi, succedino le figliuole, ò descendente femine d'essi Signori Francesco, & Lodouico, quali mancando succeda la sudetta Signora Erminia, ò suoi figliuoli, & descendẽti siano maschi, ò siano femine, &c.

Mortuo testatore post nõnullos annos decessit Dominus Ludouicus relictis filijs masculis legitimis, & naturalibus; Tandem fatis cessit D. Franciscus absque filijs masculis, qui tamen testatus decessit relicto hærede extraneo.

Quæritur, an ex tali institutione D. Caroli resultet fideicommissum ad commodum filiorum D. Ludouici, & nepotũ respectiuè D. Testatoris, cuius vigore admitti debeant ad hæreditatem D. Francisci eorum patrui.

Articulus est coniecturalis, & difficilis propter varietatem Doctorum; Mihi tamen arridet opinio negatiua, nullum extare fideicõmissum,

missum,

miſſum,prædictoſque filios, & nepotes reſpe-
ctiuè ad ſucceſſionem Patrui,nequaquam ad-
mitti poſſe,nec ex perſona propria,aut virtute
ſubſtitutionis, nec vigore repræſentationis,
ſeù ſubintrationis in locum eorum patris, nec
iure trãſmiſſionis; Et moueor ex infraſcriptis,
*plurimis ex induſtria prætermiſſis quæ poſſent ad-
duci* Quibus & ſi nonnulla viriliter obſtare vi
deantur, illa tamen in calce conſilij pro viri-
bus declinabo.

1 Primò igitur dico, quòd † defuncto ſubſti-
tuto antè conditionis euentum,ſpes ſubſtitu-
tionis expirat,non autem ad hæredes ſubſtitu
ti tranſmittitur, textus apertus in l. vnica,§.
ſin autem ſub conditione, vbi Doct. C.cadu.
2 tollen. † Ius inquam ſubſtitutionis eſt perſo-
nale, meritò ad hæredes non tranſmittitur, l.
Si ex pluribus, in fin. vbi Bart. ff. ſuis,& legit.
l. ſi in perſonam, vbi Gloſ. C. fideicom. Dec.
conſil. 417. num. 2. Duran. de art. teſtan. tit. 5.
3 cap. 23. nu. 1. & ſeq. ſubdens † quamlibet ſub-
ſtitutionem eſſe conditionalem,Ius autẽ con-
ditionale ad hæredes nõ tranſmitti, Natt. cõſ.
4 68. nu. 5. & ſeq. † Idque procedit etiam ſi aga-
tur de inſtitutione, vel relicto facto filijs, ſeù
alijs deſcendentibus teſtatoris, in quibus etiã
tali in caſu ceſſat ius tranſmiſſionis, ſecũdum
receptiorem ſententiam, teſte Alex. in l. cum
ex filio, num. 4. ff. vulga. Decius,& Natt. locis
præcitatis, Ruin. conſilio 181. col. 1. in ſecun-
do, Duran. vbi ſupra, nu. 2. Et hoc eſſe frequen
tiſſimo calculo receptum, tradit Mantic. de cõ
iect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 1. Pedroch.
conſi. 40. nu. 299.

5 Secundò facit,† quod ſubſtitutio tanquam
quid facti debet probari, ideò dicens ſe admit
tẽdum fore, vt ſubſtitutum id debet probare,
alias ei poteſt reſponderi, teſtatoris diſpoſitio
nem non comprehendere eius perſonam, vt
poſt Socin. & alios arguit Crauet. conſil. 161.
numero 16. Roland. conſilio 56. numero 4. in
tertio, Menoch. conſilio 97. numero 97. in pri-
mo. Ioſ. Lud. concl. 14. illatio. 50. Maſcard. de
probat. concluſ. 1342. colum. 1. & ſeq. Cùm
6 † igitur teſtator de filijs non autem de nepoti-
bus mentionem fecerit, non cenſetur voluiſſe
comprehendere eorum perſonas, cum id ex le
ctura teſtamenti non ſecernatur, Bald. in d. l.
vnica, §. ſin autem ad defficientis, C. cadu. tol
len. Dec. conſi. 465. numero 7. Botta, conſ. 27.
numero 57. & ſeq. & conſilio 51. numero 31.
Surd. conſilio 129. numero 17. Hocq; proce-
dit etiam ſi teſtator cogitaſſet facere alios ſub
ſtitutionum gradus, nam ex quo non diſpo-
7 ſuit † non attenditur voluntas imaginaria, l.
Quidam cum filium, vbi Bald. ff. hæred. inſtit.
Surd. d. conſilio 129. numero 18. Si inquam
teſtator nepotes ex filijs comprehendere vo-
8 luiſſet, debebat illos nominare, alias † propo-
ſitum in mente retentum, nihil operatur, ex
quo attendi ſolet diſpoſitio, non autem volun
tas diſponendi; Bimi conſilio 1. numero 33.
35. & ſeq. Magon. deciſ. Lucan. 82. nume. 13.
9 Ratio eſt, quia † ſubſtitutiones non debent
multiplicari per ſuperintelligentias, Crau. cõ-
ſilio 161. numero 6. maximè quãdo agitur de
faciendo extenſionem de perſona ad perſonã,
vt infra latiùs referam, & præter cæteros, tra-
dit Magon. d. deciſ. 82. numero 14. Quòd ſit,
10 † vt dicens teſtatorem veriſimiliter, etiam ne-
potes comprehendiſſe ſi de illis fuiſſet interro
gatus, debet probare talem veriſimilẽ reſpon-
ſionem per coniecturas oculatas, id eſt, elici-
tas,& emergẽtes ex ipſamet litera, ſeù ſcriptu-
ra teſtamenti, ita & taliter quòd præfata pro-
batio dictæ veriſimilis reſponſionis, indè reſ-
ſultans ſit indubitata, & concludens, non per
poſſibile, ſed per neceſſe, Crau. d. conſilio 161.
num. 16. Bimi. conſi. 1. nu. 34. Burſ. conſil. 64.
11 nu. 2. Vndè ſequitur huiuſmodi † probationẽ
coniecturalem nõ extrinſecus, ſed ex ſolis ap-
parentibus,& expreſſis verbis teſtamenti colli
gi poſſe, Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 19.
nu. 5. & lib. 8. tit. 1. nu. 23. & lib. 11. tit. fin. nu-
mero 18. Botta, conſilio 27. numero 60. 61. &
conſilio 28. numero 39. Craſſ. de ſucceſſ. §. fi-
deicõmiſſum, quæſt. 4. numero 7. Quinimmò
12 † talia verba teſtamenti ex quibus colligi de-
bent talis probatio, & coniecturæ veriſimilis
mentis, ſeù reſponſionis teſtatoris, debent om
ninò eſſe diſpoſitiua, alias non curãtur in pro-
poſito iſto, ſecundum veram, & indubitatam
ſententiam, de qua Burſ. conſilio 51. nume. 9.
& conſilio 64. numero 2. At in præſenti teſta-
13 mento talia non leguntur, & † ſi quæ adeſſe
ex aduerſò prætendantur, illas debent addu-
cere legitimè, alias audiri non merentur, vt in
ſpecie poſt Port. Imol. Burſ. & alios aduertit,
Maſcard. de probat. concl. 1342. nu. 12. Cùm
id tradatur pro regula, vt dicens aliquid ſibi
relictum, neceſſe habeat oſtendere talem fuiſ-
ſe mentem teſtatoris, l. Titia cum teſtamẽto,
§. Caius Seius, ff. leg. 2. Mantic. d. lib. 8. tit. 1.
numero 24. Prædictaq; omnia militant in om
ni ſubſtitutionum genere, ſiuè vulgari, ſiuè pu
pillari, ſiuè fideicommiſſaria, Rol. conſilio 38.
numero 12. in quarto, Ioſ. Lud. concl. 14. illa-
tio. 16. ampliat. 1. & ſeq. Maſcard. d. concluſ.
1342. nu. 10. & ſeq.

14 Tertiò, Confert aliud axioma dictãs, † ſub-
ſtitutionem non poſſe extendi de perſona ad
perſonam, etiam ex tacita, ſeù veriſimili men-
te teſtatoris, ſecundum Cuma. in l. Commo-
diſſimè, numero 3. ff. de lib. & poſthum. Aret.
in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, col. 3. verſ. Se-
cundo adde, ff. lib. & poſth. latè Iaſ. cõſil. 220.
col.

col. 2. 3. in secundo, Rube. consilio 31. num. 5. Gabr. tit. de reg. iur. conclus. 10. numero 9. Caball. milleloq. 497. Rolan. consilio 45. nu. 49. in quarto, Tiraq. de tetract. linag. §. 1. Glos. 9. numero 38. Cels. Vgo. consilio 68. numero 4. versic. Et ex his, Decis. Mant. 319. numero 2. Etiam si agatur de materia fauorabili, Tiraq. tract. cessante causa, limit. 8. numero 2. Cæsal. consilio 582. numero 3. diffusè, Pedroch. consilio 19. numero 84. licèt adesset scripta ratio, Pasett. consilio 134. numero 4. Seù militaret rationis identitas, Natt. consilio 470. numero 14. & hoc esse magis communem opinionem, firmat Decia. consilio 1. numero 146. & seq. in secundo, Bott. consilio 51. numero 34. & veram ac communem fatetur, Gabr. cõcl. 111. numero 13. in primo, Præt. de interp. vlt. vol. fol. 289. colum. 4. numero 12. & receptiorem asserit, Pedroch. d. consilio 19. numero 84. Et
15 in terminis nostris, † quòd substitutio fideicommissaria facta de filijs testatoris ad illius nepotes non extendatur, firmant Ruin. iun. consi. 173. nu. 14. & seq. Menoch. consil. 215. nu. 29. & seq.

16 Quartò; Videmus, quòd † appellatione filiorum non veniunt nepotes ex sermonis proprietate, l. quod si nepotes, ff. testam. l. libertũ, ff. excus. tuto. Cùm aliud sunt filij, aliud nepotes, l. filium quem habeo, ff. ad Macedon. Menoch. consilio 215. numero 12. & seq. & num.
17 18. & seq. dicens † illos venire ex sola interpretatione; plurimos ad hoc congerit omnia contrariantia tollens, Turret. consilio 68. numero 21. & seq. in secundo, Decis. Mant. 73.
18 numero 2. Modò † verba testamenti sunt propriè, ac verè, non autem fictè, vel interpretatiuè intelligenda, l. Nõ aliter, vbi Doct. ff. leg. 3.
19 dicuntur † etiam aliquando nepotes cõprendi sub nomine filiorũ per tacitum, seù subauditum intellectum, Socin. consilio 30. numero
20 23. in primo. At † sensus, seù intellectus tacitus non attenditur, quando expresso locus esse potest, l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. oblig. vbi Socin. vbi supra, Menoch. cõsi. 215. numero 13. 14. Cùm igitur filij expresè vnus alteri per testatorẽ fuerint vocati per expressam substitutionem, cessare debet sensus, & interpretatio tacita vocãns illius nepotes. idẽ probat Casanat. consi. 58. nu. 1.

Quintò, Nepotes actores non fuerunt nati, nec concepti tempore testamenti, nec tempore mortis testatoris, & consequenter erant
21 ipsi testatori incogniti, † nõ igitur possunt cõprehendi sub nomine filiorũ, nec in substitutione facta de filijs, cùm cesset ratio affectionis, latè Dec. consilio 95. colum. pen. vet. Tertio principaliter, Gabr. tit. de verbor. signific. concl. 1. numero 68. latius Bero. consilio 121. colum. 2. vers. Tertio, & si verum sit, in secundo, Menoch. alios cumulans, consilio 215. numero 73. & 200. vbi ait, id procedere etiam in dispositione collata in aliquem futurum euentum, quibus addo Rolan. consilio 43. nu. 31. & seq. in quarto, Gozad. consilio 36. num.... Noni. consilio 33. numero 21. Becc. consil. 56. numero 57. Cesal. consilio 3. numero 36. Menoch. consilio 1. numero 170. & consilio 240. numero 18. Bursat. consilio 372. nume. 6. Decian. cõsilio 47. numero 36. in tertio; & de crebriori testatur, Pedroch. consilio 38. colum. 1. vbi propè infinitos adducit, ex quibus patet hanc opinionem tenendam, vti communiorẽ,
22 reiecta altera erronea nõnullorum, quæ † opinio erronea tantum veniret admittẽda in substitutione directa, non autem fideicommissaria, vt in casu isto, secundum Rimin. iun. alios adducens, consilio 75. numero 40. Menoch. consilio 215. numero 100. & seq. eandem conclusionem probat Casanat. consilio 58. nu. 4. & seq. & numero 38. & seq.

Confirmatur istud fundamentum ex eo, quòd si quis substituit aliquem, & eius filios, talis substitutio comprẽdit solum filios natos tempore testamenti; Idem si quis legauerit fundũ alicui, & eius filijs, tale relictum dabitur filijs
23 natis tantùm, non nascituris. Modò † si filij nascituri in tali dispositionũ genere excluduntur, multo fortius nepotes vti remotiores, & incognitiores excludi debent, ita Dec. consil. 95. colum. pen. versi. Et pro ista conclusione, conferunt tradita per Curt. iun. consilio 111. nu. 3. Menoch. consil. 220. nu. 18. & seq. optimè, Gozad. cons. 36. nu. 8.

24 Sexto, Arguitur taliter, † contrariorũ idem est ius ac eadem disciplina, Eueta. in sua cen-
25 tur. cap. 75. Quod † enim operatur propositũ in proposito, idem operatur oppositum in opposito, & è conuerso, l. fin. vbi Bart. ff. leg. 3. l. Interdum, §. pater familias, ff. hæred. institut.
26 Bald. in l. penul. C. solut. Modò † quando filij vocantur passiuè, nempè quando grauantur restituere hæreditatem alicui, tunc non veniunt nepotes, nec onus illud ad illos extenditur, Manzard. in epitom. fideicom. quæst. 17. Paucit. consilio 59. colum. 1. Decian. consilio 47. numero 20. in tertio, Menoch. consilio 215.
27 numero 35. Ita igitur è contra † grauatus restituere filio, non dicitur grauatus restituere nepoti, cùm vtroque in casu agatur de onere grauati, & de fauore fideicommissarij, ita arguit Menoch. d. consi. 215. nu. 34. & seq.

28 Septimo; † Verba testatoris alio non apparente debent assumi, & intelligi secundum cõmunem vsum loquendi, l. cùm de lanionibus, §. asinam, ff. fund. instru. Glos. 2. in l. liberorũ,
29 §. quod tamen. Cassius, ff. de leg. 3. sed † ex communi

communi vsu loquendi, maximè in oratione, seu idiomate vulgari, *ut in casu nostro*, nomen filij non comprehendit nepotem, Glos. in §.cùm igitur, vers. Filios. Auth. de non eligen. 2. nub. glos. pen. in §. fin. Inst. qui testam. tut. dari, clarè Noni. consilio 33. numero 18. & in puncto, Ias. consilio 52. colum. pen. vers. Confirmantur prædicta, in tertio, Marz. & epi tom. fideic. quæst. 4. in fin. vbi ait, raros, & qua si nullos testatores reperiri, qui sciant verbo-
30 rum ciuiles intellectus, & ideò † illorum verba sunt naturaliter intelligenda, quod procedit maximè, quando testator ignarus literarũ voluit testari in lingua vulgari, vt per Menoc. consilio 215. numero 58. inferens ex hoc nomen filiorum, tunc ad nepotes non extendi, et latius, num. 66. idem ait Alex. cons. 9. nu. 3. 4. in primo omnino videndus.

31 Octauo, Adducitur † hic agi de hominis dispositione, ideò nisi probetur, quod testator fuisset solitus proferre, & includere nepotes sub nomine filiorum, vtique nepotes excludentur, Bursat. alios adducens, consilio 372. numero septimo, Bero. consilio 122. numero primo in secundo, Rolan. consilio 43. numero 37. in quarto. Sed quomodo tales vsus testatoris potest probari, si ipso viuente nunquam tales nepotes fuerunt in humanis?

32 Nono, Valde consonat, quòd † quando testatoris dispositio potest verificari in ipsis filijs primi gradus ab eo nominatis, *ut in præsenti casu, in quo filij ab eo nominati extabant tempore testamenti, & tempore obitus illius*, nunquam nepotes censentur comprehensi in tali dispositione, Paris. consilio 20. numero 56. in tertio, cum concordantibus per Surd. de alimen. tit. fin. quæstione 36. numero 19. vbi subdit tunc venire nepotem sub nomine filij, quando primum locum obtinet, secus si pater illum præcedit, facit Cephal. consil. 262. numero 11. & 17. versiculo. Non obstat tertium, Menoch. consilio 215. numero 106. & seq. Casanat. consi. 58. nu. 14.

Decimò, Aduertendum est testatorem optimè nouisse differentiam terminorum istorum, nempè aliud esse grauare, & vocare filios, & aliud vocare filios filiorum, seu hæredes, & descendentes ex filijs; Nam in alia parte testamenti, in qua particulariter disposuit de Palatio, constituendo illius respectu amplum fideicommissum particulare, vna cum primogenitura, plures vocauit, & honorauit filios, & hæredes, & descendentes Dominorum Francisci, & Ludouici eius filiorum, vt ex lectura testamenti videre est. At in ista institutione, sub substitutione vniuersali de solis filijs primi gradus rationem, seu mentionem habuit, vndè fatendum est sub tali nomine, seu termino filiorum, nullo pacto venire nepotes, seu
33 filios filiorum. Siquidem † quando testator in testamento discretiuè loquutus est de nepotibus, seu de filijs filiorum, & alio in loco de filijs simpliciter, tunc sub vocatione filiorum non veniunt nepotes, Corn. consilio 122. numero 18. in secundo, Ruin. consilio 131. numero quarto in secundo, Gozad. consilio quatto, numero tertio versiculo Quarto etiam, Menoch. consilio 321. numero quarto, & consilio 215. numero 69. & libro quarto præsump. 94. numero sexto, versiculo Quarta est, Surd. consilio 423. numero 21. Caball. consilio 181. numero quinto. Et ita in puncto. tradit Honde. videndus consilio 60. nume. 63. versiculo Tertio co magis, in primo, & numer. 64. & 65. vbi extendit fundamentum necdum procedere, quando filiorum, & nepotum fuit facta explicita mentio, sed etiam quando implicita, nempe vt quia fuerunt nominati filij, & descendentes.

Vndecimo, Considero testatorem vsum fuisse huiusmodi loquendi genere, *& morendo vno d'essi, &c. che l'altro sopravivente succeda*,
34 pondero illud verbum *l'altro*, quod † quidem verbum, secundum illius propriam significationem prædicatur de duobus, vt post alios tradit Alexand. in l. cùm ex filio, §. quidam, numero primo ff. vulg. alios congerit, Bertaz.
35 de instrum. claus. 20. Glos. 21. Verba † enim testamenti debent accipi, secundum illorum propriam significationem, nisi manifestum sit aliter sensisse testatorem, l. Non aliter, ff. leg.
36 3. Non † igitur dici potest sub tali modo loquendi comprehendi nepotes plures numero, & gradu. & ita sensit in terminis Peregr. de fideicom. art. 28. nu. 22. & seq.

Duodecimo, Addatur testatorem dicendo, *che l'altro sopravivente succeda*, perinde est, ac si illos, seu illum superuiuentem nominasset
37 nomine proprio, quia † talia verba stant relatiuè, & important nominis proprij expressionem, Torniol. consilio 20. numero quarto, & quinto Surd. consilio 31. numero 31. Rui. consilio 136. nu. 7. in fin. in tertio, & consilio 181. numero secundo in secũdo, & omnes alij mox
38 referendi; Modò † quando substitutio alicuius est facta sub nomine proprio, vel arctatiuo, seu relatiuo, vel demonstratiuo certæ personæ, nunquam extenditur ad aliam personã, nec ne potes põt comprehẽdere, vt optime notat Iason consilio 29. in tertio, Ruin. consilio 127. numero 7. in secundo, Gabr. cõsilio 121. numero 27. in primo, Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, par. 4. nu. 142. & 145. ac 213. Natt. consi. 551. nume. 29. Paris. consilio 37. nu. 53. in secundo. Peregr. de fideic. art. 21. nu. 23. & art. 31. numero 16. Præt. de interpr. vlt. volun.

fol.326.numero 15. & nume.39. Eugen.consilio 61.in fin.optimè, Socinus iunior consilio 14.numero 6.7.in quarto, Mantic.de coniect. vlt.volunt.lib.11.tit.fin. numero 28. Trentacinq. de substit. parte quarta cap. 14.numero 16.diffusè, Surd. consilio 31. numero 23.24. & 31.& sequen.omnino videndus. Conferunt trad.per Honde. consilio 60.nume.66. & seq. in 1. dicens. Quod quando testator instituit seù substituit filios nominatim, vel relatiuè, vel restrictiuè, numquam eum intellexisse de nepotibus seq. Turett. consilio 25. nume. 18. 19. in 3. Alibi dicitur, quod nomen(fratris) dicitur nomen appellatiuum naturale, & ideo vocatus a fratre testante sub nomine fratris dicitur specificè & nominatim vocatus, Aret. consilio 88.numero 1. in fin. Curt.iun.consil. 161.numero 4.Pret.de vltim.volunt.fol.313. numero 28.Rim.iun.consilio 544. num. 123. At nominatio cõtrariatur trãsmissioni Raud. consilio 1.numero 107.in 1. & consilio sexto, numero 9. 14. in 2.Menoch.consilio 209.numero 8.

40 Decimotertio,† Verbum illud *sopraviuente*, importat conditionem, & consequenter formam. Rolan.consilio 57.nume. 50. iunct.nu. 55.in 3.nempè vt aliter filius censeatur substitutus si supervixerit, Bald. in l.quidam culogio,col.fin.C.iur. delibe.quem sequuntur in-
41 fra citandi.Ideò † cum substitutus fuerit præmortuus grauato, ex intentione testatoris, dicitur resoluta conditio substitutionis, Socin. iun.consilio 14. numero 6. & consil.30.nu. 5. in quarto,Ruin.consilio 136.numero 7. in secundo.Mantic.dicto tit.fi.numero 28. Tali in quam in casu dicitur testatorem considerasse ordinem moriendi, Bald.consi.435.num. 5.in
42 quarto. Et ideò † filios filiorum,seù nepotes non admitti vltra præcitatos in terminis nostris, firmat Ruin.consi.181. in secundo,Gozad.consi.29.nu.17. & 33.vers. Tertio respondeo,Zanch.d.par.4.nu.139. & 143.Menoch. consi.325.numero 55.Paris.cõsilio 37.nu. 50. & seq.in secundo, Peregr.d.art.21. nume.28. plures addit, & veriorem enunciat, & latius art.31.numero 16.Intrigliol. de subst.centur. 3.quæst.87.numero 20.Milanens.decis.8. numero 207. in primo, Odd.consilio 39.nu.27. versi. Præsertim cum hic, Noni.consi.33. nu. 19.Becci.consilio 143.numero 91.qui omnes loquuntur de substitutione superuiuentis;addo in terminis nouissimè Trẽtacinq. consi.74. nu.6.7.in primo. Quinimò post Ruin.& alios admonet,Gabr.consilio 121.nu.28.in primo, dictionem *superstites*, non posse referri ad nepotes in conditione positos, sed tantum ad filios dispositiuè vocatos.

43. Addatur, † quod sicut verbum *superstites*, in numero plurali prolatum à testatore, salua ratione recti sermonis,non potest referri ad vnum solum, maximè quando testator tempore testamenti honorat, & vocat plures personas,tunc temporis in humanis existentes,Menoch. consilio 215. numero 107. & seq.Odd. consilio 54. numero 7. Surd. consilio 31. numero 23.Ita, è contra ex quo testator vsus fuerit verbo *sopraviuente*, in singulari numero,& tunc temporis superesset vnica persona, seù vnicus filius, qui posset substitui alteri filio præcedenti, salua ratione recti sermonis, ad solum filium debet referri,non autem in pluribus personis verificari, & ita sensit, Trentacinq. dicto consilio 74. numero 6. Peregr. de fideicom.art.28.nu.22.in fin.

Decimoquarto, Quadrat summopere sen-
44 tentia tenentium † fideicommissum conditionale, vel relictum in diem incertum ad hæredes non transmitti,etiam quòd sint filij,& descendentes,& agatur de fideicommisso ascendente,vel paterno,l.cum ex filio,ff.vulg.l.si in
45 persona,C.fideicom.& † ideò mortuo substituto,vel fideicommissario pendente conditione,tale ius fideicommissi,non etiam transmittitur ad ipsius fideicommissarij filios, Glos. Cyn.Bartol. & alij in l.vnica, C. his qui ant. aper. tab. plurimos adducit, & sequitur Eugen.consilio 61.numero 25.per totum Consilium, Trentacinq. de substitut. parte quarta capi.14.numero primo,& seq.Laderch.Imol. consilio 142.numero sexto idem probat alios addendo, Peregr. de fideicomm.art.31.nu.6.
46 Talisq; cõclusio † indubitatè recipitur quãdo fuit facta substitutio reciproca nominatim, vel per verba relatiua,*vt dixi in 12 & 13 fundamentis*, seù arctatiua, vel demonstratiua certarum personarum substitutarum,seù vocatarum sub conditione, si sine filijs masculis decesserint, nam præmoriente primo cum filijs, ad illos non transmittitur spes fideicommissi conditionalis, vt diffusè alios congerens,probat Peregr. dicto art.31. numero 16. omninò videndus.

47 Quinimmò † quando testator plures instituit illosque vicissim substituit sub conditione si sine liberis decesserint, & omnibus sine filijs decedentibus alium remotiorem,vel extraneum substituit, (vt in præsenti facti specie) adhuc non est locus huiusmodi transmissione, vt probè docuit Peregr. d.artic.31.numero 17.& 18.pariter videndus.qui locus exuberans sufficiat pro omnibus, quia contraria tollit.

Decimoquintò, Confert,quod testator æquis portionibus honorauit filios illos instituẽdo *egualmente*, vt dicitur in testamẽto, quo in casu nullo pacto veniunt nepotes in substitutione,

stitutione, quia ex tali modo instituendi æqualiter testator voluit illos vocare in capi-
48 ta, non autem in stirpes † quo in casu nempè vocationis in capita, nequaquam continentur nepotes in nominatione filiorum, Socin. iun.consil.30.nu.25. versic.Quarto,in tertio, Menoch.de præsumpt.94. numero decimoter tio versic.Decima,libro quarto. Caball.consi lio 181.numero sexto. Sicuti è conuerso per vocationem in stirpes,nepotes cōprehenduntur,Curt.iun.consilio 161. numero primo, & septimo cum concordantibus per Caball. dicto consi.181.nu.7.

Decimosexto, Adduci potest conclusio illa,
49 quod † deficiente, seù caducata prima substitutione omnes aliæ ab eà dependentes corruunt,vt post plures tradit Rimin. iun.consilio 563. numero 21.& consilio 531.numero
50 28.& 44.& † si corruunt substitutiones expressè, multò fortiùs tacitè, vt est illa quando filij ponuntur in conditione, alios cumulat Surd.consi.279.& nu. 1.& seq.

51 Nec dicatur conclusionem illam † non esse tutam, cum multi sentiant contrarium,vt per Thesaur.decis.86.Et hoc admitti in substitutione fideicommissaria, tradit Odd. consilio secundo numero duodecimo, vbi ait, quòd quando substitutio prima est fideicommissaria,& fideicommissarius primus mortuus est, antequam capere possit fideicommissum,tunc fideicommissum dicitur remanere apud hæredem grauatum, cum onere restituēdi alijs sub stitutis vulgariter, vel expressè, vel compendiosè,& hoc esse verum fatetur, Peregr. de fideicommis. articulo 15. numero vigesimosecundo, & sequen. Idem in substitutione vulgari, Menoch. consilio 106. numero 374.& 390.

Respondetur enim in præsenti casu non caducasse simplicem substitutionem, sed defecisse conditionatam substitutionem, quandocunque enim conditio adiecta substitutioni, vna cum substitutione prima defecerit, corruunt, & vlteriores, Surd.dicto consilio 279. numero decimo Peregr.de fideicom.artic.15. numero 28. & admittit, Thesaur. dicta decis. 86.in fin.dicens,quòd si primus,vel secundus institutus, vel substitutus fuerit cum conditione,quæ per mortem expirauerit,tunc cum defecerit conditio deficit etiam substitutio, Pacian. consilio vigesimotertio numero 116. & seq. Ad rem igitur nostram satis constat defecisse conditionem superuiuentiæ adiectam primo substituto, ergò cæteræ irritātur. Si quidem testator non substituit simpliciter alterum fratrem, alteri decedenti sine filijs, sed
52 substituit alterum superuiuentem; Vnde † cū illa conditio superuiuentiæ defecerit, vlteriores substitutiones dependentes nō sunt in consideratione,ita in puncto, post Alexand.decidit Ruin.consilio 135.numero tertio in secundo,latè in terminis nostris, Natt.consilio 678. numero 18. 19. 20. omninò videndus, quem sequitur Thesau. dicta decis.86.in fin. latissimè Rolan.consilio 57. numero 49. vsque 58. in tertio alios adducit in proposito, Peregr.dicto articulo quintodecimo, numero 40.41.
53 Tunc † inquam dicitur dependere vnam, vel secundam substitutionem a prima,quando agitur de portione, seù de bonis primo granato relictis, Becci.consilio 186. numero vigesimosecundo.

Nec replicetur illam qualitatem superuiuentiæ non esse curandam, cùm nemo succe-
54 dere possit alteri nisi superuiuat,& ideò † expressio eius,quod tacitè inerat.nihil operatur, l.hæc verba,ff.leg.1.

Respondetur, inquam imò in casu isto plurimum operare,quia qualitas illa superuiuentiæ adiuncta substitutione fuit expressa a testatore, per viam principalis dispositionis,nō autem per modum simplicis conditionis,nam
55 † in primo casu censetur tradita forma, qua non impleta annullatur dispositio,in secundo autem casu habet vim simplicis admonitionis, ita post Aret.declarat Crot. in l.qui Romæ, §. duo fratres, numero 34.versic. Sępius dubitaui, ff. de verborum obligatione Decia. consilio 41. numero 55. in secundo, Eugen. consilio 61. numero 35. & sequen. Et dictam
56 † enunciationem superuiuentię tanquam partem principalis dispositionis considerarunt, Alexand. Natta, Ruinus, Peregrinus, & alij mox relati, qui propriè loquuntur in terminis istis.

57 Respondetur secundo, † Regulam illam procedere, quando fit expressio eo modo quo tacitè inest, sed si alio modo secus est, vt in præsenti casu,prout exemplificando declarat, Trentacinq. de substitut. part. quartadecima capitulo quartodecimo, numero sextodecimo versiculo, Huic rationi, Eugen. consilio 61. numero 36. quorum dicta non repeto, cum apud eos videri possint, qui licet loquantur in diuersis casibus, attamen eadem ratio in omnibus militat.

58 Decimoseptimo, † In dubio, seù cæteris paribus pronunciandum est,nullum extare fideicommissum, Eugen. consilio 61. numero tertiodecimo, vbi id latè exornat ac pluribus rationibus, & authoritatibus corroborat, &
59 † non esse locum repræsentationi, cum repræsentatio sit quid extraordinarium,& fundetur in iure speciali, Menoch. libro quarto præsumpt.95.numero tertio Intrigliol.de sub stit. cent.3. quæstione 87. in fine. Gabr. consilio

filio 125. numero sexto. in secundo.

Nec prædictis sic vt supra firmatis, vim facocit, quòd † quando agitur de successione Aui, vel Patrui, vt in præsenti casu, filius subintrat in locum patris, & nepos venit sub nomine filij, Cacher. consilio 72. numero octauo infinitos aggregat, Intrig. dicta quæstione 87. numero 4.

60

61 Respondetur inquam, † Contrarium multis placuisse relatis per Gabr. titulo de fideicomm. conclus. tertia, numero secundo. & 13. Cacher. consilio 72. numero 9. Menoch. consilio 215. num. 97.

62 Respondetur secundo, † Militare vbi tractatur de succedendo iure hæreditario, secus quãdo iure fideicommissi, Gozad. consilio 29. numero 18. Crau. consilio 67. numero 5. Menoch. consilio 24. numero 55. Noui. consilio 33. numero 28. vbi de veriori, ac communiori testatur, & consilio 34. numero 11. Magon. decis. Lucan. 82. numero 22. vbi latè per addit.

63 in litera C, qui subdit † in fideicommisso nepotem non succedere in locum patris, nisi quãdo ageretur de sustinendo testamento, quod alias corrueret, quando non daretur talis subintratio; at hic non desideratur talis sustentatio testamenti, & hanc distinctionem probat Decia. consilio 47. numero 32. in tertio. Et dicit Cassanat. infinitos adducens ac de magis communi attestans in consilio 59. numero 2. repræsentationem seu subintrationem habere locum in successione legali seu ab intestato, non in fideicommissis seu in dispositione hominis.

64 Respondetur tertio, † locum esse huiusmodi repræsentationi in successione Aui, vel Patrui, quando agitur de substitutione collectiua, vt puta si fuerit substituta agnatio, familia, proximiores, & descendentes, & similia; Secus quando est facta substitutio certæ personæ, & maximè vocatæ nomine proprio, *vel relatiuo seu arctatiue vocata tales inquam substitutiones parificantur vt dixi in 12. & 13. fundamentis.* Nam hoc in casu repræsentatio facienda in hæreditate Aui, vel Patrui, intelligitur quo ad gradum, non quo ad personam, vt latissimè post plurimos, probat Zanch. in d. §. cùm ita, par. 4. numero 100. & 145. Menoch. consilio 215. numero 132. iuncto nume. 166. Trentacinq. consilio 77. numero 3. & 4. vbi etiam subiungit cessare præfatam conclusionem, quando in contrarium extant coniecturæ, vt in præsenti casu iuxta prænarrata. Et repræsentationi locum esse tantummodò in vocatis per nomen collectiuum, non autem per nomen appellatiuum latè post multos tuetur Cassanat. consilio 39. numero 3. & seq. subdẽs ibi numero 7. cessare repræsentationem quando aliqui vocantur nomine proprio, & nume. 17. & seq. ait repræsentationem stricti & specialis Iuris esse ideo illi locum non esse nisi in casibus a Iure expressis cum fundetur in fictione, quæ in dubio non recipitur in testamentis in quibus verba non ciuiliter sed naturaliter referenda sunt.

Secundò, Posset adduci contra prædicta

65 fundamenta, quod † quando testator instituit plures filios, illos inuicem substituendo, si sine filijs decesserint, & demum substituendo sine filijs decedentibus aliam personam minus dilectam, vt hic factum fuit; Tunc si aliquis filiorum decesserit cum filijs, transinit tit ad eos spem conditionalis fideicommissi, quia filij in conditione positi, tali in casu dicuntur uocati, ne detur casus vt remotior, vel minus dilectus præferatur proximioribus, & magis dilectis, Odd. consilio 54. nume. 10. dicens hanc sententiam esse communiter receptam, & sufficere hoc solum fundamentum ad victoriam, Roland. consilio 51. numero decimo in tertio, Mantic. de coniect. vlt. volunt. libro vndecimo tit. tertio, numero decimotertio versic. Tunc enim maximè uera est, Mandel. consi. 87. numero duodecimo Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 4. numero 251. ff. cond. & demonst.

Respondetur tamen, vt dixi in calce 14.

66 fundamenti † contrarium esse verius adduxi, Peregr. de fideicomm. articulo 31. numero 17. decimooctauo, & hoc latè, & pulchrè defendit, Gabr. consilio 91. omninò videndus, in secundo.

67 Respondetur secundo, † fundamentum istud non posse adaptari casui nostro, in quo omnes substitutiones a prima deriuantes non sunt in consideratione ob defectum conditionis appositæ primæ substitutioni, vt dixi in decimosexto fundamento. Nec quando filij substituti fuerunt nomine proprio, vel arctatiuo, seu relatiuo, vt probaui supra, in 12. & 13. fundamentis, & nouissimè, tradit Trentacinq. consilio 77. numero quinto, & sequen.

68 vbi † ait non fieri transmissionem fideicommissi conditionalis, quando testator uoluit prospicere conseruationi agnationis, si testator substituit filios per verba comprendentia solos filios, & quando ratio facti sermonis aliud non patitur, idem Trentacinq. in terminis de substitut. part. 4. capit. 14. numero 19. in fin.

In his inquam casibus nepotes in conditione positi non possunt dici vocati, sub prætextu digressus ad plures gradus substitutionum, quia talis digressio haberet locum si conditio apposita a testatore fuisset adimpleta, & consequenter talis digressio esset consideranda, si

D. Lu-

D.Ludouicus superuixisset D. Francisco, qui decessit sine filijs masculis. Sicuti alibi ha-
69 betur, quòd † infinitas substitutionum,& ratio conseruandæ agnationis restringitur semper ad casum fideicommissi prius expressi, & qualificati, Cephal.consilio 17.numero 28.in fin.Menoch.consi.85.nume.102.Decis.Mát. 9.num.16.latè Peregr. de fideicom. artic.14. nume.22.& ita attendi debet sola vocatio, & casus qualificatus, optimè Gabr.consi.121.nu. 14.15.in secundo, Surd.consi.315.num.49.& 53.Menoch.consi.376.nu.57. Rube.120.nu. 9.dicens testatorem dici voluisse conseruare bona in agnatione eatenùs, quatenus disposuit in casu per eum expresso,& non extra, concordat Honded.consilio78.num.49.& seq.in
70 primo, vbi subdit † mentem testatoris non esse attendendam, etiam quòd adsit magna præsumptio voluntatis, quando verba expressa repugnant, neque illam recipiunt interpretationem.

71 Respondetur quarto, † Talem prædilectionem filiorum positorum in conditione debere considerari respectu portionis proprij parētis, nō autem respectu alterius, id est, patrui, ideò quo ad portionem patrui non datur transmissio, latè Ruin.consil.181.nu.7.8.in secundo, Gabr.consi.2.nu.6.& consi.91.nu.6.& seq.in secundo.Honde.consi.60.nu.59.in 1.& consi. 55.nu.25.in 2.Thesau. decis.248. nume.16. Odd.consi.45.nu.30.& seq.Rustic. de fil.pos. in condit.lib.5.c.9. optimè Peregri. de fideic. art.28.nu.19. & seq.Cephal.consi.402.num. 31.& seq.

72 Addatur, quod † filij positi in cōditione dī reseruatum ius succedendi ab intestato tantū, adeo quòd nec pater illorum, nec altera persona cuius intuitu reperiuntur positi in conditione, impeditur quin possit testari, & disponere de bonis suis pro libito, ***prout fecit D Franciscus eorum patruus***, Gab.d.consi.91.nu.2.& nu. 20.in secundo, vbi alios adducit.

Tertiò loco pōt excipi in casu isto controuerso fuisse factam expresse substitutionē reciprocam inter ipsosmet filios testatoris,& attēta qualitate institutionis inter eos fuisse indu
73 ctū ius accrescendi, vndè † stante connexitate substitutionis fideicommissariæ, & iuris accrescendi, cum ipsum ius accrescēdi sit transmissibile, redditur etiā transmissibile ius cōditionalis fideicōmissi, ita Odd.consi.54.nu.12. dicens hoc esse subtile,& non benè percipi, nisi a legistis benè fundatis,& alios adducit concordantes per tex.in l. qui patri, ff.de acq.hæred Cephal.consi.16.nu.45. Becc.consi.164. nu.13.Pedroc.consi.40.nu.365. & consil.38. nu.185.Trentacinq.consi.30.nu.7.
74 Nec est dubium quin † hæredes instituti æqualiter dicantur coniuncti, & sit inter eos locus iuris accrescendi, Mantic.de cōiect.vlt. vol.lib.10.tit.3.nu.7.Pedroc.consi.39.nu.47.
75 Peregr. de fideicom. art.9.num.8. Nam † ius accrescendi non tollitur nisi per totalem disiūctionem, Surd.consi.31.nu.38.

Respondetur nihilominus D.Franciscum qui nuper decessit iam antè per plures annos adiuisse portionem hæreditatis ad se spectan-
76 tem; Vnde † cùm ius accrescendi cesset post additam,& agnitam hęreditatem, l.1.§.inter-
77 dum, §.si minor. ff.vsufr.accresc.nam † ad essentiam iuris accrescendi requiritur, quòd ad sit alia portio coniuncta, cui vacans accrescere valeat, Simon. de Pret.de interpretat.vltimat. volunt. fol.206.numer.9. sequitur † ius substitutionis in casu isto non fuisse quo ad ipsos fratres, vti primo loco institutos vnitum cum iure accrescendi,& consequenter non potuisse trahere ad se ius substitutionis, vt transeat ad hæredes, seù filios D.Ludouici cohæredis præmortui, ita Bero.consilio 94.numero 24.in secundo. Eadem ratione cessare dicitur dicta vnitas, seù cōnexitas, quo ad prædictos, vti substitutos per fideicommissum, nam substitutio fideicommissaria præsupponit aditionem, cum de manu hæredis capere debeat fi-
78 (see above)
79 deicommissarius, ius † autem accrescendi cōtrariatur aditioni, ex quo hęreditate adita, illi amplius locus non est, vt dixi, & probat, l.1. C. quand. non pet. part.l.re coniuncti, ff.leg.
80 3.Et ideò † dicendum est in fideicommissaria non dari ius accrescendi, ita Decia.consil.56. nu.16.in tertio.

81 Respondetur secundo hanc † coniecturam acriter pro falsa impugnari per Fanut. de inuentar.par.6. numero 101. vbi sigillatim, tollit fundamenta contrariantium, vt apud eum videre est.

82 Respondetur tertio, † textum in l. qui patri, ff.acquir. hæredit. in quo nituntur aduersantes probare illorum sententiam, procedere in substitutione pupillari, in qua transmissio est necessaria, secùs in fideicommissaria, in qua cessat ratio dictę necessitatis,& in qua ius accrescendi reperitur prorsus extinctum, & ita reprobatis, Odd. & sequacibus verius, ac receptius esse, vt in fideicommissaria non detur dicta vnitas, nec transmissio validè, post plures tuetur, Gabr. consilio 91. numero 22. 23. & sequentib. in secundo, omninò videndus, concordat Bero.consilio 94. numero 21. in secundo.

Respondetur quarto, quod in casibus, in quibus aliquando potest habere secundum aliquos locum in fideicommissaria ius accre-
83 scendi; Attamen † & illi fatentur dictum ius accrescēdi posse prohiberi etiā tacitè per ip-

conſecutæ,vt patet ex ſerie teſtamenti Domini Caroli teſtatoris,& colligitur ex tex.in l.hęredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel. & ex congeſtis per Rot. decif. 804. par. 1. in nouiſſimis. Vnde ex his infertur. Quòd ſi filiæ Ludouici poſſent admitti ad portionẽ Franciſci patrui, multo fortius videntur admittendi filij maſcu-
2 li eiuſdem Ludouici, † cum ſit regulare maſculinitatem prædilectam eſſe in teſtamentis,
3 vnde videtur eſſe locum regulæ, † quod vin-
4 cens vincentem te multò magis vincit te, † & ſi teſtator de hoc fuiſſet interrogatus, ita veriſimiliter reſpondiſſet,& diſpoſuiſſet. Surd.cõſilio 125.nu.14.& ſeq.

5 Addatur,† quod deſcendentes teſtatoris in conditione poſiti,dicuntur vocati etiã ad portionem patrui decedentis ſine filijs,quidquid de alijs extraneis perſonis dici poſſet. Ruſt.de fil.poſit. in condit.lib.5.cap.9. nu.8. ſicuti in
6 ſimili habetur,† nepotes contineri in illa conditione, ſi ſine filijs, &c.in fauorabili diſpoſitione facta ab aſcendente ad commodum liberorum. Bart.in l.liberorum.nume.4.& 6.verſ. Quinto caſu.ff.de verb. ſign. alias ſequeretur abſurdum, quòd defuncto Domino Ludouico ſine filijs,relictis nepotibus ex filijs, Dominus Franciſcus admitteretur ad portionẽ Domini Ludouici fratris excluſis dictis nepotib. deſcendentibus Ludouici.

Quæ omnia accuratè perpenſa nullatenus obſtant firmatis in antecedẽti conſilio ſtante qualitate ſubſtitutionis reciprocę,ac limitatę, ſeu perſonalis factæ per teſtatorẽ filijs ſuis,nẽpè vt altero eorũ decedente ſine filijs alter ſuperuiuẽs ſuccedat,&c.ex tali(inquam)ſerie teſtamenti nulla reperitur facta ſubſtitutio Dño Franciſco,adeo ꝙ potuit ipſemet Dñs Franciſcus iure meritò diſponere ꝓ ſui libito de portione bonorũ ſibi obuẽtorũ ex diſpoſitione paterna, omni metu fideicommiſſi, ſeu alterius grauaminis poſtpoſito.

Siquidẽ clariſsimũ eſt, ſubſtitutionẽ illã filiarũ Dñi Ludouici factã ambob. filijs teſtatoris decedentib. ſine filijs maſculis, nõ habere locũ niſi verificata cõditione in ambob. filijs
7 decedentib. ſine filijs maſculis, adeo qđ † pluralitas illa nequaquã potuit reſolui in ſingularitates,vt abũdè,& per plura fundamẽta ſuſtinet Honded.conſil.60.nu.19. vſq; 40.in quô fit,vt cum D.Ludouicus deceſſerit cũ filijs maſculis,non poſsint filiæ fœminę ad portionem D.Franciſci admitti,cum illi Domino Franciſco hoc in caſu nunquam fuerint ſubſtitutæ, nec tacitè, nec expreſsè.

Non ẽt ipſi Dño Franciſco fuerũt expreſsè nec tacitè ſubſtituti illius nepotes filij Dñi Ludouici, cũ illi fuerint tãtummodò poſiti in cõditione reſpectu perſonæ Dñi Ludouici patris ſui,cui patri tali in caſu nõ etiã dici poſſunt tacitè ſubſtituti,ſed illis ſolũ reſeruatũ ius legiti-
8 mæ ſucceſsionis in portione paterna. Vñ † ſi nõ cẽſentur ſubſtituti patri proprio, multò minus dicẽtur ſubſtituti patruo,vt pulchrè declarat Caſtr.cõſi.449.in 2.Qñquidem ex illa poſitione filiorũ in cõditione, valdè cõtrouertiť,
9 an dicantur diſpoſitiuè vocati, † multo minus igitur dicẽtur vocati reſpectu perſonæ, cuius intuitu nullã faciunt conditionẽ,vt poſt plurimos aduertit Peregr.de fideicom.ar.28.n.19.
10 & ſeq.Vnde ex his infertur † ꝙ in caſib.in quibus aliqñ ex cõiectura mente teſtatoris filij poſiti in conditione dñr vocati, cẽſentur tantummodò vocati quoad portionẽ relictã eorũ patri, cuius reſpectu fuerũt in cõditione poſiti, nõ aũt quoad totã hæreditatẽ,vel portionẽ patrui,ſeu aliorũ cohæredũ.vt poſt Rip. Zăch. Natt.Cephal. Rimin.Gabr.Burſ. & alios tradit Honded. d.cõſi.60. nu.59. & ſeq.& conſi. 55.n.25. in 2. Theſaur.deciſ.248.n.16.Odd. cõſi.45.nu.30.Peregr. d.art.28.nu.19.& ſeq. Ruſtic.de fil.poſit.in cõdit.lib.5.c.9. nu.1. & ſeq. Qui oẽs plurimos alios adducũt, & ita ſatis patet, & quoad hoc caput filiorum Domini Ludouici poſitorum in conditione nullam fuiſſe factam ſubſtitutionem Domino Franciſco, qui exinde potuit pro libito diſponere de bonis ſuis,prout fecit.

Nec replicetur potuiſſe euenire caſum deſcriptũ in motiuo,vt filiæ fœminæ Dñi Ludouici minus dilectæ,vel ẽt Dña Herminia totaliter extranea, illiuſq; filij potuiſsẽt ad vniuerſalẽ ſucceſſionẽ admitti in defectũ maſculinitatis deſcẽdẽtis ex filijs teſtatoris, quo in caſu non eſt veriſimile, vt teſtator nepotes illos in conditione poſitos non vocauerit, vnde ſucce-
11 dit † veram eſſe aſſertionẽ Ruſtici in d.lib.5. c.9.nu.8.dicentẽ,filios in cõditione poſitos dici vocatos ẽt ad portionẽ patrui,qñ ſunt ex deſcẽdẽtib.teſtatoris,vt in caſu iſto. Quę cõclu-
12 ſio cõprobatur ex eo, ꝙ † tales filij dñr vocati ẽt ad portionẽ patrui,qñ aliàs decedẽte patruo in eius portionẽ admitteretur extraneus ſubſtitutus,ad excluſionem deſcendentium ex celebri conſilio Anch.74. cum concordantibus per Rol.conſi.51.nu.9.10.in 3.

Rñdetur.n.aduertẽdũ eſſe,ꝙ ad fideicõmiſſi inductionẽ non eſt curandũ de caſib. qui euenire potuiſsẽt,ſed de illo,qui effectiuè euenit,
13 vt infra dicetur. & † edictum Ruſtic.in d.c.9. nu.8. fundatur in doctrina Rui. cõſ. 121.n.8. 12.qui loquiť in expreſſa vocatione filiorũ,nõ in tacita, & ideo non recipitur, cum nõ faciat ad rem noſtram, & in ſpecie Ruinum eo loci reprobat Zanchus in §.cum ita. par.7.nu.89. & quod verè loquatur in expreſſa vocatione colligiť ex Men.cõſ.327.nu.33.& conſil.359.

numero 7. vbi refert, Ruinum loquentem ibi de expressa substitutione facta per testatorē, & vere hoc esset dictum contra omnium receptissimas traditiones.

Quo vero ad considerationem prædilectionis masculorum, & ad euitandum absurdum, ne extraneus præferatur descendentibus testatoris, vt per Anch. dicto consil. 74. & illius sequaces.

Aduertendum est, quòd quoad admissionē filiorum Domini Ludouici ad portionem pa-
14 trui nō est recurrendum ad materiam † legis. Lucius. ff. hæred. instit. in qua agitur quando filij positi in conditione dicuntur vocati nec ne, quia vt dixi, non dicuntur vocati nisi ad portionem patris, cuius intuitu tantum fuerūt in conditione positi, sed fortasse recurrendum
15 est ad materiam prædilectionis, de qua † in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Quæ tamen prædilectio nullo pacto est considerabilis in casu isto, quia testator substituit Domino Francisco Dominum Ludouicum alterum filium superuiuentem tantum, faciendo illi substitutionem limitatā, & personalissimam, nec vlterius progressus est testator quoad substitutionem, vel substitutiones personæ solius Domini Francisci decedentis sine filijs, vt plenè dixi in antecedente consilio. Quare in propo-
16 sito dico, † quòd testator ponendo filios Domini Ludouici in conditione dicitur quodammodo illis reseruasse quoad Dominum Franciscum patruum ius legitimæ successionis in bonis dicti eorum patrui, quatenus illis esset delata, nempe decedente ipsomet patruo intestato. Ius inquam legitimæ successionis consistit in successione ab intestato, vt latè per Moroti. consi. 100. nu. 11. Menoch. consilio 636. num. 27. sed cum D. Franciscus eorum patruus testamentum condiderit instituendo sibi hæredem vxorē, cessat prorsus talis dilectio, & consequenter sustinetur dispositio testamentaria facta per D. Franciscum. Ita doctè & pulchrè docet Castr. omnino videndus cōsilio 449. in 2. quem sequitur latè declarando distinctionē istam, ac in puncto isto exemplificando Peregr. d. art. 28. numero 21. vsque 25. quorum dicta tollunt penitus omnem amaritudinē, conferunt trad. per Moroti. d. cōsilio 100. nu. 11.
17 Quinimò dixit † ibidem Peregr. numero 24. ad inducendum fideicommissum ex coniecturata prædilectione testatoris non esse habendam rationem casus, qui potuisset de facili cōtingere, sed considerari debere casum, qui in facto euenit, & ibidem plures adducit. Adeo ꝙ considerari debet casus, qui de facto euenit, nempe quod D. Ludouicus prædecessit Domino Francisco, & quod D. Franciscus (cui fuerat substitutus frater superuiuens) remāsit liber ab omni onere fideicommissi, non autem considerandus est casus, qui aliquādo potuisset contingere, vt filiæ fœminæ Domini Ludouici potuissent, Deo volente, succedere ambobus Dominis Ludouico & Francisco, si decessissent ambo sine filijs masculis. Hinc dixit in proposito Casanat. consilio 46. nume. 66. Nō esse inconueniens vt bona testatoris fideicommittentis attento præsenti statu libera sint, postea verò in euentum alicuius conditionis vinculentur, & fideicōmisso etiam perpetuo subijciantur, & fideicōmissa aliquando stare in suspenso secundum casuum contingentias. firmat Borgni. decis. 15. numero 26. in 3. & ibidem prius. numero 16. Mandel. consil. 31. nu. 7. alios addit idem Borgn. decis. 18. nume. 85. quē sequitur Casanat. vbi supra numero 67. dicens prius numero 65. in fin. bona relicta per fideicommittentē liberè manere apud vocatos in primo ordine, licet posset dari casus vt aliæ conditiones appositæ ad aliorum substitutorum possint verificari, & illos primò vocatos posse de illis bonis prohibito disponere.
18 † Alias responsiones ad talem considerationē prædilectionis recenset Odd. consilio 26. numero 21. & seq. quæ optimè quadrant præsenti casui, quas tamen non volo referre, cū apud eum videri possint.

19 Et ita ex his dicuntur sublata relata † in decis. Rotæ 804. parte 1. in nouissimis. nā ibi nō agebatur de substitutione personali limitata de fratre superuiuente, & in casu Rotæ agitur de superexistentia personæ, quæ verisimiliter ex mente testatoris debuit admitti ad aliorū exclusionem, quæ consideratio cessat hic, quia talis persona non fuit considerata a testatore limitatè, & personaliter substituēte, vt sæpius dixi. Alibi dicitur, quòd ratio masculinitatis, vel conseruandę agnationis expressa per testatorem, seu conseruandi bona in agnatione, & familia ipsius testatoris, debet intelligi, & admitti, ac regulari secundum terminos dispositionis ipsius testatoris, & in casu solū expresso ab ipso testatore, non autem in alijs casib. imagi-
20 ginarijs, & verisimilibus, quia † fauore agnationis non sunt multiplicandæ substitutiones vltra expressè disposita per testatorem Hond. consilio 78. numero 49. in 1. latè Menoch. cōsilio 376. numero 57. & 63. & consilio 85. numero 102. Rube. consilio 120. numero 9. vers. Non obstant. Peregr. de fideicom. art. 14. nu. 22. 47. & seq. decis. Mant. 9. numero 16. Cephal. consilio 17. numero 28. in fin. Noni. con-
21 silio 10. numero 22. & ideo † dixit Surd. post alios consilio 448. numero 23. per vocationē masculorum induci coniecturam, quòd testator habuerit rationem conseruandæ agnationis in eo casu, in quo masculi sunt vocati tantùm,

tùm,non autem in alio. Idē probauit Cephal. consi. 137. nu. 13. Menoch. consil. 760. nu. 10.

Non etiam vim facit regula, Si vinco vincē
tem te, &c. Quia in casu isto non datur iste ter
minus victoriæ, cum substitutio facta Domi-
no Francisco soli morienti sine filijs nullibi le
garur, & substitutio filiarum Domini Ludoui
ci fuerit facta tantùm in casu, quo ambo Do-
mini Ludouicus & Franciscus decessissent si-
ne filijs, & non aliter, & vt supra dixi, & ideo
22 dici solet †regulam illam non procedere, quā-
do vincens non subrogatur victo. Surd. consi.
138. nu. 19. & ita dico.

Car. Bardellonus I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Filij legitimi ex legitimo matrimonio procreati in conditione positi dicuntur vocati ad exclusionem bastardorum legitimatorum.*

2 *Pater præferendo legitimatos propria filia, & eius filium, dicitur fortius voluisse præferre masculos descendentes legitimos alterius lineæ hæredibus extraneis.*

3 *Substitutio extenditur ad filios substitutorum ex maioritate rationis.*

4 *Crau consi 326 reprobatur.*

5 *Substitutione prima sublata per superexistentiā filiorum masculorum vnius ex hæredibus, cæteræ omnes dicuntur sublatæ, & nu. 15.*

6 *Testator non vult præferre extraneam nationem proprio sanguini.*

7 *Tex l qui patri ff de acq hæred non habet locum quando testator substituit superuiuentem.*

8 *Verbum, Supraniuente, importat conditionem & formam.*

9 *Testator substituens superuiuentem dicitur designasse, ac considerasse ordinem moriendi.*

10 *Substitutus sub conditione si superuixerit si præmoriatur resoluitur conditio substitutionis ex intentione testatoris.*

11 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes in substitutione facta filijs de superuiuente.*

12 *Substitutio facta de aliquo in numero singulari non potest comprehendere plures personas.*

13 *Testator substituens superuiuentē, perinde est acsi illum per nominis proprij expressionem substituisset, quia verbum illud, Superuiuentem, stat relatiue.*

14 *Testator instituens filios nominatim, vel relatiue, seu restitutiue nunquam dicitur intellexisse de nepotibus.*

16 *Filij in conditione positi dicuntur vocati ad exclusionem substitutorum quoad portionem eorū patris tantum, non autem patrui, vbi de magis communi & nu 20.*

17 *Filij in conditione positi vbi ex coniecturis dicū- tur vocati adoptionum cohæredis, id non procedit quando post filios inuicem substitutos nō legitur substitutus aliquis extraneus.*

18 *Filij positi in conditione, an & quando censeantur vocati ad portionem patrui ratione prædilectionis, recurrendum est ad materiam l hæredes mei § cum ita ff ad Trebell.*

19 *Prædilectio testatoris filiorum vnius fratris hæredis instituti operatur tantum vt illis dicatur reseruatum ius legitimè successionis in bonis patrui tam ex testamento, quam ab intestato.*

ARGVMENTVM.

Caducato primo gradu substitutionis, cęterę omnes sunt reijciendæ. Nepotes in conditione positi non censentur vocati ad portionem patrui sine filijs decedentis, in fideicommisso fratribus iniuncto quod altero sine filijs decedente alter superstes succedat,

CONSILIVM CVIII.

Actiones mea à Domluo.

IN causa Aldegata subsistere
videtur Excellenrissimus Se-
natus Mantuæ aduersus Illu-
strissimam Dominam Hippo-
lytam vxorem quoñ. & hęredē
intitutā a quoñ. Domino Francisco viro suo,
ex eo; Quòd si Dominus Ludouicus solos ba
stardos reliquisset, ipsi successissent hoc casu,
& extraneos hæredes a Domino Frācisco Fra
tre Domini Ludouici penitus exclusissent. Vn
1 de nè † sequatur absurdum, quòd bastardi le-
gitimati sint melioris conditionis, quàm sint
legitimi ex legitimo matrimonio geniti, vti-
què dicendum est, filios Domini Ludouici po
sitos in conditione fuisse vocatos, vt in causa
Mantuana respondit Crau. consilio 326.

2 Quod fundamentum augetur. Quia † si pa-
ter testator prætulit legitimatos propriæ filiæ
legitimæ, & filiabus filiorum hęredum institu
torum, a fortiori dicitur voluisse præferre de-
scēdentes masculos legitimos & naturales al-
terius lineæ hæredibus extraneis institutis a
Domino Francisco Crau. d. consilio 326. nu-
mero 2.

Secundo, non extantibus legitimaris ex di
ctis filijs hæredib. institutis pater testator vo-
cauit fœminas ipsorum hæredum, & illis non
extātibus vocauit Enniniam propriam ipsius
testatoris filiam, ac eius descendentes mascu-
3 los, ac fœminas. Modo † si Filias Domini Lu-
douici

douici vocauit, itē filias filiæ minus dilectas, à fortiori dicitur voluisse vocare filios masculos Ludouici, cum maior ratio vocationis intret. Capr. conf. 123. in primo dub. de quo per Crau. d. consil. 326. nume. 4. Intrig. de substit. centur. 3. quæstione 26. nu. 120.

In præsenti causa iam edidi duo consilia, quæ si accuratè fuissent perpensa, inconcussas respõsiones talium motiuorum excerpsissent. Sed ne videar labori parcere, & vt satisfaciam iussioni Illustrissimæ Dominæ, non pigebit iterarò declinare exceptiones prædictas, nonnullis etiam additis.

4 Primò igitur respondetur, † Consiliū Crau. 326. in quo obstacula prædicta fundata leguntur, nominatim & de argumento in argumentum explicitè reprobari per Bursat. qui cōtrarium in illamet causa consuluit. in consil. 51. per totum. & præcipuè à nu. 13. vers. Quib. nō obstabant, vsque ad finem, ideò videatur.

Secundò respondetur, prænarratas substitutiones, seu uocationes legitimatorum, seu bastardorum, nec non & fœminarum, ex quibus colligitur ex aduersò absurdiras prælationis minus dilectorum alijs magis dilectis, fuisse factas in casum omninò diuersum, & incompatibilem cum casu controuerso, nempe casu, quo ambo filij Ludouicus & Franciscus decedant sine filijs masculis legitimis, & naturalibus ibi, *& morēdo ambidui senza figliuoli legitimi & naturali maschi succedano li naturali legitimati, & mācādo q̄sti succedano le figliuole, &c.* Vnde cum Dominus Ludouicus decesserit cū filijs masculis, non fuit purificata conditio vocationis bastardorum, & fœminarum, & consequenter non potest ex hoc assumi argumētum minoris, vel maioris dilectionis ad inducendā vacationem filiorum legitimorū Domini Ludouici positorum in conditione ad successio-
5 nem Domini Francisci patrui, quia † sublata prima substitutione per superexistentiam filiorum masculorum vnius ex hæredibus, cæteræ omnes dicuntur sublatæ. Ita præcisè in pūcto (videndus accuratè non perfunctoriè) Paris. consi. 87. nu. 36. 37. in 2. & consi. 44. num. 29. in 3. Burs. (reprobando Crau. in oppositū citatum ideo diligenter videndus) consil. 51. numero 23. vbi plurimos adducit concordantes. Rimin. iun. consi. 279. numero 227. & consilio 518. numero 20. Cephal. consil. 188. numero 21. & omnium latissimè omnimodè videndus Hond. consilio 60. numero 19. & sequentibus vsque 40. in 1. vbi per plura fundamenta in terminis nostris probat, quod substitutio facta pluribus copulatiuè sub aliqua cōditione, adhoc vt substitutus admittatur, necesse est, vt conditio substitutionis in personas vtriusque verificetur. Et ideo si testator substituerit per dictionem collectiuam, nempè ambobus decedentibus sine filijs (vt in casu nostro) conditio debet in omnibus verificari per mortem amborum sine filijs, adeo quod altero eorum tantùm decedēte cum filijs euanescit substitutio, nec aliquo pacto illa collectiua dictio (ambo) importans pluralitatē, potest resolui in singularitates, & illius dicta nō repeto, ne illa dicar transcribere de charta in papyrum, cum apud eū videri possint, & ego retigi hoc fundamentum in secundo meo cōsilio Mantuam transmisso, incipiente, Aduersus iam allegata, in vers. Quæ omnia accuratè perpensa.

Tertiò respondetur, nullā posse cadere considerationem prædilectionis in præsenti facti specie. Nam prædilectio supponit plus & minus, & consequenter duo extrema, vnū a quo, & alterum ad quod. Talis (inquam) prælatio importat pluralitatem personarū, vt patet ad sensum. At in proposito cessat extremum, ad quod. Nam substitutio reciproca facta per testatorem filijs suis hæredibus institutis, quorū filij fuerunt in conditione positi, fuit personalis, & limitata, ac certis finibus circunscripta, dixit enim. *Et morēdo vno d'essi senza figliuoli maschi legitimi & naturali esclusi però li figliuoli naturali legitimati, che l'altro sopraniuente succeda, &c.* Modò si testator solum filium superuiuentē alteri substituit, quomodo potest colligi verisimilis mens maioris vel minoris dilectionis, & affectionis testatoris erga filios filij premortui quoad successionem patrui, ex quo ille filius substitutus (si superuixerit) habetur pro non scripto vigore præmorientię? Et idcir-
6 co dixit † Bal. in l. quidam Eulogio. num. 22. C. iur. deliber. loquendo de verisimili mente, seu cogitatione testatoris, quòd scilicet testator noluerit præferre extraneam nationē suo
7 proprio sanguini, quòd † tex. in l. qui patri. ff. acquir. hæred. non habet locum quando testator substituit superuiuentem, quia illa verba habent tacitam conditionem; si superuixerit, quia non demonstrant nisi superuiuentem. Et ideo qui non superuiuit non dicitur substitutus. Quod secus esset si testator omissa conditione superuiuentiæ dixisset simpliciter, Petrum, seu Ludouicum substituo, nam tunc esset locus transmissioni, & dispositioni dictæ l. qui patri. Ista sunt verba præcisa Baldi resecātia omnem amaritudinem absurditatis ex ad-
8 uerso allegatæ. † Verbū enim illud *sopraniuente* importat conditionem, & cōsequenter formam, vt plenissimè per Rolan. consilio 57. nu.
9 50. iuncto numero 55. in 3. quia † testator hoc in casu dicitur designasse, ac considerasse ordinem moriendi. Idem Bal. consilio 435. nu. 5.
10 in 4. Quo fit, vt † cum D. Ludouicus substitutus,

tus,

tus, si superuixerit, fuerit præmortuus Domi-
no Francisco, dicitur totaliter resoluta condi-
tio substitutionis ex intentione testatoris, vt
verbatim notat Socin.iun.cons. 14.num.6. &
consil.30.num.5.in quarto.Ruin.consil. 136.
num.7.in 2. Mantic.de coniectur.vlt. volunt.
lib.11.tit.fin.num.23.& in necessariam conse
quentiam fatendum est, nullatenus dici posse,
filios dicti substituti præmortui in conditione
positos fuisse prædilectos a testatore respectu
portionis patrui, quia deficit penitus funda-
mentum affectionis, dilectionis, & vocatio-
11 nis, meritò in terminis nostris, † vt substituto
superuiuente, illoque præmortuo nulla habea
tur ratio illius filiorum, testantur Ruin.consil.
181.in 2.Gozad.consil.29.num.17.& 33.ver
sic. Tertio respondeo. Zanch. in repet.l. hære-
des mei,§.cum ita,par.4.num.139. & 143. ff.
ad Trebel.Menoc.consil.325.num.55. Paris.
consil.37.num.50.& seq.in 2.Peregr.de fidei.
com. art.21.num.28. vbi alios adducit, & de
veriori testatur.Intr.de substit.centur.3. quæ-
stione 87.num.20.Milanen. decis.8. nu.107.
in 1.Odd.consil.39.num.27.vers. Præsertim.
Noni.consil.33.num.19.Beci.consil.143. nu.
68. 69. & 91. & nouissimè pariter in puncto
Trentacinq.consil.77.num.6.7.in 1. Qui Be-
ci. & Trentacinq. debent omnino ponderari,
quia diffusè loquuntur in terminis istis,& ego
tetigi in primo Consilio in hac causa edito in
13.fundamento,vbi etiam recensui Gabr.con
silio 121.nu.28. in 1.dicentem, verba (filium
superstitem)non posse referri ad nepotes in cō
ditione positos,sed tantùm ad personas dispo-
12 sitiuè vocatas. Et † cum fuerit a testatore in
numero singulari prolatum, ibi *l'altro sopraui
uente succeda*,non posse comprehendere plures
personas, sed soli personæ substituti applicari
debere. Trentacinq.d.consil.74.num.6.Pere-
grin.d.art.28.num.22.in fin.Conferunt dicta
per Surd.consi.31.num.24. nec non & per me
relata in antedicto consilio in 11. fundamen-
to,vbi fuit pōderata dictio illa, *che l'altro*, quæ
prædicatur de duobus tantùm, quibus addo
in terminis Peregr.d.art.28.num.22.in fin.&
num.23. omnino videndum, quia loquitur in
13 indiuiduo. Hocque † confirmatur ex conge-
stis per me in dicto primo consilio in 12. fun-
damento, vbi dixi, quod testator substituens
superuiuentem perinde est, ac si illum substi-
tuisset per nominis proprij expressionem, quia
verbum illud stat relatiuè, quo in casu nō pos-
sunt comprehendi filij ipsius substituti,& plu-
res adduxi, quibus addo nunc optimè in pro-
14 posito loquentem † Hond. consil.60. numero
66.& sequentib.in 1.vbi ait,quòd quando te-
stator instituit filios nominatim, vel relatiuè,
vel restrictiuè, numquam dicitur intellexisse
de nepotibus,& præcipuè de nepotibus in con
ditione positis.Sequitur Turett.consil.25.nu-
mero 18.19.in 3. & ita ex prædictis etiam se-
15 quitur dicendum, quòd † caducata prima illa
substitutione qualificata a conditione super-
uiuentiæ, cæteræ omnes debeant reijci,& non
curari,vt in puncto per Natt. videndum conf.
678.num.18.19.20.post Ruin.consil. 135.nu
mero 3.in 2.Thesau.decis.86.in fin. Addo Ro
land. diffusè tractantem articulum consil. 57.
num.49.vsque 58.in 3. facit etiam Peregr. de
fideicom.art.15.num.40.41. & de hoc dixi in
dicto primo Consilio in 16.fundamento, qui-
bus addatur in puncto Paris. d. conf.87. num.
37.38. in 2. Concludendum igitur est cessare
prorsus considerationem prædilectionis, quia
deficit extremum ad quod deberet proportio-
nari dilectio illa minor ad maiorem.
16 Quartò respondetur, quòd † in omnibus ca
sibus,in quibus filij positi in conditione dicun
tur ex coniecturis, præsumptionibus,& verisi-
militudine vocati,dicuntur vocati ad substitu
torum exclusionem quoad portionem eorum
patris tantùm,& non patrui, secundum Ruin.
consil. 141.num.13. vers. Postremo. Omnino
videnď.in 3.& conf.181.num.7.8.in 2.Gabr.
conf.1.num.6.10.& 13.vbi plurimos adducit,
& de communi testatur,& consil.91.num.6.&
seq.in 2. quos citaui in antedicto Consilio pri
mo in quarta responsione ad secundum obie-
ctum, quibus addo nunc Mantic. de coniect.
vlt.volunt.lib.11.tit.3.num.27. vbi testatur,
ita ab omnibus teneri; Pancir.consil.156. nu
mero 3.Thesau.decis.248.num.16.Odd.con-
sil.45.num.30.& seq.Rustic.de fil.posit. in cō
dit.cap.9.lib.5.Pulchrè Cephal. consilio 402.
num.31.& seq.Peregr.de fideicom.art.28. nu
mero 19. & sequentib. vbi infinitos adducit,
& contraria tollit. Quibus addo Sim.Pret.cō-
sil.39. num. 14. 15. cum cæteris congestis per
Honded.consil.60.num.59.in 1. & consil.55.
num.25.in 2. qui & ipsi plurimos alios conge-
runt concordantes, Natt.conf.551.nu.5.6. Et
licet non desint tenentes contrarium conside-
rando absurditatem, de qua in motiuo, & per
Crauet.conf.316.num.3. cum nonnullis rela-
ris per Peregr.d.artic.28.num.20.vel quando
testatoris verba ad successiuum fideicommis-
sum prægnantia, & iterata fuerint directa, vt
per Pret.de vlt.volunt.fol.341. num.32. vers.
Si vero substitutio. Gabr.conf.2. nu.13. vers.
Nec obstat.in 2.

Attamen respondetur in contrarium exta-
re receptiorem sententiam, vt patet ex præci-
tatis.

Respondetur secundò, absurditatem præla
tionis, seu prædilectionis remotiorum, vel ex-
traneorum hæredum nullatenus posse consi-
derari

derari in præsenti casu, in quo duo genera substitutionum facta fuerunt per testatorem; nã prima substitutio reciproca eius filiorum institutorum fuit conditionata per appositionem superuiuentiæ, & restricta, seu relatiua nominatim facta, personalis, & limitata, & tandem caducata, & in qua non potest considerari absurditas ex aduerso enũciata, vt supra dixi in tertia principali responsione. Secunda vero substitutio fuit quidẽ successiua, sed in casum mortis vtriusque filij sine filijs masculis, qui casus non fuit purificatus, cum vnus tantùm filius decesserit cum filijs masculis, vt diffuse probatum est in secunda principali responsio-
27 ne, & ita † prędilectio nõ potest adaptari huic facti speciei, & ita consuluit Gabr. conf. 2. nu. 14. 15. in 2. vbi ait, quòd si aliquo in casu ex coniecturis filij positi in conditione dicuntur vocati ad portionem cohęredis, attamen illud procedere non potest, quando post filios inuicem substitutos non legitur facta substitutio aliqua de extraneo, vt in casu isto, in quo substitutio extranei fit in casum mortis vtriusque filij, non autem in primo gradu substitutionis personalis limitatę per superuiuentiã alterius filij tantùm. Idem censuit Odd. consil. 26. nu. 22. versiculo. Tertio etiam, & Beci. consilio 143. numero 68. 69. videndus, & numeris sequentibus.

Respondetur tertio, quòd quando etiam in præsenti puncto ageretur de prędilectione, attamen quoad portionem D. Francisci patrui, qui sibi prouidit de extraneo hærede, non potest suffragari filijs Domini Ludouici positis
28 in conditione. Quia † subtiliter aduertẽdum est, vt etiam tetigi in secundo consilio in præsenti causa promulgato, in col. fin. in præsenti puncto nõ esse recurrẽdũ ad materiã cõclusionis, qñ filij positi in conditione dicantur vocati, quia dicuntur vocati ad portionem patris eorum tantùm, non inquàm dicuntur filij patrui, sed patris, & dicuntur positi in conditione respectu mortis eorum patris tantùm, vt ex Lectura testamenti secernitur, sed recurrendũ est ad materiam prædilectionis, de qua in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. vt pulchrè declarat Castr. conf. 449. in 2. cum concordãtibus per Peregr. d. artic. 28. num. 21. omnino videndis, quia doctè, & singulariter loquũtur, & prout non ab re consideratur in motiuis, nempè, ne sequatur, extraneos minus dilectos præferri propinquis magis dilectis. Quo quidem in casu vltra præcitatas responsiones ad-
29 uertendum est, huiusmodi † prædilectionem testatoris talium filiorum vnius fratris hæredis instituti, vtputa D. Ludouici, operari solũmodo, vt illis dicatur reseruatum ius legitimę successionis in bonis, seu portione Domini Francisci patrui, tàm ex testamento, quàm ab intestato ad substitutorum exclusionem, nẽpè quod si patruus (id est, D. Frãciscus) dictos filios, & respectiuè nepotes suos in conditione positos quoad eorum patrem instituerit hæredes in eius testamẽto, vel saltem decesserit intestatus, ipsi succedant & præferantur extraneis vocatis in testamento aui primitus testãtis, & fideicommittentis, seu substituẽtis. Vnde cum Dominus Franciscus nõ decesserit intestatus, sed cum testamento instituto extraneo hærede, corruit reseruatio legitimæ successionis in bonis patrui resultans ex prædicta ve
30 risimili prædilectione, † & consequenter non sunt audiendi. Ita decidit Castr. d. consi. 449. in 2. quod cõsilium est aliqualiter obscurum, ideo debet phlegmaticè ruminari vna cum Peregr. d. art. 28. nu. 21. vbi alios adducit, & hãc esse communem traditionem enũciat, & istud est, quod voluit Bal. in l. cum quidam. nu. 16. C. impub. & alijs substit. quatenus ait vnũ mirabile notandum esse in proposito §. cum ita. id est, nepotem nõ excludere substitutum, qñ nõ agitur de portione patris dicti nepotis, sed de portione cohæredis, qui liberos non habuit, quò fit vt vna portio sit grauata, & alia libera, subdens hoc esse mente tenendum, & illum sequitur Castr. d. consil. 449. ante fin. vers. Et hoc determinat Bald.

Respondetur quarto, non esse absurdum vt multoties remotiores, ac minus dilecti sint melioris conditionis quam propinquiores & magis dilecti, ex dispositione & prouisione testatoris. Alexand. consilio 48. numero 11. in 6. Menoch. consilio 37. nume. 135. Cephal. consilio 46. numero 31. cum plurimis relatis per Cafanat. consilio quarto, numero 198. & consilio 48. numero 46. 47. & seq. latè Ambr. decis. 10. nu. 23. & seq.

Respondetur quinto, argumentum talis absurditatis, seù minoris dilectionis ad maiorẽ procedere negatiuè, seù priuatiuè, non autem positiuè aut affirmatiuè, tenet inquam tale argumentum si dicitur, proximior non admittitur, ergo multò minus debet admitti remotior vel extraneus, non autem tenet si dicatur, remotior vel extraneus admittitur, ergò multo magis propinquior; nec si dicatur, testator grauauit proximiorem, ergo & remotiorem vt post plurimos tuetur Cafanat. decis. consilio 201. & consilio 48. numero 48. & plurimas alias responsiones huic argumento prædilectionis refert. Decia. consilio 1. numero 186. & sequentib. in secundo quæ apud illum legi possunt. Laus Deo.

Car. Bardellonus I. V. D.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Crimen læsæ maiestatis in primo capite committit qui in necem consiliarij Principis vel senatoris conspirat, nec requiritur actus consummatus sed sufficit solus tractatus machinatio tentatio, vel conatus & nu. 19.*

2 *Ministri dicuntur pars corporis Principis.*

3 *Crimen læsæ maiestatis committitur potissimum in conspirante contra Consiliarium re, & nomine, & actualiter Principi in eadem Ciuitate inseruientem.*

4 *Idque procedit etiam quod Princeps non fuerit præsens in loco conspirationis.*

5 *Subornans testes vt falsum dicant contra aliquem in causa capitali tenetur pœna l. Cornelia de sicar.*

6 *Munus principale seu exercitium attenditur, nõ autem accidentale*

7 *Consiliarij ac Præsides & Senatores supremi magistratus Principem repræsentant, ac illius vices gerunt.*

8 *Id etiam procedit in Iudice a Principe delegato.*

9 *Delegatus fungitur vice delegantis.*

10 *Delegatus debet honorari tamquam persona delegantis*

11 *Offendens afficialem Principis exercentem iurisdictionem reus est criminis læsæ maiestatis.*

12 *Conspirans contra Principis Consiliarium, vel Senatorem ob proprium lucrem, & particularem inimicitiam, crimen læsæ maiestatis non committit.*

13 *Interpretatio in dubia est facienda, vt odio particulari contra Consiliarium non in odium Principis machinatio processerit.*

14 *Machinatio facta in Consiliarium Principis dicitur facta animo perturbandi quietem, ac statũ, & mentem Principis, quando constat nullam interfuisse inimicitiam.*

15 *Odium particulare non abolet crimen læsæ maiestatis in conspiratione facta cõtra Consiliarium, vel Senatorem.*

16 *Crimine læsæ maiestatis punitur, qui contra Consiliarium, vel Senatorem conspirauit propter administra'tonem iustitia.*

17 *Testes alias inhabiles, & infames, & criminosi admittuntur ad probandum in crimine læsæ maiestatis.*

18 *Testes inhabiles vbi sunt plures numero, & eorum aliqui integre fidei probant.*

ARGVMENTVM.

Conspirans contra Consiliariũ, vel Principis Senatorem, etiam tanquam Principis delegatos, ex causa administratæ iustitię, efficitur reus criminis læsæ maiestatis.

CONSILIVM CIX.

Actiones meæ à Domino.



1 Crimen † læsæ maiestatis in primo capite committit ille, qui conspirat in necem Cõsiliarij Principis, vel Senatoris, adeo quòd non requiritur actus consummatus, sed sufficit solus tractatus, tẽtatio, machinatio, vel conatus. tex. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. vbi redditur ratio, quia scilicet † isti tales ministri pars corporis Principis 2
dicuntur, sine quibus Princeps stare nequit, cõcordat tex. in c. Si quis. 6. quæstione 1. & in c. Fœlicis. de pen. in 6. Dec. consilio 410. in fine. Rube. consilio 154. col. 1. vbi alios adducit. Capic. decis. 130. numero 11. & 13. versic. Sed hoc intelligẽdũ est. Ioan. Fab. in proœm. Instit. vers. Imperatoriam maiestatem. nu. 1. Clar. in §. læsa maiestas, vers. Quæro etiã nunquid offendens Consiliarium. Vbi Baiar. numero 1. & numero 25. in 8. speciali. Burs. consilio 147. numero 5. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 1. quæstione 14. Decia. tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 5. numero 3. & cap. 35. & consilio 18. numero 310. versic. Verum in 1. Franc. de Ponte. consilio 90. numero 19. latè Menoch. consilio 99. numero 33. & sequentibus, & nouissimè Moscatel. de cognitio. delict. tit. de cri. læs. maiest. numero 48. 49. Idque † potissimum 3
militat in præsenti casu, cùm agatur de conspiratione contra Consiliarium re & nomine, & actualiter inseruientem Principi, & in eadem ciuitate illi assistentem. Salic. in d. l. quisquis, numero 5. versic. Tertiò pone, quem sequitur Boss. tit. de crim. læs. maiest. numero 9. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 3. quæstione 23. num. 20. Rolan. consilio 1. numero 24. & 25. in 3. Decia. d. cap. 5. numero 7. & declarat optimè Menoch. d. consilio 99. numero 79. cum pluribus
4 sequentibus, † licet Princeps non fuerit præsens in loco conspirationis. Gram. decis. 6. numero 7.

Quòd autem in necem prædictorum conspirauerit reus iste detentus, satis ex eo probatur, cum liquidò pateat ex dictis plurium personarum examinatarum, de quibus in processu, vniformiter deponentium, istum talem plu-

ries

ries eos rogásse; illorumque opera vsum fuisse ad finem subuertendi, & corrumpẽdi illum Fedrigotum, de quo in processu, vt scilicet declararet se fuisse subornatum, & corruptum a præfatis Dominis Consiliario & Senatore ad deponendum falsum contra Dominũ Tosum
5 in causa capitalissima, † quo in casu ipsi tenerentur pœna leg. Corneliæ de sicar. tex. in l. 3. §. Item qui author seditionis, ibi (& qui falsa indicia confessus fuerit, confitendaue curauerit, quo quis innocẽs circumueniretur) .ff. Sicar. Clar. in §. homicidium. vers. Item iudex, qui innocentem. Boer. decis. 153. numero 8. & sequentibus.

Nec dicatur, offensam & conspirationem prædictam fuisse ordinatam in præfatos Dominos, non vti contra Consiliarium, & Senatorem respectiuè, sed contra illos, vti iudices, quia id nõ releuat, cùm vltra magistratum ipsi fuerint Consiliarius, & Senator re & nomine, licet accidentaliter ex Principis delegatio
6 ne fuerint iudices in causa Tosi, † nam attenditur eorum principale, & actuale munus, vel exercitium. Salic. d. l. quisquis. nu. 5. cum concordantibus, de quibus supra, in versic. Idque potissimum militat. Vltra quòd vnus eorum est Consiliarius, & Præses Senatus supremi Magistratus Ciuitatis, alter est Senator, & am
7 bo sunt Principes iudices delegati, † & consequenter Principem repræsentant ac illius vices gerunt nedùm tanquã Præses & Senator, ac Iudices supremi. Burs. consi. 35. num. 45. & consilio 62. nu. 26. Afflic. decis. 120. in fin. Ro
8 lan. consilio 70. numero 18. 19. in 1. Sed † etiã tamquam iudices a Principe delegati, vt probat Alex. in Rub. ff. Offic. eius cui mand. nu. 4.
9 & ibidem alijs recentiores, cùm † delegatus fungatur vice delegantis. cap. Sanè quia. de offic. deleg. Ias. in l. quæcunque. §. Qui man
10 datam. num. 8. ff. offic. eius cui mand. † Nimirum si debeut honorari tanquam ipsa persona Principis delegantis. Latè Dec. in l. solet. nu.
11 2. 3. ff. iuris. omn. iud. Hinc dicitur, † quòd offendens officialem Principis exercẽtem iurisdictionem pro Principe, reus criminis istius iudicatur. Bar. in tract. Qui sint rebelles. num. 4. Dec. in d. consilio 410. numero 31. Gig. d. lib. 1. quæstione 16. latè Menoch. consilio 99. nu. 49. & 50. & nu. 67.

Non etiam dicatur ob proprium liuorem, & inimicitiam particularem talem perfidam seductionem machinatum esse reum istum de
12 tentum, quo † in casu euitatur incursus talis criminis, vt post alios aduertit Decia. d. cap. 5.
13 numero 4. & † in dubio interpretationem fieri debere in mitiorem partem, vt scilicet ex causa odij particularis id fuerit machinatus, non in odium Principis tradit Rolan. consi. 1. num. 36. & seq. in 3. Decia. vbi supra nume. 5. in fin.

Respõdetur enim, ipsummet reum, tum in suis constitutis, & consequenter ex proprijs oris confessione, tum in capitulis per illũ productis, & ex probationibus inde factis per plures testes illius nomine examinatos, satis constare nullam inimicitiam præcesisse, nec causam aliquam inimicitiæ inter dictum reum & præfatos Dominos offensos, quinimò ipsum reum semper exteriora signa beneuolentiæ o-
14 stendisse erga dictos Dominos, † quo in casu omnino fatendum est, tale facinus fuisse conspiratum ad finem perturbandi quietem, & statum, ac mentem Principis, & adhoc, vt dictorum ministrorum fidelium opera priuaretur. Ita probè aduertit Menoch. d. consilio 99. nume. 87. & seq. vbi alios adducit. Vltra quòd (quidquid in inferioribus officialibus Princi-
15 pis dici posset) id satis in iure probatur, † odiũ particulare non abolere reatũ læsæ maiestatis stante conspiratione in personam Consiliarij, vel Senatoris, cùm istimet pars corporis Principis dicantur, vt probat tex. in d. l. quisquis, qui loquitur indistinctè nulla habita ratione particularis liuoris, & tradit Capic. d. decis. 30. nu. 13. vers. Sed si in exitium ciuitatis, vbi ait considerandum esse, an id fecerint
16 ex eo, † quòd ipsi Ministri iustitiam administrauerint, tunc etenim hoc crimine & pœna puniuntur. Sequitur Moscatel. d. tit. læs. maie. numero 54. Decia. d. cap. 5. nu. 4. vers. Quamquam in puncto iuris.

Declinatur etiam, si dicatur, quòd attestantes de tali conspiratione sunt testes criminosi, infames & facientes se criminis participes, ac alias inhabiles, quo in casu illis non est adhibenda fides.

17 Respondetur enim, † ad probandum in crimine læsæ maiestatis admitti testes alias inhabiles, & infames, & criminosos, Gig. de cri. læs. maiest. lib. 2. q. 3. & 4. Muscat. d. tit. læsæ maiest. nu. 22. & seq. Decia. d. lib. 7. c. 45. per totum. Præterea agitur de machinatione tractata, & exequenda per personas, & cum personis infamibus, & criminosis in carcere publico de gentibus, quo in loco aliud genus hominum regulariter non reperitur, nimirum si tales testes alias inhabiles admittuntur in hoc diffici
18 lis probationis genere, maximè † cũ testes sint plures numero, & eorũ aliqui nullo crimine fœdati, vt latè firmat Mascar. de prob. cõc. 1359.

19 Concludendum igitur est † præfatum reum condemnandum esse in amputatione capitis, & confiscatione bonorum iuxta d. l. quisquis. vbi Doctor. nec non & alij in locis præcitatis. Laus Deo.

Car. Bardellonus I.V.D.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Donationes, vel promissiones de donando ob futurum matrimonium quando dicantur pars dotis.*
2 *Donationes ob matrimonium an irreuocabiles.*
3 *Mater non prohibetur donare filia.*
4 *Donatio vera est liberalitas absoluta nullo iure cogente volenti concessa.*
5 *Verba spectare, vel pertinere important Dominium, possessionem, seu Ius præsens, vel futurum.*
6 *Suum quod est, non potest amplius fieri suum.*
7 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*
8 *Mater conferens effectum donationis post eius vitam, non dicitur donasse vel promisisse de donando, sed dicitur promisisse quid incertum pro libito voluntatis futura.*
9 *Promissa portione spectante, si nihil spectes, nihil debetur.*
10 *Verbum poterit, ad Ius futurum trahitur, maximè si aliis verbo addatur, sub nu seq.*
11 *Quod alicuius potestati permittitur, Iuris necessitati subijci non debet.*
12 *Vxor hæres mariti nullo Iuris vinculo eius bona relinquere tenetur filiabus iam dotatis, in eius que promissione dicitur spem succedendi ab intestato promisisse.*
13 *Spes succedendi dicitur improbabilis, & reuocabilis, cum dependet a mera facultate eam promittentis.*
14 *Voluntas quid relinquendi non dicitur dispositio, sed mentalis destinatio, licet interuenerit verbum volo, & nihil operatur sed dicitur abortus, si non deducatur ad actum.*
15 *Matris promissio dilata ad futuram executionē nihil releuat, ob testamentum subsecutum.*
16 *Disponentis animus, & voluntas declaratur ex verbis, factis, & non factis.*
17 *Promissionem dependere ex promittentis arbitrio ex quibus declaretur.*
18 *Dispositio qualibet fundata in falsa causa vitiatur.*
19 *Promissio ab aliquo facta de eo, ad quod non tenetur, in dubio dicitur facta per errorem.*
20 *Error probatur, ostendendo rem aliter se habere.*
21 *Res aliter se habere dicitur, quando id colligitur ex Instrumentis.*
22 *Promissio debet intelligi, & restringi ad statum, in quo erat, quando fuit facta.*
23 *Errans non consensit.*
24 *Obligatio tollitur consensu cessante.*
25 *Veritas sola attenditur in dependentibus ex facto & dispositione Iuris & non opinio.*
26 *Verbum possessiuū sua importat tempus præsens, & denotat Dominium, & possessionem.*
27 *Suū id dicitur, quod potest vindicari à detentore.*
28 *Suum quod est, peti nō potest ex vi solius promissionis, quod enim suum est, suum amplius fieri non potest.*
29 *Suum in dubio concernet personam eius, cui est facta promissio.*
30 *Promissio matris, post dotem a patre cōstitutam, non sortitur naturam dotis, vel matrimonij.*
31 *Mater non tenetur dotare filias a patre dotatas.*
32 *Donatio ob causam matrimonij facta ab eo qui nō tenebatur, dicitur pura, & indiget insinuatione.*
33 *Donatio ob defectum insinuationis obligationem non continet saltem in excessu quingentorum.*
34 *Pars vna dispositionis bonorum debet considerari ad regulandam alteram partem dispositionis secuta.*

ARGVMENTVM.

An Promissio materna, de dando portionem spectantem, vel spectaturam in bonis paternis, facta filiæ dotatę & tacitatæ in testamento paterno, sit obligatoria.

Donatio vel promissio de donando, quādo dicatur facta intuitu matrimonij, & sit irreuocabilis.

CONSILIVM CX.

Actiones meæ à Domino.



Domina Magdalena Cerruta (cuius est hęres vniuersalis Dominus Camillus Insula eius gener) remansit hæres vniuersalis, ac Domina, & Patrona in solidum omnium bonorū, & hæreditatis quōdam Domini Asclerij eius viri, qui illam hęrede instituerat in vsufructu omnium suorū bonorum, vna cum Domino Francisco communi filio, & ex post ipsi matri prædefuncto, Non obstante superexistentia filiarum pariter communium exclusarum per patrem testatorē ab hæreditate paterna, materna, & fraterna, dempta dote præfatis filiabus a patre relicta.

Sequuta morte prædictorum mariti & filij respectiuè, dicta Domina Magdalena matrimonio copulauit Dominam Isabellam vnam ex pluribus filiabus, pacto conuento in hæc verba, vltra assignationem dotis in testamēto paterno relicto, nempè *Che detta Signora haurà tutta quella parte, che proportionabilmente li spetta, ò potrà spettare per l'auuenire con le altre sorelle, ò qual si voglia di esse, ne i beni, che erano del Signor Asclerio, doppò vita di essa Signora.*

Insuper nuptui dedit Dominam Dianā alteram filiā addito pacto vt infra *Promette detta Si-*

ta Signora Maddalena, che la Signora Diana, oltre la dote del padre, dopò vita di essa Signora Maddalena, haurà la sua portione de beni, che erano del Signor Asclerio, &c.

Tandē his peractis, decessit Domina Magdalena condito testamento, in quo sibi hæredem vniuersalem instituit Dominum Camillum Insulam suū generum, qui conuenitur a præfatis sororibus & sororijs respectiuè, ad patiendum, vt promissiones maternæ (mox enunciatæ) ad earum commodum implcantur. Ipse hæres negat, se ad talia teneri.

Quæritur quid iuris?

Et videtur dicendum, exequendas fore dictas promissiones. Quia Domina Magdalena mater, & Domina vera insolidum bonorum controuersorum, dicitur taliter adstricta a dictis promissionibus, vt illas, nec expresse, nec
1 tacitè potuerit reuocare. † Illæ inquam conuentiones sapiunt donationem, vel saltē promissionem de donādo, quod idem est cum donatione pura, & perfecta, cū fuerint factæ promissiones ob futurum matrimonium, quò in casu talia pacta dicuntur pars dotis, & regulātur secundum metas ipsius matrimonij respectu irreuocabilitatis, adeo quòd debent omni modè & præcisè adimpleri, vt latè consuluit Menoch. consilio 92. Ioseph Ludou. alios congerens, in conclus. 72. col. fin. in 4. fallentia. Clar. in §. donatio quęstione 14. in fine, Petra de fideicommis. quæstione 8. numero 164. & præcipuè cum tales promissiones respiciant bona, non autem hæreditatem Domini Asclerij, ibi, (portionē de beni) vt distinguit Ias. de quo per Menoch. dicto consilio 92. nu. 48. Ioseph Ludouic. conclus. 40. in fin. idem probat Decian. consilio 31. numero 160. & consi. 41. numero 22. in primo, dicens talia pacta regulari secundum naturam dotis, Bertaz. consi. ciuil. 28. nume. 53. concordat Franc. decis. 205.
2 vbi fatetur † tales donationes secuto matrimonio esse irreuocabiles, & confundi cum matrimonio, vnde sicut matrimonium est irreuocabile, ita & huiusmodi conuentio, sequitur Peregrin. consilio 78. numero 10. in 3. latè idem Menoch. consilio 867. numero 18. & sequen. Nec ambigitur, quin ab initio subsistant dictę promissiones: Tum quia factæ intuitu matrimonij, vt per Menoch. alios mox citatos, tum
3 quia † mater nō prohibetur donare filiæ (quicquid alioquin dicatur de patre filio donante ratione patriæ potestatis) tex. in l. velles. C. reuocan. donat. Gallia. consil. 51. colum. prima extendens etiamsi filia vel filius deueniat ad iurgia cū matre, dūmodo vitæ matris non insidiatus fuerit, seù impias manus in eam intulerit, aut totius substantiæ iacturam non fuerit molitus, demptis inquam talibus casibus, materna donatio irreuocabiliter sustinetur, facit Menoch. de arbitrar. iudic. casu 130. Capell. Tholos. decis. 191. Decian. consilio 16. nume. 77. in primo Turret. consilio 77. numero 12. in secundo.

Contrarium tamen videtur dicendum in præsenti facti specie, perpendendo igitur verba primæ promissionis factæ Dominę Isabellæ, satis apparet, illius matrem non habuisse
4 animum donandi, Nam † vera donatio, cuius virtute ius acquiritur donatario, dicitur, vt sit liberalitas absoluta nullo iure cogente volenti concessa: Mozi. de donat. rubr. prima nu. 4. Cum igitur fuerit dictum *li speta, ò potrà spettare per l'auuenire ne i beni, &c.*
5 † Verba illa spectare, vel pertinere, important dominium l. verbum pertinere ff. verb. signifi. Rimin. sen. consilio 98. numero 5. Decian. consilio 57. nu. 23. versiculo, Quinto talem in primo Bertaz. de clausul. instrument. clausul. 26. Glos. 13. dicētes, denotare dominium vel possessionem, seù ius aliquod præsens, vel futurum; Modò si Domina Isabella filia Ius habuisset in dictis bonis, mater non diceretur donare voluisse eadē
6 bona, quia † quod est suum, nō potest amplius fieri suum; Speculat. in titulo de secreto Decreto §. videndum col. 7. versiculo. Hoc quoq;
7 Et † in necessitatibus nemo liberalis existit l. rem legatam. ff. adim. leg. Mozi. vbi sup. nu. 5. Decia. consilio primo numero 5. in 2. Putauit
8 † ergo mater promittere filiæ quid incertū pro libito voluntatis futuræ ipsiusmet promittentis, non autem dicitur donasse, vel promisisse de donando simpliciter, conferendo effectū donationis post eius vitam, vt aliqui fortasse autumant ex Bognin. decis. 42. numero 11. & sequent. par. 1.

Confirmatur istud fundamentum ex eo,
9 † quod tempore promissionis, & ante promissionem, nullum Ius habebat filia in bonis paternis, vt supra tetigi, adeo quod clausula illa *tutta quella parte, che proportionabilmente li spetta* seruit de věturo; quia nil ad eam tunc temporis spectabat: Quatenus modò mater vlterius progrediendo subdit alternatiuè *ò potrà spettare per l'auuenire, &c.* dicitur promisisse quoddam Ius improbabiliter speratum iuxta
10 futurum arbitrium matris, Verbum † (inquā) illud *Potrà* ad Ius futurū trahitur. l. si ita quis, vbi Glo. Bart. & alij. ff. de legat. primo Stracc. de Decoct. par. 6. numero 26. in fin. Et cum sit affirmatiuè conceptum, meram, & naturalem possibilitatem importat, omni necessitate semota, & dependentem a persona, ad quā verba dirigitur, & cōsequenter a Domina Magdalena promittente, quæ non tenebatur stare
11 promissioni, nisi pro sui libito, † quia non omne, quod alicuius potestati permittitur, id

debet

debet subiici iuris necessitati. l. non quidquid. ff. iud. l. 1. C. quomod. & quand. Iud. & pulcre declarat Caballin. milleloq. 17. colu. 2. versic. Aut vero ponitur affirmatiuè, & pcipuè cũ tale verbum fuerit additum, seu accessoriè positũ ad aliud verbum principale, ibi, *Potrà spettare*, quia tunc indubitatè simplicẽ naturalem possibilitatem denotat l. 1. vbi Gl. vers. Alio testaméto ff. in ius. rupt. Caballin. vbi supra nu. 3. vers. Quandoque autem istud verbum.

His sic stãtibus, non tenebatur mater stare conuentis ad commodum filiæ, cui ex tali pacto nullum ius radicatum, sed vix speratũ [improbabiliter tamẽ] fuerat acquisitum; & à sola
12 ceruice materna dependens, † Nam iuuat repetere q[circumscripto pacto] mater non tenebatur aliquo iuris vinculo relinquere bona D. Asclerij eius filiabus, stante ipsius Domini Asclerij testamento, cũ igitur promiserit filiæ, quod habebit portionẽ, quę ad illã poterit spectare post vitam matris, dicitur illi promisisse quandã destinationẽ, seu spem illi succedendi ab intestato, pro rata vna cum alijs filiabus, &
13 suis sororib. respectiuè, † quæ spes dicitur omnino improbabilis, & consequenter reuocabilis, cum dependeat à mera facultate matris, nõ autem ab aliqua causa existente de præterito, vel præsenti, vt luculenter docet Cephal. omni no viden. cons. 526. nu. 67. vsq; 84. & tetigit Peregrin. de fideic. art. 52. nu. 35. Leoni. in l. qui Romæ. §. duo fratres nu. 100. & 103. ac se-
14 quent. ff. de verb. oblig. & quotiescunque † aliquis demonstrat enixã voluntatem relinquendi, non tamen dicitur disposuisse, sed mentaliter destinasse, seu proposuisse de relinquendo, etiamsi vtatur verbo, volo, vt post Fulgos. & alios tradit Socin. iun. cõs. 179. nu. 64. & 73. in 2. & qui vult facere non dicitur fecisse, nam dispositio mentalis nondum in lucem edita dicitur potius quoddam propositum, & quædam destinatio, quam vera voluntas, quæ si non deducitur ad actum, dicitur quidam abortus ad similitudinem posthumi in vtero concepti, & nõ nati, vt post Bal. Ias. & alios, firmat Magon. decis. Lucãn. 75. nu. 15. & 16. Dico igitur, quòd
15 † stante testamento matris, nil releuat talis promissio, cuius verba non fuerunt apposita in vim dispositionis principalis, sed ad quandam futurã executionẽ, merito nihil operantur. Clement. 1. in fi. de præben. Felin. cons. 43. nu. 15.

Addatur insuper, ex alio ẽt probari talẽ fuisse originalem mentem matris paciscentis, nã
16 † animus, & voluntas disponentis declaratur, ex verbis, facto, & ex non facto, vt late per Menoch. de recuper. poss. remed. 15. nu. 124. & cõs. 101. col. 1. & nu. 38. & sequentibus tam præcedentibus, quam sequentibus, Pasett. cons. 181. num. 9. Fanut. de inuentar. in præfatio. nu. 27.
17 Declarauit ergo † mater, quod promissio illa foret dependens totaliter ab illius arbitrio. Primo ex verbis, dicendo, *o potrà spettare*, denotãs posse esse, & non esse pro sui libito, vt dixi. Secundo ex facto, quia reliquit quintam tantum partem mobilium dictæ Dominæ Isabellæ, quia sic sibi facere placuit. Tertio ex non facto, quia noluit decedere intestata, condendo testamentũ ad cõmodũ generi hæredis scripti.

Præterea quatenus dici posset, matrem in dicto pacto habuisse voluntatem disponendi, adhuc talis promissio non est curanda, vti fundata in falsa causa, siquidem cum mater promiserit filiæ portionem bonorum paternorum ad illam spectantium, aut quæ poterunt spectare, & verè nulla portio, de iure, dictorum bonorũ ad illam spectauerit tempore pacti, nec potuerit spectare [nisi ex sola futura dispositione matris] vtiquè dicitur fuisse errore ductam, &
18 ideo insurgit conclusio, quod † qualibet dispositio fundata in falsa causa, vitiatur, Magon. de
19 cis. Florent. 4. nu. 21. Et † promissio ab aliquo facta de eo, ad quod non tenetur, in dubio dicitur facta per errorem, latè Becc. cons. 29. num.
20 96. † error autem probatur ostendendo rem aliter se habere, l. si post C. iur. & fac. ignoran. l. decetate, §. qui iusto. ff. inrerrog. action. Cephal. cons. 562. num. 10. & seq. vbi subdit, tũc
21 dici † constare rem aliter se habere, quando id colligitur ex Instrumentis, quia tunc dicitur constare notoriè, vt in casu isto, vbi constat de testamento eiusdem Domini Asclerij, qui dépta dote filiabus relicta, illas de cœtero totaliter exclusit. Cum igitur tempore pacti filia nul lum ius præsens vel futurum, probabiliter fundatum, haberet in bonis paternis, corruit dicta
22 materna † promissio, quæ debet intelligi, & restringi ad statum in quo erat, quando fuit conuenta, seu erat tempore contractus. Surd. con-
23 sil. 27. num. 6. vbi alios commemorat. † Errauit ergo mater, ideo non consensit pacto. Rol.
24 cons. 13. nu. 29. & 30. in primo. † & cessante cõsensu tollitur obligatio; Surd. cons. 25. nu. 10.
25 † & in dependentibus ex facto, & dispositione iuris, attenditur sola veritas, non opinio, l. multum interest. ff. cond. & demonstrat. c. nuper ext. de Bigam. Alciat. cons. 58. nu. 18. li. 8.

Quo vero ad caput Dominæ Dianæ, & illi conueniunt plurima ex prænarratis in capite Dominæ Isabellæ, licet Domina Magdalena mater variauerit in cortice verborum, Nam cum dixerit, *haurà la sua portione de beni, che era-*
26 *no del Signor Asclerio* Illud† (inquam) verbum possessiuum, *sua*, importat tempus præsens l. si ita vbi Bart. ff. de aur. & arg. leg. Anton. lib. 2. variar. resolut. c. 59. casu 21. versic. Præsertim, & denotat dominium, & possessionem, l. quintus §. argentum ff. aur. & arg. leg. Decian. consil. 57.

27 fil. 57. numer. 3. & 21. in 2. vbi probat † illud
dici suum, quod potest vindicari a disponēte:
Modo si bonorum illorum portio tunc tempo-
28 ris erat Dominæ Dianæ, ad quid † illam præ-
tendere vigore illius solius pacti? stat enim re-
gula, quod est suum, non potest amplius fieri
suum, vt per speculat. titul. de secundo decreto
in §. videndum col. 7. versic. Hoc quoque, qui-
29 nimo pronomen illud † [suum] in dubio con-
cernit personam Dominæ Dianæ, Ruin. cons.
104. nu. 8. in vers. Modo si pro veritate illa por
tio nō erat Dominæ Dianæ, errāuit mater pro
mittens, aut illi filiæ promisit futurum euentū
ab ipsius matris matre procedens, & non ali-
ter, iuxta prænarrata.

Nec obstant contraria, quæ satis dicuntur
sublata per mox deducta, quibus tamē placet
ex abundanti, infrascripta addere, præsupposi-
to, sed nō admisso, quod talis promissio aliqua
lem saperet donationem.

30 Respondetur primo † certam dotem iā fuis-
se constitutam dictis filiabus a patre in testa-
mento, & ideo id quod post dotē constitutam
fuit promissum a matre, etiamsi id gestum fue-
rit cōtemplatione matrimonij, nihilominus di
ceretur ista simplex donatio, non autē ob cau-
sam, quia in hoc casu matrimoniū non dicitur
causa finalis, sed impulsiua, merito tale pactū
naturam dotis, vel matrimonij nō sortitur, ita
Oldrad cons. 5. quem sequitur Socin. cons. 53.
col. 1. in 1. Dec. cons. 216. nume. 5. Cecian. vi-
den. consil. 7. num. 12. in primo.

31 Respondetur secundo † dictas filias satis suf
ficienter fuisse a patre dotatas, adeo quod ma-
32 ter non tenebatur illas dotare. † Modo dona-
tio ob causam matrimonij facta ab eo qui non
tenebatur dotare, non dicitur donatio ob cau-
sam, sed donatio pura simplex, & in mera libe
ralitate consistens nullo iure cogente facta, a-
deo quod indiget insinuatione [quæ hoc in ca
su desideratur] alias non tenet, ita post Ang.
Imol. Tiraqu. & alios, tradit Decian. cons. 72.
33 nu. 29. in 5. † quo fit, vt si istæ portiones singu
læ, & donatę excedunt summam aureorū quin
gentorum, ob defectum insinuationis, obliga-
tionem non contineant, saltem in excessu.

Vltimo dr̄ ex abundanti, non recedendo à
prænarratis conclusionibus; Quòd omni in ca-
su negari non potest, quin saltem portiones il-
læ sic vt supra promissæ filiabus, debeant regu
lari pro quota, nempe pro quinta parte, iuxta
numerum filiarum, prout ex adiudicatione bo
norum mobilium per ipsam matrem viuētem
34 filiab. assignatorum videre est, † quia vna pars
dispositionis bonorum, debet considerari ad
regulandam alteram partem dispositionis se-
cutæ, Iuribus notis. Laus Deo.

Car. Bardellonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Homines vel vasalli inuiti cum vniuersitate ab eorum domino alienari non possunt, & numero. 4 & 11.*

2 *Ligietas operatur vt subditi obedientiam, & fidelitatem suo tantum Principi debeant.*

3 *Homines ligy dicuntur ligati pacto expresso cum suo domino contra omnes alios homines.*

5 *Vasalli plures dominos agnoscere non coguntur, sicuti nec dominus pro vno vasallo plures agnoscere non tenetur*

6 *Homo ligius duorum dominorum quis esse non pōe.*

7 *Feudum ligium non dicitur quando superior dominus excipitur.*

8 *Subditi iurare non debent fidelitatē ligiā vasallis.*

9 *Nobiles superiorem recognoscentes ligiam fidelitatem a subditis exigendo errare dicuntur.*

10 *Vtilius est subyci Principi magno ac potenti, quā minori, & assignatur ratio.*

12 *Castrum, & homines possunt inuiti a domino alienari, & in feudum concedi ob benemerita feudatarij declaraui nu. 14.*

13 *Principis dicto non statur circa merita vbi agitur de re alienari prohibita.*

14 *Infeudatio. seu remuneratoria concessio tunc permittitur, quando constat Principem aliunde facultatem remunerandi non habuisse in pecunia, vel bonis allodialibus.*

15 *Infeudatio oppidi, terræ, vel Castri in finibus Marchiæ. vel Ducatus positi in inferiorem dominum fieri nequit.*

16 *Alienatio feudi maxime inuitis subditis, nisi cū omnimoda expropriatione fieri non potest,*

17 *Alienare vasallos aliud est, & aliud alienare simplices subditos.*

18 *Antecedenti, vel principali sublato, tollitur consequens & accessorium.*

19 *Præscriptio triginta annorum plenissimam præstat securitatem, maxime contra scientes, quibus nulla competit in integrum restitutio.*

20 *Libertas præscribitur aduersus dominum spatio quadraginta annorum præcedentibus saltem interpellatione, ac requisitione.*

21 *Seruitia debita domino per subditum, vel vasallū spatio triginta annorum præscribuntur.*

22 *Iuramentum fidelitatis computatur inter seruitia domino debita, & dicitur seruitus.*

23 *Iuramentum fidelitatis a die interpellationis, & contradictionis præscribi potest.*

24 *Homines contradicentes alienati possunt se dolo, & fallacia eximere & redire ad priorem dominum.*

25 *Actus per Principem gestus, ne reputetur inualidus, de plenitudine potestatis factus dici debet.*

26 *Princeps potest etiam sine causa præiudicare tertio in iure quæsito maxime quando processit ex concessione eiusdem Principis.*

27 *Subditi*

27 Subditi vbi inuiti alienari nequeunt, nec fidelitatem præstare cogi possunt.

28 Cõmunitas quãdo iurat tãquã vasallus potest præstare iuramẽtũ fidelitatis per specialẽ procuratorẽ secus verò vbi ratione solius iurisdictionis.

29 Maior pars dicitur illa quæ excedit dimidiam.

30 Mandatum vniuersitatis ad fidelitatem iurandam debet fieri a duabus partibus ex tribus, & id a Notario exprimi alias non tenet.

31 Iuramentum fidelitatis minis maxime geminatis, & metu extinctũ non valet, & sperni potest.

32 Parentes non possunt auferre posthumis quod non dederunt.

33 Iuramentum a communitate præstitum, non obstãte hominum mutatione præiudicat.

Communitas nunquam moritur 33.

34 Iuramentum fidelitatis est personalissimum, & extinguitur morte iurantium.

35 Fidelitatis ius dicitur personale nõ autem reale.

36 Vniuersitas nõ ligatur iuramento Sindici quoad periurium, sicuti nec anima hæredis iuramento defuncti.

37 Iuramentum est vinculum animæ.

Vniuersitas anima caret nu. 37.

38 Vniuersitas si ligaretur iuramento Sindici, ligarẽtur ẽt fœminæ & pupilli quod esset absurdũ.

39 Iuramentum fidelitatis præstitum a subditis dũmodo sibi obseruentur pacta, & conuenta dicitur correspectiuum.

40 Fidem frangens cadit ab omni commodo conuentionis, tam de iure ciuili quam Canonico.

41 Iuramẽtum semper intelligitur rebus sic stãtibus.

42 Vniuersitas in integrum restituitur, ad instar minoris, aduersus præscriptionem annorum quadraginta & vltra.

43 Præscriptio cum mala fide non currit, & illam impediunt metus minæ, & contradictio.

44 Principis auctoritas in promissione & conuentione iurata tunc excepta intelligitur quando expresse constat ita seruari iussisse.

45 Princeps præsumitur iustitia plenus, & dicitur regulare omnes suos actus secundum iustitiam poli, & fori.

46 Princeps æquo animo fert vt veritas ac iustitia defendatur.

47 Princeps dicitur a Deo conditus, & toleratur, vt iustitiam faciat, ac seruet.

48 Princeps iustitiæ fines excedens peccat contra Dei voluntatẽ, & nõie Principis indignus efficitur.

49 Princeps iubens aliquid a iure deuians, ob sinistrã informationẽ seu importunitatẽ fecisse dicitur.

50 Princeps dicitur habere vnum calamum & vnã linguam, & nominatur lapis angularis, ac constans sicut polus in cœlo, illique conuenit dictum illud Semel locutus est Deus & ꝙ scripsi scripsi.

51 Princeps reuocans semel concessa, non voluntarius sed circumuentus dicitur.

52 Promissio defuncti arctat hæredes, & successores, etiam quod fuerit taxatiua in personam ipsius defuncti.

53 Factũ Principis licet impossibile reputetur tamẽ culpa illi adscribitur, qui Principem non adit.

54 Consuetudo inducta ex cõmissione generali status Principum nõ extenditur ad homines, & casus, in quibus militat maior ratio.

55 Immunitas prior particulariter cõcessa non dicitur reuocata per generalem onerum impositionẽ.

56 Vtilitas publica tunc vertitur, quãdo respicit omnes in communi, & singulos in particulari.

57 Vtilitas publica vertitur vbi agitur de bello, de munitione Ciuitatis, vel de coronatione Principis.

58 Princeps prius debet soluere de suo quã subditos grauet etiam sub prætextu subsidij charitatiui.

59 Agnoscẽs partẽ indebiti sibi præiudicat in soluto nõ tamẽ cogi potest ad residuum, vel successiue.

60 Solutiones onerum indebitorum per vim extortæ præsumuntur.

61 Renunciatio est stricti iuris ideo in dubio quis iuri suo renunciasse non præsumitur.

62 Solutio onerum tunc præiudicat soluenti quando per triginta annos continuos fuit solutum.

63 Scientia tutoris nocet pupillo in omittendo.

64 Ignorantia q̃libet nõ sufficit ad obtinẽdã restitutionem in integrum, nisi excludat omnem præsumptionem scientiæ & negligentiæ.

65 Scientia tutoris nocet pupillo ad exclusionem a restitutione in integrum.

66 Restitutio in integrum ex clausula generali datur minori ex æquitate in subsidium quando illi aliunde non potest esse consultum.

67 Tutor & fideiussor præsumuntur esse soluendo.

68 Restitutio minori non datur re non integra.

69 Notorium allegare sufficit in iuris allegationibus absq; alia probatione, ad hoc vt Iudex se informare possit.

70 Præsentia præsumitur nisi probetur absentia.

71 Absentia procurata, & affectata excusationẽ nõ præbet sed priuilegium alias competens aufert.

72 Vniuersitas æquiparatur minori gaudetq; priuilegijs minoris, & restitutionis in integrum.

73 Mora ipso iure absque interpellatione incurritur vbi aliquid minori fieri debet.

74 Mora nec interpellatione committitur in obligationibus correspectiuis.

75 Mora ex sola sciẽtia absq; interpellatione incurritur quando quis promisit facere, & curare.

76 Scientia vera arguitur ex publicatione tubicinis.

77 Notorium facti successiui inducitur per existentiam publici ac continui exactoris.

78 Interpellatio non requiritur quando illud quod factum non est non habet aliquam verisimilem causam excusationis.

79 Culpa cõsideratur quãdo cõsistit in faciendo, & committitur per eum qui dat operã rei illicitæ.

80 Principijs obstandum est, ne mora noceat.

ARGVMENTVM.

Alienatio loci,& hominum ligiorum per Principem in inferiorem, ipsis subditis inuitis facta non valet.

Homines ligij per Principem alienati an & quando teneantur vasallo præstare iuramentum fidelitatis.

CONSILIVM CXI.

Actiones meæ à Domino.

PRo Communitate Cerri multa p diuersos,ac Doctissimos Iurisconsultos fuerunt allegata, & talia, vt vix additioni locus esse videatur:fui tamen & ego requisitus, vt in hac controuersia vertente inter dictam Communitatem,seu homines Cerri,& Illustrem Dominum Cappinum,meā proferam sententiam,nedum pro victoria dictorū hominum,sed etiam pro interesse Serenissimæ Cameræ. Relata per dictos Excellentissimos Dominos non repetam, sed tantùm eorum vestigia,ac ordinem insequendo, aliqua per eos non tacta, & quidem(ni fallor)substantialia, in medium adducam.

Primò ergo videbimus de validitate concessionis loci,ac hominum Cerri factæ alias Illustri Domino Fräcisco Cappino per Illustrissimam Dominam Marchionissam Annam de Alenconio, & circa hoc vertitur Serenissimæ Cameræ præiudicium.

Secundò an dicti hoïes(supposita validitate dictæ cōcessionis)teneātur ad iurm fidelitatis petitū, ac prætēsum per Illustrem Dominū Franciscum Cappum iuniorem,& maximè ex quo semel iurarunt in manibus procuratoris specialis dicti quoū.Illustris Dñi Cappini.

Tertiò ad motiuorum editorum per multū Illustrem Senatum aduersus dictam Communitatē, vel homines, declinationē veniemus, illisinet sigillatim particulares solutiones accommodando,& vt dixi,veniam addendo,nō autem iam disputata disputando.

Quò ergo ad primum, omisso articulo, an homines, vel vassalli possint inuiti cū Vniuersitate ab eorum Domino alienari, vel infeudari, cùm iam plenè de hoc fuerit per dictos Ex-
1 cellentissimos Dominos scriptum, † id haud posse fieri, vltra quos addo Burs. consil. 350. nu. 1. vbi post multos ex cōmuniori,ius Communitatis, seu hoïes,illis cōtradicentib. nouo Domino concedi posse,demōstrat. Idē tuetur D.Surd.consl.208.nu.17. Rem propius attingendo,ac merita dictæ concessionis in indiuiduo recēsendo, de hoc solo contentus ero, stāte dictorū hominū Cerri apertissima,ac reiteratā sæpius cōtradictione,præallegatā cōcessionem nullius roboris fuisse,& esse. De contradictione multis in locis cōstat ex processu maximè fol. 12. a tergo, quatenus in acceptione tenutæ facta noïe Dñi Cappini homines dicti loci accersiti ad homagium, ac fidelitatis iurm præstandū, contradixerunt, dicendo, se nolle quidq̄ facere,nisi prius habito colloquio cum Illustrissima Dña,&c. Pariter in instrumēto iuramenti fidelitatis ipsi hoïes nō semel, sed sæpius recusarunt subire dictū iurm,ac recognitionem Dñi Cappini tamquā Domini sui, ad quos actus tandē coacti per vim,& metū, sub pœna indignationis Principis, ac bonorū cōfiscationis,deuenere,ut eodē processu fol. 29. & seq.nec non & ex testium dictis liquidò patet, dictos hoïes iterū ad iurandū requisitos in manibus Dominæ Antoniæ Osaschæ tutricis Illustris Dñi Ludouici Cappi filij prædicti D. Cappini lapidib. præ manibus assumptis tale iurm,ac subiectionē ppetuo recusasse,sed fortius Serenissimos Dominos Duces Mantuæ tantummodò in veros Dominos medio iuramenti,ac recognitionis ligiæ assumpsisse,ac tenuisse,ac hucusque tenere.

Qua hominū contradictione stāte, dico ipsam concessionem fuisse nullam ex pluribus.

Primò,quia quando Communitas, seu homines Cerri recognouerunt in Dominā suam Illustrissimā Dominā Annā, illimet Dominæ se dedicarunt tamq̄ hoïes ligij, promittēdo se facturos quicquid per veros,ac fideles hoïes ligios faciendū extaret, & ab ipsa Illustrissima Domina nō in simplices subditos,sed tamquā hoïes filij fuerunt acceptati,& habiti,ac homagium, & fidelitatis iurm ligiū per dictos hoïes præstitū admisit, vt in processu fol. 32. & seq. quia ligietate stāte,dubio procul inuiti alienari non potuerunt,quidquid de cæteris subditis
2 simplicib. dici queat. Siquidē † ligietas operatur,vt subditi obedientiā, ac fidelitatē suo soli supremo Principi debeant,omnibus alijs hominib. de mundo exceptis,vt probat Bal. cōsi. 291. col. 1. in 2. Iacob. de homag. num. 3. 4. & seq. latissimè Meno. alios cōgerens consl. 426. nu. 9. & cōs. 31. nu. 6. & ideo qua rōne subditi ligij nonū Dñm inuito altero, cui fidelitatē ligiam præstiterunt, recognoscere non possunt,
3 † cùm dicantur ligati pacto expresso cum Domino suo contra omnes alios homines, ut post Bal.& alios tradit Iacobi. de Homag. n. 6. ver. Secundus effectus. & versic. Tertius effectus. Alios adducit & sequitur Meno. d. consi. 426.
4 nu. 20. vers. Et accedit. Ita ē cōuerso † ipsi subditi ligij taliter colligati inuiti alteri concedi nequeunt,

nequeunt, quicquid in cæteris simplicib. subditis dicatur, vt in terminis terminātib. firmat Meno. d. cōs. 426. n. 20. in fin. Rō est, q̄a Dñs, & vasalli seu subditi sunt correlatiua, ideo dispositū in vna parte dr̄ & dispositum in altera,
5 nimirum † sicuti Dñs non potest cogi pro vno vasallo plures agnoscere, ita nec vasalli plures Dominos agnoscere coguntur. Aluar. in c. 1. §. præterea. col. 3. in 2. notab. in fin. tit. Quid sit inuestitura. Afflic. decis. 265. nu. 1. & seq. latè Schrader. de feud. par. 8. c. 4. nu. 16. Intriglio. de feud. q. 56. nu. 243. Quinimò fortius dicti homines vigore dictæ concessionis, & coactæ recognitionis denuo aliud iuramentū ligium Dño Cappino p̄stiterunt, ac illimet tāquam homines ligij, ac fideles se dedicarunt,
6 quod absonū vr̄, ex quo † quis esse non potest homo ligius duorum dñorum Bal. d. cōs. 291. nu. 2. in 2. Iacobi. de Homag. nu. 6. Ias. in prælud. feudo. nu. 108. Meno. conf. 31. n. 7. & seq. & hoc eo magis improbatur, quia fuit p̄stita fidelitas ligia ipsi Dño Cappino, & tñ fuit seruata superioritas, seu supremū dominiū Illustrissimorū Principū Montisferrati: hæc inquā sunt incōpatibilia, cū ibi nō cadat cōsideratio ligietatis, vbi fit expressa reseruatio alterius
7 dñi, nam † tunc dr̄ feudum nō ligiū, qn̄ superior dñs excipitur. Ita optimè Ias. in plud. feudo. nu. 106. & seq. n. 109. vers. Sed hæc vltima opinio. Rebuff. in declaratione feudorū n. 22.
8 & 23. meritò † subditi nō debēt iurare fidelitatem ligiā vasallis. Bertr. conf. 219. & 225. in 3. Sola in antiq. constit. Pedemon. tit. iur. emphyt. Decret. Rempublicam. pat. 1. Glo. 3. nu.
9 14. & ideo † errare nobiles superiorē recognoscentes ligiā fidelitatē a subditis exigētes post alios testatur Neuiz. conf. 13. nu. 4. in fin. sola d. nu. 14. & ita ex his concluditur, dictā cōcessionem fuisse nullam tam respectu dantis, quā etiam recipientis, nec nō & hominum ipsorū.

Secundò dato (nō tñ admisso) quod ēt subditi, seu vasalli ēt ligij possent inuiti alienari, seu alteri Dño cōcedi, attamē id militat qn̄ fit in Principē superiorē vel parem, non in hoīem
10 priuatū inferiorē † cum sit vtilius subijci magno, ac potēti Principi, q̄ minori, quia tales domicelli taliter in dies vexāt subditos, vt ab illis ēt sanguinē extorqueāt, & pelleni excoriēt, vix illis dimittēdo spiritū precariū, vt latè tradit Neuiz. inter Cōsilia Bruni 12. nu. 102. & seq. Natt. cōs. 506. n. 12. & seq. Rolan. consi. 1. nu. 36. in 1. Cum ergò valdè interstit subdito-
11 rum habere Dñm locupletem, & potentē, † meritò in inferiorem, ac debilem inuiti alienari non potuerunt. tex. clarus in c. 1. §. ex eadem. de leg. Corrad. Natt. d. consi. 506. nu. 15. Menoc. consil. 31. nu. 24. & consi. 426. nu. 21. Intriglio. de feud. quæst. 62. nu. 30.

Nec dicatur, Dñm Cappinū fuisse mediatorē cōtractus matrimonij postea celebrati inter Illustrissimam Dñam Marchionissam Margaritā filiā dictæ Illustrissimæ concedentis, &
12 Illustrissimū ac Excellentissimū tūc Dñm Ducem Mātuę, vnde † ob benemerita ipsius Dñi Cappini fuit ei infeudatū Castrum Cerri, ac hoīes dicti loci in eius subditos cōcessi, qđ fieri potuit, vt in terminis terminātib. consuluit Ias. conf. 227. col. 8. vers. Octauò facit. in 2.

Rñdetur enim, satis fuisse probatum, & melius ēt infra demonstrabitur, talē concessionē fuisse nullam, vti de re alienari prohibita. At
13 † qn̄ agitur de re alienari prohibita non statur dicto Principis alienantis. circa merita, maximè cùm aliter non constet, illa fuisse concessione feudi æquiualentia, vt post alios asserit in terminis Neuiz. intet consilia Bruni 12. num. 90. & sequentibus.
14 Rñdetur secūdò † tūc posse admitti talē infeudationē, seu cōcessionē remuneratoriā, qn̄ apertissimè cōstat aliūde facultatē remunerādi benemeritū nō habuisse de proprio ære, vel pecunia, vel terrenis allodialibus, nisi medio talis infeudationis, alias secus. Ita post Isern. & Seysel. scripsit Neuiz. d. conf. 12. num. 92. ver. Itē & tertiò. Alios refert & sequitur in terminis Menoc. dicto consi. 425. num. 34. vbi id multorum authoritate cōprobat. At Princeps præsumitur soluendo esse.

Respondetur tertiò, id posse cōcedi in concessione subditorum simplicium, non autem per ligietatem colligatorum, vt supra probauimus.

Tertiò cōsidero, quicquid dici possit regulariter, an Princeps in inferiorē dñm subditos alienare queat, id pro certo negandum esse in proposito nostro. Quia Castrū Cerri est circunseptū a territorio variorū exterorū Dñorū ac Principū potentiorū ac magis diuitum, quam sint Dñi Cappi, ac potētiores, vel saltē ęquipotentes Serenissimis Dñis Montisferrati, adeo qđ ex hoc solo fundamēto non vr̄ ipsos hoīes inuitos cōcedi potuisse viro debili impotenti, ac pauperi, qui in casu cōtrouersiæ inter subditos ac cōfinātes illos protegere, fines territorij cōseruare, demolitionib. ac deuastationib. ędificiorū obuiare non pōt, vt verè euenit in casu nr̄o, vt cōstat ex processu fol. 29. & seq. iuncta rei euidentia. In hoc. n. valde agitur nedū de præiudicio subditorum, qui de facili a vicinis potentibus ob imbecillitatem Domini possunt suffocari, sed etiam de præiudicio totius
15 Marchiæ, vel Ducatus. Et ideo † talis oppidi terræ, vel Castri in finibus Marchiæ, vel Ducatus existētis cōcessionem inferiori Dño factam, tāquā inualidam nō fore tolerandā in terminis terminātib. tradit Igne. in l. donatio nes

nes quas Diuus.num.40.C.donat. Menoc.d. consi.426.nu.27.vers. Octauò prædicta.

Quartò, vltra pdicta aduertatur, talẽ cõcessionẽ fuisse factã cũ reseruatione superioritatis, & alti dominij, vt in processu f.8.adeo vt isti hoĩes Cerri dñr suppositi duob.dñis, quod nõ erat ante dictã concessionẽ, quod est absonum, quia multa onera, & angarias pati pos-
16 sunt a plurib.dñis, quod nõ licet. Et ideo† talis alienatio, maximè inuitis, ac contradicẽtibus subditis, fieri nõ potest, nisi fiat cũ omnimoda expropriatione, ita vt nulla superioritas remaneat in alienãte, vt in terminis terminãtibus in simili cõcessione Castri Odalengi.de statu Montisferrati decidit Purpur. cõsi.548. nu.96.& 97.omnino videndus.Menoc.consi. 426. n.29.vers. Non obstant.in fin.ibi, Quia si locuti essent.

Quintò ex abũdãti cõsidero, aliud esse q̃rere, An vasalli possint inuiti alienari, aliud; an hoĩes liberi feuda non recognoscentes, sed simpliciter subditi, rõne iurisdictionis, possint cõtradicẽtes alienari, vel alteri cõcedi. Siquidẽ ista Communitas Cerri est cõstituta ex hominibus liberis.s.subditis iurisdictioni tñ Illustrissimorũ Dñorum Mõtisferrati nõ autem ex vasallis. Meritò igitur cadit qõ, an Marchio potuerit alienare vnũ locũ, vel castrũ de Marchia inuitis hominib. ibidẽ degentib. & tali in casu dr ꝙ nõ, quidquid de vasallorũ aliena-
17 tione controuertatur, cum † aliud sit alienare vasallos, aliud alienare subditos simplices rõne iurisdictionis, ac liberos in cæteris. Ita pcisè in terminis firmat Purp. d.cõs.548. nu.97. vers. Sed vltra considerandũ est. facit dictum Ias.in l.debitorum pactionib.nu.7.C.pact.

Ex quib. omnib. saltẽ simul iũctis satis patet de nullitate dictæ concessionis, adeò ut renouari non mereatur cùm agatur de interesse, ac magno præiudicio Serenissimi Domini.

Quò ad caput iuramẽti fidelitatis ptensi ꝑ Illustrẽ Dñm Franciscũ Cappũ iuniorẽ, dico ipsos hoĩes ad illud nõ teneri, non obstante ꝙ semel iurauerint, vt latius mox probabitur. Si inquã primæua cõcessio feudi nõ tenuit meritò nec iusiurandũ tenet, quia iuramentũ fidelitatis venit in consequentiam inuestituræ, &
18 concessionis, at † sublato antecedenti corruit & consequẽs, iuribus notis, & annullato principali non sustinetur accessorium, vulg.iurib.

Secundò nedũ in primordiali tẽpore cõcessionis cõtradixerũt istius iuramẽti & fidelitatis pstationi, sed et irerũ requisiti a Dña Antonia Osascha tutrice Dñi Ludouici ac respectiuè auia Dñi Frãcisci iunioris & actoris expresse negarũt se voluisse ac in posterũ velle dictã fidelitatẽ pstare, vt nedũ ex testib. sed et ex literis Serenissimi quoñ. fel. memo. Gulielmi trãsmissis Dño Præsidi Mõtisferrati, de quib. in processu f.86.& seq. videre est, datis sub die vltima Iulij 1550. Modò dico ipsos hoĩes præscripsisse contra Dños Cappos ius libertatis, seu ius præstãdi iurm fidelitatis. Siquidẽ a die petitionis iuramẽti & a die cõtradictionis hominũ vsq; ad nouã interpellationẽ intercessit curriculũ annorũ 45. vt cõstat ex processu. At
19 † præscriptio 30. annorũ plenissimã præstat securitatẽ.l.oẽs. in fin.C.præscr.30. anno.l.fin. C.fund. patrim.lib.11.maximè data scientia illorũ, contra quos allegatur pscriptio, quia nec tũc illis cõpetit aliqua in integrũ restitutio. la
20 tè Burs.cõs.330.nu.120.& † ius libertatis cõtra dñm pscribi spacio 40.annorũ ad plus saltẽ pcedẽtib. iterpellatione ac requisitione tradit Crau.cõs.111.n.21.cũ cõcordantibus per Burs.cõs.138.n.46. Ios.Ludo.decis. Perus.3.
21 n.3.Ceph.cõs.549.nu.50. & † tãto tpe.s.30. annorũ pscribi seruitia cõtra dñm, seu debita dño per subditũ vel vasallũ de receptiori post alios testatur Schrader.de feud.p.6.c.6.n.62.
22 Siquidẽ † iurm fidelitatis cõputatur inter seruitia dño debita & dr seruitus. Afflict.decis. 304.nu.2. Cassan.in cõsuet. Burg.rub.3.§.3.
23 vers. Et homagge.nu.5. & † iurm fidelitatis a die interpellationis & contradictionis pscribi posse firmat Brun.conf.99.col.1. & consi.35. in 2.dub. Rolan.cons.53.nu.24. in 2.latè decis.Mant.3.nu.5.& per totam.

Secundò dicti homines nunquam legitimè seu iuridicè iurarunt ligiam fidelitatem, nisi Serenissimis Ducibus Mantuæ & Montisferrati, vt patet ex processu fol.87.& 90. (licet semel iurauerint Dominis Cappis, quia tale iuramentum non subsistit, vt infra latius ex pluribus demonstrabitur) adeo ut in hoc illis solis tenentur, non Dominis de Cappo, tan-
24 to magis quia † si contradicentes ac inuiti fuerunt alienati eis licuit se a Dominis Cappis retrahere etiam hostili modo ac mediantibus dolo & fallacia se ab illis eximere redeũdo ad Serenissimos priores illorũ dominos, vt singulariter docet Igne. in l.donationes quas Diuus.col.11.C.donat.alios adducit & sequitur Neuiz.inter conf.Bruni 12.nu.110. nimirũ ergo si illis Serenissimis Dñis iurarũt, quia illis solũ iurare potuerũt & tenẽtur. Quinimò dato ꝙ regulariter tale vltimũ iurm nõ teneret in piudiciũ Dñorũ de Cappo, attamẽ dico in proposito casu tenere ac præiudicasse Dñis Cappis, cũ tali in casu dicatur Serenissimus Princeps voluisse vti absolutæ potestatis plenitudine, licet inq̃ hmõi ptãte Principẽ vti no
25 luisse regulariter psumatur † nihilominus ne actus ꝑ cũ factus reputet̃ inualidus, illũ de plenitudine potestatis fecisse dr. Dec. in c. Si qñ. n.21. extr. rescript. & in c. Quoniam Abbas. nu.55.

nu.55.de off.deleg.Crau.cons.75.nu.3.tantò
magis quia res reuertitur ad primæuum statũ,
26 vnde † Princeps potest & sine causa præiudi-
care iuri tertij illi quæsito. Curt.iun. consil.1.
nu.22.Gozad.cons.1.nu.35.Burs.cons.392.
nu.27. maximè qñ illud ius tertio quæsitũ ex
eiusdẽ Principis concessione emanauit. Idem
Curt.iun.d.cõs.1.nu.19.in fin.& seq. Gozad.
cõs.5.nu.17.& cõs.14.nu.9.Meno.cons.185.
nu.25.& cõs.304.n.19. Addatur ꝙ prima con
cessio ac iuramẽti fidelitatis præstatio fuit fa-
cta de facto cõtra iuris & legũ dispositiones, vt
satis supra probauimus, & testãtur literæ Sere
nissimi in processu fol.87.ibi *sapendo come per
assoluta potestà &c.* Vnde e cõuerso de facto po
tuerunt ac possunt reuocari, iurib. notis. Ideo
concessionẽ de absoluta potestate factã Dñis
Cappis, & de absoluta potestate reuocasse
Principem in casu isto potuisse ac voluisse nõ
ambigitur, tũ quia de tali voluntate Principis
constat in calce dictarum literarũ, de quib. in
processu nu.87.ibi *che quãdo sarà tempo si farà
opera per fargli ritornar all'immediata subiettio
ne* tũ etiam quia talis volũtas realiter fuit exe
cutioni demandata per receptionẽ fidelitatis
ligię a dictis hominib. per Serenissimos Dños
non obstante præallegata prima concessione.

Nec obstat Cõmunitatẽ Cerri semel fideli
tatem ligiã præstitisse Dominis Cappis, adeo
ꝙ vñr sibi præiudicasse, ita & taliter ꝙ in poste
rum ad tale iuramẽtũ teneãtur ac cogi queãt.
Quia id de facili tollitur ex pluribus.

Primo quia si primordialis cõcessio Castri
& loci Cerri nõ tenuit ac ĩualida est, vt iã fuit
deductũ, frustra disputatẽ de validitate dicti iu
27 ramẽti. Imò † qñ subditi nõ possũt alienari in
uiti, nõ possũt cogi præstare fidelitatẽ, vt post
Cyn. & alios aduertit Ias. in l.debitorũ pactio
nib.n.7.C.pact. Neuiz. ĩter cõs.Bru.12.n.110.

Secũdò supposita, l. nõ tñ cõcessa ualiditate
dictæ cõcessionis, dico illud iurñ nunquã po-
tuisse vel posse iuridicè subsistere. Fuit.n.p̃sti-
tũ noĩe Cõmunitatis per procuratorem, vt in
processu fol.28.& seq. Quod tñ fieri nõ potuit
in hac facti specie. Siquidẽ aduertendum est
istos hoĩes nõ iurasse tãquã vasallos Dñi Cap
pini, cũ nil recognoscant in feudũ, sed iurasse
tamq̃ subditos rõne solius iurisdictionis. Mõ
28 † qñ Cõmunitas iurat tãquã vasallus, tũc be-
ne põt p̃stare iurñ fidelitatis per specialẽ pro-
curatorẽ, secus si rõne solius iurisdictionis, nã
tunc oẽs ac singuli hoĩes personaliter iurare
debent. Ita distinguit Bal. in l.vnic.§. ne autẽ.
in fin. nu.20.C.cadu. tollen. Aluar. in c.Oẽs.
nu.8.si de feud.fuer.controu. Cassan. in cõsuet.
Burgun. Rub.3.§.2.vers. Faire homagge. n.3.
alios adducit & sequitẽ D.Surd.cõs.172.nu.6.
& 7. in decis.159.nu.17. hocque etiam præ-
supponit pro constanti Schrader. de feud.par.
6.cap.7.nu.24. cum ergo fuerit præstitum per
procuratorem non tenet.

Tertiò mandatũ procurę ad iurandum non
fuit sufficiens, dr.n. fuisse factum a maiori par-
te capitum domorũ tñ, vt in processu fol.29.
29 & seq. † Maior autẽ pars dr̃ illa, quæ excedit
dimidiũ, vt patet ad sensum, & tradit D.Surd.
30 cons.35.nu.71. At † qñ fit mandatũ nomine
Vniuersitatis, seu Cõmunitatis ad aliquid fa-
ciendũ, & in specie ad iurandũ fidelitatẽ, non
sufficit interuentus maioris partis capitum do
morum, sed debent interuenire duæ partes ex
tribus, idq; debet specificè exprimi a notario
in extensione mandati alias non tenet. tex. in
l.nulli. & l.seq.ff.quod cuiusq.vniuer. Alexan.
cons.1. nu.4.in 4. & in terminis terminantib.
decidit Purpur.cons.548.nu.100.

Quartò data sufficientia mãdati, attamẽ iu
ramentũ nihil valuit tamquã extortũ & meti-
culosum. Nã hoĩes prædicti, quorum intererat
non mutare dñm, & quia memores erãt fideli-
tatis ligiæ semel p̃stitæ Illustrissimis Marchio
nib. cõtradixerũt, ac quidquid potuerũt, fece-
runt, ne nouũ iuramentũ fidelitatis Dño Cap
pino p̃starẽt, adeo ut illis p literas minatorias
noĩe Principum fuit commissum, vt sub pœna
indignationis eorũ, & in quantum charam ha
beant gratiam Marchionalem, tale iuramentũ
præstare deberẽt, quod tñ etiã hucusq; præsta-
re recusarunt. Vnde denuò per reiteratas lite-
ras minatorias pœnam confiscationis bonorũ
continentes ad tale iuramentum subeundum
coacti fuerunt. Sed iuramentum debet esse vo
31 luntarium, & meritò † minis ac metu extortũ
nõ valet, ut post Castr. & alios admonet Ne-
uiz. in terminis nostris d.cõs.12.n.115. Schar-
der. de feud.par.10. sectio.5.nu.99. Maximè
stãte geminatione minarũ, vt in indiuiduo ca
sus nostri tradit Purpur. consil.548. num.98.
versi. Adhoc non obstat. & num.99. Menoch.
consi.426. nu.35.vers. Non obstat quartum.
Idcirco potuit sperni per Communitatem au-
thoritate ꝓpria, ĩ terminis Men.cõs.1.n.302.

Quintò supposito, ꝙ tale iurñ aliqualiter
tenuisset, attamẽ nõ p̃iudicat posteris seu na-
tis a die iuramẽti citra, q non habẽt nec reco-
gnoscũt statũ suũ a p̃dictis iurantib. sed a pri-
mis cõstitutorib. Marchiæ & a iure gẽtium, &
32 ideo † parẽtes nõ possunt auferre posteris qđ
non dederunt, sed primi illi Cõstitutores de-
derunt statũ liberũ a seruitute Dñi inferioris.
Ita cẽsuit Castr. cons.70.n.6. in fin.vers. Plus
dico. in 1. Neuiz.d.cõs.12.nu.115.& seq. Me-
no.cons.426.nu.4.vers. Respondetur quartò.

Cui fundamẽto nõ obstat qđ tradit Natta
33 cõs.589.n.19. quatenus cõtra Cast. ait, † iura
mẽtum præstitum a Cõmunitate præiudicare

non obstante hominum mutatione, quia Communitas nunquam moritur.

34 Respondetur enim † iuramentum fidelitatis esse personalissimum Bal.in l.1. ante fin.ff. rerum diuis.Bero.conf.76.nu.121.in 1.& extinguitur morte iurantium ac promitentium
35 cum † fidelitas sit ius personale non reale,nisi successores similiter recognoscant. Ita pulsè
36 notat Raudens. conf. 28. nu.19.in 1.Nec † p iuramentum Syndici quoad reatū legatur Vniuersitas, seu homines Vniuersitatis, sed solum mandantes & iurantes vt singuli,sicuti nec ex defuncti iuramento hæredis anima illaqueatur,vt in indiuiduo tradit Bero. videndus consilio 92. numero 11. & seq.vsque numero 19.
37 in 1.vbi subiungit † iuramentum esse vinculum animæ,vniuersitatem autem anima carere.Innoc.in c.grauem.de sent.excomm. Vltra
38 quod sequeretur absurdum,† si ex iuramento Syndici ligaretur Vniuersitas quia fœminæ & pupilli, qui sunt partes Vniuersitatis,ligarentur. Bero.d.consilio 92. numero 13.14.& prædicta eò fortius militant in præsenti casu,vbi requirebatur iuramentum singulorum hominum, cùm iurare non debuerint vt vasalli, sed vt subditi ratione solius iurisdictionis,vt supra dictum est, quo in casu non cadit consideratio Vniuersitatis, nempè an Vniuersitas dicatur mori,vel an iuramentum Syndici Vniuersitatis extendatur ad posteros, quia si tale iuramentum fuit erroneum,cùm debuerit præstari ab hominibus personaliter tamquam singulis,non per procuratorem tamquam vniuersis, non video quòd rationes Nattæ isti casui conueniant.

Sextò si etiam sufficienter fuisset præstitum huiusmodi iuramentum,attamen adhuc nihil nocet,siquidem non fuit iuramētum simplex, sed correspectiuum nempè qualificatū, dummodo Dominus de Cappo obseruaret hominibus pacta, immunitates & conuentiones, de quibus in instrumento fidelitatis, inter quas hæc potissimum leguntur: facultas venandi ac piscandi, promissio subleuādi homines ab omnibus oneribus ordinarijs, & extraordinarijs imponendis etiam ab Illustrissimis Marchionibus,ac cętera id genus. Quæ tamen nō fuerunt seruata per Dominum Cappum, vt patet ex processu,'& est notissimum in loco Montisferrati, & maximè in loco Cerri, & ex rei euidentia. Vnde licuit etiam hominibus a tali
39 fidelitate recedere, quia † iuramentum tale a subditis præstitum dicitur correspectiuum cū promissionibus factis a Domino acceptante iuramentum. Ita Crau.consilio 463.nume.9. Menoch.consilio 426.numero 25.Scarder.de feud.par.6. cap.5.numero 15. & hoc est regu-
40 lare † vt frangens fidem cadat ab omni commodo conuentionis tam de iure ciuili, quàm feudali. Grat.consilio primo,numero 77.in 1. Schrader.de feud.par.9.cap.4. num.88. Quia
41 † iuramentum intelligitur semper rebus sic stantibus, nimirum si ex causa superuenienti liceat iuramentum transgredi. Inno. & alij.in c.1.de consti.Bero.d.consilio 92. numero 22. in primo.

Nec istis obstat, talia grauamina fuisse imposita de facto a Principibus supremis,cui Dominus Cappus non poterat resistere. nec constare illos seu dictos Dominos successores fuisse interpellatos ad tale releuamentum,nec ipsorumDñorum maiorem partē fuisse minores, & absentes. Quia de his verba faciemus in declinatione obiectorum,& omnia de medio tollentur.

Septimò videtur dicendum ipsam Vniuersitatem fuisse læsam ex præstatione talis iuramenti, cùm ad illud non teneretur,iuxta om-
42 nia præallegata, & ideo † in integrum restituendam,cum ęquiparetur minori. Ita in terminis Purpur.consilio 548.numero 103.vers. Tertiò respondetur. Schrader. de feud.par.6. cap.2.numero 29.30.aduersus præscriptionē, seu curriculum annorum 40.& vltra.Soc.consilio 66. numero 13. in 4.Odd.de restit.in integr.quæstione 90. numero 32.Menoch.consilio 425.numero 43. Sed verius dicendum vi
43 detur,† nullam fuisse decursam præscriptionē stante mala fide Dominorum de Cappis vsq; ab initio & maximè ex eo quod iuramentum fuit metu & minis extortum,& homines tunc & in posterum successiuè contradixerint. Ita pulchrè in terminis Menoch. d. consilio 425. numero 41.& seq.E conuerso autem satis probauimus ipsos homines iam interpellatos, & contradicentes pręscripsisse iuramentum fidelitatis spatio annorum triginta & vltra,ex cōmuniori sententia,de qua supra dictum est.

Quo autem ad caput motiuorum nouiter editorum per multum Illustrem Senatū, omittam illa respicientia merita inuestituræ ac interesse Serenissimi Domini, super quibus latè institerunt alij Iurisconsulti, qui in præsenti causa allegarunt.Et etiam quia ex deductis in primo capite nouissimè per me satis videtur cōstare, Serenissimum Dominum non teneri ad talis inuestituræ renouationem, stante originalis concessionis nullitate, & prout supra latius fuit demonstratum.

Primò ergo contra dictos homines (respectu iuramenti fidelitati recusati sub prætextu nullitatis inuestituræ seu concessionis ac contrauentionis Dominorum de Cappis) opponitur onera imposita fuisse dictis hominibus per Serenissimos Dominos superiores,quorum auctoritas intelligitur semper excepta in quacunque

cumque promissione, & conuentione etiam iurata.

44 Respondetur tamen † obiectum procedere, quando expressè constat Principem consultò illa imponi voluisse, & deinceps ita seruari iussisse, vt declarat Didac. in cap. Quamuis. §. 3. numero 2. versic. Primum admodum. extr. de pact. At de tali aperta & enixa voluntate non constat, imò non præsumitur voluisse mutare quod semel concessit, adeo quod si quid fecit vel iussit in contrarium, præsumitur circumuentus, vt latius mox referam in secunda responsione. Dico ergo quod cum aliunde non constet Principem onerasse subditos data opera, nec de ipsius Principis deliberata voluntate aliunde quam ex ipsorum onerum exactione & impositione, non debet cōcludi Principem de facto processisse, & esse locum conclusioni prædictæ, vt semper in quolibet actu intelligatur excepta authoritas Principis.

Respondetur secundò, Principem superiorē semel concessisse dictam Communitatem Dominis de Cappo, cum immunitatibus, de quibus agitur, adeo quòd si postea dictis immunitatibus fuit in aliquo derogatum, id fuit per suggestionem ac finistram informationem data Principi, & ideo Princeps de facili potuisset induci ad reuocationem talium grauaminum, si fuisset aditus per Dominos Cappos

45 prout tenebantur ac promiserunt, nam † Princeps præsumitur iustitiæ plenus, nec aliquid velle ac illi placere nisi quod iura volunt, cum dicatur semper regulare omnes suos actus secundum iustitiam poli & fori. Bal. in l. 1. nu. 1. ff. constit. Princip. Deci. consilio 151. num. 1.

46 vbi ait † Principem æquo animo ferre, vt veritas ac iustitia defendatur. Idem tradit Alex. consilio 216. in prin. in 2. Corn. consilio 135.

47 numero 3. in 4. & † Princeps dicitur a Deo conditus & toleratus, vt iustitiam faciat ac ser

48 uet. Hinc † si fines iustitiæ excesserit, dicitur peccare contra Dei ordinationem, ac nomine Principis indignus efficitur. c. Scelus. 2. quæstione 1. latè Gail. lib. 2. obser. cap. 56. nu. 11.

49 Si ergo † aliquid a iure denians Princeps iusserit, id ob finistram ministrorum informationem seu etiam ob importunitatem fecisse dicitur. Ias. in l. rescripta. numero 2. C. precib. Imper. offer. vnde in proposito, si semel homines liberos concessit, nō dicitur consultò illos gra

50 uare postea voluisse, cum † Princeps dicatur habere vnum calamum & vnam linguam, & nominetur lapis angularis & cōstans sicut polus in cęlo, illique conuenit dictum illud, semel locutus est Deus. Et quod scripsi scripsi, vt post alios latè scribit Gail. lib. 2. obseruat.

51 55. numero 4. Quare † non voluntarius sed circumuentus dicitur Princeps reuocās semel concessa. Boss. tit. de Princip. numero 19. 20. Bertaz. cons. ciuil. 124. numero 11. & seq. ex quibus modò infero in proposito, quòd Dominus Cappinus acceptando iuramentum fidelitatis promisit pro posse suo releuare Communitatem & homines ab oneribus etiam imponendis ab Illustrissimis Dominis Marchioni-

52 bus. Quæ † promissio, pro posse suo, arctat & extēditur ad hæredes ac successores ipsius promittētis, etiam si promissio fuisset raxatiua in personam Domini Cappini, vt post Bar. Bald. & alios tradit Natt. consilio 216. numero 9. Alios congerit & sequitur Ios. Ludo. conclus. 16. col. 1. illat. 2. Cum ergo nec D. Cappinus nec illius successores optimè scientes talium onerum impositiones adiuerint Principē, nec illum informauerint de iuribus Communitatis petendo dictorum onerum reuocationem, defecerunt a fide, nec aliqualiter possunt excu

53 sari sub prætextu impossibilitatis, quia † licet reputetur impossibile, quod a Principe superiore dependet, attamen culpę illi adscribitur, qui Principem non adiuit, illum informādo ac postulando onerum reuocationem. Ita in proposito decidit Bal. consilio 395. num. 3. versi. Quartò post euersum. in 2. Licet ergo nō erat in posse Dominorum de Cappo obtinere reuocationem onerum, erat bene in eorū posse Principem adire ac reuocationem suppliciter implorare, quod si fecissent, munus adimpleuissent promissum & debitum, & ideo cū omiserint sibi imputent tamquam culposis, vt pulchrè tradit Castr. cōsilio 433. col. 3. vers. Cum ergo Ioannes deficit. in 1. Sequitur alios adducendo Crau. in terminis consilio 64. nu. 6. & consilio 121. numero 10. Confert Natta consilio 69. numero 10. Rimin. iun. consi. 115. nu. 54. Medic. de casib. fortuir. par. 1. quæstione quinta, nu. 11. & seq. Menoc. consi....

Secundò excipitur, Dominos Cappos esse tutos ex generali commissione Principum status dictante, vt homines appouentes contra vasallos de huiusmodi obligationibus nō audiantur ea ratione quia ista onera imponuntur pro vtilitate publica.

Respōdetur, hucusque non constare de tali commissione; & cum sit quid facti & fundamentum intentionis agentium debet per eos probari iuribus notis, & satis fuit deductū per alios dominos coaduocatos.

54 Respondetur secundò † consuetudinem inductam vigore talis commissionis esse stricti iuris, ideo ad Communitatem Cerri non fore extendendam, cum in ea maior vigeat ratio conquerendi, ac manutentionem immunitatis prætēdendi, nam dicta immunitas ab istis oneribus fuit alias dictis hominibus particulariter concessa, & illius manutentio promissa,

ex

ex qua maioritate rationis non dicitur cōpre-
hensa in generali commissione,vt in similibus
terminis tradit Purpur. consil.548.nu.83.vs-
55 que 86.& † immunitatem priorem particula-
riter concessam non dici reuocatam per gene-
ralem onerum impositionem , post Bal.firmat
Dec. in c.1.nume.51. extr.refer.Nec constat
56 de allegata publica vtilitate,nam † tunc verti
tur vtilitas publica , quando vtilitas respicit
omnes in communi,& singulos in particulari.
Natta consilio 400.numero 11.Sed talia non
sunt onera prædicta, quorum pars respicit ve-
nationis prohibitionem & transitus mercium
57 ac cætera id genus,tunc † autem agitur de vti
litate publica,vtpote si agatur de bello,de mu
nitione ciuitatis,de coronatione Principis, vt
declarat exemplificando Natt.consil.487.Ro
lan.consilio 1.num.76.in 2. Boss.de Principe.
num.139.Præterea tunc tolerantur onera sub
ditorum ob publicam vtilitatem,quãdo Prin-
ceps prius bursam propriam euacuauerit,quia
58 † prius debet soluere de suo, antequam vasal-
lorum subditos grauet etiam sub prætextu sub
sidij charitatiui, ut in terminis consuluit Soc.
iun.cons.98.nume.10.& seq.in 3.Capi.decis.
166.nu.6.Bertaz. cons.ciuil.21.n.46.Meno.
consi.426.nu.34.

Tertiò contra dictos homines allegatur, il-
losmet dicta onera agnouisse & soluisse,&
ideo illis acquieuisse dicuntur, & iuri, si quod
habebant,renunciasse.

59 Respondetur † agnoscentem partem inde-
biti sibi præiudicare in soluto, non tamen de-
bere cogi ad soluendum residuum vel successi
uè,vt præter cæteros ait D.Surd.consilio 212.
numero 25.

Respondetur secundò talem solutionẽ præ-
sumi factam per obedientiam, non vt corū im
munitati renuncient, quia non sponte sed re-
quisiti ex parte Principis & exacti soluerũt,&
60 † in dubio tales solutiones extortæ per vim p̄-
sumuntur. D.Surd.cons.262.num.74.& seq.
61 vbi alios adducit & † renunciatio est stricti iu
ris,ideo quis in dubio non præsumitur iuri suo
renunciare. cap. Super hoc.de renunc. latè D.
Surd.d.consi.262.nu.72.

62 Respondetur tertiò † tunc patrari præiudi-
cium , quando fuit solutum continuo per an-
nos 30.Sed de tanto tempore non constat in
processu.Idem D.Surd.d.consi.262.nu.79.

Quartò ex aduerso dicitur,Dominos Cap-
pos ignorasse talia grauamina,cùm semper fe-
rè fuerint minores & absentes.

Respondetur minoritatem non excusare,
quia Domina Antonia Osasca tutrix Domini
Ludouici permansit in loco Cerri & in ciuita-
te Casalis , vt ex actis & testibus constat, &
onera prædicta optimè nouisse, sed tamen illã
63 omisisse illorum reuocationem,āt † scientia
tutoris nocet pupillo in omittendo. D.Surd.
consi.164.nu.53.

Respondetur secundò minores tali in casu
non audiri debere ex capite minoritatis, quia
cū illis nihil gestū reperit, sed ex capite igno-
rantiæ ex clausula generali, Si qua mihi &c.
64 nec † sufficit quælibet ignorantia nisi sit ab
omni præsumptione scientiæ, & negligentiæ
remota Mandel. consi.507.nu.5.decis.Mant.
65 4.nu.7. & † sola tutricis scientia nocet pupil-
lo ad illius exclusionem a tali restitutione Be
ro.consilio 121.nu.18.19.in 3. decis. Mãt.4.
66 numero 10. Imò † tale beneficium datur ex
æquitate minori in subsidium, quando illi a-
liunde non potest esse consultum. Sed debet
tunc minor agere contra tutricem , dicta de-
cis.4.numero 11. vel illius fideiussores. Qui
67 † fideiussores & tutrix præsumuntur esse sol-
uendo Corbul. de caduc. ob non solut. cano.
ampliat. 29.nu.14.

Respondetur tertiò iuramētum fidelitatis
sæpe fuisse postea per homines præstitum in
manibus Serenissimorum Dominorum & cō-
68 sequenter † non esse amplius integrum , ideo
cessare beneficium restitutionis minorum, la-
tè Cephal.cons.356.nu.30.& seq.

Respondetur quartò non cōstare illos fuis-
se semper minores,imò notorium est in loco
Cerri & totius status Montisferrati, Dominū
Ludouicum fuisse gradibus ac dignitatib. mi
litaribus a Serenissimis Ducibus Pedemon-
tium decoratum , quæ dignitates non dantur
minoribus,& hæc tamquam notoria allegan-
69 tur, & † sufficit talis allegatio in istis iuris al-
legationib. ad hoc, vt Perillustris Senatus se
de tali notorietate informare debeat absque
alia vlteriori hominum istorum probatione.
Cephal.cons.85.nu.23.& seq. Eugen.cons.4.
nu.61.& seq.

Nec ex capite absentiæ audiri merentur,
70 quia † cum id sit fundamentum intentionis
suæ,debet de illa constare, alias eorum præsen
tia præsumitur. Mascar. de probat.conclus. 5.
numero 4. Addatur non coactè sed spontaneè
fuisse absentes, nec ex causa Reipublicæ vel
Principis superioris,sed proprio intuitu,adeo
71 quod † fuit absentia procurata & affectata,&
consequenter excusationem non præbet , sed
priuilegium alias competens aufert. D. Surd.
consi.42.nu.23.& consi.32.nu.4.

Quintò allegatur , Dominos Cappos non
fuisse admonitos seu requisitos ad manutenē-
dam immunitatem,ideo illis obijci non posse
defectum implementi promissionis.

Respondetur promissionē conseruandi im
munitatem fuisse factam Vniuersitati, vt legi
72 tur in instrumēto iuramenti fidelitatis.† Vni-
uersitas

ueritas autem equiparatur minori, ac minoris gaudet priuilegijs & restitutionis in integrũ.Purp.conf.548.nu.104.Schrad.de feud.
73 par.6.cap.2.nu.29.30.At † in casibus,in quibus aliquid minori fieri debet,incurritur mora ipso iure absque interpellatione.l.in minorum.C.in quib. cau.in int.rest. non est nec.& alibi sæpe,ergo &c.

Respondetur secundo,supra fuisse probatũ iuramentum fidelitatis & promissionem Domini Cappini fuisse actus correspectiuos & re
74 ciprocos. Sed † in actibus vltro citroq; obligatorijs si vna pars adimpleuit ex parte sua, altera dicitur in mora re ipsa sine interpellatione,dato casu conuentionis implendæ.l.curabit.C.actio.empt. cum concord. per Socin. in reg.22.litera M.limit.6.

Respõdetur tertiò fuisse promissũ pro posse suo releuare Communitatem a dictis oneri
75 bus.At † quando quis promisit facere & curare incurrit moram ex sola scientia absque interpellatione,cum talis promissor teneatur inuigilare Bal.in c.1.§.ad hæc.n.3.tit. Hic finit lex.Socin. d.reg.22.limit.8. De scientia autẽ præiudiciali (vltra scripta ad declinationem quarti obiecti)cõstat ex eo quod in loco Cerri fuerunt per tubicinem publicata proclamata circa prohibitionem venationis,nec nõ cõtinuò & palam publicum exactorem alia one
76 ra exegisse; † ex publicatione tubicinis argui veram scientiam probat sola in antiq.constit. Pedemont.tit.Iure emphyt.decret.Licet p.3.
77 Glo.1.nu.6. & † ex existentia publici ac continui exactoris notorium facti successiui induci, quod alia scientiæ probatione nõ eget Ios. Ludo.decis.Perus.67.nu.15.& seq.Quod quidem notorium in iuris allegationibus posse allegari iam diximus ex Cephal. & Eug.vt supra in quarta responsione ad quartum obiectum.

Respondetur quartò,talẽ exceptionẽ omissę
78 interpellationis non nocere, nam † quando illud quod factum non est , non habet aliquam verisimilem causam excusationis, tunc eo ipso quod quis illud facere potuit, & non fecit, dicitur in culpa absque alia monitione, vt singulariter tradit Fel. in c. Prohibeas. nume.5. vers.Quartò limita.extr.de magistr.Paris.consilio 19.nu.205.in 2.

Sexto adducitur, causam finium ac molendinorum cum statu Mediolani adhuc indecisam pendere , in qua cum etiam interueniant Principes superiores , attamen adhuc causa remanet indecisa,& consequenter fuisset frustratoria requisitio Principis facienda per D. Cappum.

Respondetur tamen ex testibus liquidissimè constare causam incendij molendinorum ac vsurpationis transitus Fanari euenisse ob particularem culpam Domini Cappi, adeo vt nedum constat ipsum pro posse suo inuigilasse ad manutenendum fines ac iura Communitatis,sed etiam fuisse causam ruinæ ac depopulationis dicti loci , vnde omnimode culposus dicitur , quia licet alias culpa non ordinata ad factum non sit considerabilis, attamen
79 † quando consistit in faciendo & committitur per eum qui dat operam rei illicitæ , tunc consideratur culpa. D.Surd.consil.12.nu.66. Præterea dũ res erat recens debuit admonere Principes superiores, de qua admonitione nõ cõstat , quam si fecisset, lites fuissent resecatæ non autem immortales redditæ , iuxta illud
80 † Principijs obsta sero medicina paratur,cum mala per longas conualuere moras.Glo.fin.in c.Ad hæc sumus.de rescr.& ista ex hoc solo capite feudo priuandus esset D.Cappus,cum fines territorij in potestate exterorum culpa sua euenerint. Laus Deo.

Car.Bardellonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Agens nomine proprio & ad vtilitatem alterius, tenetur appellare in casu succumbentia , & etiã appellationem prosequi.*

2 *Emptori sufficit obtinere in causa, ad hoc vt illi denegetur actio euictionis.*

3 *Euictio causata ex compromisso , vel transactione ,non parit actionem erga venditorem.*

4 *Euictio affectata procedens culpa compromittentium,vel transigentium,imputatur emptori, & ei denegatur euictio.*

5 *Transactio sine euidenti necessitate arguit suspitionem collusionis,vel fraudis,stãte iurium cessione facta cum transigentibus.*

6 *Collusio probatur per coniecturas, & irritat omnes actus factos.*

7 *Finem litis euictionis emptor tenetur expectare, cum sit incertus.*

8 *Instrumentum adhibetur tantum ad probationẽ, non autem ad essentiam contractus. cum perfectio contractus consistat in consensu,re, & certo pretio.*

9 *Venditor accipiens partem pretij panitere non potest.*

10 *Contractus perfectus non resoluitur per dissensum vnius partis tantum.*

11 *Venditor habens facultatem rei tradenda . dicitur verè vendidisse, licet Capitula sint cõcepta in tempus futurum,& non promisisse.*

12 *Venditor tradens rem per sexennium emptori possidenti, vti vero Domino. & arrogata parte pretij vigore capitulata dicitur vera, & perfecta venditio.*

13 Con-

13 *Contractus nullus, vel conditionalis respectu partium contrahentium euitat commissum.*

14 *Clausula, Ab habita licentia, &c. non euitat caducitatem, quando potuit commodè obtineri licentia a Domino, & non fuit obtenta, & res fuit tradita.*

15 *Euictio proueniens ex causa venditoris, non potest prætendere aliquid iure dictæ euictionis, nec etiam illius cessionarius.*

16 *Actio euictionis excluditur, quando licuit emptori habere rem absque alterius molestia.*

17 *Actio emptori competit aduersus venditorem in id, quod eius interfit rem euictam non fuisse, non quanti datum fit.*

18 *Deterioratio fundi euicti cedit damno emptoris.*

19 *Cessionarius tentans directas actiones, fidem facere tenetur de cessione, ante litis contestationem.*

20 *Fundans se in aliquo instrumento, tenetur illud in totum approbare, vel in totum reprobare.*

21 *Res litigiosa cedi non potest.*

22 *Hæres grauatus tenetur probare adesse alia bona in hæreditate, ex quibus satisfieri possit pro dote mulieris.*

23 *Allegans bona alienata transgredi legitimā alienantis, id debet manifestis ostendere probationibus.*

ARGVMENTVM.

Transigens, vel compromittens super re euicta laudo compromissi, amittit euictionis actionem, & euictio dicitur causata ab emptore.

Venditor accipiens partem pretij, etiam si verba Capitulorum sint concepta de futuro, pęnitere non potest.

CONSILIVM CXII.

Actiones mea à Domino.



A Petitis omninò arcendus est Dominus Altauilla Procurator Dominorum Fratrum de Philippis prætensorum cessionariorum Domini Carraccij, a quo fuit euictum, vel melius a Domino Desiderio Delfino prędium, de quo in actis. Hocque ex pluribus suadetur.

Primò, quia D. Carraccius successor emptoris prædij iam cōtrouersi sustinuit litem in iudicio euictionis moto per fideicommissarios, & a sententia lata in prima instantia se appellauit, non tamen appellationem est prosecutus, prout tenebatur, merito non potuit agere de euictione contra venditorem vel illius hæ-
1 redes. Quando enim quis agit † nomine proprio, sed ad vtilitatem alterius, nedùm tenetur appellare in casum succumbentię, sed etiā appellationem prosequi, vt in proposito tradit Dec. consil. 74. col. 3. vers. Tertiò hoc deducitur cum alijs adductis per Caballi. de euictio. §. 5. numero 41. Mari. Anguiss. consi. 274. numero 5. Ratio est, quia illi tantummodo competit actio pro euictione, quando illi res fuit effectualiter euicta ex necessitate in executionem sententiæ latæ ac in iudicatum trāsactæ, vnde non licuit Carraccio post appellationē, durante iudicio, rem controuersam renunciare ante sententiam, sed debuit expectare sen-
2 tentiæ executionem, cum sat sit † ipsimet emptori habere licere, adhoc vt illi denegetur actio euictionis. l. habere. ff. euictio. l. 3. C. eod. tit. Crau. consil. 682. nu. 6. Cacher. decis. 185. numero 4. Becci. consil. 106. num. 14. D. Surd. consi. 359. nu. 38.

Nec dicatur, hæredes venditoris seu authoris ipsius Carraccij succubuisse corā arbitris, & ita patere de iustitia euincentis.

Respondetur enim, compromissum factum per dictos hæredes & Carraccium fuisse merè voluntarium, & nulla cogente necessitate factum, necnon fuisse satisfactum euictioni medio transactionis, quæ omnia nullius sunt pō-
3 deris, ex quo † nulla habetur ratio euictionis causatæ ex compromisso vel transactione. l. si dictum. §. si compromisero. ff. euictio. optimè Imol. consilio 82. col. 1. vers. Preterea vt patet ex his. Castr. consilio 305. col. 2. vers. Igitur Matthæus non tenetur in primo diffusè alios congerens D. Surd. consilio 452. numero 29.
4 Dicitur inquā affectata † talis euictio vti procedens culpa compromittentium & transigentium, & quandocūque emptori potest aliquid imputari quare rem emptam amisit, ei denegatur euictionis actio. Dec. d. consilio 74. nu. 2. vers. Facit ad pdicta Tiraq. de retract. lignag. in fin. numero 48. Hocque tanto magis procedit, ex quo prius fuerat conuentum de modo transigendi, antequam ad electionem arbitrorū deueniretur licet laudo lato fictè appareat fuisse transactum in laudi executionem, vt mihi in facto supponitur, adeo quòd satis dicitur apparere de aperta collusione facta inter tran-
5 sigentes. non enim aderat euidens † necessitas compromittendi & transigendi, meritò insurgit fraudis vel collusionis suspicio, stante maximè iurium cessione facta per Carracciū ipsis fratribus actoribus secum transigentibus ex traditis per Mandel. consilio 248. nu. 19. Multa inquam colliguntur signa collusionis. Primum est, desertio appellationis necessariò prosequendæ. Secundum est publicatio pro-

clamatum

clamatum per Carracciuin non habentem in-
tereſſe ſtante contractu per eum perfectè cele-
brato cum Delfino. Tertium eſt compromiſ-
ſum voluntarium. Quartum & actionum ceſ-
6 ſio, ac cætera id genus. Colluſio † inquam pro
batur per coniecturas, quæ colluſio omnes a-
ctus inde ſecutos penitus irritat. Bal. cõſ. 172.
col. 2. in 2. D. Surd. conſilio 452. in fin. Debe-
bat ergo Carraccius, vt dixi, omni in caſu ex-
pectare ſecundæ ſententiæ proferendæ execu
tionem adducendo omnes poſsibiles defenſio
7 nes. Dubius eſt inquã litis euentus, ideo † erat
expectandus, cum ex eo potuiſſet fortaſſe ſpe-
rari abſolutio. l. quod debetur. ff. pecul. Crau.
conſil. 900. nu. 22. Contar. de momen. poſſ. in
Rub. nu. 18.

Secundò, quia Carraccius vendiderat præ-
dium euictum Domino Deſiderio Delfino, vt
patet ex capitulis contractus perfectum vendi
tionis contractum importantibus, licèt adhuc
non fuerit exinde celebratum inſtrumentum,
8 quod † quidem ſolet adhiberi ad probationẽ
non ad eſſentiam & perfectionem venditionis
conſiſtentis in conſenſu, re, & certo pretio. Ca
ſtr. in l. contractus. numero 4. & 9. C. fid. Inſtr.
Anch. Regien. quęſtione 41. lib. 1. Vueſemb.
conſilio 66. numero 12. 13. Borgni. deciſ. 27.
numero 39. 40 in 2. Maximè cum ex dictis ca
pitulis liqueat ſolutam fuiſſe partem pretij, cũ
fuerint tunc numerati ſex ducatoni non qui-
9 dem pro arrha, ſed ad computum † & pro par-
te pretij, quo in caſu non potuit Carraccium
pænitere. Ang. in d. l. contractus. in fin. verſic.
Vltimò ſcias. & ibi Gloſ. ver. Recuperare. Hoc
inquam in caſu res non eſt amplius integra,
10 ideo contractus † dicitur perfectus, & per ſolũ
diſſenſum maximè vnius partis tantùm non
reſoluitur. latè D. Surd. conſi. 52. numero 52.
& ſeq.

Nec releuant verba capitulorum ſonantia
in tempus futurum, & in promiſsionẽ de ven-
11 dendo. nam ex quò venditore † non fuit impe
ditus & habebat facultatem rei tradendæ, di-
citur verè vendidiſſe non promiſiſſe. Burſ. con
ſilio 101. numero 10. & ſeq. & per totũ. Qui-
nimò ceſſat amaritudo, ex quò res fuit ex poſt
12 verè tradita † emptori per ſexennium vti ve-
ro Domino poſsidenti, ac ſuper prædium ma-
gnam ædificiorum molem conſtruenti, addita
etiam magna ſumma pretij erogata cuidã He-
bræo creditori venditoris in executionem ca-
pitulati contractus, talis inquam dicitur vera
ac perfecta vẽditio, vt poſt multos firmat The
ſaur. deciſ. 233. nu. 10.

Non etiam obſtante clauſula illa (ab habi-
ta licentia Domini directi) Quia talis clauſula
ſimplex non ſuſpendit contractum, nec illum
cõditionalem reddit, ſed illum in ſuo eſſe per-
fectum enunciat, adeò quòd ſubſecuta rei tra-
ditione commiſſum non poteſt euitari, quod
13 tamen euitaretur † ſi contractus eſſet nullus
vel conditionalis reſpectu partium contrahen
tium, latè Corbul. de caduc. ob alien. ampliat.
31. Maximè cum non fuerit addita clauſula
(nec aliter nec alio modo) de qua per eundem
Corbul. vbi ſupra limi. 37. Licèt etiam hoc in
14 caſu ipſa non operaretur, cùm poſt † traditio-
nem multum temporis ſpacium interceſſerit,
intra quod potuit commodè obtineri licentia
Domini, & tamen non fuit obtenta, nam tunc
etiam non euitatur caducitas, Salic. in l. 3. nu.
5. in fin. C. iur. emphyt. cum concordantibus
per Burſ. conſi. 181. nu. 15. 16.

In propoſito igitur infero, quòd cum Car-
ratius ſine aliquo contradictore per plures an-
nos, etiam mortuo eius authore & venditore,
prædio illo fuerit gauiſus, & ex poſt abſq; ali-
cuius contradictione illud D. Delfino vendi-
derit, ſi poſt præfatam vẽditionem ex propria
ceruice, nullo legis vel hominis facto illum co
gente, proclamata ſuper dicto prædio publica
ri curauerit, dicitur in culpa cum voluntariè
citauerit contradictores, & perquiſiuerit an a-
lius eſſet Dominus dicti prædij, vnde cum eui
15 ctio † prouenerit ex ſui culpa non poteſt ali-
quid prætendere iure dictæ euictionis, & con-
ſequenter nec illius ceſsionarius. tex. in l. ſi di
ctum. §. ſi poſt. vbi Glo. ff. euictio. optimè vi-
dendus Soc. in ſuis regulis in litera v, reg. 5. in
primo caſu, & in puncto conſuluit Mari. An-
guiſ. vidend. conſi. 273. nu. 8. Nam, vt dixi, ad
16 excludẽdam † actionem euictionis ſufficit ex
aduerſo deducere, quod licuit emptori habere
abſque alterius moleſtia. Caſtr. in l. creditor.
§. prædium. numero 2. ff. actio. empt. Beci. con
ſilio 106. nu. 44.

Hinc etiam in propoſito aduertendum eſt,
17 quòd etſi re euicta detur actio † emptori ad-
uerſus venditorem in id, quod eius intereſt rẽ
euictam non fuiſſe. l. venditor hominis. ff. eui-
ctio. cum euictio ſit quanti intereſt non quãti
datum eſt. l. cum ſucceſsores. in fin. C. euictio.
Franc. de Ponte conſilio 27. numero 6. & con-
ſequenter in ea veniet melioratio fundi. l. ſi
cum. §. fin. l. venditor. ff. euict. Sicuti è contra
18 deterioratio † fundi euicti cedit damno em-
ptoris. l. idque in princ. ff. actio. empt. l. euicta.
in fin. l. ex mille in princ. ff. euictio. attamen
ſtante contractu prædicto facto poſt Carrac-
cium cum Delfino ante ſumum euictionis, nul
lum intereſse poteſt prætendere Carraccius,
quia contractu facto nil eius intereſt, niſi re-
ſpectu precij per eum vel illius authorem iam
erogati.

Tertiò etiam ex abundanti conſidero (ſup-
poſito non tamen admiſſo) ceſsionem fuiſſe
iuridicè

iuridicè factam per Carraccium ipsis fratrib.
19 actoribus, attamen ipsi cessionarij † tentantes
directas actiones tenentur facere fidem de ces
sione ante litis contestationem. latè Bertaz.
de clausul. instrum. clausul. 29. Glos. 4. nume-
ro 3. & 4. At cessio illa respectu prætensionis
actorum nil admodum nocet vltra summam
erogatam & vltra valorem satisfactionis datæ
per actores ipsi Carraccio, quia cessio illa fuit
facta in instrumento transactionis in laudi vir
20 tutem & executionem, sed fundans † se in ali
quo instrumento vel dispositione tenetur il-
lud in totum approbare, vel in totum reproba
re Tiraq. de tetract. conuentio. in fin. numero
quarto, & seq. D. Surd. consilio 152. num. 19.
& in cessione idem testatur Decia. cõsilio 13.
numero 20. in 1. Modò in instrumento transa
ctionis patet Carraccium fuisse satisfactum in
sua prætensione precij fructuum & interesse
in ducatis 3700. Ideo cessionarius succedens
in locum cedentis & illius iuribus vtens non
potest vlterius prætendere. Alias si prætende-
rent se esse cessionarios extra limites laudi &
trãsactionis, sequitur ipsos actores esse litis re
21 demptores, & illis fuisse factam cessionẽ † rei
litigiosæ contra l. per diuersas. vbi Doctor. C.
mandat. Quò fit, vt a limine iudicij arceri me-
reantur, & circa hoc etiam est summoperè ad-
uertendum, quia cum in transactione illa ex-
presse conueniant transigentes, vt dicta tran-
sactio non iuuet aliquem præter ipsos paciscẽ-
tes, dubio procul arbitror illã cessionem es-
se nullius momenti, cum stante appellatione
facta per Carraccium & non prosecuta, sed vo
luntariè deserta, & inde euictione secuta cul-
pa & voluntate dicti Carraccij, dicta cessio
contineat rem litigiosam, nisi dicatur cessio-
nem non sapere rem litigiosam, cum fuerit fa-
cta a Carraccio non habente interesse post cõ
tractum celebratum cum Delfino, & ita vtro-
bique se vertant actores, nullo pacto sunt au-
diendi.

Tandem abundanter etiam considero acto
res venire tamquam hæredes grauati cum be-
neficio inuentarij, qui omni in casu tenentur
& ipsi cauere indemnitati mulieris conuentę,
maximè cum non probauerint hucusque alia
22 bona † in hæreditate grauati, ex quibus pos-
sit satisfieri isti mulieri pro sua dote. Id enim
debuit ante omnia per eos probari. Noni. con
silio 16. numero 21. Cur. iun. in auth. Res quę
numero 26. C. commu. de leg. Turrett. consi-
lio 81. numero 34. in 1. Sicuti & allegans bo-
23 na † alienata transgredi legitimam alienan-
tis, id debet manifestis ostendere probationi-
bus. Hond. consilio 72. nume. 6. in 1. Sed de
his hactenus. Laus Deo.

Car. Bardellonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Velleiani non censetur renunciatum sub generali renunciatione.*

2 *Mulier vt plurimum laborat contra propria commoda.*

3 *Virile munus est alios defendere, & parum conuenit mulieri ob verecundiam.*

4 *Mulier beneficio Velleiani ab obligatione fideiussoria omnino dicitur exempta.*

5 *Mulier in foro conscientia non obligatur quin se se tueri possit exceptione Velleiani, licet specificè renunciauerit extraiudicialiter.*

6 *Beneficium Velleiani introductum est ex bono publico, & naturali aquitate ob sexus imbecillitatem.*

7 *Iuri publico pactis priuatorum derogari non potest, nec etiam cum iuramento.*

8 *Mulier qua fragilitate intercedit eadem dicitur & renunciasse.*

9 *Vxor obligans se pro marito, prasumitur hoc fecisse metu reuerentiali, & sic non tenet renunciatio Velleiani.*

10 *Beneficium Velleiani non censetur renunciatum per clausulam generalem solitam apponere a notarijs ex stylo.*

11 *Fideiussio non prasumitur, nisi interueniat stipulatio, promissio, obligatio. & catera id genus.*

12 *Iuramentum non extenditur ad factum incogitatum, licet vires suas porrigat ad effectus Iuris renuncianti ignotos.*

13 *Exceptio nullitatis auxilio Velleiani statim opposita per mulierem conuentam in Iudicio reddit omnino eam tutam.*

14 *Iuramentum non potest iuridicè operare, vt vno ictu tollat plures defectus.*

15 *Instrumentum dicitur probatio probata, & veritas apparens notoria, manifesta, ac prorsus indubitata.*

16 *Renunciatio vniuersalis nullis coarctata terminis refertur ad omnia.*

17 *Renunciationi speciali caterorum beneficiorum si ex post annectitur clausula generalis, talis generalitas aquiparatur specialitate, ac si de vno quoque remedio, vel auxilio dictum fuisset.*

18 *Renunciatio generalis continet sub se specialem, cum in alio verificari non possit.*

19 *Beneficium Velleiani inductum fuit fauore mulierum & secundario fauore publico.*

20 *Iuramentum interpositum in aliquo Instrumento obligationis supplet certitudinem Iuris deriuantis a Velleiano.*

21 *Iurans dicitur cogitasse de omni remedio sibi competente.*

22 *Iurans super contractu, dicitur iurasse super omni Iure ex illo contractu descendente*

23 *Iuramentum habet vim expressè, seu specialis expressionis.*

24 *Mulier per iuramentum cẽsetur certiorata de Velleiano.*

25 *Mulier tenetur seruare iuramentum, licet non constet fuisse certioratam de Velleiano auxilio.*

26 *Iurans, nedum dicitur venire deliberate, sed certiorate.*

27 *Iurans tenetur seruare promissa omni modo possibili.*

28 *Iuramentum facit valere actum, eo meliori modo, quo potest.*

29 *Mulier fideiubens cum iuramento circa obseruationem contractus iuuari non potest Velleiano, nec etiam sub praetextu enormissimae laesionis, vtcunque etiam penitus indotata remaneret.*

30 *Contractus prohibitus fauore debitoris, omnino cõfirmatur per iuramentum.*

31 *Iuramentum contraria reycit, & respectiue approbat.*

32 *Iuramentum plures defectus tollit, & plura specialia sanat, pluraque vitia aufert.*

33 *Iuramentum non obligat, quando seruari potest, absque interitu salutis aeternae.*

34 *Clausula illa [Sincere fideliter &c.] habet vim iuramenti, & importat ipsummet iuramentum formale, & corporale.*

ARGVMENTVM.

Vxor fideiubens pro marito tenetur, etiamsi non appareat fuisse certioratam expresse de beneficio Velleiani, & hoc ex renũciatione generali verbis geminatis, & ex clausula habente vim iuramenti.

CONSILIVM CXIII.

Actiones meae à Domino.

Ripliciter dubitatur a Perillustri Magistratu aduersus praetẽsionem Dominorum Appaltatorum Corium respectu fideiussionis seu obligationis initae per D. Amyliam Piceninam pro quond. D. Tedoldo ad commodum praefatorũ Appaltatorũ.

Primo quod supradicta mulier debeat omnino iuuari beneficio Velleiani, maximè cum de illius auxilio nulla admodum fuerit facta
1 mentio in instrumento. Quod quidem † beneficium non videtur posse comprehendi in generali renunciatione facta per dictam mulierẽ, ex quo fuit inductum ob publicam vtilitatem, ob fragilitatem sexus muliebris, adeo quod saltem requirebatur expressa specialis ac indiuidua renunciatio, cuius renunciationis indiuiduae forma nequaquã potuit impleti per aequi
2 pollens, stringitur motiuum ex eo, quod † mulier vt plurimum solet contra propria commoda laborare. l. 4. in fin. C. sponsal. Paris. consil. 75. num. 30. in 2. Marc. decis. 957. nu. 1. par. 2, Mascar. de probat. conclus. 1080. Quo nt, vt
3 cum † virile quoddam munus sit alios defendere, l. fin. ff. tut. l. aliae. C. procur. Intercessio pro alio autem nil aliud sit quam virilis defensio parum conueniens muliebri verecundiae. l. 2,
4 §. 2. ff. ad Vellcian. l. si paternam. C. eod. † ab obligatione fideiussoria omnino exempta dicatur beneficio Velleiani. l. 1. & 2. & tot. tit. ff. & C. ad Velleia. siue accessorie siue cum alio se obligauerit. l. 2. l. 4. l. si paternam. C. eod. latè Franc. de fideius. c. 2. num. 147. & nu. 151,
5 Imo nec in foro † conscientiae obligatur, quin sese exceptione Velleiani tueri possit. Bart. in extrauag. Ad reprimẽdum. verb. Denunciationem. num. 13. Licet etiam specifice renunciauerit Velleiano extra iudicium, cum a tali renunciatione non ligetur. Gram. decis. 76. nu, 20. Gomes. var. resolut. tom. 2. ca. 13. num. 17.
6 tum quia dictum † Velleianum ex naturali aequitate ob sexus imbecillitatem ex bono publico fuit introductum. l. si mulier. l, 1. 2. & 5.
7 ff. ad Velleia. & consequenter † iuri publico pactis priuatorum derogari non potest. l. Ius publicum. ff. pact. & ideo nec iuramento firmatur, cum fieri nequeat vt actus valeat, qui ob publicam vtilitatem reprobatur. c. Si diligẽti.
8 ext. de for. compet. Tum etiam quia qua † fragilitate mulier intercedit, eadem dicitur & renunciasse. l. si mulier. C. eod. Gomes. d. nu. 17. vbi etiam subiungit neminem negare posse, quin fœmina decipiatur & damnificetur eo ipso quod Velleiano renunciat. Quae tanto ma-
9 gis militant in praesenti casu, in quo † vxor se obligauit pro marito, quò fit vt metu reuerentiali id fecisse praesumatur, merito non tenet asserta renunciatio. Auth. Si qua mulier. C. eod. Aret. cons. 24. Decis. cons. 232. col. 3. cum alijs congestis per Franc. d. c. 2. num. 189. & seq. & nu. 194. Vnde sequitur multo fortius non tene
10 ri istam controuersam † fideiussionem nulla renunciatione Velleiani fulcitam non obstante renunciatione generali de stylo notariorum, potius, quàm ex mente partium apponi solita, quae nullo pacto tollit beneficium competens ex natura subiectae materiae. Fel. in c. Ex parte. il 2. nu. 3. ff. off. deleg. Ideo generalis renunciatio vti captiosa debet irritari. l. cum Aquiliana in fin. C. transact.

Secundo, fideiussio quoad effectũ est quid iuris, quò autem ad illius originem & creatio-
11 nem est quid facti, quia † fideiussio non praesumitur, & idcirco ad illius essentiam requiritur stipulatio, promissio, obligatio, ac cet ra id genus. l. 1. §. verbis. ff. verbor. obligat. At cum lex resistat actui fideiubendi vigore Velleiani, ex

illa

illa effectus validus resultare nequit, quia a primordio tituli posterior formatur euentus. Quò fit, vt cum iuramentum, de quo in instrumento prædicto, fuerit appositum super actu seu creatione fideiussionis, cui lex resistit ab initio, & de cuius legis auxilio tribuente mulieri inefficaciam fideiusionis ad illius commodum, non fuerit admonita, nullius omni-
12 nò ponderis sit. Quia † iuramentum non extenditur ad factum incogitatum, licet vires suas porrigat ad effectus iuris renunciati ignotos. ex Bart. in l. sciendum. ff. verb. obligat. Baueri. de iuram. nu. 17. vnde succedit doctrina Bald. cons. 4. in 1. & Castrens. loquentis in materia, cons. 385. nu. 2. in 1. Hæcque tanto magis pro
13 cedunt stante exceptione † nullitatis auxilio Velleiani statim opposita per mulierem conuentam in iudicio, ex qua omnino tuta redditur, ex Gl. in c. Ex rescripto. verb. Vxorem Tiraq. in Præfat. l. si vnquam, nu. 151. C. reuoc. donat.
14 Tertio etiam ex alio † iuramentum non potest iuridice operari in hac facti specie ob multiplicationem specialium, contra l. vnic. C. rei vxor. actio. & natura iuramenti non est tanti ponderis vt vnico ictu plures defectus tollere & sanare possit, quia pluribus impedimentis plures dari debent remotiones. Roma. consil. 326. nu. 3. Gram. decis. 66. nu. 13. & ita tradit in proposito iuramenti Dec. cons. 239. colu. 2. vers. Nec dicatur. Cassan. cons. 7. nu. 26. Ruin. cons. 48. nu. 18. in 1. Meno. cons. 84. num. 48. Cacher. decis. 170. n. 19. Simoncel. de Decret. lib. 3. c. 8. Rimin. iun. cons. 5. num. 148.

Primum enim priuilegium resultat, eo quia non apparet de vero iuramento, sed tantum de ficto consistente in clausula, [sincere fideliter &c.] & tamen prætenditur, vt operetur sicuti iuramentum formale.

Secundum speciale colligitur, quod ex tali iuramento colligitur præsumptio certificationis Velleiani.

Tertium resultat ex eo, quod supponitur renũciatio Velleiani, de qua aliũde nõ apparet.

Diligenter tamen perpenso præsenti negotio de facili descendo in sententiam fauorabilem Appaltatoribus non obstantibus prædictis non minus doctè, quam subtiliter excitatis. Siquidem adest instrumentum clarum cantans ad præfatorum creditorum commodum, in quo liquido apparet Dominam Aemiliam scientem se non teneri, attamen teneri volens pro summa aureorum ducẽtorũ promisisse &c. obligans se principaliter & in solidum cum D. Andrea pro eo fideiussit, &c. Alias autem de suo & suis proprijs bonis teneri voluit. &c. Renuncians beneficio nouarum & veterum constitutionum de fideiussoribus & pluribus alijs beneficijs ibidem enumeratis, omnique alio iuri quorumcunque beneficiorum legum & statutorũ auxilio. Quæ Domina Aemilia fuit certificata a notario de importantia & effectu huiusinodi renunciæ. Insuper promisit omnia attendere & obseruare & in aliquo non contrafacere &c. necnon prædicta omnia sincerè, fideliter ac prorsus inuiolabiliter obseruare,
15 &c. Quod quidem † instrumentum dicitur probatio probata vlterius non probanda, fori disceptatione non indigens, ac veritas apparens, notoria & manifesta ac prorsus indubitata. Latè Beci. cons. 14. num. 28. & consil. 52. num. 4. Botta cons. 29. nu. 4. Mascard. concl. 906. D. Surd. cons. 53. num. 6. Purpur. cons. 492. Ios. Ludo. decis. Perus. 82. num. 3. Spanoch. de op. nou. nunt. lib. 9. num. 4. & sequentibus, tota igitur vis residet in declinatione obiectorum.

Ad primum igitur respondetur, quòd imò contrarium verius est, nempè quod mulier renuncians omni iuris & legum auxilio dicatur renunciasse beneficio Velleiani, stante prægnã-
16 tia ac geminatione verborum contentorum in dicta renuncia. Nam vniuersalis † renunciatio nullis coarctata terminis refertur ad omnia. l. emptor. §. Lucius. ff. pact. Ita Bal. in l. tres fratres. in 4. not. ff. pact. & in consil. 184. in fin. in 4. latissimè in puncto istius clausulæ Beci. cõs. 108. nu. 13. vsque 20. & nu. 23. addo Bologn. cons. 14. nu. 16. & 22. Silua. consil. 49. nu. 60. cum concordantibus per Pedro. cons. 28. num. 68. 69.

Respondetur secundo, quòd ante præfatam vniuersalem renunciationem plures speciales renunciationes præcesserunt, nempe beneficio nouarum, & veterum constitutionum, & plures aliæ ibidem enumeratæ, vnde sequitur con-
17 clusio, Quod quando fit † specialis renunciatio certorum beneficiorum si ex post annectitur clausula generalis, talis generalitas æquiparatur specialitati, ac si de vnoquoque remedio vel auxilio dictum fuisset. gl. in l. sed & si quis. §. quæsitum. verb. Specialiter. vbi Bar. & Cast. ff. si quis cautio. Marsil. de fideiuss. num. 30. & 35. Vuesembe. cons. 10. nu. 28. vers. Cõstat. n. quoties. Coller. de Processf. execut. par. 1. cap. 10. nu. 238. & num. 399. Coppen. q. 53. nu. 13. Morot. cons. 9. nu. 24.

Respondetur tertiò, quod stante qualitate facti contractus seu obligationis fideiussoriæ, necnon & stãtibus alijs beneficijs in indiuiduo renunciatis expressè in dicto instrumento, dubio procul illa subsequens renunciatio non poterat verificari nisi in Velleiano, sed renunciatio generalis, quæ nõ potest nisi in vno verificari, habetur pro indiuidua & specialis-
18 sima. Hinc licet in generali † renunciatione non contineatur legitima, attamen si in alio

non

non potest verificari,vtiq; cõtinebitur. Ita de
clarat Beci.post alios d.cons.108.n.25.& 31.
& seq.& n.34.vers.Nec dicatur. D. Sur.cons.
135.n.3.& cons.143.n.32.& cons.355.n.27.
& cons.393.n.14.Hond.cons.49.nu.27.in 1.
Rolan.cons.70.n.39.40.in 2.

Nec vim facit,quod dixi de iuramento,per
quod non potest validari actus ob publicam
vtilitatem reprobatus, quia id procedit quã-
do reprobatur fauore publico principaliter, se
cus si secundario,vt in casu isto,in quo princi-
19 paliter fuit inductum † Velleiani beneficium
fauore mulierum, & secundario fauore publi-
co. Ita Bar.in l.si quis pro eo.nu.8.ff. fideiuss.
Rol.cons.70.n.38.in 2.Morot.cons.52.n.35.
vbi alios adducit. Seraph.de iuram.priuil.76.
n.2.& seq.

Ad secundum respondetur, satis clarè con-
stare ex instrumenti lectura, ipsam mulierem
fideiussisse, & sciens se non teneri,attamen te-
neri voluisse, & tandem fideiubendo realiter
se obligasse, & consequenter ipsam fuisse cer-
tam de facto,seu super facto,de quo iurauit,li-
cet non fuerit expressè certiorata de priuile-
gio seu beneficio a iure dato mulieri,quę fide-
iussit,ex dispositione Velleiani. Quò fit,vt ta-
le iuramentum nequaquam dici potest inter-
positum super facto ignoto,sed super certo.At
in præsenti casu sufficit certitudo facti,quia iu
20 ramentum† exinde interpositum supplet cer-
titudinem iuris deriuantis a Velleiano. Ita in
puncto docet Castr.cons.122.n.4.in 2.Bauer.
de iuram.n.17.optime Seraph. de iuram. pri.
119.n.2.vers.Solue nostrum priuilegium.Iu-
21 rans † enim dicitur cogitasse de omni reme-
dio sibi competenti.Beci.d. cons.108. nu.12.
Coppen.d.quæstione 53.n.16. Quinimo suffi
cit etiam in genere fuisse cogitatum super fa-
cto ad hoc,vt iuramentum operetur ex præci-
pua ipsius iuramenti virtute,nam ex quo quis
22 iurat † super contractu dicitur iurasse super
omni iure ex illo contractu descendente. Latè
Natta consilio 480.numero vigesimo quinto,
Seraphi. d. priuil. 119. numero quarto, Beci.
consilio 108.numero 20.Habet inquam iura-
23 mentum † vim expressi,seu specialis expressio
nis.decis.Maut.225.nu.12.Beci.d.cons.108.
24 nu.21.Et idcirco in proposito isto per † iura-
mentum mulier ista præsumitur certiorata de
Velleiano, vt post Bart. Alex. Ias. Abb. Aret.
Corset. Capel. Tholos. Petruc. Gabr. & alios
diffuse tuetur Seraphi.de iuram.priui.63. nu-
mero 3. & sequenti, & numero vndecimo, vbi
de magis communi testatur. Idem probat
Crott.in l.sciendum,numero 19. & Soci. iun.
numero 57.ff. verborum obliga. vbi ait hanc
communem esse sententiam, & in praxi seruã-
dam.Felin.in c.Ex rescripto. nu.16.de iureiu.

vbi ait id verè probari ex illo textu,in quo mu
25 lier † compellitur seruare iuramentum, nec
constat illam fuisse certioratam de auxilio
Velleiani. Idem ait Gail.libro 2.obserua. 77.
num.10.Decia.consil.39.num.70. vsque 76.
in 2.& latius Valenti. Franc.in d.suo tract.de
fideiussor.cap. 2.num.204. vbi hanc commu-
nem enuntiat, quam etiam nouiter alios me-
morando tuetur Fachin. q.60.nu.20. Molin.
de contract.dispu.540.numero 11.versi.Cer-
26 tè in eo. Iurans † enim nedum dicitur venire
deliberatè,sed certioratè. Amat. decis.46.nu-
mero 28.

Addatur prædictis iuramentum obligare
27 præcise, ergo quilibet † iurans tenetur serua-
re promissa omni modo possibili, l.si pecuniã.
ff.condit.ob caus. D. Surd.cons.194. num.7.
Sim.Pret.consilio 138.num.34.Turett. cons.
148.num.22.in 1.& consi.42.nume.20.in 2.
28 Imò facit † valere actũ eo meliori modo quo
potest.l.si pater.§.Filius vbi Barto.ff. legat.2.
Maluas. consilio 9. numero4. Turett. consi.
47.num.15.in 2.Nimirum igitur si dicitur hã
bere vim specialis certificationis ad sustinen-
dum actum.

29 Porrò in tantum dicitur ligata mulier † fi-
deiubens ex sui iuramento, circa obseruatio-
nem contractus, vt nec possit iuuari sub præ-
textu læsionis enormissimæ, vtcunque etiam
pœnitus indotata remaneret,secundum Affli.
decis.311.numero 4.Boer. decis.23. nume.9.
Lup.de donat.inter vir.& vxo.§.17. num.33.
Alciat.in cap.Cum contingat,numero 64. de
iureiur.& magis communem enuntiat Bursa.
consilio 56.numero 15.Rolan.consil. 70. nu-
mero.... in 2. sola in nou. constit. Pedemon.
parte prima, in titulo de alienat. bono.mino.
Glos.4. numero duodecimo, versic. Cæterum
etiam ea forma omissa, & veriorem firmat
Thesaur.decis.223.num.12.

Præterea ex abundanti dico, non esse ve-
rum, vt dicitur in motiuo, quod lex resistat
initio obligationis fideiussoriæ creandæ seu
celebrandæ per mulierem, ex beneficio Vel-
leiani, sed tantummodo non assistit, quia
Velleianum non prohibet mulieres fideiu-
bere, sed tantum iubet, quòd si intercesse-
rint adiuuentur, restituantur, & fideiussio
non teneat. Et ita fideiussio tenet facta a
muliere, sed rescinditur ope exceptionis. Vn-
de sequitur axioma, quod quando contra-
30 ctus † prohibetur fauore debitoris, tunc om-
nino confirmatur per iuramentum. Ita in
terminis nostris tradit Barto. in l. si quis pro
eo. numero vndecimo ff. fideiuss.quem sequi-
tur pluribus comprobando nouissimè Morot.
consilio 87. numero septimo,& seq. Molinã
de contract.disput.540.num.2.

Hinc ex prædictis patet non esse curandũ de opinione Glo. in d. c. Ex rescripto. quia Gl. ibi non approbat illam, sed ad aliam diuertit, & vltimam de iuramento approbat, prout ẽt
31 reijciunt † & respectiuè approbant ibid. Abb. n. 9. vers. Tertia solutio. & Felin. n. 15. & communiter Canonistæ in dicto loco.

Ad tertium respondetur, ꝙ supposito, non tñ admisso, quòd plura specialia concurrerẽt,
32 attamen dico per iuramentum † plures defectus tolli, ac plura specialia sanari, pluraque vitia deleri. Soci. iun. cons. 32. n. 18. 26. 27. in 3. cum alijs relatis per Cepha. cons. 61. nu. 5. Rol. cons. 70. in fin. in 2. Militat enim eadem ratio quo ad plures defectus, quæ militat quo
33 ad vnum, nempè vt obliget † iuramentum, quando potest seruari absque interitu salutis æternæ. Ita post prædictos firmat Euge. cons. 3. num. 37. & plurimos cumulat Magon. deci. Floren. 64. nu. 27. vers. Contrarium enim tenuit simpliciter. Neuiz. consi. 8. nu. 27. Noni. cons. 56. nu. 14. Bursa. cons. 183. n. 18. Moror. cons. 52. n. 40. vbi ait contrariam sententiam esse falsam.

Respondetur secundo, non constare de multiplicitate specialium. Quo enim ad primum speciale enuntiatum in motiuo non potest dici speciale causatum a iuramento, sed ipsamet creatio & substantia seu iuramentum ipsum,
34 ex quo clausula † illa habet vim iuramenti, & importat ipsummet iuramentum, vt per Paris. cons. 110. num. 6. & 39. in 1. Natta cons. 479. num. 12. & consi. 480. nu. 14. decis. Man. 154. num. 2. & decis. 225. num. 1. adeo quod ex dicta clausula non potest colligi effectus aliquis specialis emanans a iuramento, nisi solum iuramentum operatiuum in genere, vt facit iuramentum formale & corporale.

Quò ad secundum de præsumptã certificatione admittitur, vt constat ex præallegatis.

Quò ad tertium de renuntiatione, dico contineri in generali renuntiatione, vt supra probatum est. Non enim renuntiatio Velleiani colligitur ex solo iuramento, sed ex generali renuntiatione beneficiorum, concurrentibus maximè quæ fuerunt adducta in declinatione primi dubij; Adeo quòd vnicus effectus, & vna sola specialitas dicitur oriri ex iuramento in præsenti casu, nempè certioratio iuris competentis seu beneficij resultantis ex Velleiano. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Datio in solutum præsumitur simulata, stante pacto retrodandi dicta bona data.

2 Anticresis est species pignoris.

3 Anticresis est species pignoris dati, quod donec pecunia soluatur creditor pignore vtatur, & fruatur in vice vsurarum.

4 Anticresis est pignus, quod ita datur, vt eius vsum, & fructum pro vsuris sibi creditor computet.

5 Anticresis est vsus cum vsu permutatio.

6 Pignus in dubio censetur contractum vere & realiter ad euitandas vsuras, cuius fructus debent in sortem computari.

7 Datio in solutum cum pacto retrodandi non solũ sapit simulationem sed, & vsuram.

8 Datio in solutum totaliter vicem emptionis, & venditionis obtinere dicitur, illique similes passim reputatur.

9 Datio in solutum transfert Dominium in accipientem.

10 Accipiens in solutum tenetur dare, & tradere rẽ debitori restituenti pretium.

11 Res data in solutum cum pacto retrodandi perit periculo accipientis.

12 Res pignorata per Anticresin Domino, & debitori perit.

13 Accipiens rem in solutum sibi possidet, creditor autem pignus pro alieno.

14 Instrumentum habens pro se casum legis apertum ad sui fauorem habere dicitur, & tantum probat quantum sonat.

15 Instrumentum cuiusq; contractus non præsumitur simulatus, nec in fraudem vsurarum nisi id aperte doceatur probationibus.

16 Contractus talis præsumitur qualis in sua figura apparet.

17 Contractus alio non constito non dicitur simulatus, nec in fraudem vsurarum celebratus.

18 Contractus talis dicitur qualis fuit a partibus nominatus.

19 Contractus, vel instrumentum palam factum non autem occultum, indubitate habetur contractus talis qualis fuit a partibus nominatus.

20 Factum futuræ simulationis non infringit contractum, si id fiat ex post facto.

21 Pactum simulandi, vel vsuram accipiendi non probatur, si hoc simpliciter fuit tractatum.

22 Probatio contractus vsurarij, vel simulati probari debet saltem per duos testes.

23 Simulatio, & fraus non arguitur ex factis, & interuallo

24 Pactum simulandi data temporis distantia non probatur, quia partes possent videri pænituisse.

25 Electio, & Potestas datur non simulantibus de stando contractui.

26 Declaratio vnius partis contractum esse simulatum, & in fraudem vsurarum conditum alteri non obest alio non docto.

27 Contractus simulatus probatur, quando animus

vtriusque

utriusque partis fuit directus ad simulandū, & fraudandum.

28 *Pars non negans instrumentum valere sed tantū fuisse factum sub alio praetextu non admittitur probationes per coniecturas, praesumptiones, vel verisimilitudines.*

29 *Probationes coniecturales contra publicum instrumentum non sufficiunt, quando agitur de praeiudicio tertij.*

30 *Probatio coniecturalis, & praesumptiua datur quādo agitur de sola simulatione, secus quando, simulatus, & vsurorius allegatur.*

31 *Probationes coniecturales, & praesumptiue non recipiuntur aduersus virum nobilem fama, & nomine integerrimum.*

32 *Consensus deficit in contractu simulato, quod est fundamentum contractus.*

33 *Instrumentum continens substantiam obligationis contra illud non admittitur fraudis, & simulationis exceptio.*

34 *Fraudis praesumptio tollitur, quando constat de veritate actus.*

35 *Contractus in reliquis omnibus verus, & realis reputatur, quando constat ex parte de veritate.*

36 *Aestimatio bonorum datorum in solutum abolet prorsus omnem laesionem pretij.*

37 *Licentia seu confirmatio dicitur impetrata respectu dantis, quando altera pars assumpsit onus requirendi.*

38 *Contractus factus cum decreto Iudicis dicitur gestus palam, & bona fide absque macula fraudis, ac simulationis.*

39 *Creditor Marchio Princeps Nobilissimus de familia imperante in ciuitate Montua non praesumitur contractum fraudulentum, & vsurarium celebrasse, sed verum, & realem omni scrupulo destitutum.*

40 *Nobilitas suprema militans ex vtraque parte facit penitus cessare praesumptionem fraudis.*

41 *Contractus multotties per actus positiuos approbatus omnino censendus est verus, & iuridicus contractus.*

42 *Approbationes geminatae arguunt deliberationē, & certitudinem voluntatis & quod nullus scrupulus fraudis, vel simulationis adesse dicatur.*

43 *Contractus ratificatus per solutiones nullus dici non potest.*

44 *Iuramentum assertorium tollit omnem suspitionem fraudis.*

45 *Iuramentum assertorium non validat contractū fraudulentum, quando pars agit de damno euitando.*

46 *Iuramentum assertorium non validat contractum fraudulentum quando constat de simulatione.*

47 *Iuramentum assertorium validat contractum, quando sumus in dubio de simulatione.*

ARGVMENTVM.

Datio in solutum ob mutuum factum cū pacto retrodandi purè, & simpliciter in facultate debitoris dantis non est contractus simulatus, nec in fraudem vsurarum factus, cum sit inter Illustrissimos & Nobilissimos, & etiam iuramento assertorio valatus, & factus cum aestimatione bonorum datorum in solutum, nec nō cū promissione euictionis, pro quibus attenta qualitate personarum non admittuntur probationes, per coniecturas praesumptiones, vel verisimilitudines.

CONSILIVM CXIV.

Actiones meae à Domino.



Imis audacter ne dicam impudenter labe simulationis, & foenoris notatur instrumētū alias celebratū inter Illustrissimos Fratres Marchiones, & Principes, & profecto non video qualiter excusari possit ille talis, qui tantum sibi tribuit, vt possit iuris medio praefatum instrumentum redarguere nulla habita ratione personarum nobilissimarum, & egregiarū, inter quas illud idē documentum palam fuit celebratum.

Et fortasse cōnsus est ille talis ex eo, q in d. instrumento apertissime legitur, fuisse conuentum ante stipulationē instrumēti inter dictos Illustrissimos contrahentes de contrahendo mutuū, & q originalis causa contractus verè
1 fuerit creandi mutuū, quo in casu datio † in solutū bonorum in ipso instrumento enunciatorū praesumitur simulata, stāte maximè pacto retrodandi d. bona. Bal. Sali. & alij in l. empt. C. plus Val. q agi. Mas. de prob. concl. 441. n. 10. Bero. cons. 169. n. 20. in 1. Hond. cons. 33. n. 36. in 2. & consequenter vr̄ dici posse, inter dictos contrahentes fuisse celebratā Anticresim saltē tacitam ad cōmodum Illust. credito-
2 ris erogantis pecuniā. Quae Anticresis† est species pign. l. si pecuniā. ff. pigno. actio. l. si is qui bona. §. 1. ff. pig. & hypothe. l. respondit. l. cum quidā. ff. vsu. solet inquam definiri Anticresis,
3 † vt sit spēs pignoris ita dati, q donec pecunia soluatur, creditor pignore vtatur ac fruatur in vicē vsurarum teste Cuiac. lib. 3. obser. c. 35. & cōcordat Alci. li. 2. Dispun. c. 3. dicēs, Anticre-
4 sim † pignus esse, q ita datur vt eius vsū, & fructū pro vsuris sibi creditor cōputet. Sequitur
5 Gre. de vsu. c. 10. n. 3. vbi ait, q Anticresis† est vsus cum vsu permutatio, nempè qn̄ vsus rei

vſu pecuniæ conceditur. Idem probat Brocho.
de vſur.c.6.n.2.quo loci declarat exemplificã
do Anticreſim expreſſe,& tacitè cõtrahi. Quod
fit in propoſito,vt non obſtante ſono dationis
in ſolutum bonorum factæ creditori ſimulatè,
6 & in fraudem vſurarum † potius pignus fuerit
contractum verè & realiter, cuius fructus de-
bẽt in ſortem computari, l. ſi dominium, Vbi
Docto.C.pig.c.2.c. Conqueſtus.c. Ad noſtrã
c. Debitores.extr.de vſu.Bal,Sali.& alij in l. 1
C.pigno.actio.& quidem ſi id rerum eſſet, vti
7 que talis † contractus nedum ſimulationẽ, ſed
etiam vſuram ſaperet.c.Conſuluit de vſu.Ro,
conſ.423. cum alijs, de quibus per Neguſ.de
pigno.5.membr.5.par.n.10. Rodulf. de vſur,
q.43.n.3.Latè Coppen.q.22.col.1.& 2.Broc,
loco præcitato.

Augeri videtur ſuſpicio ſimulationis, &
fraudis ex eo,ꝙ partes in calce cõuenerunt, vt
quandocunque debitor,qui dedit in ſolutum,
reſtitueret pecuniam acceptam, alter tenere-
tur reſtituere bona ante per eum in ſolutũ ac-
cepta.Siquidem talis conuentio vr̃ eſſe contra
naturam contractus veræ dationis in ſolutum
8 [quæ totaliter vicem † emptionis & venditio-
nis obtinere dr̃,illiq; ſimilis paſſim reputatur,
l.litis.ff.pro empto.l. ſi prædiũ.C.euictio.cum
pluribus congeſtis per Aſin. de execu. fol. 89,
c.4.]Quia ſi vera & realis fuiſſet illa bonorum
9 datio † in ſolutum ad extinctionẽ mutui,prius
dominium rei datæ in ſolutum fuiſſet tranſla-
tum in accipientem.Aſin.de execut.fol. 102,
c.51.& conſequenter ſi creditor accipiẽs in ſo
lutum efficitur verus Dominus, non põt dici,
vt vigore pacti de retrodando reſtituat rẽ de-
bitoris ipſi,qui dedit in ſolutũ reſtituenti pre-
10 tium,ſed debet dici, quòd ipſe accipiens † in
ſolutum teneatur dare,& tradere.Ita Caſtr.&
alij,de quibus per Maſcar.de probat. concluſ.
440.Meno.lib.3. præſump, 122.n.77.

Nihilominus prædictis non attentis fideli-
ter intuenti præfatum inſtrumentũ dubio pro-
cul apparebit in eo nullũ actũ ſimulatũ, & mi-
nus fœneratitium contineri, In illo inquã aper
tè legitur,fratres Illuſtriſſimos cõueniſſe inter
ſe,vt vnus eorũ teneretur mutuare pecuniã al-
teri pro redemptione Caſtri Veſcouali &c. &
ꝙ ille recipiens pecuniam teneretur [prout ita
fuit in omnibus executum] dare in ſolutũ, &
pro ſoluto ac ſolutionis nomine pecuniæ an-
tea receptæ ipſi creditori in propriũ, & liberũ
allodium portionẽ illam Caſtri redemptã, dã-
do licentiam intrãdi propria authoritate &c.
ponendo ipſũ accipientem in ſolutũ in locum
proprii ipſius dantis, ac cõſtituendo illũ pro-
curatorẽ in rem propriã &c. cũ clauſula conſti
tuti &c.& promiſſiõne euictionis in forma am
pliſſima &c. Quæ omnia verè important realẽ
dationem in ſolutũ cum dominij tranſlatione.
Quinimo ex quo talia bona in ſolutũ data, &
æſtimata excedebant valorem pecuniæ antea
exburſatæ ſub titulo mutui,fuit pariter conuẽ
tum, vt accipiens bona illa in ſolutũ quotãnis
ſolueret ducatonos 80. & ſextaria centum fru
menti,donec bona illa forẽt redẽpta &c. Quæ
quidẽ redemptio ſeu retrodatio vel retroceſſio
[vt vtar omnibus verbis inſtrumenti] poterat
fieri quandocunque videbitur Illuſt. debitori
qui in ſolutũ dicta bona dedit, ſoluta realiter,
& cũ effectu pecunia antea recepta &c. Quod
quidẽ inſtrumentum continet dationẽ mutui
ex parte vna,& ex altera mutui extinctionẽ ꝑ
dationẽ in ſolutum cum pacto retrodãdi ad li-
bitum debitoris in ſolutũ dãtis. ex quo quidẽ
pacto retrodandi pignus,nec fœnus, vel vſura,
nec anticreſis expreſſa nec tacita argui põt, cũ
hæc ſint valdè diuerſa.Quia datio in ſolutum,
quæ eſt ſimilis vẽditioni,vt ſup.dictũ eſt, trãſ-
fert dominium in accipientẽ,qui rei illius fru-
ctus ſuos facit, ꝙ non eſt conſiderabile in pi-
11 gnore.Preterea res data † in ſolutũ cum tali pa-
cto perit periculo accipientis: At res pignora-
12 ta † per Anticreſim Domino & debitori perit.
13 Tertiò accipiens † rem in ſolutũ ſibi poſſidet,
creditor aũt pignus poſſidet ꝑ alieno, Has in-
quã & alias notabiles differentias enumerant
Græ.& Brochol.locis præmemoratis.Modo cũ
iſtud documentũ expreſſe cantet in dationẽm
in ſolutum certorũ bonorum ad extinctionem
mutui,non eſt phariſaicè interpretandũ,vt ma
cula ſimulationis & fœnoris ſit aſperſus.Quia
inſtrumentum dr̃ probatio probata, fides in-
dubitata aliqua fori diſceptatione non indi-
gens,veritas apparẽs notoria,& manifeſta. Sa
14 nè igitur qui habet † inſtrumentũ pro ſe,caſũ
legis apertum ad ſui fauorem habere dr̃, quia
probat ea quæ cantat.Purpur.conſ.492.Beci,
conſ.14.n.28.Spanoch.de opc.nou.nun. li.9,
n.4.& ſeq.Ioſ.Ludo.dec.Peruſ.82.n.3.Rotta
conſ.29.n.4.& conſ.58.nu.16.17. Maſcar.de
probat. concluſ.906.D.Surd.conſ.53. nu. 6.
15 Vnde ſequitur,ꝙ inſtrumentum † venditionis
vel in ſolutũ dationis ſimulationẽ contractus,
vel vſurarũ fraudem continere nequaquam di
cẽdũ ſit, niſi id apertis doceatur probationib,
Caſt.con,261.col.1. verſ. Illud enim certũ,in
2.Rol.conſ.47.nu.25.& ſeq.in 4.Ceph. conſ,
325.n.16.& 29,Meno.conſ. 576.n.27.Hond,
16 conſ.33.n.23.& ſeq.in 2.Contractus † inquã
talis præſumitur,qualis in ſui figura apparet.
Bar.conſ.65.nu.2.in 1.Crau.conſ.666. nu.6,
Decia.conſ.92.n.7.in 3. Rimin.iu.816. n. 12.
vſq; 21.eu.31.vſq; 36.nec vnquã alio nõ cõſti
17 to põt quoquo modo cõtractus † dici ſimula-
tus ſeu in vſurarũ fraudẽ celebratus. Beci. cõ.
52.col.1.Anch. q.80.n.1.& ſeq.in ... Rimi.iu,
d.conſ.

d.conſ.816.n.39. Burſ.conſ.175.nu.9.10.&
conſ.320.n.26.vſque 32.Graſſ. de exce.c.12.
n.10.& ſeq.& verè quando eſſectus cõtractus
eſt compatibilis cum verbis,ceſſat omnis ama
18 ritudo,quia talis † dicitur contractus, qualis
fuit a partibus nominatus,vt probat Decian.
conſ.75.n.7.in 5.& latius conſ.1.n.61. & ſeq.
in 1.Hæcque indubitate procedunt, quando
19 contractus † & inſtrumentum fuit palam ge-
ſtum non autem occultè. Decia.d.conſ.2.nu.
92.in 1.Meno.lib.4.præſumpt.122.n.94.

Quibus ſic firmatis nil releuant in oppoſi-
tum adducta, pro quorum declinatione prius
aduertẽdum eſt per modum pręmiſſi, plura re-
quiri copulatiuè & per concurſum ad hoc, vt
dicatur contracta ſimulatio in vſurarũ fraudẽ,
quæ omnia in præſenti caſu deſiderantur.

Primò,quòd probetur partes conueniſſe de
ſimulando in fraudem vſurarum, & quod tale
20 pactum † futuræ ſimulationis fuerit poſtea eo
animo ſucceſſiuo executioni mandatum,cum
non ſufficiat,ſi id fiat ex poſt facto.l.4. §. ſi ab
ignoto.ff.manum.Ale.conſ.29.n.19.in 7.Ca-
ſtr.conſ.261.col.1.in 2.Maſc.d.concluſ. 441.
n.11.Natta conſ.628.n.20.Fran.de Pon.cõſ.
2.n.128.Decia.conſ.11.num.51.in 4. Pereg.
conſ.75.n.1.vbi optimè loquitur ideo viden-
dus.Burſ.conſ.320.n.37.

21 Secundò requiritur, vt probetur pactũ † ſi-
mulandi,& vſuram accipiendi fuiſſe apoſtatè
præordinatum firmatum & omnimodè cõclu-
ſum,non autem ſimpliciter tractatum. Bal. in
l.cum allegaſ.n.13.C.vſur.Afflic. in Rubr. de
ſcud.dat.in vic.leg.commiſſ.n. 148. quæ pro-
22 batio † debet fieri ſaltem per duos teſtes. Ale.
conſ.13.n.17.in 1.Rui.conſ.198.n.14.ver.3.
principaliter in 1.Barba. conſ. 65. col.3.verſ.
Non tamen ſufficit.in 4.Ioſ. Lud.cõcl.51.col.
3. verſic.Et dictæ coniecturæ, & probationes.
Burſ.conſi.117.n.21.

Tertiò requiritur, vt probetur tale pactum
præordinatũ contractui fuiſſe in continẽti exe
cutum,non vtique ex interuallo, quia ſimula-
23 tio & † fraus nõ arguitur ex factis ex interual-
lo.Ale.conſ.28.n.6.7.in 5.Iaſ.in §.Itẽ ſiquis.
il 1.n.8.inſtit.actio.Crau.conſ.491.n.29. Frã.
de Pont.conſ.2.n.16.& ſeq. & n.129.non in-
24 quam ſufficit probare pactum † ſimulandi da-
ta temporis diſtantia, quia partes poſſent vi-
deri pęnituiſſe Bar.Bal.Ange.Sali.& Caſtr.in
l.pact.i nouiſſima.C.pact. Pon.d.conſ.2.n.17.
Peregr.conſ.75.n.9.in 1.Affli.d. Rub.n. 134.

Quartò requiritur dè neceſſitate conſtare
ante omnia, quòd ambæ partes contrahentes
conſenſerint dicto pacto ſimulandi,& fœnerã
di expreſſo animo vſuras exercendi, alias ſi v-
na pars tãtum habuiſſet animũ talem, vt ſup.
& non altera, non annullatur contractus, ſed
25 eſt in poteſtate † & electione nõ ſimulantis de
ſtando contractui.l.elegãter.vbi Glo. & Doc.
ff.dol.Pon.d.conſ.2.n.82.vſque 86. & n.113.
Cioſſi.conſ.38.n.2.in 2.Maſcar.d.concl.441.
n.11.Graſſ.de except.c.12.nu.17. Hinc dr̃, ꝙ
26 declaratio † vnius partis contractum fuiſſe ſi-
mulatum, & in fraudem vſurarum conditũ al-
teri non obeſt,alio non edocto.Alex.conſ.29.
in 2.dub.in 7.Pon.d.conſ.2.n.86. & ideo de-
27 bet † probari animum vtriuſque fuiſſe directũ
ad ſimulandum, & fraudandum vt dixi. addo
Bero.conſ.147.n.40.in 2.Paſe.con.74.n.10.

Secundò principaliter pręmitto,cõtra iſtud
inſtrumentum non poſſe admitti probationes
coniecturales, quia non ſumus in caſu veræ,
& proprię ſimulationis, & fraudis ex aduerſo
allegatæ. Quia non negatur inſtrumentũ da-
tionis in ſolutum nõ fuiſſe celebratum eo mo
do,quo legitur,ſed tantum illud fuiſſe factum
ob aliam cauſam,& prætextum[nempe pigno
ris vel anticreſis] merito talis cauſa debet ple
nè in indiuiduo ac concludenter, & perfectè
probari non per coniecturas,p̃ſumptiones,vel
veriſimilitudines. Quando enim non negatur
28 inſtrumentum † valere, ſed tantum fuiſſe fa-
ctum ob alium prætextũ,non admittuntur ta-
les probationes. Caſtr.conſ.261.col.2.ver.Et
etiam ſi rectè conſideretur in 2. Bertaz. conſi.
crim.230.n.5. & dixit Boer.conſ.11. n. 14.in
fi.contra publicum inſtrumentum non ſuffice
29 re probationes † coniecturales, quando non
agitur de pręiudicio tertij,vt in præſenti caſu,
idẽ ait Bal. in l. emptione n.3.C.plus valet,ꝙ
agit.Burſ.conſ.320.n.76. & tunc datur locus
30 † probationi coniecturali,& pręſumptiuæ cer
tis ĩ caſibus, qñ agitur de ſola ſimulatione,ſe-
cus qñ & ſimulatus & vſurarius allegatur.Ca-
ſtr.conſ.74.col.3.verſ. Nõ obſtat ſi dicatur in
2.Maſ.de prob.concl.438.n.11.Hond.d. cõſ.
33.n.53.in fi.in 2. Quinimo nec tales proba-
31 tiones † coniecturales recipiuntur in materia
iſta aduerſus virum nobilem fama & nomine
integerrimum. Deci.conſ.2.n.162.in 2.Burſ.
conſ.320.n.117.Hond.conſ.33.n.54.in 2. &
infra latius.

Tertio præmitto, illam ſolã ſpeciem ſimula
tionis,& fraudis infringere contractũ,qñ par-
tes ſimulant facere aliquid,& tñ in veritate ni
hil faciunt,taliter quòd inſtrumentum ſubſtã
tiam obligationis non contineat;nã tali in ca-
32 ſu deficit † conſenſus, quod eſt fundamentũ
contractus.l.imaginaria.ff.de reg.iur.Caſt.in
l.precibus.n.5.C.probat.Beci.conſ.52.n.29.
Hond.con.46.n.9.10.in 1.At in hac facti ſpe
cie fuit factus contractus mutui cum reali nu-
meratione pecuniæ,quam non negat aduerſa
tius, & conſequenter inſtrumentum continet
ſubſtantiam realem obligationis. Modo qñ

33 instrumentum † substantia in obligationis cō
tinet,contra illud non admittitur fraudis , vel
simulationis exceptio.l.si ex pretio vbi Bar.in
fin. Bald.nu.2.C.si cer.pet. Crauc.consi.710.
n.5.Cioffi.con.18.n.15.in 2.Sim. Pret.consi.
101.n.1.& consi.120. n.63. & vbi constat de
34 veritate actus tollitur † fraudis præsumptio
Pasct.cons.45.nu.12. Imo quando constat in
35 parte de veritate contractus † in reliquis om-
nibus verus, & realis reputatur. Idem Pasct.
consi.73.n.9.10.

Respondetur igitur oppositis, quòd ad ex-
tinctionē mutui accepti fuit facta datio in so-
lutum bonorū, de quibus in instrumento, ipsi
Illust.Creditori, non autem pignus vel Anti-
cresis fuit celebrata, quia in instrumento nu-
lum verbum de pignore,quòd erat necessariū,
vt patet ex præcitatis. Et pactum retrodandi,
& redimendi fuit appositum dictę dationi in
solutum,quod est propriū naturæ dicti cōtra-
ctus,nec in instrumento legitur pactum resti-
tuendi , prout in obiecto , & ita satis patet ex
pacto illo probari præambulam dominij tran-
slationem,stante maximè constituto, promis-
sione euictionis,æstimatione præambula bo-
norum datorum in solutum ac cœtera id ge-
nus,de quibus in d.instrumento. Et confirma
tur realitas pacti exclusiua fraudis,ex quo pa-
ctum redimendi fuit purè ac simpliciter,& to-
taliter repositum in voluntate ac facultate Il-
lustrissimi debitoris dantis insolutum. Tunc
enim semper accipiens facit fructus suos,quia
creditor sic accipiens in solutum non pōt esse
certus de aliquo lucro, nec de aliqua fructuū
perceptione,merito omnis fraus dicitur tota-
liter semota stante maximè præcedente vera
36 æstimatione † bonorum in solutum datorum
omnem læsionem pretij prorsus abolente. Ita
Loffred.cons.52.n.31.Cagnol. Tiraq. & alij,
de quibus per Hond.cons.33.nu.41.42. in 2.
Meno.li.3.Præsump.122.n.17.& n.69.

Additur insuper cōtractum illū fuisse qua-
lificatū ab habita licentia Cæsareę Maiestatis
impetranda per Illustrissimū creditorē accipiē
37 tem in solutū.Quæ quidem confirmatio † seu
licētia perinde est ac si fuisset impetrata respe-
ctu saltem Illust. Domini dantis in solutū, ex
quo altera pars assumpsit onus illā requirendi
Deci.Man.182.n.15. Modo si quando cōtra-
38 ctus † factus cum decreto iudicis dicitur ge-
stus palā, & bona fide absque macula fraudis
ac simulationis,vt diffuse probat Hond.d.cō.
33.n.24.vsque 28.Quanto fortius cū decreto
Imperatoris,qui dr̄ iudex iudicū inrib. notis?

39 Alterius Illustr. Dominus creditor † Mar-
chio Princeps nobilissimus de familia supre-
ma regnante in ciuitate & Dominio Mantuę
non præsumitur contractū fraudulentū,& vsu
rarium celebrasse, sed verum , & realem omni
scrupulo destitutum,vt sup.dictū est,ex Deci.
Burs.& Hond.d. qui & ipsi alios cōmemorāt,
quibus tn̄ addo Barbat.cons.65.col.3.vers.Et
ēt quia dictus in 4.Cepha.cons. 325.n. 32.Ri
min.iun.cons.816.n.36.Meno.cons.576.nu.
28.Quod eo fortius procedit , ex quo eadē su-
40 prema † nobilitas militat ex vtraq; parte quo
in casu præsumptio fraudis penitus cessare nō
ambigitur.Cephal.d.cons.325.n.11.

Demum aduertatur dictum instrumentum
ac singula in eo contenta sępe sępius per plu-
rium annorum curriculum,ac per plures actus
positiuos fuisse approbatū ab Illustrissimo de-
bitore, qui in solutum dedit , quo fit vt verus
41 † ac iuridicus contractus sit omnino cēsendus
quidquid perperam fuerit innouatum.Roma.
cons.304.nu.4.in fi.Rui.cons.16.nu.12.in 4.
42 Pasct.cons.45.n.14.Quia geminatæ † appro-
bationes arguunt deliberationē , & certitudi-
nem voluntatis, & q̄ nullus scrupulus fraudis
vel simulationis adesse dicatur.Decia.cons.2.
n.157.in 1.Latè Men.cons.576.n.31.& cons.
43 561.n.12.vbi etiam probat contractum † ra-
tificatū per solutiones non posse allegari nul-
lū,Idē cōs.358.n.36.Pereg.cōs.60.n.8.9.in 1.

Tandem nec vr̄ omittendum, instrumentū
illud fuisse roboratū iuramento assertorio , vt
scilicet omnia contenta in instrumēto sint ve-
44 ra &c.cuius iuramenti † virtute omnis fraudis
suspicio dr̄ abolita.Afflic.decis.60. Men. cōs.
576.n.29.Bru.cons.38.n.12.Seraph. de iura.
Priuil.59.n.1.Mancin.de iuram.par.4.effec.1.
q.21.num.5.

45 Nec dicatur iuramentū † assertorium non
validare contractum fraudulentum , quando
pars agit de damno vitando.Grass. de except.
cap.12.num.31.32.

46 Respōdetur enim id procedere,quando † cō
stat de simulatione.Abb.in c.Ad nostrā.3. no
tab.de emp.& ven.vbi Bero.n.13. Gra.decis.
76.n.21.secus quando de illa clarè non cōstat,
& sumus in dubio.Ita distinguit Decia.consi.
2.n.53.in 1.Meno.cons.576.n.29.

Et ita ex his satis dicuntur sublata opposi-
ta in gratiā Illustr.creditoris,qui bona fide da
tionē in solutum sibi factā acceptauit sine fu-
co , & prout decet vnumquenq; virū prouidū
ac omni integritate suffultum. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Clerici in bonis patrimonialib. habētur pro laicis
2 Clerici non gaudent priuilegio Ecclesiæ quoad pa trimonialia.nisi in casibus a iure expressis.
3 Consuetudo in præiudicium Clericorum valet.
4 Clerici tenētur subire onera realia antiquitus im posita & ordinaria pro bonis quocunque titulo acquisitis, & n. 7.12.

5 Honor

5 *Honor clericalis clericos excusat a muneribus personalibus, non autem a realibus.*

6 *Lege humana disponitur, clericos bona possidere posse.*

8 *Clerici non sunt immunes pro bonis ex negociationibus, vel mercimonij causa quasitis.*

9 *Clerici de bonis ex propria industria quasitis, & intuitu sacri ordinis pro libito testari possunt, dum tamen non ex beneficio.*

10 *Statuta quod res subiecta iurisdictioni statuentiũ maneant tributaria etiamsi ad ecclesiasticos perueniant, valent.*

11 *Populo nil vtilius, quam quod Principis necessitas impleatur.*

13 *Bona titulata ad patrimonium pro ordinatione clericorum gaudent priuilegio clericali.*

14 *Priuilegium immunitatis patrimonij clericalis cessat, prouiso de beneficio clerico, ex quo viuere possit, & etiam ipso clerico mortuo.*

ARGVMENTVM.

Clerici tenentur subire quæcunque onera realia antiqua, & ordinaria exceptis patrimonij clericalis, pro quibus non tenentur, nisi in casum prouisionis beneficij ad victum ipsius clerico sufficientis, vel eo extincto.

CONSILIVM CXV.

Actiones mea à Domino.

1 CLerici † in bonis patrimonialibus habentur pro laicis. Abb.
in c. Cum dilectus. extr. de iur.
patr. Plot. consil. 93. in 5. Bero.
consil. 179. num. 5. 6. in 1. &
2 ideo † non gaudent priuilegio ecclesiæ quoad
patrimonialia nisi in casibus a iure expressis, vt
concludunt communiter Doctor. in cap. fi. de
for. comp. Resta. Castal. tract. de Imperat. quæstion. 107. Balb. de præscript. p. 5. quæst. 5. nu.
2. vbi testatur de communi, & sequitur Rim.
iun. cons. 2. num. 12. & latius consi. 368. num.
3 75. & sequentib. vbi subiungir post alios, † valere consuetudinem in eorum præiudicium, &
quod respectu patrimonialium, & vbi agitur
de exactione bonorum temporalium facienda
per clericos in dubio est iudicandum contra ipsos clericos, vt eorum auaritia reprimatur, &
licet quoad onera incerta & extraordinaria
imposita principaliter respectu personæ [vt solet fieri in collectis] clerici non teneãtur, quia
tunc bona considerantur secundario vel accessoriè ad personam, Attamen † quando bona
4 sunt principaliter in consideratione, & agitur
de onere mere reali antiquitus imposito & certo ac ordinario, tunc tenentur clerici illa subire quocunque titulo illa acquisiuerint, vt probè docuit Dec. in c. Ecclesia Sãctæ Mariæ, nu.
65. extr. de constit. late Riminal. iun. d. consil.
5 368. nu. 82. & sequentibus cum † honor clericalis illos excuset a muneribus personalibus,
non autem a realibus seu patrimonialibus, l.
fin. §. patrimoniorum. ff. inun. & honor ex quò
6 † a lege humana fuit sancitum, vt clerici bona
possidere possint, vt post Glo. Tomat. & alios
tradit idem Rim. iun. conf. 2. num. 32. nimirũ
si & ipse Põtifex Maximus a muneribus patrimonialibus nequaquam reddatur immunis.
7 Quo circa † omnes clerici ad illa indubitate tenentur, vt diffusè probat Luc. de Penna omnino videndus in l. fin. col. fin. C. de tribut. li. 10.
Idque abunde prosequitur Thesaur. alios adducens decis. 234. nu. 2. 5. & seq. dicens, clericos ad onera realia certa, & ordinaria iam imposita teneri pro bonis quocunque titulo ab illis acquisitis. Bello. cons. 40. per tot. Mandel.
8 consil. 8. nu. 1. & 2. Hinc in simili dicitur † clericos nõ esse ĩmunes pro rebus per eos habitis
ex negociationis vel mercimonij causa Natta cons. 139. nu. 3. & seq. D. Surd. consil. 313.
9 nume. 79. & 80. Sicuti etiam præfati † clerici
de bonis acquisitis ex propria industria pro libito testari possunt, etiamsi ad illos peruenerint prætextu sacri ordinis [dũ tamen non ex
beneficio] vt puta in celebrãdis Missis vel officijs vel seruiẽdo principi pro Capellano, seu ẽt
acquirendo stipendia ab aliquo Prælato. tex.
in c. Quia nos. vbi But. Anch. Barb. & alij ext.
de testam. Docto. in auth. Licentiam. C. epist.
& cleric. Didac. in c. 1. num. 11. de testam. D.
10 Surd. cons. 333. num. 36. Alibi cauetur † valere statuta, quod res subiectæ iurisdictioni statuentium manere debeant tributariæ etiamsi
ad personas ecclesiasticas peruenerint, quia respiciat quærenda, ne ciuitas perdat tributum.
Concludo igitur bona peruenta ad clericos
extra beneficiũ siue per successionem laicalẽ,
siue per legatum, siue per contractum, esse supposita oneribus, taxis & factionib. annuis cer-
11 tis iam impositis & ordinariis, cum † nil populo sit vtilius, quam vt necessitas Principis impleatur, quia nec voluntas eius iustitiæ contraria reperiatur, & ideo saluator noster iussit tri-
12 buta dari Cæsari, ac consequẽter † horum exactiones etiam ab ecclesijs decenter faciendæ
sunt, vt constat ex præallegatis & præcipue id
notat Luc. de Penn. in d. l. fi. C. tribut. lib. 10.
Rimin. iun. optimè loquens d. cons. 2. nu. 32.
Ex prædictis tamen vnicus casus excipitur,
nempe quando clericus ordinatur ad titulum
patrimonij ad formam Concilij Tridentr. sess.
13 21. in decret. de Reformat. cap. 2. quia † bona

titulatâ ad patrimonium pro ordinatione clericorum indistincte gaudent priuilegio clericali adinstar bonorum ecclesiæ. Illud inquam patrimonium tunc subrogatur loco beneficij. Gl. est singul. in c. Episcopus. in fin. extr. de præb. & illam ibidem sequitur Abb. nu. 30. Dec. nu. 20. versi. Hoc fallit, quando bona patrimonij Felin. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ nu. 8. & nu. 10. vbi etiam Dec. nu. 70. & seq. de const. Nauar. cons. 5. tit. de immunit. ecclesi. lib. 3. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 6. nu. 20. confert Ioan. de Amic. cons. 146. vbi concludit clericum non teneri ad collectas pro bonis sibi a patre donatis pro sustentatione vitæ.

14 Declaratur tamen iste casus, vt † tum demum procedat, quousque tali clerico fuerit prouisũ de beneficio, ex quo viuere possit. & tale priuilegium bonorum titulatorum ad patrimoniũ expirat morte clerici, vt colligitur ex Abb. in præcitatis locis, & præcipuè in c. Tuis. num. 8. extr. de præben. & suadet ratio, cum id tantum permittatur pro sustentatione vitę clerici ordinandi. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Libro compartiti, seu æstimi scripti per officialẽ a Principe, vel a publico deputatũ, plena fides adhibetur etiam contra tertium.

2 Tempus ab edicto præfixum tamquam de forma debet precisè seruari, & non per æquipollens, declara vt nu 13. 14. 15. 17. & 18.

3 Tempus constitutionis qui non seruat, dicitur non seruare constitutionem.

4 Mora purgatio non admittitur post lapsum temporis a lege præfixi. declara vt nu. 19. & 20

5 Tempus, vel terminus vbi statuitur in pœnam non seruantis, vel inobedientis, non potest purgari declara vt nu 19. & 20.

6 Iuribus suis renuntiare dicitur non faciens in termino,

7 Actus celebratus extra terminum, vel tempus substantiale a statuto præfixum est ipso iure nullus.

8 Actus seu consignatio præsumitur facta in tempore, modo & loco congruis & licitis, præcipue quãdo fuit facta palam, & non clandestinè.

9 Tempus præcisum tamquam fundamentum intentionis debet per allegationem probari.

10 Credulitas etiam fatua excusat ab omni dolo, culpa negligentia & pœna maxime si ille cui creditur videtur fide dignus.

11 Credulitatem probabilem habens dicitur habere verum titulum.

12 Diligens quilibet præsumitur vbi agitur de culpa committenda.

13 Forma specifica potest per æquipollens impleri quando per actum æquipollentem inducitur idem effectus.

14 Forma potest per æquipollens adimpleri, vbi magis attenditur effectus quam modus.

15 Forma inducta ad finem potest per æquipollens impleri dummodo sequatur finis.

16 Factum debite non rescinditur per modum indebitum.

17 Forma necessitatiua quæ non potest per æquipollẽs adimpleri dicitur inducta per clausulam irritãtem in edicto appositam.

18 Forma quoad sui implementum recipit interpretationem a iure communi.

19 Impedimentũ excusat a pœna, & amore, maxime quando fuit adhibita diligẽtia vt remoueretur.

20 Temporis angustia moram impedit.

21 Terminum non esse lapsum in dubio pronunciari solet.

22 Diligens, & fidelis quilibet præsumitur in exercitio sui officij.

23 Officiali publico credi solet circa respiciẽtia eius officium, si dicat aliquid de mandatis habuisse a Principe uiua vocis oraculo.

24 Testi vnico iunctis alijs præsumptionibus, & adminiculis creditur, maxime quando attestatur de negotio mandato a Principe.

25 Dictum vnius testis saltem transfert onus probandi contrarium in aduersantem.

ARGVMENTVM.

Pœna amissionis bonorum indicta contra illa non consignantes intra certum tempus non committitur aduersus legitime impeditum dolo, & culpa carentem.

CONSILIVM CXVI.

Actiones meæ à Domino.



Libentissime descendo in sententiam Excellent. Domini Masseti ad tutelam domini Panigati omnino iustitiam fouentis, cuius iura exactissimè & doctissime fuerunt discussa & adducta per præfatum Excellentissimum Dominum, & equidem taliter, vt additioni locum non reliquerit, non potui tñ amico denegare, quin votum meum in scriptis redigam meo iudicio abundans potius, quam necessarium.

Dico igitur prima facie videri nullo pacto Dominum Panigatum dignum aliqua excusatione, cum ex inspectione libri Domini Massarij oculate pateat consignationem terrarum cõtrouersam intempestiuè fuisse denunciatam, nempe post tempus ab edicto Excellent. Principis

1 cipis limitatum, sanè inquam clarũ est † plenam fidem adhiberi libro compartiti, & æstimi & scripti per officialem a Principe vel à publico deputatum Doct. in ca. Post cessionem. extr. de probat. Rom. cons. 165. Mandel. cons. 141. n. 13. etiam contra tertium. diffuse Mas. de proba. conclus. 975. Nec iuuat Dominum Panigatum impleuisse post terminum edicti,
2 quia † tempus illud ab edicto præfixum est de forma, merito præcise & ad vnguẽ debuit seruari, non autem per æquipollens. Decia. consi. n. 15. in 3. Rimin. iun. consi. 451. n. 19. 20. D. Surd. cons. 97. n. 27. Non enim minus est seruanda forma in tempore, quam in alijs secundum Bal. in auth. Quæ supplicatio. ante fi. C. precib. Imper. offer. & in l. ordon. 8. C. cxxcu.
3 rei iudi. & ideo qui † non seruat tempus constitutionis dicitur non seruare constitutionẽ, quia recedens a tempore dicitur recedere a forma actus, vt post alios declarat D. Surd. cons. 124. n. 6. & 7. & cons. 375. n. 38. Rimin. iun. cons. 271. n. 19. & seq. vbi subiungit, tempus a statuto vel dispositione terminatum certo modo alterius temporis functionem non recipere. Idem repetit post multos alios consil. 452. n. 22. Fuit inquam appositum illud tempus in edicto, vt esset de substantia consignationis faciendæ, ita quod eo lapso diceretur remota consignatio, prout expresse cantant edicti verba comminantia pœnam, & bonorum amissionem in non consignantes intra tempus ibi limitatum secundum Glo. in c. 2. de const. in 6. & docet Abb. in cons. 94. col. fi. in 1. quẽ sequitur Rimin. iun. cons. 629. num. 9. & hanc conclusionem probat etiam Lancel. Galli. cõs. 28. n. 38. vbi plurimos congerit concordãtes.
4 Hinc dicitur, quod † lapso tempore a lege prefixo non admittitur purgatio moræ. Tiraq. de rete lignag. §. 3. Glos. 4. n. 2. & seq. & quando
5 † tempus vel terminus statuitur in pœnam alicuius non seruantis vel inobedientis non potest prorogari. Imol. cons. 86. n. 8. Carpan. ad statut. Mediol. part. 1. c. 100. n. 24. Tunc enim
6 † non faciens in termino dicitur iuribus suis renuntiare, & idcirco amplius audiri non debet. Calcan. cons. 16. nu. 26. Crau. consi. 248.
7 col. 1. Borgni. dec. 17. n. 31. in 1. Imo actus † celebratus extra terminum vel tempus substantiale a statuto præfixum, est ipso iure nullus ad trad. per B[illegible]lám. decis. 27. Afin. in praxi. §. 15. c. 3. n. 5. Meno. cons. 465. n. 4. & id liquido fuit sancitam in edicto præcitato.

Cæterum his non attentis audacter affirmo prædictum Dominum Panigatum absoluendum esse. Satis enim constat per legitimas & sufficientes probationes ex actis ipsum post celebrationem contractus, & acquisitionem terrarum, de quibus in causa, accessisse ad officiũ Massariæ, & petijsse a Domino Massario, vt acciperet consignationem terrarum, illasque in libro Campioni describeret, quam tamen cõsignationẽ præfatus Dominus Massarius omisit describere in libro Campioni, ex quo non constabat ad cuius partitam antea fuerint descriptæ, quod tamen erat necessarium perquirere, & inuestigare ad essentiam descriptionis ipsius Consignæ terrarum illarum in libro Cãpioni, quam diligentiam fecit Dominus Panigatus medio longi temporis, quia vti successore singularis succedens in locum alterius, & contrahens cum mulieribus, & minoribus verisimiliter non informatis de negotijs paternis non potuit breui temporis curriculo negotiũ istud expedire, tanto magis, quia terræ fuerũt antiquitus plurium personarum, vt clare probatur ex illarum consignatione. Quocirca cũ ipse iam opportune, & in tempore permisso consignauerit dictas terras, & per ipsum non steterit, quin consignatio punctualiter describeretur ante assumptas dictas informationes in libro Campioni ita iubente, & respectiue recusante Domino Massario, vtique excusatur ab omni dolo, culpa, & pœna. Siquidem nõ est dubium, ipsum Dominum Panigatum post emptionem terrarum illas consignasse oretenus Domino Massario, & licet non probauerit certam diem, in qua fecit assertam cõsigna
8 tionem, attamen † in tempore modo, & loco congruis, & licitis seu permissis illam fecisse, alio non edocto, non ambigitur. Bart. & alij in l. non solum. §. sed vt probari, ff. ope. no. nunt. Late Ias. in l. 1. n. 25. C. seru. fugit. Magon. decis. Luca. 81. n. 15. Borgni. deci. 45. n. 21. in 1. & præcipue quando talis actus, vel consignatio fit palam non autem clandestine. Colleri. de process. execut. par. 3. ca. 12. nu. 59. Quare
9 † sunt partes fisci probare cõtrarium cum fundamentum suæ intentionis consistat in præciso tempore prohibito. Glos. in l. eum actum. ff. nego. gest. Rimin. iun. cons. 10. n. 43. & consi. 553. n. 36. D. Surd. cons. 151. nu. 110. & cons. 168. n. 35. Cum igitur D. Panigatus verbalem cõsignationem in libro describi protelauerit, id fecit fretus dicto, & authoritate publici of-
10 ficialis, vt patet ex actis, & ita † credidit viro, cui probabiliter fidem præstare debebat, meritò veniam meretur, & ab omni dolo, culpa, negligentia, & pœna venit excusandus. l. Theopompus. vbi Glos. & Doct. ff. dot. præleg. Ias. in l. 1. col. pen. ff. eo. per quem sa. erit Gram. consi. crim. 31. n. 16. Mandel. consi. 451. nu. 5. Imo credulitas fatua excusat a dolo, & a mulcta, & a pœna, maxime si ille, cui creditur, vide tur fide dignus, teste Plot. cons. 19. nu. 94. vbi
11 alios adducit. Hinc dicitur in simili, q † habens probabilem credulitatem dicitur habere verum

verum titulum. Aret.conſ.42.in fine.Mandel. conſ.64.n.59.Maſcar.de probat.concl.1374. n.10. non igitur, poteſt nota negligentiæ vel inobedientiæ notari D. Panigatus. Si realem terrarum conſignationem in libro deſcribi nō iuſteterit,cum id recuſauerit D.Maſſarius ſub prætextu defectus antiquarum conſignationū ad nouæ conſignationis deſcriptionem apprimè neceſſariarū. Nec potuit D.Panigatus plurium rerrarum nouiter a muliereulis non informatis acquiſitarum, & a diuerſis authoribus ſeu poſſeſſoribus antiquis deriuantium cirius negotium iſtud expedire, vt patet ad ſen-
12 ſum,vltra quòd in tali † conſignatione facienda,& exinde notificanda diligenrem fuiſſe ipſum Panigatum iura omnia præſumunt.c.Niſi extr.de præben.pulchrè Roma.conſ.48 1.n. 9.10.cum concordantibus per Beci. conſ.37. n.12.& conſ.44.n.4.Deci.Mant.221.nu. 12. Et ideo ſi fiſcus prætendit conſignationē fuiſſe retardaram ob culpam ipſius Domini Panigati, illā debet probare,quia ſemper quis præſumitur fuiſſe diligens, vbi agitur de culpa committenda Bart.in l.ſi cum venderet. ff.pigno.actio. D.Surd.conſ.61.nu.18. & 20. vbi etiam n.19.poſt multos admonet, quòd vbi caſus vel actus poteſt a culpa ſeparari, nunquā præſumitur culpa.

Quibus ſic ſe habentibus non obſtant contraria, quæ licet ſatis videantur declinata ex mox deductis,attamen adhuc placet nonnulla addendo illis ſigillatim reſpondere.

Reſpondetur igitur,tempus limitate appoſitum in edicto importare quidem formā, ſed tamen propter ſubſecutam conſignationem
13 fuiſſe adimpletam.quandocunque † enim per actum equipollentem inducitur idem effectus ipſo iure,tunc implementum in forma ſpecifica poteſt, per æquipollens adimpleri. Ita Cacher.deciſ.92.nu.15.forma enim dicitur verè impleta per æquipollens, quando idē effectus fuit ſubſecutus.Alciat.conſ.31.n.4.in 2. & dicit Burſ.conſi.307. quòd quando forma reſpicit effectum, ſufficit eam impleri effectu, quia ea quæ ſunt ad finem, ceſſant adempto fine.c. Euidentia.extr.de accu. Neuiz.conſ.70.n.14. Finis inquam proclamatis ſeu mentis Excellētiſſimi Principis fuit,vt fierent huiuſmodi cōſignationes,ne aliquis indebitè grauaretur, & alter indebitè releuaretur ab onere, & ideo licet in tempore formali non fuerit facta conſignatio [maximè ex cauſa,vt ſupra dixi, & infra referam] attamen adhuc per ſubſecutam, & ſpontaneam conſignationem idem effectus
14 fuit ſubſecutus, & † vbi magis cogitatur effectus, quam modus,tunc forma per æquipollēs poteſt adimpleri.Ruin.conſ.137.n.9. in 1. Pariſ.conſ.32.in 2.Crau.conſ.500.n.3.Mandel. conſ.77.n.29.Rimin.iun.conſ.539.n.23.Nā in formalibus ſufficit ſatisfacere menti diſponentis Bru.de forma tit.de implem. form.col.
15.limit.1.Neuiz.conſ.70.n.19. Aſin.in pra-
15 xi.§.3.c.40.Burſ.conſ.297.n.9.& ideo † forma inducta ad finem poteſt per æquipollens impleri dummodo ſequatur finis.Berett.inter
16 conſ.Burſ.74.n.145.& 147.nam † debite factum non reſcinditur per modum indebitum. Bal.in l.fi.§.fi.in 2.lect.ff.quod mer. cauſ.
17 Nec replicetur, quòd ſtante † clauſula irritatiua appoſita in edicto circa conſignationes factas poſt tēpus in eo limitatum dicatur inducta forma neceſſitatiua [non autem cauſatiua] quæ nullo pacto poteſt impleri per æquipollens ſecundum Abb.Felin.& alios in c.Cū dilecta.nu.6.de præſcript.Neuiz.conſ.70.nu. 34.35.Burſ.conſ.74.n. 145. Galli. conſ.31.n. 54.& ſeq.
18 Quia reſpondetur formam † quo ad ſui implementum recipere interpretationem a iure communi.l.cum hi.§.eadem.ff. tranſ. Neuiz. d.conſ.70.n.21.Burſ.conſ.34.nu.55.Quò fit, vt cum Dominus Panigatus verbalem conſignarionem offerendo in termino fuerit impeditus ad faciendam realem deſcriptionem in libro Maſſarij ob defectum antiquarum conſi
19 gnationum,vtique per tale impedimentū † dicitur excuſatus a pęna, & a mora. D. Surd. conſ.437.n.40.Rimin. iun. conſ. 304. nu.19. maximè quando fuit adhibita diligentia,vt re moueretur per ipſum impeditum, vt in præſenti caſu, Idem Rimin.iun.conſ.404.n.51.& n. 68.& dixit Bero.conſ.88.n.37.in 1. ꝙ in obligationibus facti difficultas,& iuſtum impedimentum excuſat a mora, & a pęna quam quis ratione negligentiæ incurrere poteſt.Alibi dixit Bar.in l.ſi mihi & tibi nu.2. ff. leg.1. quòd
20 † anguſtia temporis moram impedit. ſequitur Rimin.iun.conſ.426.n.36. Quare in propoſito D.Panigatus non poteſt dici moroſus,ſi ex natura facti,& negotij, necnon & ex commiſſione.D. Maſſarij nō potuit conſignare terras controuerſas cum omnibus circumſtantijs requiſitis. Hinc dicitur terminum aſſignatum a ſtatuto nō currere, donec diſcutitur de aliquo
21 emergenti.Proinde † ſolet pronuntiari in dubio terminum non eſſe lapſum ſecundū Mandel. conſ.252.n.11.

Addatur prędictis,ſatis liquere fide Illu. Domini Gozij,dum fiſcalis munere fungebatur tempore Excellentiſſimi Principis Federici fel. record. D. Panigatum tunc temporis fuiſſe querelatum hac de cauſa,& tamen iuſſu eiuſdem Principis a tali querela fuiſſe deſtitū ob iuſtificationes eo tempore factas,& in præſenti proceſſu repetitas. Vnde ſequitur ne in pręſentiarum eadem de cauſa ipſum Dominū

Paniga-

Panigatum iterato molestari debere, cum se-
mel fuerit discussa, & ventilata diligẽter dein
22 de sopita. † Præsumitur enim Dominum Fi-
scalem tunc temporis fuisse diligentem, & fi-
delem in exercitio eius officij. Decia. cons. 2.
n. 213. in 1. conferunt dicta per Mandel. cons.
23 205. n. 80. & solet † credi fidei factæ per offi-
cialem publicum, maximè circa respicientia
eius officium ordinarium, si dicat aliquod de
mandatis habuisse a Principe viuæ vocis ora-
culo. Idem Mandel. cons. 318. n. 37. & consi.
489. n. 4. & cons. 531. n. 26. Gram. cons. crim.
13. num. 13. & 14. & præcipuè ex stylo loci, si
adest in loco consuetudo, vt talibus publicis
officialibus credatur de commissionibus sibi
datis a Principe [vt tota die practicatur Man
tuæ] Roma. cons. 59. nu. 6. Vel saltem negari
24 non potest, quin ipsi † Domino Gozio non sit
credendum tamquam vnico testi, cuius dictũ
iunctis alijs testibus seu præsumptionibus vel
adminiculis ex processu resultantibus omni-
no probat. Farin. de testibus quæst. 63. n. 35.
maximè cum attestetur de negotio mandato
a Principe, cui difficile est, vt plures personæ
25 interueniant, quia secretè mandantur. † Idem
Farin. ibi n. 38. vbi tandem n. 50. tradit vnius
testis dictum saltem transferre onus probandi
contrarium in aduersarium. Et ita concludo
in gratiam Domini Panigati. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet ferri super re certa.*

2 *Testes de fama, & de auditu rumoris non probãt.*

3 *Incendium imputatur gentibus Thalami in quo visus fuit primo ignis.*

4 *Incendium nocturnum est difficilis probationis, ideo probatur per indicia & coniecturas in arbitrio Iudicis residentes.*

5 *Coniecturæ habentur in ijs, quæ sunt difficilis probationis, pro veris & concludentibus probationibus, quando causa agitur ciuiliter.*

6 *Incendium occultum a certa, & determinata persona dériuasse probatur per coniecturas, & indicia.*

7 *Incendium commissum fuisse a tali persona probatur per duas coniecturas, quando ciuiliter agitur.*

8 *Fama est validissima coniectura.*

9 *Fama magnam adminiculum facit in incendijs occultis, quãdo sciri nõ potest, quæ fiũt de nocte.*

10 *Fama, & fuga arguunt fugitiuum fuisse incendiarium.*

11 *Conductor non tenetur de culpa subconductoris, quando solitum fuit locare talibus personis.*

12 *Conductor faciens, quod olij facere consueuerũt, non est in culpa.*

13 *Conductor tenetur ad damna sequuta occasione, culpa, vel facto subconductoris, & omnium personarum introductarum per conductorem in domo sibi locata, ac si euenisset ex culpa propria.*

14 *Vsus domus dicitur alteratus per confectionem coquinæ, & similia.*

15 *Conducens domum vti artifex tenetur de leuissima culpa, & de damno contingente ex culpa leuissima illius, vel illorum, quorũ opera vtitur.*

16 *Conductor tenetur indistinctè de incendio, etiãsi ad vsum destinatum domo combusta vsus fuisset intercedente culpa.*

17 *Incendiũ de facili non causatur sine culpa inhabitantium.*

18 *Culpa leuissima dicitur imprudenter facere, vel omittere, quæ non faceret, vel non omitteret quilibet homo diligentissimus.*

19 *Culpa leuis est non prouidere, quod a diligenti persona potuerit prouideri seu facere, vel omittere, quod non faceret, vel omitteret persona diligens.*

20 *Videns tacens, & non contradicens sibi præiudicat.*

21 *Scientia præsumpta non nocet, quando agitur de præiudicio alicuius oriente ex scientia.*

22 *Scientia non nocet, quando non fuit a principio, licet superueniat.*

23 *Tacens in præiudicialibus, non videtur consentire, maxime quando scit Ius suum durare.*

24 *Conductor non tenetur culpa ad casum incendij non ordinata per sublocationem factam fabro.*

25 *Culpa dicitur satis ordinata a casu incendij per sublocationem fabro factam, quando sine ea casus incendij non euenisset.*

26 *Culpa satis probatur ex euidentia facti.*

27 *Inquilinus conuincitur de culpa, quando illius negligentia probatur vel circa ignem.*

28 *Locus non est idoneus, quando materia accensibilis tenetur in loco, in quo lumina frequẽtãtur.*

29 *Primus conductor tenetur de incendio ciuiliter ad emendationem damni.*

30 *Mandãti imputandum, qui commisit rem amico, vel famulo negligenti.*

31 *Obligatus ex omni culpa leuissima in committẽdo, semper tenetur de facto, & culpa famuli.*

32 *Conductor ad hoc vt teneatur ad damna ciuiliter per subconductorem illata, probare debet illius leuis culpa.*

33 *Conductor non tenetur ad casus insolitos.*

34 *Culpa, & dolus conductoris satis probatur ex qualitate loci.*

35 *Culposus tenetur de casu fortuito, quando culpa præcedit casum incendij.*

36 *Locator probato incendio habet fundatam intentionem in Iuris præsumptione vigente contra inhabitantes.*

37 *Conductor caput familiæ, vel locationis tenetur pro illis de familia pro damnis.*

ARGVMENTVM.

Conductor tenetur ad emendationem damnorum occasione incendij prouenti ex causa subconductoris, & aliorum introductorum in domo, etiamsi sit casus fortuitus.

CONSILIVM CXVII.

Actiones mea à Domino.



Otiua excitata per Illustrissimũ & Iurisconsultissimum Dominum arbitrum aduersus Illustrissimum Marchionem locatorem nedum doctissima, sed & grauissima pondere, numero, & mẽsura me diu ancipitem reddidere circa assumptionem oneris ad illorum dissolutionem. Tandẽ precibus deuictus, & ex longa librorum reuolutione nonnulla collegi, quæ fortasse sufficient ad vrgentissimorum obstaculorum propugnaculum. Illis igitur particulariter recensitis sigillatim resolutiones accommodabimus.

Primò igitur dicebatur, non videri probatum culpa Oratæ conductoris secutum fuisse incendium ex eo quòd partem palatij per eum conducti fabro ferrario sublocauerit, cum nõ constet euenisse occasione fabrilis exercitij. Nec visio ignis magni accensi in carbone recondito sub scala concludit, cum ignis e thalamo superiori lapidibus non strato potuerit per rimulas in inferius delabi. Vnde ex tali
1 † incertitudine non potest certa proferri sententia condemnatoria aduersus Oratam conductorem. Alex. consi. 50.n.9. vers. Quartus & vltimus in 1. Mazzol. conf. 85.n.36. Gabr. cõs. 159.nu.8.13.15.in 1.

Non etiam vim facit, quòd dicitur de famulo fabri deferente ignem per scalam ligneam
2 rimosam, quia de hoc solum constat † per famam seu rumorem gentiũ incertũ, ex Mazzol. d.conf.85.n.16. & 24. Quod quidem ex fuga dicti famuli iuuari non potest Burf. cõs. 59.n. 19 post Bal. conf. 78.n.3.in 3.

Respondetur tamen, ex dictis testium examinatorum pro Illustrissimo Locatore colligi, quòd primo fuit visus magnus ignis accensus in carbone recondito sub scala lignea, & areolis stipato existente in inferiori thalamo, quo vtebatur faber pro fucina, & fabrili exercitio,
3 ideo incendium † imputatur vtentibus dicto inferiori thalamo, in quo ignis primo visus fuit. Ita post Alex. declarat Gabr. cons. 159.n. 14. in fine. vers. Vnde colligitur fuisse ignem, & n.15.in 1.& ita optimè post Sal. Bal. Alex. & alios declarat Flam. Rube. conf. 11.n.163, in 1. concludens, quòd si ignis primò vna ex parte conspectus est, illi imputatur incendiũ, qui eam partem habitat. Et ita obiectum militat, quando non constat, quoniam in loco primo fuerit visus ignis accensus, quia incertitudo operatur exclusionem culpæ certæ personæ cum non constet etiam de initio ignis. Quod tamen secus est in præsenti casu, cui seruiunt quæ infra mox referam, nempe causam, & originem incendij probari per coniecturas.

Quod autem dicebatur constare solum per famam de famuli delatione ignis cadentis super scalam rimosam, aduertendum est, incen-
4 dium, † & præcipuè nocturnum, vt fuit istud, esse difficilis probationis, meritò per indicia, & coniecturas probari in iudicis arbitrio residentes. Bal. conf. 174.n.2.in 2. Meno. de arbi. iudic. casu 390. Medic. de casib. fortuit. par. 2. q.7.nu.13. cum concordantibus per Farin. q. crim. 110.nu.73.& seq. Vnde fit, vt origo & causa incendij possit probari per coniecturas,
5 cum coniecturæ † in ijs, quæ sunt difficilis probationis, habeantur pro veris & concludentibus probationibus, & ita in specie tradit Corrad. in praxi tit. de incendiar. n.17. Alex. cons. 50 n.6. in 1. Gram. conf. crimin. 22. in fi. Fran. Marc. decis. 521.n.3.in 2. parte. Bertaz. consi. crim. 382.n.4.& 481.nu.7. Rimin. iun. consi. 373.n.36.& præcipuè quando agitur de incẽdio nocturno. Bero. conf. 215.n.7. vers. Et maximè in ijs in 3. latè Flami. Rube. conf. 11.nu. 67.104.& seq. in 1.& quando causa agitur ciuiliter ad damna, non autem criminaliter ad pœnam. Corrad. d.n.27. & ita omnes alij præcitati supponunt.

6 Quinimo incendium † tale occultum a certa & determinata persona deriuasse, & commissum fuisse probari per coniecturas, & indicia post plures firmat Trẽtacinque in suo consilio impresso post opinio. Viuij 439.nu. 18. iuncto n.25.26.& 27. Gabr. d. conf. 159.n.8. in fin. in 1.& post Bal. idem probauit Bertaz. conf. cri. 485.n.7.& latius Flam. Rube. d. conf. 11. nu. 67.& n.104. vsque 115.

7 Et duas † præsumptiones seu coniecturas sufficere isto in casu quando ciuiliter agitur, tradit post multos idem Rube. dicto conf. 11. num. 112.

8 In proposito igitur dico, famam † validissimam coniecturam facere aduersus dictum famulum, quòd illius facto & culpa incendium prouenerit, vt in specie notat Bal. omnino videndus conf. 174.n.3. vers. Porrò in istis in 2. dicens, in talibus occultis incendijs magnum
9 † adminiculum facere famã, quia non possunt expresse sciri, quæ fiunt de nocte, sequitur in puncto

puncto Bertaz.cons.crim.382.n.5. & cum fa-
10 ma † concurrit fuga ipsius famuli, ex qua & arguitur ipsum fuisse incendiarium secundum Bal.cons.78.nu.3. in 3. quod etiam admittit Burs.cons.59.n.19. Quo fit vt ex talibus præsumptionibus satis dicatur constare de origine ignis, & etiam de persona certi incendiarij in tali iudicio ciuili, in quo duæ coniecturæ sufficiunt, vt supra dixi, sed de hoc etiam infra in declinatione quinti obiecti.

Secundò fuit allegatum pro Orata, palatiū combustum fuisse solitum locari diuersis opificibus, non autem vsui certo destinatum, &
11 consequenter licuisse ipsi Oratę conductori † illius palatij partem sublocare fabro, & consequenter de ipsius fabri culpa non teneri ex Natt.cons.610.nu.6. non inquam culpandus
12 † est, qui id agit, quod alij facere consueuerūt. Gabr.d.cons.159.n.24.Anch. cons. 348.n.1. versi.Et circa.

Respondetur tamen, hoc esse absolutum, ꝙ
13 conductor† tenetur ad damna secuta occasione culpæ vel facti subconductoris, & omnium personarum per ipsum conductorem in domo sibi locata introductarum ac si euenisset ex culpa propria. Anch.cons.348.n.1.Bald.cons. 441.col.2. vers. Præcipua igitur ex eorum in 2. vnde tenetur de incendio causato culpa fabri, cum domus cremata nunquam antea tali hominum generi fuerit locata, nec exercitio fabrili destinata. Siquidem conductor tenetur de omni culpa ad damnorum refectionē nedum quando vsus fuit domo ad vsum non destinatum, sed etiam quando vsum antiquū domus alterauit, vt in casu isto, in quo fuit sublocata domus, in qua nunquam fuit fabricata fucina quotidiano igne indigens die noctuque. Erat enim necesse indies deferre ignē in fucina, qui deferebatur per scalam ligneam rimosam, habentem sub se carbonem areolis stipatum. Et ita declarat Grat. cons.46. n.18.
14 19. in 2. vbi ait, tunc dici alteratum † vsum domus faciendo coquinam, ponendo ligna sub dicta coquina, & illum sequitur Caroc.de loc. rubr.de incend.n.37. Bertaz.cons.499.n.11. 12. Magon.decis.Floren.111.nu.40. Farin.q. crimin.110.n.62.

15 Qui enim conducit† domum tamquam artifex tenetur etiam de leuissima culpa, & de damno contingente ex culpa leuissima illius vel illorum, quorum opera vtitur, secundum Castr.in l.si merces.§.qui columnam.ff. locat. Cagn.in l.contractus n.45.46.ff.reg.iur. Rauden.decis.Pisa.6.n.28. Debuit ergo faber præuidere, quòd continua seu quotidiana delatio ignis per scalam ligneā rimosam recondentē carbonem cum areolis erat periculosa pro incendio, & maximè igne delato per famulos vt plurimum incautos, quod cum non præuiderit, dicitur in culpa, de qua etiam tenetur Orata primus conductor, vt supra dictum est.

Respondetur secundo obiectum procedere quando nulla præcedit culpa, at secus culpa intercedente, quia tunc indistinctè tenetur cō
16 ductor † de incendio etiamsi ad vsum destinatum domo combusta vsus fuisset. Ita Bal.cōs. 148.n.2. ver. Non obstat aliud vbi quis vtitur re.in 2.dicens, conductorem vtentem re sibi locata ad vsum destinatū teneri de periculo casus fortuiti ob incendium, quando ipse conductor fuit in aliqua culpa, prout etiam in culpa fuisse præsumitur in dubio, cum incendium
17 † de facili non causetur sine culpa inhabitantium. Idem probat Flami.Rube.d.cons.11.n. 143.& seq.& nos suprà probauimus, fabrum & etiam Oratam in thalamo fucinato conuersantem fuisse nedum in leuissima, sed etiam in leui culpa.

18 Leuissima enim † culpa dicitur in proposito, imprudenter facere vel omittere quæ non facerer, vel non omitteret quilibet homo diligentissimus.l.1.§.is quoque.ff.actio. & oblig. l.hæredes.§.non tamen.ff.fami.hercis. Decia. tract.crim.tom.1.lib.1.c.6.n.23. Farin.q. cri. 88.n.82.83.

19 Leuis vero † culpa definitur esse, non præuidere quod a diligenti persona potuit præuideri, seu facere vel omittere quod nō faceret, vel omitteret persona diligens. Trentacinque cōsilio posito post opin. Viuij 439.n.10.Farin.d. q.88.n.9.& in puncto ita censuit decis.Mant. 198.num.17.

Modo quotidiana delatio ignis per manū famulorum & per scalam ligneam rimosam, recondentem sub se magnam carbonis quantitatem cum areolis, nedum leuissimam, sed & leuem ac latā culpam arguit, vt quilibet oculatus secernere potest.

Tertiò dicebatur Illustrissimum Marchio-
20 nem locatorem vidisse † & sciuisse dictam fucinam fabri adfuisse, & fabrum in apotheca fucinata inspexisse, & tamen tacuisse nec contradixisse, ideo dicitur sibi præiudicasse ad tra. per Caroc.de locat.tit.de recusario.q.11.n.4. non inquam prohibitum est locare non æquè idoneo, si Dominus velit.l.nemo.C.loca.

Respondetur non probari concludenter ex dictis testium præfatam scientiā Domini Marchionis, & quando agitur de præiudicio alicuius oriente ex scientia tunc debet plenè & concludenter probari ipsa scientia, aliter ꝙ præ-
21 sumpta † scientia non nocet. Late Pret.consi. 199.n.36.& diffusius Cacher. decis.176. Cephal.consi.316.n.25.26.& non datur patientia sine scientia, quia ignorans non patitur. Surd.consi.233. num. 20. Petra de fideicom. quæ-

quæstione duodecima, numero 237.

Respondetur secundo, talem scientiam nō nocere cum superuenerit post fabricationem fucinæ,& postquam faber iam intrauerat pa-
22 latium,ad hoc enim vt talis scientia † noceat necesse est,vt interueniat a principio, nec sufficit si superueniat, vt optime probat D. Surd. conf.233.n.18.19.

Respondetur tertio, Oratām fuisse obligatum pro facto & culpa fabri subconductoris sui, vt supra dixi. Ideo infero, quod qui tacet
23 † in præiudicialibus non videtur consentire, maxime quando tacens scit ius suum durare, latè post alios Dominus Surd.conf.45.nu.45. & 46. vbi subdit in dubio præsumi quem tacuisse, quia sciuerit ius suum durare & consi. 173.n.99.Cephal.latè conf.589.n.12. & seq. & conf.466.n.16.

24 Quarto loco deducebatur,culpam † Oratæ, queque fuerit,non fuisse ad casum incendij ordinatam per sublocationē factam fabro, ideo ex illa non teneri.Mazzo.conf.85.n.57.Gab. d.conf.159.nu.20. [Non inquam talis culpā immediatè causauit incendium, prout in casu Grat.conf.46.n.17.in 2.]Nam supponitur ex parte Domini Locatoris,quòd si carbones,& areolæ adustæ non fuissent subtus scalā & famulus fabri incaute ignem cadentem non calcässet ac disperfisset,incendium non fuisset secutum, quod factum non potuit præuideri ab Orata,& tali in casu non est arguendum a fabro,& eius arte ad factum famuli, nec periculum iudicatur ab euentu, sed a ratione.

25 Respondetur tunc culpam † satis dici ordinatam ad casum incendij per sublocationem factam fabro, quando sine ea casus incendij non euenisset,vt post Barto. & alios docet D. Surd.conf.12.nu.64. subdens sufficere, quòd possit dari culpam esse ad casum ordinatam, & ibidem nu.65.ait, quòd stante dubio, num cessante culpa res fuisset eodem modo peritura,semper præsumitur contra culposum quod non fuisset peritura. Modo per appositionem rerum aptissimarum, & dispositissimarum ad receptionem & fomentum ignis sub scala lignea rimosa, super qua quotidianus ignis deferebatur pro vsu fabri artem suam frequentātis,quis non dicitur sine culpa nec fecisse, vel omisisse quod quisque diligens nō fecisset, vel non omisisset, ideo absque dubio de incendio
26 tenetur. Culpa enim † ipsa tali in casu dicitur probata ex facti euidentia, quia si talis materia incensibilis de facili non fuisset recondita in illo loco periculoso, incendium non fuisset secutum,sicuti nec ante tale exercitium fabri, & ignis delationem incendium fuit secutum. Bal.conf.441.n.1.vers.Sed hic negligētia probatur in 1.Gram. conf.crim.22.n.13. vbi ait,
27 inquilinum † conuinci de culpa quando illius negligentia probatur propè, vel circa ignem. Anch.conf.348.n.2.vers. Circa secūdum.vbi
28 considerat, locum † non esse idoneum, quando materia accensibilis tenetur in loco,in quo lumina frequentantur. Et hos sequitur latius comprobando Flam. Rubc. d.conf. 11. num. 145.& seq.

Respondetur secundo, Dominum vel conductorem etiam de facto famuli teneri quoad refectionē damni ob incendium, qn̄ Dn̄s vtitur opera famuli ad exercitium, cuius intuitu fuit secutum incendium,nam satis constat fabrum vsum fuisse ministerio famuli ad deferēdum ignem per scalam illam ligneam pro vsu fucinæ,qui famulus proiecit ignem super scala rimosa conculcando illum pedibus, nimirū
29 si faber & primus conductor † tenetur de tali incendio ciuiliter ad emendationem damni, vt probat Fran. Marc.decis.521. nu.4. par.2. Alios adducit,& sequitur Flam. Rube. d.con.
30 11. nu.86. vbi ait esse imputandum † ei, qui amico vel famulo negligenti rem commisit, & ibid.nu.95. adducit iura probantia conductorem tali in casu teneri de facto famuli, & latius n.116.119. & 128.vbi plurimos congerit concordantes, & per totum consilium. Addatur,vt dixi supra,quod conducens domum tāquam artifex tenetur de omni culpa vtcūque
31 leuissima. Modo obligatus † ex omni culpa leuissima in committendo,semper tenetur de facto,& culpa famuli.Trentacin que in præcitato suo consilio num.31.& seq.Farin.d.q.110. num.121.

Quinto loco deducitur,quòd circunscripta mala sublocatione Oratæ facta fabro, adhuc dicitur non constare de requisitis ad hoc vt ip
32 se teneatur † ciuiliter ad damni emendationē Siquidem hoc in casu debet probari illius leuis culpa. Afflic.decis.57.n.4. & de facto certæ & determinatæ personę Alex.conf.50.n.1. Gabr.conf.159.n.7.in 1. ne alias teneatur de culpa leuissima,vel fortuito casu, quod est absonum.

Nec replicetur constare de culpa leui per appositionem carbonis sub scalā pdicta. Quia fabri solent tenere dictos carbones in loco aptiori & cōmodiori fucinæ, prout iste erat. Vn-
33 de videtur casum † incendij vti in solutum nō arctare dictum conductorem. Mascar.conclu. 892.n.20.Mazzol.d.conf.85.n.50.54.Gabr. d.conf.159.n.27.28.29.

Respondetur tamen conductorem obligātum hoc in casu pro culpa subconductoris teneri nedum de leui, sed etiam de leuissima culpa,& de tali culpa leuissima & leui sufficienter constare in præsenti facti specie, vt supra diffuse probatum est in resolutione secundi motiui

De-

34 Debuerunt enim † conductor, & faber præcauere circa delationem ignis quotidianam stãte qualitate loci, in quo carbones, & arcolæ recondebantur l.si ex plagis.§.fi.ff. ad l.Aqui. Rub.d.conf.11.num.117.118.vbi subiungit,
35 quod quando culpa † præcedit casum incendij omnes conueniunt, vt teneatur culposus etiam de casu fortuito, & ibidem.nu.135.ait, tunc incendium dici secutum ex casu fortuito quando taliter contingit,quod præuideri non potuit. At casus iste puideri potuit, quia quotidiana delatio ignis per scalam veterem rimosam,subtus quam recondebantur carbones,& arcolæ, facillimè demonstrabat notorium periculum incendij,vt etiam supra tetigimus, & patet ad sensum. Tãto magis,quia culpa inhabitantium semper causari incendium præsumitur,etiam si agatur de leui culpa, quia proba-
36 to incendio locator † habet fundatam intentionem in iuris præsumptione vigente contra inhabitantes, quidquid nonnulli contrarium tentauerint, vt latissimè omnium probauit nouissimè Flam.Rube.d.conf.11.n.50.& seq. ac per totum consilium. in 1. quo loci vberrimè respondet pro locatore contra cõductorem in iudicio ciuiliter contra eum tentato ad damni refectionem.

Tollitur etiam quod dicitur non constare de persona certa, & determinatã. Nam vt dixi supra in declinatione primi obiecti, satis constat de tali persona ex fama, & ex fuga famuli ipsius fabri, quòd ipsemet famulus dedit causam incendio.

Præterea respondetur, tunc requiri scientiã personæ determinatæ,quando criminaliter agitur ad pœnam,nec alias innocens a culpa cõdemnetur ac puniatur,secus si agitur ciuiliter ad resarcitionem damni,nam tunc semper te-
37 netur † conductor,caput familiæ vel locationis,vt in specie declarat fam. Rube.d.conf.11 n.158.& seq.& n.160. ait tunc etiam requiri scientiam certæ personæ, quando incendium prouenit ab extra, secus quando [vt in casu isto] certum est ignem prouenisse ex thalamo fabri,vnde præsumitur obuenisse culpa inhabitantium dictum thalamum,& consequenter pro tali damno principalem conductorem teneri,qui personis incautis domus partem sublocauit. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Actus ille dicitur imperfectus, qui potest crescere, & cui addi potest.
2 Actus dicitur perfectus, qui habet executionem, & cui nihil detrahi potest.
3 Confirmatio dicitur pars substantialis ipsius cessionis.
4 Actus imperfectus exigens confirmationem, non dicitur antea habere suam essentiam.
5 Ius quasitum non dicitur ante confirmationem in re consistente in actu imperfecto, & desiderante confirmationem.
6 Actus imperfectus vires accipit a confirmatione.
7 Confirmatio nouum actum, & nouam renuntiationem importans dicitur totaliter renouata, & reportatur nouus actus.
8 Confirmatio actus deuians a priori forma actus, nec in totum illi assimilans, dicitur noui conductio,non antiqui confirmatio.
9 Actus nouus dicitur, quãdo antiquo aliquid additur,vel detrahitur.
10 Mutatio formæ arguit nouum actum, & per eam dicitur a primo recessum.
11 Variatio pactorum varium contractum denotat.
12 Confirmatio dicitur, simul firmatio.
13 Confirmatio non potest continere plus, quam datio,seu actus confirmatus.
14 Confirmatio roborata non extendit actum ad non contenta in dispositione.
15 Confirmatio non argumentata extensiue, sed roborata intensiue.
16 Confirmatio extẽdit quoad ius, quia secuta actus confirmatione non potest tamquam nullus impugnari.
17 Confirmationis natura est addere robur, non extendere.
18 Conuentio vltima est attendenda, & dicitur noua dispositio.
19 Pacta noua, & noua conuentiones faciunt recedere a primis.
20 Conuentiones, & adiectiones noua, & noua pacta dicuntur actus substantiam attingere quando respiciunt rem in contractu deductam.
21 Qualitas adiecta habetur loco causæ finalis materia de qua agitur dicitur substantialis.
22 Illud dicitur substantiale, sine quo actus stare nõ potest.
23 Actus validus non eget confirmatione, nec alia partis approbatione.
24 Relatio operatur, vt non dicatur ista simplex confirmatio prima, sed totalis noua dispositio.
25 Confirmatio tribuit plenum ius.
26 Clausula (se se obligantes quatenus opus sit de nouo) importat omnimodam nouam dispositionem.
27 Intentio paciscentium operatur, vt si noua conuentiones non reperiantur contentæ in actu confirmato,in illo contenta dicantur.

AR-

ARGVMENTVM.

Confirmatio renuntię iam factæ, continens noua pacta, & conuentiones, est attendenda tamquam omnino diferens a renuntia vigore, quibus inciderunt contrahentes in pœnam comminatam a statuto Mantuano sub Rubrica de iuribus non acquir. §.nullusq; audeat &c.

CONSILIVM CXVIII.

Actiones mea à Domino.



Vllo pacto euitari potest dispositio iuris municipalis Rubrica de iuribus non acquir. §.Nullusque audeat &c. stante qualitate confirmationis renuntiæ iam factę per quasdam consortes de Casetis ad commodum D. Pauli a Turri, siue ipsa cessio consideretur vti imperfecta, siue vti in esse suo totaliter perfecta, & valida.

Primo casu, sine dubio militat præfata statuti dispositio, ex quò virtus ac robur cessionis emanat a subsequenti confirmatione, quæ sola præcedenti cessioni seu renuntiæ spiritū
1 dedit, & vigorem. Siquidem ille † actus dicitur imperfectus, qui potest crescere, & cui addi potest. Bal. in tract. schismat. col. fi. Are. in l. posthumo. C. bono. poss. contr. tabu. sicuti e con-
2 uerso ille dicitur † perfectus, qui habet executionem, & cui nil detrahi potest. l. metum. §. quod prætor. ff. quod met. cauf. Bal. in Auth. Hoc amplius. col. 3. C. fideicõ. Modo si cessio illa consideretur imperfecta, & idcirco illam confirmarunt pro eius perfectione, tunc ipsa dicitur habere dependentiam a confirmatio-
3 ne, adeo quòd confirmatio † dicitur pars substantialis ipsius cessionis. §. Interim. Auth. de defens. ciuit. per quem tex. ità declarat Soc. in
4 l. more. n. 32. ff. iurif. om. iud. Quia actus † imperfectus exigens confirmationem nõ dicitur antea habere suam essentiam secundum Bald. in l. Caius. ff. excus. tuto. Aret. in l. per Epistolam. col. fi. ff. acq. hære. Dec. in c. 1. n. 37. extr. de confirmat. vtil. vel inutil. Purpur. in d. l. more. n. 75. ff. iuris. om. iudic. Dec. vbi supra n. 4.
5 & ante confirmationē non dicitur ius † quęsitum in re consistente in actu imperfecto, & confirmationem desiderante, vt post Butr. declarat Dec. in d. l. more n. 25. & in d. c. 1. n. 38. Hinc dicitur, quod virtus in perfectione consi-
6 stit. Et quòd actus † imperfectus vires accipiat a cõfirmatione, post Bar. Bal. Ale. Ias. & Abb. latè tradit Vuesembec. consf. 4. nu. 113. Quare concludendum tali in casu, attenta qualitate confirmationis prædictæ, statutum prędictum militare.

Secundo autem si consideretur cessio ipsa præcedens tamquam perfecta & valida in se [prout verius vti integram ac perfectã in sui substantia accipiendam arbitror] & tunc militat conclusio, quòd cum illa cessio perfecta, & valida sit a sola partium voluntate dependens, & in ipsorum libera potestate residens, vel existens, & non fuerit ex post ab ipsis partibus cõfirmata in communi forma, prout antea reperiebatur, nec secundum simplicē eius priorem formam, sed alia pacta nouasque cõuentiones in priori illa cessione non insertas in confirmatione inducere ac stipulari reciproce voluerunt, dicuntur a veteri illa cessione recessisse, illam reuocando, ac nouis qualitatibus adiectis illam infirmando cõfirmasse, quo
7 in casu talis confirmatio † nouum actum, & nouam renũtiationem importat taliter, quòd prima cessio in suo simplici robore, & antiquo amplius non consistit, sed totaliter renouata dicitur, & consequenter nouus actus reputatur. Ita Bar. in l. more n. 5. verf. Quandoq; quis confirmat actum perfectum. ff. iurif. omn. iud. vbi Ias. n. 33. Deci. n. 28. Soci. n. 32. & latè ibi. Purpur. n. 81. Cur. iun. n. 89. Paris. consi. 19. n. 19. in 1. Felin. in c. Inter dilectos. n. 16. extr. de
8 fid. instrum. Quando enim confirmatio † actus deuiat a priori forma actus, nec in totum illi assimilatur, dicitur noui inductio non antiqui confirmatio. Bal. in l. 1. C. manu. testa. Feli. d.
9 n. 16. quia nouus † actus dicitur, quando anti quo aliquid additur vel detrahitur. diffuse Tiraq. de retr. lignag. §. 1. Glo. 18. n. 55. & §. 29. Glo. 1. nu. 6. Meno. consf. 104. nu. 37. Mutatio
10 † enim formæ arguit nouum actum, & per eã dicitur a primo recessum, vt post alios aduertit Bru. de forma, Rubrica Quas personas &c. fol. mihi 92. col. 3. verf. Et mutata forma. sequitur Raudens. consf. 17. par. 4. n. 5. vol. 1. & va-
11 riatio † pactorum varium contractum denotat. Amed. de Pon. de Lauden. q. 38. col. 2. ver. Et hoc nisi dissolutio. Porrò in proposito confirmatio simplex, & vera debet esse vniformis actui confirmato, aliter dicitur noua dispo-
12 sitio, ex quo confirmatio † dicitur quasi simul firmatio, vnde nõ est actus de per se stans. Bal. in l. falsus. col. 2. C. fals. Dec. in Rubrica extr. de confirmat. vtil. vel inutil. n. 13. Cum igitur in isto vltimo instrumento cantante sub titulo ratificationis, vel confirmationis insint noua pacta, nouæ conuentiones, ac expressa litis redemptio, de quibus nullum verbum in præcedenti cessione, non est habenda ista vltima

dispo-

dispositio pro simplici confirmatione antecedenris cessionis, sed pro noua conuentione, & nouo actu, cum plus contineat, quàm præce-
13 dens cessio. At vera confirmatio † non potest continere plus quàm datio seu actus confirmatus. Latè Parif.d.conf.19.nu.26.in 1. Cioffi. consi.1.num.93.in 1.vbi post Alexan.& alios
14 tradit confirmationem † roborare non extendere actum ad non contenta in dispositione confirmata. Ideo dixit Bald. in l. item quia in
15 addit.num.1.ff.pact. quod confirmatio † non augmentat extensiuè, sed roborat intensiuè. Alibi dixit Ruin.consi.12.nu.18.in 3. Quòd
16 confirmatio † extendit quo ad ius, quia secuta actus confirmatione non potest tamquam nullus impugnari. Meno.consi.80. nume.49. Magoni.decis.Luca.28. num.19. Natura igi-
17 tur † confirmationis est addere robur non extendere, vt dixi, addo Bal. in l. aduersus.in fi. C.si aduer.rem iudic. Ruin. consi.158. num. 16.in 1.& consilio 110.num.18. in 5.Rimin. consilio 366.nu.2.in 2.Sola in antiq.constit. Pedemon.tit.de feud.decret. Carolus. Glo.1. num.1.& seq.Raudens.consi.2.nume.280.in 2.Vuesemb. consi.4.num. 47. vbi ait confirmationem non plus operare quam confirmatum. Cum igitur relato tenore antecedenris cessionis fuerit plenius prouisum vicissim per contrahentes per nouam stipulationem, du-
18 bio procul vltima † conuentio est attendenda & dicitur noua dispositio. optime Ceph. cõsi. 35.numero 51. vsque 54. Tanto magis quia noua pacta, & nouæ conuentiones respiciunt substantiam ipsius contractus, vel cessionis antecedentis, vnde sine dubio dicitur recessi
19 † a prima, & alia noua inducta, vt declarat Brun.de augmen.conclus.3. D.Surd. consilio 202. in fin. Vbi alios adducit. Tunc etenim
20 † nouæ adiectiones, & conuentiones, ac noua pacta dicuntur actus substantiam attingere, quando respiciunt rem in contractu deductam. Alciat. consilio 110.numero 6.& consi. 149.numero quinto, & 7.D.Surd.consi. 217. numero vigesimo quarto. Latè Brun. d.conclus.num.7.& 8.vbi scribit post Bald.& alios, quòd adiectio mutat subiectum considerato effectu, seu vbi augetur, vel minuitur effectus,
21 subiungens, quod quando qualitas † adiecta habetur loco causæ finalis materiæ, de qua agitur, dicitur substantialis. Alibi post Castr. dixit D.Surd.consilio 202.num.4.quod illud
22 † dicitur substantiale sine quo actus stare non potest.

Sanè cum rememoratis tenore præambulæ cessionis, & alijs nouis emergentibus occursis post dictam cessionem consortes de Casetis requisierint D. Turrem ad confirmandum dictam cessionem, ipseque Turris, in cuius arbitrio fuerat relaxata potestas confirmandi, noua pacta proposuerit, nouasque [illegible], & noua onera litis futuræ redemptiua in medium adduxerit, & tandem partes ipsæ ex post nouiter paciscendo, & vicissim se obligando primam cessionem cum nouis pactis, & nouis conuentionibus, & obligationibus confirmauerint, quæ noua pacta, & obligationes omnimodam substantiam cessionis, & renuntiæ concernunt, taliter quòd sine illis pro infecta ipsa cessio reputaretur, vt ex ipso instrumento confirmationis videre est, liquido patet nouam penitus dispositionem fuisse deductam, & ab antiqua recessum fuisse, & consequenter cum in isto nouo actu iura fuerint cessa, & respectiuè acquisita contra subditum Serenissimi Domini, contra sanctionem iuris municipalis in pœnam ab eo comminatam partes incidisse non ambigitur.

Addatur prædictis, quòd cum cessio fuerit ex se valida, non erat opus confirmatione,
23 quia validus actus † non eget confirmatione, nec alia partium approbatione. c. Super quastionem.extr. de offic.deleg. Cephal. consilio 370.numero vigesimo quinto, & seq. Quare non confirmare præcedentem cessionem, sed nouum actum facere voluerunt, maximè cum noua proposuerint, ne alias actum inutilem tot & talibus pactis qualificatum [illegible] tur, quod est absonum.

Præterea fuit facta relatio substantiæ, & tenoris antiquæ cessionis in isto nouo instrumento, in quo etiam partes conuenerunt, vt dicta cessio præcedens in eo habeatur, & intelligatur pro descripta, & registrata de verbo ad verbum in omnibus, & per omnia. Quæ re-
24 latio † operatur, vt non dicatur ista simplex confirmatio primæ, sed totalis noua dispositio. Paris.consilio 19.numero 20.in 1. & talis
25 † confirmatio est illa, quæ plenum ius tribuit. Lanar.consi.47.colum.1.& 2.

Quinimo memoratis omnibus nouis conuentionibus partes inuicem stipulantes vna ad instantiam alterius subiunxerunt in instru-
26 mento † [& sese obligantes, quatenus opus sit, de nouo] Quæ quidem clausula importat omnimodam nouam dispositionem, vt post Iser. Bald.& alios firmat Gabr.consi. 151.nu. 19.in 2.& latè plures adducens Lanar. consi. 22.numero quarto, & ex illa arguitur inten-
27 tio † paciscentium, vt si nouæ conuentiones non reperiuntur contentę in actu confirmato, in illo contentæ dicantur, vt optimè aduertit Franc. de Pont. consilio 58. numero octauo.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Statuta de aquaductis, & earum decursorijs ligant Clericos.*
2 *Clerici compellendi sunt per episcopum, seu eius Vicarium ad obseruantiam statuti de aquaductis, & earum decursorijs.*
3 *Clausula quoad nobis libuerit, importat reseruationem liberæ voluntatis.*
4 *Beneplacitum expirat per alienationem voluntariā postea factam quando actus concessus confertur in beneplacitum concedentis.*
5 *Concessio ad beneplacitum concedentis facta ficuti potest per successorem reuocari, ita & per concedentem.*
6 *Princeps etiam sine causa potest auferre alicui ius quæsitum, quando ipse fuit causa talis acquisitionis.*
7 *Princeps in actu legitimandi potest per declarationem præiudicare iuribus legitimati.*
8 *Clericus vtens statuto contra laicum, tenetur illud admittere cum omnibus iuris qualitatibus etiam contra se.*
9 *Laici non tenentur statutorum beneficium Clericis impartiri, sed possunt illud denegare.*

ARGVMENTVM.

Clerici ligantur ordine laicali de ducendis aquis ad publicam vtilitatem edito.
Concessio Principis ad beneplacitum facta potest per successorem reuocari.

CONSILIVM CXIX.

Actiones meæ à Domino.



SVmus in claris pro Serenissima Camera seu pro Domino Tonolo aduersus Reuerendos Canonicos Sancti Sebastiani, ideo resolutiue loquar.

Primò igitur dico, præfatos Reuerendos teneri ad obseruationem ordinis aquarum controuersi editi ad publicam vtilitatem, vt voluit Salic. in auth. Cassa. numero duodecimo,
1 C. sacrosan. Eccle. dicens, † statuta de aquæductibus, & decursorijs earum ligare Clericos, & ideo in indiuiduo dixit Opizo. in l. filiusfamilias. §. Diuin. numero 88. & sequenti. ff. leg. primo. Quòd statutum de ducendis aquis per agros alienos, præuia solutione terreni transitus aquarum cum refectione damnorum, ligat Clericos, cum id sit decretum pro communi publicaq; vtilitate editum. Sequitur in puncto Carpan. super statut. Medio. parte secunda, cap. 247. nume. vigesimo nono. Et cap. 250. numero 2. 3. Idem in terminis probat Menoch. consilio 800. numero 18. & consilio 100. numero trigesimo tertio: Qui
2 tamen omnes præcitati subdunt, † Clericos tali in casu compellendos esse per episcopum, vel eius Vicarium ad illius statuti obseruationem, hoc quoq; in terminis sequitur Sur. consilio 130. num. 6. 7.

Secundo aduertatur, concessionem ducendi aquas controuersas alias factam per Serenissimum Dominum Domino Boccalino, quæ aquæ inutiliter desluebant, fuisse temporalem, & reuocatoriam secundum Serenissimi concedentis voluntatem, vt colligitur ex decreto concessionis ibi [quoad nobis libue-
3 rit &c.] quæ † clausula importat reseruationem liberæ voluntatis. Alexand. in l. si sic. numero tertio. ff. lega. primo, & ideo cum alteri fuerit ex post facta talis concessio, dicitur
4 illa prima reuocata. Hinc † dixit Corn. consilio 299. numero vigesimo quinto, in primo, quòd beneplacitum expirat per alienationem voluntariè postea factam, beneplacitum enim durat quousque fuerit reuocatum cap. *Si gratiose.* de rescr. in 6. Bero. consilio 204. num. secundo, & numero vigesimo tertio, in 3. dicens id procedere, quando actus concessus confertur in beneplacitum concedentis. Mascardus de probat. conclus. 188. numero 1. 2. & sequenti post Bart. & alios in l. centesimis. §. si quis stipulatus numero nono, ff. verbor. obliga. optimè declarat Brun. a sole. questione vigesimo ottauo, numero decimo quarto, vbi post alios considerat, quando in concessione apponitur clausula sonās in actum positiuum nouæ voluntatis primæ concessionis reuoca-
5 tiuum, & sicuti † concessio facta ad beneplacitum concedentis potest reuocari per successorem. Gemin. in dicto capit. *Si gratiosè* colum. 3. versic. Et si dicatur. in sexto Brun. a sole d. quæstione vigesimo octauo, numero decimo octauo, ita etiam per concedentem.
6 Confert in proposito, † quòd Princeps etiam sine causa potest alicui auferre ius illi quæsitum, quando Princeps ex sua voluntate fuit causa, quòd tale ius illi fuerit acquisitum. Potest inquam auferri ex sola voluntate concedentis. Ange. in l. Lucius. C. euictio. optimè Curt. iun. consilio primo, numero decimo nono, vers. Tertio aduertendum. cum concordantibus per Gabr. titu. de iur. quæsit. non tollen. conclus. 1. num. 17. Ita etiam in simili tradidit Castren. consilio 200. in fin. in 2. Principem
7 † posse per mentis suæ declarationem in actu legi-

legitimandi præiudicare iuribus legitimati, quia licet Princeps per talem declarationem diceretur auferre ius quæsitum ipsi legitimato, attamen cum illud ius fuerit quæsitum ex sola Principis concesſione, poteſt Princeps illud auferre abſque iniuria, iuxta illud. Meum, non tuum, tibi denego auxiliũ. ſequitur Cra. conſi.749.num.13.

Tertiò nil releuant in propoſito iſto Priuilegia pontificia conceſſa præfatis Canonicis, & illorum bonis, de quibus in proceſſu Senatorio fol.3.& ſequenti, nam loquuntur de temeraria perturbatione ſeu indebita fatigatione illata in bonis poſſeſſis a dictis Canonicis. Nos autem agimus de iuſta patientia ab illis præſtanda volentibus conducere aquas præuia receptione pretij, per ipſos Canonicos in duplum terreni tranſitus aquarum cum damnorum refectione, ſi quæ euenerint, ita dictante decreto iuſtiſſimè promulgato ob publicam vtilitatem, & conſequenter ligante etiam præfatos Canonicos, iuxta tradita in primo articulo. Quibus addatur, quòd ſi dicti Canonici vellent vti beneficio iſtius edicti, prout iam illo vſi ſunt, & indies vtuntur, conducendo aquas ſuper terrenis priuatorum, vtique illi met priuati tenerentur pati dictam conductionem recepto valore duplo terreni occupati ad formam ordinis. Quare igitur e conuerſo, & ipſi ferre non debent, vti alij eodem iure vtantur ſuper agris ipſorummet Canonico-
8 rum? ſtante receptiſsimo dogmate, 9 †quando clericus vtitur ſtatuto contra laicum, tenetur etiam recipere contra ſe illudmet ſtatutũ, in quo ſe fundat, in omnibus ſuis partibus. Bald. in l. in omni innouatione numero nono, C. ſacroſ. eccleſ. Ruin. conſilio 113. nume. 15. 16. in 4. Cephal. conſilio 686. numero 13. & ſequenti. Burſ. conſilio 93. numero 29. & ſeq.
9 Hond. conſilio 78. nume. 111. & ſeq. non † inquam tenentur laici ſtatutorum beneficium Clericis impertiri. Bald. in l. de quibus nume. 26. ff. legibus D. Surd. conſilio ſecundo, num. 43. Sed illis poſſunt laici ſtatutorum ſuorum beneficia denegare. Bald. in l. ſi quis curialis. in fin. C. epiſc. & cleric. Dec. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ numero 47. & 53. de conſtitut. D. Surd. conſilio 386. numero vigeſimo ſecundo, & ideo ſi laicorum permiſsione ſeu cõniuentia clerici beneficio alicuius ſtatuti fruuntur aduerſus ipſos laicos, æquum eſt, vt & ipſi clerici tolerent laicos vti eodem ſtatuto aduerſus ſemetipſos clericos iuxta præcitata.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Interpellatio niſi fiat non dicitur per eum ſtare quominus id fiat, quod promiſit Amp. nume. 4. & 6.

2 Obligatus ad factum alienum in mora non conſtituitur niſi per interpellationem.

3 Promittens debitores ceſſos eſſe veros debitores non tenetur eos tales oſtendere, niſi interpellatus.

5 Emptor tenetur denunciare litem venditori etiam habenti ſcientiam illius litis, & quare.

7 Scire leges, ac iurium diſpoſitiones quilibet præſumitur, hac regula declaratur numero 93 & ſequenti.

8 Socius mihi eſſe non poteſt quem ſocium eſſe nolo, & numero 43. ratio conditionis nume. 44. vbi exemplificatur.

9 Venditor qui noluit teneri de euictione pro dato, & facto ſuo tantum non etiam tenetur ad pretij reſtitutionem quando emptor ſciens emit rẽ alienam ſed contra, n 95.

10 Quia cum alio contrahit naturam obligationis inueſtigare debet alias ſibi eſt imputandum ſed contra n 98. vbi declaratur.

11 Quis probabiliter ignorare non dicitur, qui non inueſtigauit cum teneretur.

12 Acceptans debitorum ſibi delegatum præſumitur ſciuiſſe quod eſſet inops.

13 Quando quis tendit ad acquirendum inueſtigare tenetur.

14 Ceſsione ſocietatis facta cum omnibus emolumentis non ius ſocietatis ſed illius emolumenta ceſſa dicuntur.

15 Societatis commoda, & incommoda ſicut tranſeunt ad hæredes ſocij, ita extraneo cedi poſſunt, & ratio num ſeq.

17 Vna determinatio continens plura determinabilia, debet illa æqualiter determinare, & numero 113. Reſp & num. 114 vſque ad nu. 121. vbi declaratur.

18 Clauſula, omni meliori modo, operatur, vt actus ſuſtineatur prout de iure fieri poteſt, maxime accedente iuramento nu ſeq.

20 Ceſsione facta riſigo, & periculo ceſsionarij tunc cedens tenetur, pro dato & facto ſuo tantum, & quare, ſed contra in propoſito nu. 130. & reſp. n. 126. & 129.

21 Deus obligatur ex pacto.

22 Socius non tenetur vltra conuenta in capitulis.

23 Cedens ſimpliciter nomen debitoris non tenetur præſtare ipſum eſſe exigibilem.

24 Ceſsionario in rem propriam procuratori conſtituto ſpectat periculum ſi ius ceſſum exercere non potuit.

25 *Vendens, vel dans in solutum nomen debitoris liberatur, & illius periculum transit in recipientem.*

26 *Cedens iura talia qualia habet, non tenetur cessionario, licet nullum ius habuerit.*

27 *Vendens omne ius, quod habet in domo, si nihil habet nihil vendit, nec de euictione tenetur.*

28 *Cessio iuris nondum competentis, sed in spe consistentis, vel sub conditione fieri potest. Declaratur num. 134.*

29 *Spes, & conditio consistunt in incerto, & nihil ponunt in esse.*

30 *Societas vectigalium, seu aliarum publicarum functionum transit ad hæredes nec morte finitur concurrentibus requisitis vt nu. 135.*

31 *Transmissibile quod est, est & cessibile.*

32 *Societas morte non finitur, quando additum, est iuramentum.*

33 *Hæredum mentio facta in instrumento societatis cum iuramento operatur transitum ad hæredes declaratur n. 136.*

34 *Ceditur quid facilius quam transmittatur.*

35 *Socius non potest excipere de idoneitate, vel de alio defectu socij cessionarij, quando in exercitio societatis illius opera vsus fuit.*

36 *Reprobare non licet, quod semel approbatum est.*

37 *Institoris factum, & factum socij æquiparantur.*

38 *Socij ex facto institoris obligantur, quomodo istud procedat vide nu. 142. & 144.*

39 *Socij plures in diuersis regionibus negotiantes inuicem institores constituti dicuntur, declara vt nu. 148. & 149.*

40 *Socius admissus dicitur socius admittentis, & inter se tenentur ex factis ipsorum assumpti, & assumentis.*

41 *Societas plurium conductorum resoluitur, per mortem vnius quoad omnes, sed tamen durat conductio omnium conductorum versus locatorem.*

42 *Conductor vnus ex pluribus non prohibetur suam partem alteri pro libito sublocare.*

45 *Societas nulla contrahi potest sine consensu tacito, vel expresso.*

46 *Societas dicitur contractus vltro citroq; obligatorius.*

47 *Socius socij non est socius aliorum consociorum.*

48 *Societati renunciari nequit clam, vel inscio socio & quare nu. seq.*

50 *Industria persona electa per alium præstari nequit.*

51 *Socius de re communi disponere non valet altero inuito.*

52 *Commune quod est meum dicitur.*

53 *Cessio iuris alteui vana est inuito Domino.*

54 *Nullum quod est nullum, potest producere effectum.*

55 *Nihil, & inualidum æquiparantur.*

56 *Cessionis nudum nomen, sine effectu non attenditur.*

57 *Actus in se validus sit tamen nullum potest habere effectum dicitur nullus.*

58 *Ratificatio carens effectu caret etiam nomine ratificationis, & quare.*

59 *Actus non durabilis, non est in iure considerabilis.*

60 *Lex abhorret actus frustratorios.*

61 *Cessio de per se mutare obligationis numquam potest.*

62 *Faciens aliquem actum censetur se obligare legibus de illo actu loquentibus.*

63 *Actus semper censetur factus prout ius disponit.*

64 *In societate dicitur electa fides idoneitas seu industria personæ.*

65 *Iura personalia cedi nequeunt.*

66 *Cessionarius regulariter consequitur omnia iura cedentis.*

67 *Cessio non potest fieri in eum, qui non habet qualitatem cedentis.*

68 *Cessio quando est facta ex falsa causa, ipsa non sequuta reuocatur et n. 71.*

69 *Cessio facta intuitu dationis in solutum redditur nulla, non constito de ipsa datione, & quare.*

70 *Cessionis causa cessante cessat eius effectus.*

72 *Cessio vbi non valet non potest cessionarius agere ex iure cesso.*

73 *Cessio facta ex causa partim falsa, partim vera redditur nulla pro ea parte falsa.*

74 *Cessio quoties deficit propter legis obstaculum oritur actio ad repetendum tamquam causa data causa non sequuta.*

75 *Cessio habet tacitam naturalem conditionem, dummodo cessionarius ius sibi cessum consequi possit.*

76 *Cessante causa associationis contractus, ipse resoluitur.*

77 *Bald. in l. 1. num. 8. C. Qui test. fa. poss. doctrina perpenditur pro decisione art. 1. quo de agitur.*

78 *Societas super contractu locationis iniri potest, sed quomodo intelligatur nu. seq.*

80 *Societas quando super contractu locationis facta fuit non potest vnus ex conductoribus sociæ alteri partem suam inuitis alijs sublocare.*

81 *L. Nemo C. locat. ponderatur.*

82 *Iuramentum habet vim continua interpellationis, & maxime data scientia impedimenti n. seq.*

84 *Cessionis vigore actiones vtiles in cessionarium translata dicuntur.*

85 *Cessionarius quando est constitutus procurator in rem propriam dicitur sibi mandatum exercitiū directarum in cedentem, & ex talibus clausulis nihil remansisse dicitur apud cedentem nu. seq. neq; necessaria est alia interpellatio n. 87.*

88 *Denunciatio creditoris non requiritur, vt quis rē liberam tradat.*

89 Denun-

89 *Denunciationis omissio non officit quando cõtractus est nullus.*

90 *Citatio non est necessaria quando constat citando nullum ius defensionis competijsse.*

91 *Dec.consi 47.col.4.versi. Vel etiam quando constat, reprobatur.*

92 *Interpellationis non facta, non obstat exceptio nisi excipiens probet si fuisset interpellatus obstaculum amouisset.*

93 *Natta consilio 185. numero ottauo, reprobatur.*

96 *Emens scienter rem alienam redditur securus, per euictionem.*

97 *Cedens quando promisit etiam attendere, & obseruare omnia contenta in instrumento, tunc illa promissio comprehendit subsistentiam cessionis.*

99 *Tex.in l.Qui cum alio ff.de reg.iur. declaratur, & num seq.*

101 *Verba quando sunt expressa in contractu, illis standum, quamuis contraria praesumptiones praeponderarent.*

102 *Verba quando possunt intelligi secundum proprium significatum non debent trahi ad improprium.*

103 *Cessio explicita iuris societatis ad emolumenta societatis trahi non debet.*

104 *Dispositio ijs non conuenit, quibus verba non conueniunt.*

105 *Cessio iuris societatis, & cessio emolumentorum non conuertuntur, & quare.*

106 *Clausula omni meliori modo non extendit dispositionem ad casus non expressos, nec supplet defectum substantiae, sed qualitatis num. 107. neque operatur, quando modus ineptus fuit expressus num. 108. operatur in casu dubio non in claro nume. 109. ne dicatur inducere difformia, & tollere vitium contrarietatis num. 110. nec habet virtutem operandi in actu nullo numero 111.*

112 *Actus principalis, quando est nullus caetera omnia corruunt ad validandum actum illum.*

114 *Verbum vnicum ad plura relatum vario modo intelligitur iuxta relata.*

115 *Determinationis paritas cessat quando lex illam non admittit.*

117 *Extensio casuum fieri non debet, vbi casus similis habet legem in contrarium.*

121 *Iuramentum intelligitur praestitum secundum naturam actus super quo interponitur, & ideo roborat non autem extendit nu. 122. nec validat contractum dolo initum nu. 123. & semper intelligitur rebus sic stantibus, vnde mutato rerũ statu contrauenicns iuramento non punitur, num. 124. & seq.*

127 *Donatio non praesumitur, sed potius error etiam iuris & in facto proprio.*

128 *Tex.in l.Pupilli § soror. ff. solut. declaratur ex doctrina Bart.*

131 *Alex consi 93.n.2 in 4. & Natt.consi. 38. ponderantur.*

132 *Verba tale quale non concernunt substantiam, sed qualitatem.*

133 *Vendens ius, quod habet in re licet de euictione non teneatur, tenetur tamen praestare rem illam esse obligatam.*

134 *Ius quod non est, cedi non potest.*

137 *Argumentum de transmissione ad cessionem tenet negatiue, non autem affirmatiue. & de vna ad aliam infertur, dummodo cessio fiat ex causa, vel ex contractu propter quem contrahentes non cadant inuitium, seu actum prohibitum a iure num seq.*

139 *Approbatio, quae ex aliquo facto sequitur ad limites ipsius facti restringi debet.*

140 *Actus voluntarij, non extenduntur, vltra quam gerantur.*

141 *Consensus, qui colligitur ex facto non extenditur vltra quam ex illo actu de necessitate inferatur.*

143 *Institor. & procurator aequiparantur.*

145 *Institor nominatim constitui debet, vt talis dici possit, nec dicitur institor nisi qui a Domino praepositus est negotiationi, num. seq. & institor quis verè dicatur num. 147.*

150 *Argumentum ab assumptione ad cessionem & ab assumpto ad cessionarium non admittitur.*

151 *Societas renouatur expresse, vel tacite, per actus sociales, qui citra ius socitatis fieri nequeunt, vel non solent. & in omnibus illis actibus, ex quibus originaliter contracta vel inita praesumitur societas, eisdemmet renouata praesumitur num seq.*

153 *Confessio iudicialis socij probat societatis renouationem.*

154 *Societas renouata praesumitur, quando quis nixus fuit alium in societate cooptari, quem tamen socij admittere noluerint. & socius cedens nunquam se exiuit a muneribus societatis nume. 155 & quando post tempus societati praefinitum quis per longum tempus suum capitalem non deduxit num. 156 & ex nominatione sociorum tanquam sociorum num...*

157 *Et quando tempore contracta societatis fuit vnanimiter adaptatus magnus codex formalis eum lata inscrip. qualiter ille erat codex magistralis societatis super quo libro taliter in scripto semper non obstante morte vnius socij successiue vsque ad finem conductionis fuerunt descripta omnes rationes, computa. & negotia totius societatis nu. 158. per eosdemmet Cancellarios, & exercita negotia. per eosdemmet officiales n. 159.*

160 *Participem esse nil aliud est, quã esse socium, & participans, pro illius rata semper dicetur socius num. seq.*

Liber Secundus. F 3 *162 Ces.*

162 *Cessionis data nullitate locus non est pecuniarum restitutioni antequam cessionarius fuerit totaliter in pristinum repositus, & maximè si is euadat creditor maioris, quia tunc cedens tenetur ad supplendum reliquatum debiti &c.*

ARGVMENTVM.

An ius societatis cedi possit, & subtiliter tractatur materia l. Qui admittitur. ff. pro socio.

Cessionario iuris societatis an, & quando obstet exceptio denunciationis minimè factæ.

Regulę l. leges Sacratissimę. C. de legibus, & l. Qui cum alio. ff. de reg. iur. doctè, & magistraliter declarantur cum suis limitationibus.

Clausulæ, omni meliori modo, virtus multipliciter demonstratur, & declaratur quatenus procedat.

Argumentum de transmissione ad cessioné, quod teneat negatiuè, non etiam affirmatiue defenditur contra multos aliter sentientes.

CONSILIVM CXX.

Actiones mea à Domino.



Nnis elapsis fuit contracta societas conductionis daciti generali status Montisferati, inter Dominos Io. Baptistam Coardum ciuem Astensem, Antonium Pontem, & Antonium ab Ecclesia, per sexennium. Primo anno transacto præfatus Coardus dedit, cessit, & remisit Domino Federico Coccio pro se &c. octauam partem quam habet, & participat, ac habuit, & participauit in conductione dicti daciti generalis cum prædictis Ponte, & Ecclesia, per annos sex dictæ conductionis tam præteritos, quam futuros cum omnibus emolumentis, honoribus, & oneribus dictæ octauæ partis, prædicti generalis daciti spectantibus, & pertinentibus, & ad omne risigum, omneque periculum dicti Domini Federici Coccij, exceptis dato, & facto proprio ipsius Coardi cedentis, pro quo promisit, & promittit prædicto Coccio præsenti vtsupra manutenere ac defendere illum in possessione dictæ octauæ partis per dictum tempus &c.

Insuper dedit, cessit, & remisit dicto Coccio &c. scutos mille auri in auro exbursatos dictis Ponte, & Ecclesiæ pro octaua parte fideiussionis conductionis Daciti eis modo, & forma contentis in apocha &c. quam remisit dicto Coccio &c. Qui Coccius illam acceptauit, & recognouit suscipiendo suis risigo, & periculo exactionem prædictorum scutorum mille in ipsa apocha contentorum, excepto facto proprio ipsius Coardi, pro quo promisit manutenere dictum Coccium pręsenté &c. Ponens dictus Coardus præfatum Coccium præsentem, & acceptantem vt supra in omnimodum eius locum, gradum, ius & statum, Dominumque, & procuratorem in rem propriam, itaut iuribus vt supra cessis posset agere, experiri, vti, excipere, & se tueri, ac omnia alia, & singula dicere, facere, & exercere quemadmodum poterat, & potuisset dictus Coardus ante præsentem cessionem, & remissionem &c.

Qua cessione, & remissione dictæ octauæ partis, & dictorum scutorum mille mediante dictus Coccius spôte &c. promisit dicto Coardo præsenti, & acceptanti pro se &c. ac nomine Domini Ioannis Rigoti de loco Tongi eius fideiussoris scutorum duorum millium erga Ducalé cameram absentis &c. releuare ipsos ambos indemnes, & illæsos ab obligatione, & fideiussione dictorum scutorum duorum millium &c. necnon ab omni solutione, damnis expensis, & interesse respectu dictæ octauæ partis per totum dictum tempus &c. & tam erga Ducalem Cameram, quam prædictos DD. Pontem, & Ecclesiam, & quemlibet alium, sub expressa obligatione, & hypotheca omnium, & quocunque bonorum suorum &c. fideiubendo &c. Quam cessionem, obligationem, fideiussionem, & promissionem ac omnia alia, & singula in dicto instrumento contenta partes ipsæ singula singulis congruè, & debitè referendo promiserunt attendere &c. sub obligatione &c. Iurando tactis corporaliter scripturis præmissa omnia, & singula fuisse, & esse vera eaq; velle attendere & inuiolabiliter obseruare &c.

Contigit ex post, quòd ipse Coccius nunquam fuit admissus in socium ab ipsis Ponte, & Ecclesia non obstante cessione illis exhibita, quinimo expresse recusarunt illum velle admittere in socium. Vlterius præfati socij renitentes respondendo epistolæ illis scriptæ, per Coardum consocium, ad finem, vt Coccium cessionarium loco sui in socium admitterent, expresse professi sunt in dicta responsione, se nunquam admissuros Coccium in dicta societate, vt fuit abundè probatum in Actis.

Mo-

Molestatur Coccius ab Arrigoto fideiussore Coardi cedentis pro conseruatione suæ indemnitatis, ex quo, & ipse a Ducali Camera molestatur.

Excipit Coccius non teneri ad huiusmodi releuationem, stante quòd nunquam fuit associatus ad conductionem, & quia cessio nullum habuit realem effectum, plura alia etiam adducendo, vt ex processu est videre.

Quibus exceptionibus non attentis, fuit prolata sententia aduersus ipsum Coccium, per quond. Illustres Dominos Præsides Scotiam, & Galuaneum, qui condemnarunt prædictum Coccium ad conseruandum dictum Arrigotum indemnem, & penitus sine damno ab obligatione scutorum duorũ mille auri per eum contracta penes Cameram Ducalem pro dicto Coardo, vna cum damnis dicta de causa passis, & patiendis, iuxta formam instrumenti in actis producti, absoluendo partes ab expensis &c.

Modo præfatus Coccius sic, vt supra condemnatus obtinuit rescriptum a Serenissimo, vt iterato per Dominos Præsides modernos viderentur acta, & iura ipsius Coccij, & exinde de omnibus fieret relatio suæ Celsitudini.

Et prima facie videtur referendum esse Celsitudini suę, iuste, rite, & rectè ipsum Coccium fuisse condemnatum, hoc quæ potest suaderi ex pluribus.

Et primo, licet Coccius non fuerit admissus in socium pro dicta octaua parte cessa, sibi est inputandum, ex quo illam consociorum recusationem non denuntiauit nec significauit Coardo cedenti, debuisset inquam illum interpellare ad curandum illius prætensam, &
1 cessam admissionem, nisi enim † quis interpelletur non dicitur per eum stare, quominus id fiat quod promisit. Old. consi. 242. col. 2. Dec. consi. 516. nu. 21. Beci. in terminis cessionis cons. 105. n. 20. vsq; 25. vbi subdit, ꝙ quando
2 quis † tenetur ad factum alienũ, & sic facere, & curare, non dicitur in mora cõstitui nisi præcedente interpellatione. Hinc dicitur, quòd
3 promittens † debitores cessos esse veros debitores, non tenetur eos veros ostendere nisi interpellatus. Castr. consi. 170. col. fin. in 2. cum concordantibus per Eugen. consil. 73. nu. 10.
4 & seq. Idq; procedit etiam † si Coardus cedens aliunde scientiam habuisset de tali sociorum recusatione, àd ttad. per Rip. in l. 2. §. voluntatem num. 17. ff. solut. matrim. vbi ait,
5 † emptorem teneri denuntiare litem sibi motam venditori habenti scientiam dictæ litis, quia licet venditor ipse sciat litem motam, non tamen scit, quòd emptor velit vti defensionibus ipsius venditoris, cum possit ex alijs iuribus se tueri. Extenduntur prædicta etiam
6 si † nullum ius competijsset Coardo cedenti defendendi cessionarium, nam adhuc requirebatur denuntiatio, vt probat Dec. consilio 47. colum. 4. versi. Vel etiam quando constat, vbi ait hanc videri communem opinionem, a qua in iudicando, & consulendo non est recedendum.

7 Secundo quilibet † præsumitur scire leges ac iurium dispositiones. l. leges sacratissimæ. C. legibus diffusè Menoch. libro 2. præsumpt. 3. Merito sciuit Coccius cessionarius cessionem iuris societatis non subsistere, & esse periculosam inuitis socijs secundum text. in l. qui admittitur cum duabus sequentibus. ff. pro
8 soc. vbi dicitur, † socium mihi esse non posse, quem ego socium esse nolo, quia societas consensu contrahitur. Quare censentur voluisse celebrare cessionem illam eo tantum respectu quo valere posset. arg. l. quoties. ff. rebus dub. l. quoties. ff. regu. iur. & tanto magis prædicta militant in præsenti casu, in quo cedens promisit ac teneri voluit de dato, & facto suo tantum, vnde in nihilo videtur teneri præfatus Coardus ex traditis per Natt. consilio 181. in
9 fin. vbi ait, venditorem† qui noluit teneri de euictione nisi pro dato, & facto suo tantum, non etiam teneri in casum euictionis ad restitutionem pretij, quãdo emptor scienter emit rem alteri obnoxiam, cum non posset dici deceptus, qui quo statu res esset, non ignorabat, vnde dicitur malæ fidei emptor. Ita igitur non est succurrendum Coccio, qui scienter cessionem, quæ cedi non poterat, recepit, vt nec solutum vigore cessionis recuperare queat. Quo fit etiam, vt sit omni in casu imputandum
10 Coccio, si ignorauit † naturam obligationis, & cessionis, quam debebat inuestigare. l. qui cum alio vbi Docto. ff. regu. iur. & quis
11 † non potest dici probabiliter ignorare, qui non inuestigauit cum teneretur cap. pen. vbi Abb. de regu. iur. late Surd. consilio 150. nu. 24. & sequenti vbi subdit post alios, quòd
12 † acceptans debitorem sibi delegatum præsumitur sciuisse, quòd esset inops, & quan-
13 do † quis tendit ad acquirendum tenetur inuestigare. Castren. consilio 199. in fine numero 1.

Tertio facit, quia, circumscripta veritate puncti, an ius societatis alteri cedi possit inuitis alijs socijs: Attamen in præsenti facti specie non fuit facta cessio societatis simpliciter, sed cum omnibus emolumentis, honoribus, & oneribus dictę octauæ partis &c. & cum antecedente clausula [omni meliori modo.] Adeo quod non ius societatis, sed e-
14 molumenta † societatis, seu actio, effectus, vel obligatio dicuntur cessa, quæ com-
15 moda, † & incommoda sicut transeunt ad here-

hæredes focij. Latè Surd.confil. 20. nume. 16.
Thefaur.decif. 242.n.4.Iof.Ludou.concl. 53.
fol.mihi 55.ver.Animaduertẽdo sẽper,ita pof
16 funt cedi extraneo, quia quod † eft transmif-
fibile eft cefsibile iuribus notis. Confirmatur
fundamentum ex eo, quòd cefsio ifta fuit facta
etiam pro annis præteritis decurfis a die con-
tractæ focietatis per totum fexẽnnium, quo in
cafu debet de neceſsitate verificari in commo-
dis, & emolumentis focietatis refpectu tempo
tis decurfi, ita pariter etiam refpectu temporis
17 futuri, quia † vna determinatio continens, &
refpiciens plura determinabilia debet illa æ-
qualiter determinare. l. iam hoc iure. ff. vulga.
cum concordantibus. Nec claufula illa [omni
meliori modo] debet ftare fine virtute operã-
18 di, † cuius virtus eft, vt actus fuftineatur om-
nimode, prout de iure fieri, & fuftineri poſsit.
Roma.confi. 517. Gozad.confi. 78. accedente
19 maximè iuramento, † quod habet eandem vir
tutem fuftinendi omni meliori modo, quo fie-
ri poteft. Seraph. de iuram. priui. 98. Alex.cõf.
37.n.22. & conf. 88.n.6.in 6.

Quarto ftringit valde, Quòd agitur de cef-
fione facta rifigo, & periculo cefsionarij, & cũ
20 plica, † vt Coardus cedens teneatur pro dato,
& facto fuo tantum. Vnde quidquid poftea
euenerit de re vel actione cefla in aliquo non
tenetur cedens vltra explicitè conuenta, quia
pacta funt feruanda ad vnguem, cum etiam
21 Deus † obligetur ex pacto. Neuiz. confi. 11.
n.10. Beci.confi. 45.n.25. Surd.conf. 54.n.12.
Sat igitur effe debet Coccio, vt Coardus obli
getur ad manutenendum fe fuiffe verum fo-
cium non autem focietatem duraturam, per
fexennium in ipfius Coccij perfonam, ita vt
cõmoda percipere poffet titulo focietatis per-
manfuræ, & in materia focietatis quis non te
22 netur † vltra conuenta in capitulis fecũdum
Decia.confi. 96.n.13. in 2. Sicuti in fimili di-
23 citur, quòd † cedens fimpliciter nomen debi-
toris tenetur tantum præftare debitorem cef-
fum effe verum debitorem, & efficaciter obli-
gatum, non autem ipfum debitorem effe locu
pletem, vel exigibilem. l. fi nomen. vbi Bal. ff.
hæred. vel actio. vend. Plures adducit, & fequi
tur Beci.confi. 105.n.13. & feq. Eugen.confi.
73.n.3. Surd.confi. 452.n.16.

Confirmatur conclufio, quia videmus cef-
fionarium fuiffe pofitum in locum cedentis,
necnon fuiffe conftitutum procuratorem in
24 rem propriam. Ideo † fi cefsionarius non po-
tuit exercere ius ceffum ac exigere vigore cef-
fionis, periculum fpectat ad ipfum cefsiona-
rium tamquam dominũ iuris fibi cefsi, vt poft
Bal. & alios aduertit Gozad.confi. 38. nu. 11.
Silua. confi. 93.n.2. Menoch. confi. 21.n.22.
Beci.confi. 37.n.2. Rimi.iun.confi. 451.n.32.
Ideo dixit Eugen. poft Bald. & alios confi. 73.
25 n.4. quòd † vendens vel dans in folutum no-
men debitoris liberatur, & periculum debi-
toris fiue nominis trãfit in recipientem illud;
quia ex eo, quod recepit nomen, videtur cedẽ-
tem liberare, & fibi fatisfactum fateri. confe-
runt dicta per Alex.conf. 93.nu.2.in 4. vbi ait
26 quod † cedens iura talia qualia habet, feu iu-
ra, quæ reperitur habere, non tenetur cefsiona
rio, licet nullum ius habuerit. Et dixit Natta
27 confi. 38.n.1. vfq; 5. quòd † vendens omne
ius, quod habet in domo, fi nihil habet, nihil
vendit, & ideo non tenetur de euictione fe-
quitur Caballin. de euictio. §. 5. n. 36. Ita igi-
tur dicendum eft in præfenti cafu Coardũ ce-
dentem iura fua periculo, & rifigo Coccij cef-
fionarij in nihilo teneri aduerfus cefsionariũ,
etiam fi nullum ius ceffum validum habuiffet
28 Rurfus habemus, quod † cefsio iuris nõdum
competentis, fed confiftentis in fpe, vel fub
conditione fieri poteft. Homód. confilio 214.
29 fpes † autem, & conditio confiftunt in incer-
to, & nihil ponunt in effe, non mirum igitur fi
cefsio facta periculo cefsionarij fuftineatur,
& valeat, licet cefsionarius nihil inde perci-
piat.

Quinto poteft adduci, quòd quidquid dici
pofsit in cefsione iuris focietatis regulariter,
in qua videtur electa induftria perfonæ, nem-
pe vt cedi nequeat, & maximè inuitis confo-
30 cijs, vt fupra tetigi. † Id tamen fanè verifsi-
mum eft in iure noftro, quòd focietas vectiga-
lium, feu aliarum publicarum functionum trã
fit ad hæredes, nec morte finitur. l. Adeo. l. ve-
rum. §. in hæredem. ff. pro foc. Parif.conf. 82.
n.34. in 1. Abb.conf. 86. in 2. Petr. de Vbald.
de duob. fratrib. par. 11. in princ. Corn.confi.
310. in 4. Decia.confi. 22.n.14. in 3. Sur. cõf.
20.n.5. fi igitur eft tranfitoria ad hæredes, ita
eft cefsibilis ad extraneos, quia tenet confe-
31 quentia, quod eft † tranfmifsibile eft cefsibi-
le. l. fi ex pluribus vbi Bar. & alij ff. admin. tut.
l. non folum. §. fi puellæ. ff. rit. nupt. Bal. in l. fi.
ff. hæred. vel actio. vend. & præcipuè ftante iu-
32 ramento, † cuius virtute focietas morte non
finitur, fed tranfit ad hæredes. Crau.conf. 875
in fin. Surd.confi. 20.n.19. Lader. Imol.confi.
33 70.n.7. vbi dicit, mentionem † hæredum fa-
ctam in inftrumento focietatis nec non, & cũ
iuramento operari tranfitum ad hæredes. Imo
34 facilius † quid ceditur quam tranfmittatur. l.
Gracchus. verf. Itemq; filij. C. adulter. iuncta
l. Patris in fin. ff. eod. Socin. in l. fi decefferit n.
9. in fin. ff. qui fatifd. cog. Raud.confi. 6. num.
12. in 2.

Sexto facit, quòd focij reluctantes perfonã
Coccij ante cefsionem probè nouerant, illãq;
approbarunt illius opera & minifterio vtendo

in

in exercitio societatis, & præcipuè in exactio-
ne creditorum societatis satis fideliter, vt con-
35 stat ex actis, quo in casu non † licet illis modo
excipere de non idoneitate, vel de alio defectu
iuxta tex. in l. mandatum. ff. mandat. l. Idemq;
36 ff. pro soc. nec licet † reprobare, quod semel est
approbatum l. si quis testibus. C. testib. Beci.
cons. 3. n. 39. Cacher. decis. 62. n. 18. Sur. cõs.
364. n. 27. & 351. n. 41. & consi. 371. n. 5. Nec
dicatur Coccium exercuisse exactionem vti
institorem, non vti socium, quia id nihil vide-
37 tur releuare, ex quo factum † institoris, & fa-
38 ctum socij æquiparantur. Ideo videmus † so-
cios obligari ex facto institoris, vt colligitur
ex latè congestis per Felici. de socie. c. 30. Imo
39 plures socij † in diuersis regionibus negotian-
tes dicuntur cõstituti inuicem institores. Bar.
in l. eandem. nu. 9. vbi Ronchegal. nu. 195. ff.
duob. reis. Felicia. d. c. xxx. n. 16. 17. & ita con-
stat inter se conuenire, & conuerti facta socij,
& institoris.

Septimo videtur aduertendum, quòd cir-
cumscripta subsistentia vel nullitate cessionis
prædictæ quo ad illum ab Ecclesia, a Ponte, &
alios primæuos socios principales, attamen ne
gari non potest, quin teneat obligatio contra-
cta quoad Coccium ex vna, & Coardum ac
Arrigotum fideiussorem ex altera de quibus
in instrumento cessionis. Potuerunt inquam
isti inter se contrahere, & consequenter Coc-
cius potest conueniri quoad interesse, & pacta
conuenta iuxta text. in d. l. qui admittitur. ff.
pro Soci. Petr. de Vbal. de duob. fratr. par. 10.
40 vbi habetur, † quòd socius admissus dicitur
socius admittentis [licet non dicatur socius
aliorum sociorum] & inter se tenentur factis
ipsorum, & assumpti & assumentis.

Octauo vim non modicam facit, Quòd in
instrumento cessionis enuntiatur, Pontem v-
num ex primis socijs conducentibus vectigal
à Camera iam tunc temporis satis cessisse, &
consequenter societatem illam iam fuisse fini-
tam quoad omnes alios socios, iuribus notis.
Vnde sequitur, quòd cum Coardus cesserit
Coccio octauam partem, quã habebat, & parti
cipabat in conductione daciti, dicitur cessisse
ius conductionis daciti, non autem ius socie-
tatis. Datur inquam talis distinctio in iure, nẽ
41 pe quod † societas plurium conductorum re-
soluatur per mortem vnius quoad omnes, sed
quod duret conductio omnium conductorum
versus locatorem, vt pulchrè docuit Abb. cõs.
86. in 2. Deci. consi. 213. col. 3. vers. Postremò
hoc idem. Felici. de societ. c. 32. nu. 24. Modò
42 vnus ex pluribus conductoribus † non prohi-
betur suam partem sublocare prohibito. l. ne-
mo. C. locat. vnde est imputandum Coccio
subconductori, qui contractum subcõductio-
nis suo periculo, & risigo recepit, dempto solo
facto sublocatoris.

Nonò videtur dicendum, quod supposita
nullitate cessionis ante omnia debet restitui,
per Coccium cessionarium schedula aureorum
mille, seu magis dicti mille auri cessi, & remis-
si illi per Coardum cedentem, vt dicitur in di-
cto instrumento cessionis, alias non debet au-
diri ipse Coccius, vt per Hond. consi. 34. num.
34. in 2. Gallia. cons. 81. nu. 8. 9. Becci. consi.
109. n. 15. Antoni. lib. 2. Risolut. cap. 16. n. 5.

Veruntamen prædictis omnibus non cura-
tis intrepidè referendum est Serenissimo Do-
mino huiusmodi cessionem nullius fuisse pon
deris, ac Coccium cessionarium non afficere,
& consequenter sententiam promulgatam ad-
uersus præfatum Coccium nullo pacto posse
43 sustineri. Siquidem non permittitur † vni so-
ciorum alium socium aggregare inuitis alijs
socijs. l. qui admittitur. cum duab. ll. sequenti-
bus ff. pro soc. Meno. consi. 121. nu. 2. & 12. in
fin. Ios. Ludo. conclus. 53. col. 6. ver. Non tamẽ
licet. & in prima illat. Felici. de societ. cap. 15.
n. 62. Boccac. de contr. societ. offi. num. 4. facit
etiam tex. in §. 1. Instit. de societ. & §. 1. Instit.
oblig. quæ ex consen. Ratio conclusionis est in
44 promptu, † quia societas consensu contrahi-
tur, ideo socius meus esse nõ potest, quem ego
sociũ esse nolo. Hæc sunt verba præcisa. l. qui
admittitur. ff. pro soc. & hanc esse verã rationẽ
45 tradit Felici. d. c. 15. nu. 63. Et verè nulla † so-
cietas contrahi potest sine consensu tacito, vel
expresso. l. vt sit pro socio. actio. l. nam cum tra
ctatu. l. vt in conductionibus. ff. pro soc. Porrò
46 cum societas † sit contractus vltro citroque
obligatorius deficiente mutuo consensu iniri
non potest l. societates contrahuntur. §. fin. ff.
pro soc. Felici. de socie. cap. 7. in princ. Et ideo
47 † socius socij non est socius aliorum consocio
rum. Decia. consi. 11. num. 14. in 1. vnde dixit
48 Odd. consi. 94. n. 8. societati † non posse renun
tiari clam vel inscio socio, cum socius anti-
quum rei statum mutare non possit. Gallia.
consi. 52. n. 18. Alia ratio colligitur in l. Idem
49 erit. ff. pro soc. nempe † quia dicitur electa fi-
des, & industria: personæ. Bal. in l. 1. n. 8. C. qui
testa. fac. poss. Cacher. deci. 76. n. 8. At talis in-
50 dustria † per alium præstari non potest. Men.
consi. 29. n. 27. Tertiã rationem adducit Men.
consi. 121. n. 12. quem sequitur Ios. Lud. in lo-
cis proximè allegatis. non igitur potuit Coar-
dus ius societatis suæ cedere Coccio inuitis
consocijs, ex prædictis. Si. uti pariter videmus
51 † socium non posse disponere de re communi
altero inuito. l. si socius. vbi Ias. nu. 3. Dec. n. 2.
ff. si cer. pet. Carocc. decis. 2. nume. 1. Et quod
52 † commune est meũ dicitur. Caball. mille loq.
11. sola in antiq. constitut. Pedemon. titu. de
Bane-

Baneret.decret.nullus nominetur.Glo.1.n.1.
53 Ideo † vana est cessio iuris alieni inuito Do-
mino.Cartar.decis.18.n.2. Quocirca fateudũ
est,huiusmodi cessionem societatis nullius es-
se efficaciæ vel momenti,& cõsequenter Coc-
cium illius vigore nequaquam posse dici obli
gatum respectu prætensæ reuelationis, quia ꝙ
54 † nullum est,nullum potest effectum parere.
c.Non præstat.de reg.iur.in 6.l.4.§. condem-
natum.vbi Doct.ff.de re indic.Felin.in ca.Ex
tenore.de rescript. sed debet haberi ac si nun-
55 quam facta fuisset, quia inualidum † & nihil
æquiparantur.l.si aut nullum.C.legit.hæredi.
Ceph.cons.370.n.67.& seq. Hond. consi.32.
56 n.86.in 1.nudum † enim cessionis nomen nõ
attenditur sine effectu.Beci.consi.14.n.31.&
57 actus † in se validus si tamẽ nullum potest ha-
bere effectum,dicitur nullus. Surd. cons.3. n.
58 30.vbi subdit, † ratificationem carentem ef-
fectu, carere etiam nomine ratificationis cum
quælibet promissio debeat semper intelligi,ne
sit frustratoria.l.hanc legem.ff.contrah. empr.
59 Surd.d.consi.3.nu.33. Alibi dicitur, † actum
non durabilem non esse in iure considerabilẽ.
idem Surd.consi.179.n.51. quia lex abhorret
60 † actus frustratorios.Glos.in l. scire debemus.
ff. verbor. obliga. Non inquam poterit cessio
61 † de per se mutare statum obligationis nec
ipsius originem.Bal.consi.105. nu.4.vers.Sed
cum cessio.in 3.Rimi. consi. 108.nu.77. & fa-
62 ciens † actum censetur se obligare legibus lo-
quentibus de illo actu,Crau.cons.75.num.5.
Ruin.consi.145.n.9.in 3. Surd. cons.42.n.6.
63 & actus † semper censetur factus prout ius di-
sponit.Surd.consi.198.n.15.& cons.198.nu-
mero 10.

Secundo quia vt supra dictum est, in socie-
64 tate † dicitur electa fides, idoneitas seu indu-
stria personæ.l.Idemq; erit.ff. pro soc. Ius igi-
tur,quod quis habet in societate aliqua alteri
65 extraneo remittere non potest, † ex quo iura
personalia cedi nequeunt.diffuse Surd. consi.
205.n.21.22.Et de alimen.tit.7.q.32.nu.13.
14.& tit.fin.quæst.22.n.12.13.& 15. Rimin.
66 iun.consi.470.n.44.Hinc dicitur, † cessiona-
rium regulariter consequi omnia iura ceden-
tis,& omnia posse facere,quæ cedenti licebãt.
Surd.consi.280. nu.14. & consi.532.nu.7.&
consi.205.n.4. non tamen posse cessionarium
vti priuilegio personali ipsius cedentis,seu pri
uilegio competente cedenti ex singularitate
personæ,vt docet idem Surd.d.cons.280. n.4.
& n.27.& consi.205.n.21.& seq.Nullo igitur
pacto dici potest præfatam cessionem aliquid
operare, nec aliquem effectum obligationis
producere aduersus Coccium incapacem so-
67 cietatis, maxime cum † cessio non possit fieri
in eum,qui non habet qualitatem cedentis. l.
mulier.§.ex asse.ff.iur.dot.Brun.consi. 80.nu.
22.Raud.consi.2.n.67.in 1.

Tertio aduertendum est,quòd ad consequẽ
dum exercitium cessionis ex titulo societatis
cessæ, ipse cessionarius debet vti actione pro
socio, iuribus vulgaribus. Modo actio seu ces-
sio est nulla,quia ipsa cessio fuit facta sub præ
textu, quod cessionarius admitteretur in so-
cium,quia cedẽs illum posuit in locum, statũ,
& gradum suum,ita ut iuribus cessis possit vti
ac experiri, ac omnia facere, quemadmodum
vtebatur,& poterat exercere ipse cedens ante
cessionem. Cum igitur nõ fuerit cessionarius
ipse admissus ad societatem, ita reluctantibus
68 sociis, sequitur quòd † cessio ista fuerit facta
ex falsa causa, cum cessionario nullum fuerit
ius quæsitum, merito causa ipsa non secuta re
uocatur,& irritatur prorsus ipsamet cessio. Ita
Bald.in l.pacto successor.in fi. C.pact. optimè
Dec.consi.464.n.4.Mandel.consi.739.n.21.
69 & seq.vbi ait, quòd cessio † facta intuitu da-
tionis in solutum redditur nulla non constito
de ipsa datione, quia falsa causa cessionis vi-
tiat, & nullam reddit cessionem ipsam, &
70 † cessionis causa cessante cessat eius effectus.
Barzi.decis. Bonon.25.nu. 17.latè Tormiol.
71 consi.6.n. 175.& seq. vbi ait, cessionem † fa-
ctam ob certam causam finalem, ea non secu-
ta resolui ipso iure absque repetitione cessio-
72 nis,& recessionis, & quando † cessio non va-
let non potest agere cessionarius ex iure cesso.
Bero.consi.187.n.24.in 1.Quinimo cessio fa-
73 cta ob causam † partim falsam, & partim verã
redditur nulla pro ea parte falsa.Roma.consi.
74 450.Quandocunq; enim deficit † cessio pro-
pter legis obstaculum [vt in præsenti casu per
l.qui admittitur.ff.pro soc.] oritur actio ad re-
petendum tamquam causa data causa non se-
cuta Franc.de Ponte consi.6.nu.25.Quia ces-
75 sio † habet tacitam naturalem conditionem,
dummodo cessionarius possit ius sibi cessum
consequi a debitore.Surd.cons.452.num.14.
post Deci.consi.99.nu.4. & ideo in proposito
societatis dixit Surd. consi. 381.nu.5.& seq.
76 quòd cessante † causa, & ratione, ex qua quis
fuit motus ad faciendum associationis cõtra-
ctum,resoluitur ipsemet contractus.

77 Quarto ita in terminis † decidit Bal. in l.1.
n.8.C.qui testam.face. poss. vbi dixit, Quòd
si plures socij emerint reditus lacus Perusini,
& vnus eorum infirmetur,ac velit vendere ius
suum tertio,illumque loco sui aggregare socie
tati,socij possunt illum recusare, quia sicut hæ
res non succedit in societate, cum sit electa fi-
des,& industria, ita nec alius extraneus. Præ-
terea cum societas sit ius actiuum, & passiuũ,
non potest cedi. Iura enim passiua non possũt
cedi inuito creditore. Potest tamen quis no-

mine

mine socij recusantis substitui tamquam insti
tor nomine sui, dummodo sit idoneus, & lega
lis, sed si socij nolũt admittere illum vti sociũ,
nunquam erit eorum socius, nec ab eis suo no-
mine poterit quidq; petere. Ista enim sunt ver
ba Baldi resecantia omnem amaritudinẽ pre-
sentis quæstionis.

Sexto adducitur, quod in hac facti specie
concurrunt ab initio contractus locationis, &
societatis, quos subsequitur contractus cessio-
nis. Fuerunt enim conducta dacita per plures
socios a Camera Ducali, nam super contractu
78 † locationis potest societas iniri. l. coiri. ff. pro
soc. & probat tex. in l. cũ proponas. C. pro soc.
79 quod tamen debet intelligi, † vt sit contracta
super reditibus. Gozad. consi. 58. nu. 23. At in
80 tali concursu præualet contractus † seu ius so-
cietatis, & ideo vnus ex conductoribus socijs
alteri non poterit sublocare partem suam inui
tis socijs. Ita Glos. fi. in §. fi. Inst. de locat. vbi
Ang. & fab. sequitur Carocc. de locat. titu. de
iur. sublocan. num. 7. in 2. declarat. secundum
primam impressionem. Nec dicatur ius socie-
tatis fuisse solutum non autem ius conductio-
nis, vt supra tetigi in octauo fundamento cõ-
trario, & ideo esse locum sublocationi inuitis
81 alijs conductoribus. l. nemo. C. locat. † Quia
hoc nihil releuat stante continuatione seu re-
nouatione societatis prædictæ non obstante
morte Pontis, vt infra dicetur in declinatione
octaui mutui.

Vis igitur residet in remotione contrario-
rum, quæ nullam vim faciunt.

Ad primũ inquam respõdetur, ipsum Coar-
dum cedẽtem semper fuisse morosum absque
vlteriori interpellatione, stante iuramẽto cor-
porali per eum suscepto, & in instrumento ces
sionis descripto, quòd omnia in instrumento
prædicto inserta sint vera, illaq; se fore inuio-
82 labiliter obseruaturum. Tale † inquam iura-
mentum habet vim continuæ interpellatio-
nis Seraph. de iuram. priui. 47. Barzi. deci. 16.
n. 11. 12. Boccat. de contr. Societ. nu. 105. Fa-
chin. li. 2. quæstionum ca. 35. Idq; indubitatè
procedit in casu isto, stante scientia ipsius ce-
dentis de recusatione sociorum nolẽtium ad-
mittere Coccium cessionarium in societate, vt
patet ex Actis, & consequenter, patet ipsum
Coccium eguisse defensione ipsius cedentis,
83 data inquam † scientia prædicta omnino di-
cendum est iuramentum semper stimulare
Coardum sine necessitate interpellationis, vt
pulchrè docet Sim. Pret. con. 24. n. 28. Manci.
de iuram. par. 4. effect. octauo. Et est commu-
nis opinio. Gozad. consi. 27. n. 10. Deci. consi.
87. num. 8.
84 Respondetur secundo, quòd vigore † cessio-
nis translatæ fuerunt actiones vtiles in cessio-
narium. l. emptor. l. postquam. C. hære. vel act.
vend. adeo quòd Coccius ex sui persona pro-
85 pria vtiles actiones habebat, ex eo † autẽ quia
fuit positus in locum, & statum cedentis, &
constitutus procurator in rem propriam, dici-
tur sibi mandatum exercitium directarum in
cessionarium. l. 1. vbi Doctor. C. actio. & obli.
Bal. consi. 163. num. 1. in 3. ex talibus inquam
86 clausulis efficitur, † vt nihil remansisse dica-
tur apud cedentem, vt post Ange. not. Crott.
cons. 73. n. 12. Cacher. decis. 45. n. 7. in fi. Sur.
consi. 22. nu. 34. & seq. vbi late probat ex hoc
dici mandatum exercitium directarum. Botta
consi. 62. n. 13. Modo cum cessionarius fuerit
constitutus procurator ipsius cedentis, nõ fuit
87 † necessaria alia interpellatio, cum perinde sit
ac si cedens semper fuisset præsens, vt in spe-
cie nostra arguit Dec. consi. 102. n. 2.
88 Respondetur tertio, opposita † militare in
casum euictionis, in quo requiritur denuntia-
tio creditoris ad hoc, vt tradat rem liberam re
mouendo onus, vel obligationem in illa exi-
stentem secus in præsenti casu, vbi agitur de
cessione contra cedentem, vt adimpleat, quod
promisit, non inquam requiritur denunciatio,
quia agitur ex instrumento cessionis primeua
obligatione legis ad tradendam rem cessam.
Ita Alex. consi. 63. n. 11. in 6. Deci. consi. 102.
ante fin. vers. Item diligenter considerandum
est. Caball. de euictio. §. 3. n. 117. Craue. cons.
83. num. 4.
89 Respondetur quarto, talem amissionẽ † de-
nuntiationis non officere, quia nihil intererat
ipsius cessionarij, cum cessio ipsa fuerit nulla,
cum ius societatis non potuerit cedi, & socij
potuerunt iuridicè recusare cessionarium, vt
supra dixi in primo fundamento. Cessat enim
culpa Coccij, ex quo denũtiatio nihil profuis-
set, meritò igitur vti superflua potuit omitti,
vt post alios tradit Crau. consi. 83. n. 5. & cõs.
567. n. 3. latè Surd. consi. 181. n. 27. & seq. vbi
90 ait, † non esse necessariam citationem, quãdo
constat nullum omnino ius defensionis com-
petijsse ipsi citando. Alex. consi. 63. n. 12. in 6.
Anch. & Fachin. infracitati, ex quibus cõstat
91 † Decium contrariantem male sensisse, & cũ
prædictis concordat Natt. consi. 232. n. 5.

Respondetur quinto, non sufficere Coardo
excipere de interpellatione sibi non facta, nisi
92 etiam in medium adducat & doceat, † quòd
si fuisset interpellatus potuisset remouere tale
obstaculum oppositum per socios renitentes,
adducendo rationem cuius vigore socios po-
tuisset cogere ad acceptandum cessionarium
in socium. Ita post Alex. aduertit Crau. consi.
179. n. 5. 6. Vant. de nullit. tit. quib. mod. sen.
null. def. poss. nu. 108. Surd. consi. 181. nu. 28.
Alex. consi. 63. n. 12. in 6. Anch. Regien. q. 36.

par.

par.1.Fachin.lib.2.quæstionum.cap.36.Man
del.consi.417.nu.16.& consi. 514.nu.9.& ibi
addition.

93 Ad secundum respondetur, † contrahentiũ
non præsumi scire leges, quando agitur de dã-
no vitando. Bart.in l.bonorum,ff.bonor.poss.
tit.generali.Rip.in l.1.§. si quis ita,nu. 29. ff.
verb.obl.Surd.consi.349.num.15.

94 Respondetur secundò talem † præsumptio-
nem cessare quãdo partes faciunt actum nul-
lum,vt post Felin.tradit Rip.d.num.29.vbi e-
tiam alios adducit.

95 Ad illud autẽ quod adducebatur† ex Natt.
consil. 185.num.8.Respondetur Natt.cò loci
reprobari per Pet.Ant.Anguis.consi.28.num.
2.& sequ.lib.2.dicens quòd tradita per Natt.
nec lege nec ratione probantur.

Respondetur secundo, quòd licet Coardus
promisserit de facto suo tantum, attamen etiã
Coccius non contentus de illa simplici pro-
missione, sibi prouidit de alia,quia fuit positus
in locum cedentis,ita & taliter quòd vti possit
iuribus cessis, prout poterat cedens ante ces-
sionem factam, quò fit vt talis promissio limi-
tata non attẽdatur, cum cessionarius sibi pro-
uiderit de alia obligatione maiori. Sicuti in
96 simili videmus quòd emens † scienter rem a-
lienam redditur securus, quando sibi prouidit
de euictione.Latè Surd.consi. 15.num.16.vs-
que 20.Burs.consi. 160.num.41.& seq.& ma
ximè cum cedens promiserit etiam attendere,
& obseruare omnia contenta in instrumento,
97 asserendo illa esse vera, quæ † promissio dici-
tur etiam comprehendere subsistentiam cessio
nis,vt per Surd. vbi supra num. 19.versic.De-
mum venditores.

Quatenus autem dicebatur Coccium de-
buisse inuestigare qualitatem iuris cessi.

98 Respondetur contrahentem † quemlibet te
neri ad se informandum de cõditione & qua-
litate personæ,cum qua gerit contractum,non
autem de qualitate rei vel iuris in contractum
deducti,secundum Crott.in l.filiusfamilias.§.
diui.num. 170.ff.leg.1. Surd.consi.13.nume.
38.Riminal.iun.consi. 640.num.65.Cephal.
consi.393.num.99.

99 Respondetur secundo,† tex.in l.qui cum a-
lio.non procedere in persona ignara, cui ex æ-
quitate subuenitur, ne alter cum illius iactura
locupletetur.Cagnol.in d.l. qui cum alio,nu.
6.& numero 13.

100 Respondetur tertio.l. qui cum alio.non in-
ducere obligationem nec effectũ,quando par-
tes nulliter contrahunt, seu quando actũ nul-
lum celebrant, quia ex tali actu nullus resul-
tat effectus,vt supra tetigi in primo fundamẽ-
to,non repeto.

Ad tertium respondetur,aduertendum esse
in præsenti casu non fuisse cessa emolumenta
societatis, sed ius ipsius societatis cum emolu
mentis, sed ex diuersis non fit illatio, iuribus
notis. Vtilitas inquam ac emolumenta, quæ
ex societate resultarunt,possunt transmitti ad
hæredes,vt per Surd.& Thesaur.in locis addu
ctis,non tamen ius ipsum competens alicui in
societate potest transmitti,vt supra dictum est
in primo fundamento, & transmissio emolu-
mentorum supponit societatem præambulam
dissolutam, cessio autẽ iuris societatis arguit
societatem permanentem tempore cessionis,
& colligitur, vt dixi, ex adductis per Surd.&
Thesau.in præallegatis locis.Sane in casu isto
cõtrouertitur de ipsamet substantia societatis
cessæ, non autem de emolumentis è societate
101 prouentis. Quando enim verba † in contra-
ctu sunt expressa, illis est stãdum, quamquam
contrariæ præsumptiones præpõderarent.Cra
uet.consi.20.num.4. & consi.25.num.22.Ol-
drad.consil.154.in primo dubio.Imo quando
102 verba † possunt intelligi secundum propriũ
significatum non debent trahi ad impropriũ.
l.verbis ciuilibus.ff.vulg.Crau.consi.159.nu.
103 7.Non igitur dicendum est,† cessionem ex-
plicitam iuris societatis ad emolumenta socie
tatis trahendam esse, cum sint termini valdè
104 inter se discrepantes,meritò dispositio† non
potest conuenire illis, quibus verba non con-
ueniunt.l.4.§.toties.ff.damn. infect. Alexan.
consi.2.num.4.in 4.Rom. cons.434.in primo
105 dub.Dec.consi.444.num.16.Nec † possunt
conuerti inter se termini isti. Siquidem in ces-
sione iuris societatis [dato cõsensu sociorum]
continentur emolumenta & onera societatis,
nõ autem è contra,quia cessis emolumentis so
cietatis non efficitur socius,nec venit ius socie
tatis,vt patet ex præallegatis.

Nec vim facit clausula, omni meliori mo-
do &c.

106 Respondetur enim illam † non extendere
dispositionem ad casus non expressos, sed so-
lum referri ad specificatos, illosque validare,
& conseruare. Meritò omissum ampliare & nõ
expressum inducere nequit. Latè Ios.Lud. de-
cis.Perus.117.numer. 22.& 28.sicuti non po-
107 test† supplere defectum substantiæ,sed qua-
litatis tantum.Menoch.consi.415.numer.20.
Nequaquam igitur dicendum est cessionem
iuris societatis vigore talis clausulæ verificari
in cessione emolumentorum.

108 Respondetur secundo,præfatam † clausulã
nullatenus operari, quando modus ineptus
fuit expressus, & ex illo modus aptus descen-
dere nequit. Vant.de nullit.tit.de nullit.ex de
fect.iuris.ordin.num.174.Menoc. consi.415.
num.27.At hic inepte fuit cessum ius societa-
tis, & aptus modus ex tali cessione resultare
nequit

nequit socijs reluctantibus, vt supra dictū est. Non enim potest talis cessionarius agere ad emolumenta nisi actione pro socio, sed si non potest esse socius, nec illi actio pro socio potest competere.

109 Respondetur tertio, illam clausulam † operare in casu dubio, non autem in claro, in quo clarè cantant verba partium, latè Surd. consi. 318.n.20.& decis. Mantua.7.nu.25.vbi alios

110 adducit, alias sequeretur, † quòd ipsamet clausula posset inducere difformia, & tollere vitium contrarietatis contra relata per Capic. decis.98.n.9. Personal. de petit. hæred. n.560. Borgnin. de vsufruct.n.107. Meno. consi.415. num.25.

111 Respondetur quarto, † non habere virtutē operandi in actu nullo, cum faciens actum nullum dicatur nugari. Surd. decis.7.n. 28.&

112 quando actus † principalis est nullus [vt est cessio iuris societatis, quod est personalissimū, & non tenet inuitis socijs, vt sæpius fuit repetitum] cætera omnia corruunt ad validandū illum actum. Surd. alios congerens in d. decis. 7.n.28. Curt. iun. consi.131.nu.12. Ias. consi. 133.nu.37.& seq. in 4. Anguil. consi.93.nu.4. & seq.

Tollitur & illud, quod dicebatur de annis præteritis, quorum respectu ius simplex societatis adaptari non poterit, sed tantum commoditas emolumentorum, vnde sequitur conclu-

113 sio, quòd debeant † æqualiter determinari tempus præteritum, & futurum iuxta l. Nam hoc iure. ff. vulg.

114 Respondetur enim, quòd vnicum † verbum ad plura relatum vario modo intelligitur iuxta relata, & vno respectu proprie, & alio impropriè, vnde diuerso iure censentur, vt post Glos. declarat Mazzol. consi.116.num.50.vbi post Alex. Deci. & alios subiungit oppositum admitti, quādo illa vnica determinatio potest vniformiter operari, alias secus, quia tunc di-

115 uersimoda resultat determinatio; cessat † inquam paritas determinationis, quādo lex illā non admittit. l. mulieri, & Titio. ff. condit. & demonstr.

116 Respondetur secundo † argumentum desumptum ex d.l. iam hoc iure; non procedere in ijs, quæ sunt contra regulas iuris, vt diffuse probat Cur. iun. consi.33.n.4. Mazzo. d. consi. 116.n.53. Hinc dixit Abb. in c. Translato n.4.

117 de consti. quod extensio † casuum non debet fieri, vbi casus similis habet legem in contrarium, cum non debeat induci legum correctio ex similitudine rationis.

118 Respondetur tertio, & realiter, † satis esse in proposito nostro, vt adæquatio fuerit facta eo respectu, vt ius societatis quoad tempus futurum, & emolumenta quo ad tempus præteritum in vnica determinatione fuerint cessa, & determinata, licet in omnibus non conueniant per omnimodam similitudinem. Ideo cessio iuris societatis, per annos sex quoad tēpus decursum, verificari potest tātum quo ad vtilitatem, & onera resultantia ex societate exercita, & posset sustineri, non autem quo ad tempus futurum respectu futuri exercitij societatis, cum lex hoc non admittat inuitis socijs, adeo quod resultat æqualis determinatio respectu actus cedendi, & prouisionis cessionarij, non autem quo ad subsistentiam integræ cessionis, cum lex hoc in casu aliter determinet, vt optimè concludit Deci. consil. 416.

119 n.15.16. dicens, quòd æqualis † illa determinatio requisita in illa conclusione dictante [Quòd vnica determinatio plura respiciens determinabilia debet illa æqualiter determinare] sat est, quòd verificetur, & inducatur similitudo, vel adæquatio eo respectu, quo facta sit adæquatio, licèt non in omnibus sit similitudo, subdens, quòd quādo sub vnica determinatione alicui facta fuit substitutio vulgaris, & fideicommissaria, vel quando vtraq; comprehenditur in compendiosa, illa adæquatio dicitur facta eo respectu simili ad hoc vt vtroque casu substitutus admittatur, & sic vtraque substitutio fuit determinata ad prouisionem substituti, sed tamen secundum illarum naturam, & qualitatem propriam, nec aliquo pacto dicendum est, quòd per talem vnicam determinationem confundantur, & alterētur natura vulgaris, vel fideicommissariæ substitutionis, sed prouisio illa vnica dicitur facta de vulgari secundum naturam vulgaris, & de fideicommissaria secundum naturam eius. hæc Decius, cum quo valde conferunt dicta per Curt. iam dicto consi.33.n.4.& per Crau. cōs. 674.nu.37.ver. Secundo respondetur, vbi ait

120 non esse locum † l. iam hoc iure. vbi natura diuersa in determinabilibus inest. Ita igitur, vt dixi, in proposito nostro cessio quoad tempus decursum potest verificari respectu emolumentorum, & potest intelligi quoad vtilitatem perceptam non autem quoad tempus futurum, in quo agitur de exercitio societatis, & de admissione in socium, quo in casu nō tenet cessio, licet quoad tempus decursum intuitu solius commoditatis, & vtilitatis sustineri posset. Istorum enim casuum diuersa est natura, & determinatio a lege inducta licet sub vnica cessione contineantur. Plures alias responsiones adducit Burs. consi.151. nu.10.& seq. quæ apprimè accommodātur præsenti casui, quas non curo referre, cum apud eum videri possint, & apud Crau. consi.674.n.37.

Pariter declinatur consideratio iuramenti &c.

Respon-

121 Respondetur inquam iuramentum † intelligi esse præstitum secundum naturam actus, & secundum conditionem actui inhærentem, super quo interponitur.l.fi.C.non num.pecu. Caballin. milleloq.223.Gabr.titu.de iureiur.
122 conclus. 10. & ideo iuramentum † roborat, sed tamen non extendit obligationem. Surd. consi.20.n.8.& consi.315.n.27.& consi.264.
123 n.45.nec † validat contractum dolo initum, idem Surd.consi.84.n.11. Si igitur cessio iuris societatis non tenet inuitis socijs, vt supra probauimus, iuramentum nō operatur, vt teneat contra apertam legis dispositionem.

124 Respondetur secundo iuramentum † semper intelligi rebus sic stantibus.c.2. vbi Glos. & Doct.de renunt.Surd.consi.418.nu.7.Modo putauit Coccius cessionem subsistere ideo iurauit,quæ tamen est nulla, ideo iuramētum non afficit,vt in simili Surd.consi.327.nu.12.
125 & 264.n.42.vbi ait † mutato rerum statu,& superueniente noua causa contrauenientē iuramento non effici periurum. Si ergo socij nō obstante cessione iurata noluerunt admittere Coccium in socium,non potest dici illum vinculatum esse per iuramentum.

Ad quartum de cessione facta periculo, & risigo cessionarij &c.

126 Respondetur illud periculum, & risigū † referri ad exercitium societatis, & daciti, & ad exactionem creditorum iam cessorum, præsupposita validitate contractus celebrati, seu præsupposita subsistentia iuris cessi,alias sequeretur inuerisimilitudo, quòd Coccius voluerit absolutè conseruare indemnes contrahentes secum contra Cameram Ducalem, absq; aliqua securitate,quòd contractus seu cessio subsistat,adeo quòd Coccium voluisse donare di-
127 cendum esset, & tamen † donatio non præsumitur, sed potius error etiam iuris, & in facto proprio.Surd.consi.290.n.14.Confert doctrina Bar. in l.Pupilli.§.soror.ff.solu. vbi ait dispositionem illius textus dictantis,Periculum
128 † nominis cessi pertinere ad cessionarium intelligi debere de periculo causato post cessionem,non autem de periculo subsistente tempore cessionis.

Respondetur secundo,cessionem istam fuisse nullam, & haberi pro non facta, & esse frustratoriam,vt supra in primo fundamēto. Quo modo igitur potest dici facta cessio periculo
129 cessionarij, † si nulla cessio verè facta fuit, vel saltem verbalis simpliciter ac nullius ponderis.

Respondetur tertio, contrarium admitti in
130 se nempe cedentem † teneri simpliciter ad præstandum ius cessum esse verum,sed in præsenti casu istud negatur in esse,ex quo stante recusatione sociorum cessio illa non est vera, nec fundata, sed totaliter vana, & sine aliqua obligatione societatis cessæ.

131 Nec vrgent adducta per Alex. † consi. 93. n.2.in 4.& Natt.consi.38.

Respondetur enim, quod vendens nomen debitoris tale quale est, tenetur tamen illud præstare,licet nō idoneum manutenere, quia
132 verba, † tale quale,non cernunt essentiā sed qualitatem.Ita Ang.in l.si plus.§.qui nomen. vbi fulgos.versic.Quartus, & vltimus casus.ff. euict. vbi ait ita intrepide tenendum esse, vt probat tex.in d.§.qui nomen.ibi[duntaxat vt sit] Idq; probat ibi Glos. quatenus ait talem venditorem teneri præstare, & huiusmodi nomen venditum possit de iure exigi,licet nō de facto, & ita declarat omnino videnda decis. Mant.288.n.28.29.At stante nullitate,& vanitate cessionis sine effectu non dicitur præstare ius cessum fuisse verum, licet non exigibile vel idoneum.

133 Ita pariter vendens ius † quod habet in re, licet de euictione non teneatur, tenetur tamē præstare rem illam esse obligatam, vt per plura iura probat Caballi. de euictio.§.5.nu.36. alias cessio illa nullatenus est curāda nec one
134 rat cessionarium,& ius, † quod non est,non potest cedi. Ias.consi.134.col.1.in 4. Raud. consi.2.n.76.in 1.

Quatenus etiam adducebatur ius conditionale incertum,vel consistens in spe cedi posse ex Homod.consi.214.

Respondetur illud admitti, dum tamen cōditio, vel spes impleatur, alias non tenet nec valet. Idem Homod. d.consi.214.nu.7. Bald. consi.346.in fin.in 4.adeo quòd vbique colligitur cessionem non esse curandam, nisi concurrat substantia seu essentia rei cessæ.

135 Ad quintum respondetur, † ius vectigaliū transire ad hæredes concurrentibus tamen requisitis per Glos.in l.Adeo.ff.pro soc.Thesau. decis.242.n.2.Ios.Ludo.conclus.53.fol. mihi 54.ver.Fallit quando quis conduceret.Felici. de societ.c.32.n.20.& seq. vbi enumerat quatuor requisita necessaria.Primum,quod sit societas vectigalium. Secundum quod socij conuenerint inter se,vt transiret ad hæredes. Tertium,quòd personæ hæredū sint habiles.Quartum, quòd socij paciscantur cum locatore de tali transitu, sequitur Zanch. in consilio edito post tractatum de societate congestum per Mozzi.de contr.post tit.de societ.n.27.

De quibus requisitis non constat in præsenti casu, & consequenter tale ius cedi non potuit. Siquidem etsi quod est transmissibile,sit etiam cessibile,attamen cum ad essentiā transmissionis societatis vectigalium requirantur quatuor illa prænarrata requisita, necessario sequitur debere ēt cōcurrere in casū cessionis.

Nec

Nec aliquid operatur illa mentio hæredum
136 in casu isto, nam illamet mentio † hæredum operatur transmissionem ad hæredes ad commodum locatoris quoad obseruantiam cōtractus,non tamen operatur talis trāsitus quoad perdurandam seu prorogandam ipsam societatem quoad ipsosmet socios,nisi explicite mētio hæredum fiat in contractu societatis. Ita Dec.consi.213.n.8.vers.Postremo. Rui.cons. 90.n.11.versi.Et dato etiam millies in 1.Zanchi.in consilio edito post tract.Mozzi.de soci. n.28.Felici.de societ.c.32.n.28.

Respondetur secundo argumentū de trans-
137 missione † ad cessionem tenere negatiuè nō autem affirmatiuè [quidquid nonnulli minus recte senserint] nam valet consequentia: non transmittitur ergo non ceditur, non autem cōuertitur, nēpe transmittitur ergo ceditur. tex. in l.si stipulatus fuerim.ff.verba oblig.l.si mulier.§.ex affe.ff. iur. dot. quos texrus adducit in proposito isto Gomes.in §. fuerat.n.26.Instit.de actio.Socin. in l.cum filiofamilias.col. pen.ver.Ad secundum dic quod verum est. ff. leg.1.cum alijs congestis per Tiraque.de retr. lignag.§.26.Glo. 1.n.44.& seq. & per Zanch. in l.hæredes mei.§.cum ita.par.4.n.475.ff.ad Trebel.& ideo videmus fideicommissum vniuersale ad hæredes transmitti non tamen cedi posse. Pariter iura directa transmittuntur, nō ceduntur. Ita etiam iurium sepulchrorum fit transmissio non vtique cessio. Tiraquel. loco præcitato. Emphyteusis cadit in transmissione non in cessione.Bero. vbi supra. Quo fit vt idem fatendum sit in casu isto, quod ius istius societatis possit transmitti vt supra, non tamen cedi.

138 Respondetur tertio de trāsmissione † ad cessionem recte inferri dummodo cessio fiat ex causa, vel ex contractu, propter quem contrahentes non cadant in vitium seu in actum prohibitum,vel a iure reprobatum,vt pulchre docet Bero.in c.1.n.3. in fin.& n.4. de iur.pa. Zanch.in d.nu.475.Modo cessio ista iuris societatis inuitis socijs reprobatur a lege,vt sup. in primo fundamento, ideo non tenet vti vitiosa,& prohibita.

Ad sextum de approbatione &c.

Respondetur Coccium fuisse approbatum tamquam commissionem in exactionibus illi commisis [seu etiam vti institorem dato non tamen admisso, quòd potuerit considerari, vt institor] non tamen constat vnquam fuisse approbatam, vt socium in conductione vecti-
139 galium. At † approbatio quæ ex aliquo facto sequitur ad limites ipsius facti restringi debet,& quatenus factum interuenit tantum, & non vltra.Crau.consi. 737.num. 16. subdens
140 † actus voluntarios nō extendi vltra ea quæ geruntur. Et consequenter dicendum est destituationem sociorum factam in personā Coccij ante cessionem prędictam,& successiuè durante post cessionem ad exigendum credita, societatis non extendi vltra metas exactoris, quia nomen socij in proposito isto denotat dominium,& superioritatem. Nomen autem,& qualitas commissarij seu exactoris, importat seruitutem,& dependentiam a persona maiori. Et vt dixi, societas consensu perficitur,con-
141 sensus † autem qui colligitur ex facto nō extenditur vltra quam ex illo actu infertur de necessitate. Sur.conf.160.nu.53. & conf. 212. n.22.Vnde non est extendenda approbatio facta in Coccium tamquam exactorem seruum, & commissarium,vt reputetur Dominus,& socius, & coæqualis.

Nec releuat socios teneri ex facto institoris & socios inter sese vicissim institores reputari.

142 Quia respondetur † id procedere vigore mādati emanati a socijs, & consequenter donec institoria reuocetur a socijs.nam illa finita cessat conuentio,& obligatio sociorū. Paris.cōsi. 94.n.34.in 1.Dec.in l.si institorem, nu.4.ff.si cer.pet.Felici.d.cap.30.nu.27. æquiparantur
143 † enim institor,& procurator,nam ambo possunt pro libito remoueri.decis.Genuæ 14.nu.
144 62.Adeo quòd administratio † gesta per institorem dependet a voluntate sociorum superiorum,& facta per institorem dependent a facultate illi præstita ab illis, quorum negotia exercet & administrat, vt colligitur ex dictis
145 p Felici. d.c.30. n.33. Hinc dicitur,† institorem constitui debere nominatim ad hoc vt institor dici possit.decis.Genu. 14.n.7.Nec dici
146 tur institor † nisi qui a domino prepositus est negotiationi eadem decis.Genu. 14.nu.47.in
147 fi.& 48.& nu.61. Quia ille vere dici † potest institor,qui aliena negotia gerit exigendo pecunias,& contrahendo.decis.Genu. 160.n.3. & vulgariter loquendo,institor dicitur Facto. Bar.in l.eandem.num.9.ff.duob.reis. d.decis. Genu.14.nu.43.vnde patet institorem agere nomine alieno, socium autē nomine proprio.

Ad illud verò, quod socij diuersis in regionibus negotiantes dicantur vicissitudinarij
188 institores, † illud intelligitur per fictionem, non inquam sunt institores,sed adinstar institorum,vt post alios aduertit decis. Genu. 14. n.71. 72.vbi subiungit socios inter sese inuicem videri præponere propter mutuam illam, & vicissitudinariam exercitationem, & quasi commutationem, quia illa reciproca vicissitudo hoc operatur, qua cessante cessat & institoriæ præpositio. Sequitur Felici.d.c.30.nu.17.
189 quæ † vicissitudo, & commutatio non considcratur inter socios ex vna, & verum institorem

tore:n ex alia. Vnde veri institores non continentur sub nomine sociorum dominorum negotiationis, cum institor possit pro libito reuocari, & dicitur seruus, & factor, non socius nec Dominus.

Ad septimum de assumptione &c.

150 Respondetur, non tenere argumentum † ab assumptione ad cessionē, nec ab assumpto ad cessionarium, nam admissio illa conceditur a lege, quia fit mutuo consensu contrahentium, & ideo inter illos contrahitur societas. At secus in cessione, quæ irritatur dato dissensu sociorum. vnde cessio sine fundamento mutui consensus dicitur nulla, & nullum operatur effectum. In casu inquam assumptionis assumens remanet socius assumentis tantum, nec alteratur prima societas. In secundo casu cedens se eximit a societate, & societas alteratur per mutationem personæ, quę nō fuit primordialiter approbata ab alijs socijs interessatis, & hanc distinctionem probat text. in d. l. qui admittitut. Vbi omnes admittunt. Vnde erroneum est argumentum ab assumptione in socium, ad cessionem societatis factā extraneo inuitis socijs.

Ad octauum respondetur, imò fuisse cessum ius societatis non autem ius simplicis conductionis: nam, non obstante obitu Pontis, semper continuauit, vel saltem illico fuit renouata eadem societas in omnibus, & per omnia per plures menses ante contractum cessionis.

151 societas † enim renouatur expresse vel tacite per actus sociales, qui citra ius societatis fieri nequeunt, vel non solent. Menoc. lib. 3. præsumpt. 57. Mascar. de probat. conclus. 1310. Felici. de societ. c. 41. col. 1. & seq. Latè Zanc. in consilio impresso post tractatum Mozzi, de societ. per tot. & in eisdem, vel omnibus illis

152 actibus, † ex quibus originaliter contracta, vel inita præsumitur societas, eisdemmet præsumitur renouata. Felici. alios adducens d. ca. 41. n. 4. Munoz. de Ratiocin. ca. 6. num. 61. & sequentibus.

Primum igitur signum renouatæ societatis & postea cessæ, colligitur ex ipsamet confessione iudiciali ipsius Arrigoti, de qua in processu fol. 8. repetita fol. 49. explicitè fatentis Coccium cessionarium post cessionem se gessisse pro socio, & illi fuisse cessum ius societatis, subdens hoc esse nototium. Quæ confessio

153 † probat talem renouationem, vt probè notat Zanchi. in præcitato consi. n. 40.

154 Secundum signum colligitur ex eo, † quòd Coardus toto posse suo nixus est per duplicatas literas, & nuntios, vt alij socij cooptarent in societate ipsum Coccium, ipsosq; socios nū quam illum admittere voluisse, vt per testes plurimos examinatos videre est. Quò fit, vt Coardus vere cesserit ius societatis, non autē ius solius conductionis, quia superflua fuisset requisitio sociorum, vt Coccium admitterent in consocium, ex quo potuisset Coccio sublocare partem suam locationis cæteris inscijs, vel inuitis ex l. nemo. C. locat.

155 Tertium depromitur signum, † quòd Coardus post cessionem illam, & recusationem sociorum nunquam se exemit ab oneribus, & muneribus societatis, sed semper participauit de lucro, & de damno a societate prouenienti bus, & idcirco perspicuè colligitur ex codice magistrali societatis illi fuisse appositum onus soluendi summam aureorum quingentorum illi tangentem pro sua octaua parte soluendā Cameræ Ducali, merito semper fuit socius vsque ad finem societatis, alias non fuisset descriptus debitor tam egregie quātitatis super libris originalis societatis, & per eosdemmet

156 Rationales societatis. Hinc dicitur, † quòd renouata societas censetur ex eo, quòd post tē pus societati præfinitum quis per longum tem pus suum capitale non deduxit. Alex. consil. 132. n. 2. in 5. Munoz. de ratiocin. ca. 6. n. 62.

157 & ex nominatione † sociorum tamquam sociorum dicitur omnino renouata societas. Ios. Ludo. conclus. 53. fol. mihi 134. vers. Tertia præsumptio.

Quarto, tempore creatę societatis fuit vna

158 nimiter † adaptatus magnus codex formalis cum lata inscriptione in illius principio, quali ter ille erat codex magistralis societatis &c. su per quo libro taliter inscripto, semper non obstante morte Pontis successiue vsq; ad finem conductionis fuerunt descriptæ omnes rationes, computa, & negotia totius societatis nil mutato, euidens signum perpetuatæ societatis. Zanch. in d. consi. num. 66. vers. Itaque pro concordia. Munoz. d. ca. 6. nu. 63. necnon fuit scriptus continuo liber ille per eosdemmet cā cellarios, vel Rationatos aut scripturales, & negotia exercita semper per eosdem commissarios, exactores, & institores ac officiales nul

159 lo remoto, † vnde negari nequit talis renouatio seu continuatio. Decia. consi. 11. nu. 34. & seq. in 1. Ios. Ludo. d. fol. 134. vers. Et quando. Munoz. d. c. 6. n. 6. Mascar. de probat. conclus. 1310. n. 10.

Quinto si rectè ponderentur verba prolata per Coardum cedentem, profecto fatendū est, illum tunc temporis se gessisse pro socio, & ius sibi competens in societate Coccio cessisse, ibi [dedit, cessit & remisit præfato Coccio &c. octauam partem quam habet & participat, ac habuit & participauit in conductione daciti generalis cū prædictis Ponte, & Ecclesia &c.] Modo si Coardus in actu cessionis fatetur se alias participasse, & nunc participare illam

octa-

octauam partem, quam cedit, consequenter fa tetur iam fuisse, & nunc esse eundem socium,
160 cum † nil aliud sit esse participem, quam esse socium: nam ista duo nomina differunt in sono non in effectu, in quo in omnibus concordant. Decis. Genu. 46. colum. 1. post Glos. in l. cum in societatis. C. pro soc. & decis. 14. num. 22. vers. Vndecimo, & num. 129. Zanch. d. suo consilio nu. 24. dicentes nil referre quam por-
161 tionem habeat participans, † quia semper pro illius rata dicetur socius, & quòd si in aliqua scriptura plures dicantur participare, pro rata initam fuisse societatem dicendũ est. Addatur illud verbum relatiuum [quam] referre substantiam cum omnibus suis qualitatibus societatis. Castr. consi. 383. nume. 5. in primo Surd. decis. 85. nu. 3. dicentes, quòd importat idem ac si fuisset dictum eisdem modis, & quemadmodum illam tenebat ante dictam cessionem.

Ad nonum respondetur, non negari schedulæ vel nummorum mille restitutionem, sed bene dicitur hoc intempestiuè peti, quia ad talem restitutionem non tenetur Coccius antequam fuerit declarata nulla, vel valida ipsa cessio. Ipse inquam Coccius non agit ad rescissionem cessionis, sed ad illius nullitatem causatam culpa cedentis, qui non adimpleuit pro
162 missa, vel conuenta, † quo in casu non est locus tali restitutioni antequã ipse Coccius fuerit totaliter in pristinum repositus, vt per Verall. decis. 317. in versiculo Transactio. parte tertia, Mascard. de probat. conclus. 1387. num. 4.

Addatur quòd cum Coccius stante nullita
163 te cessionis † euadat creditor longe maioris summæ, frustra cogitur ad restitutionem schedulæ minorem summam continentis, quia Coardus hoc in casu teneretur ad supplendũ reliquatum debiti. Ceph. consi. 677. in vltimo dub. Georg. allegat. 34. numero 21. 22.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non competit negãti scripturam sua manu fuisse confectam.*

2 *Excipiens de non numerata pecunia ad hoc, vt obtineat in causa, debet probare, quod pecunia non fuit numerata, & quod adfuit spes numerationis.*

3 *Exceptio opposita non dicitur per simplicem negationem sed tenetur probare illam.*

4 *Deficienti in suo salutari est imputandum illi, nec condemnationem euitare potest.*

5 *Confessio facta ex alia causa, quam sub spe futuræ numerationis, facit cessare exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

6 *Excipiens contra causam præcedentem, seu contra præteritam numerationem contentã in scriptura confessata tenetur probare eam non fuisse veram sed falsam.*

7 *Causa de præterito enuntiata in scriptura confessionis præsumitur vera alio non constito.*

8 *Debitor probans nullam numerationem non fuisse factam, nec interuenire potuisse, quia eam vidisset, non obtinebit debitor.*

9 *Debitor debet ad obtinendum in causa probare concludenter numerationem non interuenisse, nec aliquid aliud, quod pro numeratione habeatur.*

10 *Declaratio respicit præterita.*

11 *Declaratio respicit illud, quod antea erit dubium.*

12 *Verbum promitto insitum in scriptura etiam priuata, & vulgari etiam idiomate conscripta maxime in iurisperito importat stipulationem.*

13 *Stipulatio præsumitur inesse in quacunque scriptura.*

14 *Verba cautionem importantia arguunt stipulationem.*

15 *Stipulatio de necessitate præsumitur quando interuenit fideiussio.*

16 *Creditoris præsentia in schedula præsumitur.*

17 *Præsentia, & obligatio arguunt sine dubio stipulationem adesse.*

18 *Stipulatio reddit scripturam efficaciorem.*

19 *Stipulatio dicitur melior, & efficacior contractus quam sit in iure nostro.*

20 *Stipulatio est illa, quæ producit actionem, non antem numeratio.*

21 *Promittens centum, postea excipiens de non numerata pecunia, non contradicit petenti, sed ineptè excipit.*

22 *Plica veritatis sapit quodammodo vim iuramẽti, & excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

23 *Nomen veritatis geminatum denotat enixam confessionem debitoris.*

24 *Debitor verus, & legitimus se asserens hoc repugnat exceptioni non numeratæ pecuniæ.*

25 *Fidem cautionis agnoscens non potest denuo apponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

26 *Debitorum pluralitas non præsumitur.*

27 *Actus quilibet præsumitur gestus in executionem causæ præambula.*

ARGVMENTVM.

Debitor recognoſcens ſchedulam, in qua adeſt obligatio, fideiuſſio, & alia apta ad vere ſe obligandum, non poteſt poſtea excipere de non numerata pecunia, nec obtinebit in cauſa niſi probauerit ſe non recepiſſe numeratioñe, nec aliquid aliud loco numerationis, nec non confeciſſe ſchedulam ſub ſpe futuræ numerationis.

CONSILIVM CXXI.

Actiones meæ à Domino.



Nullo pacto excuſari poteſt Illuſtris ac admodum Reuerendus Dominus Marcus Antonius de Michaelibus a prætenſa ſolutione aureorum centum nonaginta per hæredes quon. Leonis Montalbotti bancherij ſub prætextu, quòd allegauerit, articulauerit, ac media teſtium probare nixus fuerit exceptionem non numeratæ pecuniæ non obſtantibus etiam allegatis per Illu. D. eius aduocatum, maximè cum dictus Reuerendus defecerit in ſalutari ſuo.

Siquidem cum ipſe Reuerendus fundauerit ſe in exceptione non numeratæ pecuniæ, conſequenter dicitur faſſus fuiſſe ſcriptum debiti fuiſſe manu ſua celebratum, quia negans
1 † ſcripturam ſua manu fuiſſe confectam huiuſmodi exceptionis beneficio gaudere nequit. Auth. Contra qui propriam. vbi Bald. Salic. Caſtren. & alij. C. non nume. pecunia. Gabr. titu. de acquir. poſſe. concluſ. quinta, numero vndecimo: Idque etiam colligitur ex teſtibus dicti Reuerendi Domini nomine examinatis.

Nil tamen prodeſt ipſi excipienti talis allegatio exceptionis defectiua, cum verè inſufficienter excepcrit. Nam articulauit, & probare conatus eſt pecuniam tempore celebrationis ſcripti ſibi non fuiſſe numeratam, non autem probauit ſe apocham illam ſcripſiſſe ſpe futuræ numerationis. Duo inquam debet cõtinere exceptio nõ numeratæ pecuniæ ad hoc,
2 vt quis victoriam † obtineat contra producentem ſchedulam crediti confeſſati. Primo quòd pecunia non fuit numerata: ſecundo, quòd ad fuit ſpes futuræ numerationis. Bald. in l. 1. nu. quarto. C. cond. ob turp. cauſ. & ideo per ſim-
3 plicem negationem non dicitur oppoſita † talis exceptio, quia negans non excipit, & talis negatio inducit quidem litis conteſtationem, non autem confeſſionem impugnat, merito igitur debuit dirigere exceptionem contra confeſſionem allegando, & probando illam fuiſſe factã ſub ſpe futuræ numerationis, quod
4 cum non † fecerit, ſibi imputet, quia condemnationem euitare non poteſt. Ita Coſta in l. ſi ex cautione. limit. 4. nume. 4. verſi. Vltima eſt quæſtio. C. non numer. pecu. latè Bertaz. conſ. ciuil. 49. num. 41. & 43. Rimin. iun. conſ. 191. num. 12.

Præterea conſidero, dictam apocham fuiſſe confectam in domo propria ipſius Reuerendi, & tamen in ea leguntur hæc verba [per tanti hauuti in contanti dal loro banco] Quo fit, vt ſcriptura illa fuerit facta per modum noui actus, cum habeat relationem ac cauſam, & actum de præterito, & ad præteritam numerationem, & conſequenter non militat in preſenti caſu exceptio non numeratæ pecuniæ, quia talis exceptio continet ſpem futuræ numerationis, ſed confeſſio prædicta habens relationem ad præteritam numerationem non poteſt dici facta ſub ſpe future numerationis, & attenditur originalis cauſa ſeu origo petitionis, non autem ſubſequens actus confeſsionis. Quare omnino fatendum eſt, quòd cum
5 conſtet confeſsionem † iſtam fuiſſe factam ex alia cauſa, quam ſub ſpe futuræ numerationis, quòd prorſus ceſſet præallegata exceptio. text. in l. aduerſus. C. non nume. pecunia late Ruin. conſilio decimo nono, num. vndecimo, in 4. & in terminis terminantibus caſus noſtri clarè firmat omnino videndus Bertazin. conſilio ciuil. 49. numero decimo octauo, 52. 53. 54. Debebat igitur probare dictus Reue-
6 rendus † præcedentem cauſam ſeu præteritam numerationem, de qua in ſchedula confeſſionis, non fuiſſe veram ſed falſam. Ita Felin. in cap. Si cautio. numero quinquageſimo ſexto, in ſeptima fallentia extr. fid. inſtrum. Coſta in d. l. ſi ex cautione. limit. 5. in fin. verſic. Sed magis illud intendit. Bertazin. conſilio quadrageſimo nono, numero 55. & ſequen. Calade mod. proband. numero 727. quia illa cau-
7 ſa † de præterito enuntiata in ſcriptura confeſsionis præſumitur vera alio non conſtito. Ruinus conſilio decimo nono, numero vndecimo, in quarto. Hinc dicitur in propoſito, quòd quando confeſsio non fit ſub ſpe futuræ numerationis, ſed propter numerationem, quæ iam facta fingitur ſi creditor producit ſcripturam confeſſati crediti contra
8 confitentem, & è conuerſo debitor † ad reprobandam ſcripturam inducit teſtes dicentes nullam numerationem factã fuiſſe, nec interuenire potuiſſe, quin eã vidiſſent, non tamẽ obti-

nebit

nebit debitor, cum id nequeat verificari in iã facta numeratione, & in mutuo naturali, cui ius ciuile adiumento est. Præterea debuit
9 † formari articulus probans concludenter, nẽpe non interuenisse numerationem, nec aliquid aliud, quod pro numeratione haberetur. Castren. in l. singularia numero septimo, ff. si cer. pet. late Cioffi. consi. 18. numero quinto, in secundo. Confirmantur prædicta, nempe quòd dicta apocha respiciat præteritam numerationem, quatenus dictus Reuerendus nõ simpliciter confessus est se debitorem, sed declarauit se debitorem ibi [Io Marc'Antonio Micheli dichiaro &c.] si igitur declarat se debitorem, de necessitate supponit præteritam pecuniæ erogationem ante celebrationem
10 scripti, quia declaratio † respicit præterita. Bald. in l. non dubium numero secundo, in 3. notab. C. legibus. Hinc dicitur, quòd declara-
11 tio † respicit, quod antea erat dubium. l. hæredes palam. §. si quid. vbi Castr. ff. hæred. instit. cum concordantibus.

Vlterius aduertẽdum est, in dicta schedula confessionis interuenisse stipulationem; Quia dictus Reueren. promisit soluere dictos denarios omni meliori modo dictis hæredibus &c. sub obligatione &c. Cum inquam promiserit soluere, ex tali promissione resultat stipula-
12 tio, quia verbum, † promitto, insitum in scriptura etiam priuata, & vulgari etiam idiomate conscripta maxime a iurisperito, [vt est iste D. Reueren.] importat stipulationem. Cephal. consilio 396. numero vigesimo septimo, Botta consilio 65. numero trigesimo septimo, & de veriori ac magis recepta nouissime testatur Rimin. consilio 108. numero decimo quarto, vsque decimo octauo. Quinimo in quacunq;
13 scriptura † præsumitur inesse stipulatio, vt in terminis nostris asseuerat Bertaz. consilio 49. numero 20. & sequenti. Maximè quando vltra promissionem adest etiam cautio creditoris ibi [sotto obligo de miei beni &c.] quia
14 verba † cautionem importantia arguunt stipulationem. Bertaz. dicto consilio 49. nume. vigesimo tertio. Hinc dicitur, quòd quando
15 interuenit fideiussio † de necessitate præsumitur interuenisse etiam stipulationem. Rimi. loco præcitato. Et vere in præsenti casu cessat omnis amaritudo, quia schedula prædicta fuit facta in præsentia partis seu creditoris [prout
16 etiam † talis præsentia præsumitur. Imo. cons. 8. numero quinto, Castren. in l. 1. numero 4. C. vsur. Aquil. in rubr. ff. verbo. obligat. nume-
17 ro 154.] & in ea interuenit obligatio, † quibus duobus concurrentibus dubio procul præsumitur adfuisse stipulationem, l. Titia. §. Idẽ respondit. ff. verb. oblig. l. 1. & l. pen. C. contr. stip. optimè alia adducendo, probat Aquilin. in d. rubr. ff. verb. obliga. numero 153. & seq. & numero 162. Addatur etiam ipsum Reuerẽdum promisisse soluere omni meliori modo, er-
18 go per stipulationem, quia stipulatio † reddit scripturam efficaciorem. Castren. d. l. 1. nume-
19 ro tertio, C. vsur. Ideo stipulatio dicitur † melior, & efficacior contractus, quam sit in iure nostro Cyn. Bald. & alij in l. si ex pretio. C. si cer. pet. In proposito igitur dico, quòd cum in dicta schedula contineatur stipulatio, actores dicuntur agere ex stipulatione, non autem ex
20 numeratione, cum stipulatio sit † illa, quæ producit actionem nõ autem numeratio. Bal. in l. cum vltra per illum tex. numero septimo, & clarius ibidem Castren. numero secundo, C. non num. pecun. Vnde male excepit Reuerendus de pecunia non numerata. Nam quando quis confitetur se debitorem pecuniæ, promittendo illam soluere per stipulationem, si conuenitur, illi non competit exceptio non numeratæ pecuniæ, sed in factum, quæ tamen non fuit intentata, siquidem petitio actorum fundatur super stipulatione tamquam super causa immediata actionis productiua, non autem super numeratione, quæ est causa causæ, & consequenter remota. Vnde si confitens debitor vult declinare petitionem actorum, debet vti actione in factum, quæ ipsi causæ immediatę respondet, quia exceptio debet directæ aduersari intentioni agentis. Meritò si pe-
21 to centum, quæ soluere † promisisti, & tu excipis me non numerasse, certè non contradicis meę intentioni, sed ineptè excipis. Ita latè Castren. in d. l. cum vltra numero secundo. C. non nume. pecun. & de veriori post multos ab eo citatos testatur Cioffi. dicto consilio 18. numero duodecimo, & sequentibus in 2. ex quibus satis constat in quantum defecerit dictus Reuerendus in suo salutari.

Ex abundanti etiam videtur dicendũ, præfatum Reuerendum non simpliciter fateri se debitorem, sed verum, & legitimum debito-
22 rem, quę quidem plica † veritatis sapit quodammodo vim iuramenti, & excludit talem exceptionem non numeratę pecunię secundũ Bal. in c. Ex insinuatione numero quarto, extr. procur. Ias. in l. 2. §. creditum numero 22. versi. Tertio limita. vbi Purpur. numero 92. ff. si cert. pet. Rolan. consilio decimo septimo, numero 10. in 1. Alios adducit, & sequitur Bertaz. consilio 48. numero vigesimo octauo, Rimin. iun. consil. 191. numero decimo quarto,
23 maximè cum tale nomen † veritatis sit geminatum, vnde elicitur enixa confessio debitoris. l. Balista. ff. ad Trebell. Quia hoc mirabiliter repugnant, vt quis sit verus, & legiti-
24 mus † debitor, & quòd pecunia non fuerit numerata. Rimin. iun. d. num. decimo quarto,

Non etiam videtur omittendum ex literis
ipsius Reuerendi confitentis satis constare ip-
sum fidem cautionis agnouisse promittendo
se velle dare satisfactionem debiti ipsi banche
25 rio, prout debet, & qui aliquo modo fidẽ † cau
tionis agnouit, non potest denuo apponere ex-
ceptionem non numeratæ pecuniæ. l. cũ fidem
C. non nume. pecu. latè Costa in d. l. si ex cau-
tione. limi. 7. Nec dicatur dictas literas posse
verificari in alio debito, quã cõtrouerso. Quia
ex qualitate epistolæ, & causæ controuersæ
26 constat de identitate, vltra q̃ debitorum † plu
ralitas non præsumitur. Bal. in l. qui iurasse. §.
fin. ff. iureiur. Crau. consilio 198. num. primo,
D. Surd. consilio 61. numero 75. Vnde li-
teræ præsumuntur scriptæ intuitu istius debi-
27 ti, cum quilibet † actus præsumatur gestus in
executionem causæ præambulæ. Cephal. con-
silio 315. numero octauo, Mago. decis. Luca.
5. num. 23.

In oppositum igitur adducta per Illustrem Aduocatum debitoris procedunt in alijs terminis, non in præsenti facti specie iuxta præal legata. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Vsura dotales, alimenta, seu quid aliud etiam ex pacto non debentur mulieri vidua post annum luctus ob retardatam dotis restitutionem, nisi fuerit conata consequi dotem, & aliunde non habeat vnde se alat, & n 4.*

2 *Protestatio seu simplex interpellatio non iuuat mulierem, vt ei debeantur interusuria dotis, seu alimenta, nisi prosequuta fuerit iudicium vrgendo haredes viri ad dotis restitutionem.*

3 *Onus probandi incumbit mulieri, quod aliunde non habuerit vbi se aleret.*

5 *Dispositio testatoris mandantis haredi, vt alimenta, vel certam quantitatem vxori sua prastet, donec dotes exegerit non tenet, quia sapit vsuram declaraut n 6.*

7 *Hares coactè, vel erroneè alimenta vxori testatoris prastitisse prasumitur.*

8 *Vxor alimenta sibi legata donec dotes non exegerit etiam a sponte dante habere nequit.*

9 *Legatum vxori factum si dotes non petierit, & reuocatum si illas petierit, non dicitur relictum in recompensationem.*

10 *Effectus, & non verborum cortex attenditur.*

ARGVMENTVM.

Legatum alimentorum per testatorem vxori relictum, donec dotes suas non petierit, vti vsuram continens, non debetur.

CONSILIVM CXXII.

Actiones mea à Domino.



1 MVlieri viduæ, † cui esset resti-
tuenda dos post annum luctus
ab hæredibus viri, nec vsuræ
dotales, nec alimenta, nec ali-
quod aliud emolumentum ob
restitutionem dotis retardatam aliquo pacto
debentur, nisi duobus concurrentibus. Primò
quòd ipsa fecerit omnem possibilem diligen-
tiam ad hoc, vt dotem suam consequatur. Se-
cundo quòd non habeat vnde se aliunde alat,
seu alimenta cõsequatur. Bal. Ang. Ias. & alij.
in l. diuortio. ff. solut. matrim. Affli. decis. 284.
numero quarto, Crau. consi. 189. numero 7.
versic. Sextus casus. Negus. de pigno. quinto,
membr. quintæ partis numero 17. Didac.
variar. resolut. libro tertio, cap. primo, versic.
Sexto hinc. Vbi latè deducit hoc in casu non
esse habendam rationem paupertatis nec ege-
statis viduæ, nempè vt si nil aliud habeat nisi
dotem, quia nec ex pacto potest habere ali-
quid ab hæredibus viri occasione retardatæ
dotis restituendæ, nisi aliud concurrat, Plot.
de iuram. in lit. §. 11. numero septimo, D. Sur.
consilio 194. nume. 5. 13. & 16. & consi. 243.
numero 23. optimè Rolan. consilio 55. num.
18. in 2. dicens, requiri concursum dictarum
qualitatum, aliàs mora simplex hæredum nõ
iuuat mulierem. Burs. consi. 8. numero 41. dif-
fuse idem D. Surd. de alimen. tit 1. quæstione
45. numero 26. Brun. a sole, quæstione 46. nu-
2 mero 14. Quinimo † non sufficit protestatio
vxoris, vel eius simplex interpellatio hære-
dum, vt dotem restituant, nisi vlterius prose-
quatur iudicium instando, & vrgendo hære-
des ad soluendum, & faciendo omnem pos-
sibilem diligentiam ad hoc, vt dotem suam
consequatur, vt per Menoch. consi. 441. nu-
mero 29. & post alios tradit Dom. Surd. dicto
consilio 194. numero 16. versic. Protestatio
pariter. licet sufficere litis contestationem fir-
met Borgnin. decis. 3. numero 30. 31. in 1. &
solam interpellationem desideret Coller. de
alimen. libro primo, cap. 11. nume. 31. vsque
34. Inspecto igitur iure communi, Domina
Hippolyta actrix non potest prætendere ali-
menta nec aliud interesse propter dotẽ sibi nõ
resti-

restitutam, ex quo nunquam illam petijt sibi
restitui nec constat illam non habuisse vnde
se aleret, quod est necessarium, vt constat ex
præcitatis, & tradit Mandel. consilio 699.
3 num. 2. † onusque probandi spectat ad mulie-
rem, vt ostendat se non habere aliunde, vbi se
alere possit. Alexand. consi. 141. num. quarto,
in 5. D. Surd. d. consi. 194. numero 49. Quic-
quid dicat Thesaur. nullam rationem nec Do
ctorum authoritatem allegans decis. 43. num.
4 quinto, Nec, vt dixi, † tenentur hæredes viri
alere viduam citra annum luctus, si dotem ha-
buerit D. Surd. dicto titulo primo, quæstione
45. numero secundo, & per totam. vbi ampliat
conclusionem pluribus modis, nisi illis duo-
bus concurrentibus, de quibus supra, & ita
venit intelligendus Thesaur. decis. 44. nu. 2.
dicens viduam viduantem debere ali ab hæ-
redibus viri penes se dotem retinentibus, nam
subaudiri debet si vidua dictam dotem petie-
rit constituendo hæredes in mora, & aliunde
alimenta percipere nequeat, alias contra com
munia, & recepta dogmata loqueretur, & in
specie declarat D. Surd. d. quæstione 45. a nu-
mero 7. vsque 13. vbi doctissimè more suo lo-
quitur, & contraria tollit.

Fundauit igitur præfata Domina Hippoly
ta actrix intentionem suam, & prætensionem
in legato sibi a viro suo relicto in hæc verba.

Item iure prædicto reliquit, & legauit Illu-
stri Dominæ Hippolytæ Galuaneæ eius vxori
dilectissimæ alimenta in domo prædicti infra-
scripti hæredis condecentia viduæ nobili, &
qualitatis prout ipsa est &c. necnon currum
cum equis, & cum omnibus necessarijs ad ma
nutenendum dictum currum seu carrociam,
& equos, & pariter alimenta necessaria pro
carrocerio, & pro vno seruitore, ac tribus mu-
lieribus, quæ stent ad seruitia prædictæ suæ
vxoris. Quibus omnibus seruitricibus serui-
tori, & carrocerio voluit per hæredem præ-
stari salaria conuenientia &c. & cui etiam
Dominæ suæ vxori reliquit, & legauit duca-
tos sexaginta in ratione prædicta singulo an-
no in perpetuum, eius vita durante, donec ta-
men vitam vidualem &c. & donec dimiserit
dotes suas in manibus infrascripti hæredis, &
earum restitutionem non petierit, & quando-
cunque dicta eius vxor dotes prædictas petie-
rit, tunc temporis cesset supradictum legatum
alimentorum, & vt supra &c.

Quod quidem legatum nullius est ponde-
ris, cum sapiat vsurariã prauitatem. Dos enim
D. Hippolytæ est in ducatis quinque millia,
quandocunque enim sub temporum dinume-
ratione iniungitur aliquid præstandum, quo-
usque certa quantitas soluatur, & est in fa-
cultate creditoris petendi ac consequendi ta-

lem quantitatem, tunc inde vsura resultat, &
5 ideo in puncto cauetur † non tenere disposi-
tionem testatoris mandantis hæredi suo, vt
alimenta quotannis, vel certam quantitatem
denariorum in annos singulos vxori suæ præ-
stet, donec illa dotem suam petierit, vel exe-
gerit: nam cum sit in facultate vxoris [saltem
post annum luctus] exigendi dotem, & illius
exactionem differat, videtur quodammodo
illam dotem hæredi sub vsuris mutuo dare,
& pro fructu, vel interesse illud annuum
percipere, & ita hanc sententiam probauit
Anchar. consilio 93. Castren. consilio 101. in
1. Alexan. consilio 27. numero quinto, in 4. &
latè consilio 74. numero 14. 15. in 5. Purpur.
consilio 433. numero quarto, in fin. Alios ad-
ducit Plot. consilio 37. numero octauo, Crott.
in l. nemo potest. vbi Ripa omnino videndus
numero 22. 23. & ibidem Bologn. num. 67. ff.
leg. primo, Foller. de censib. §. 6. numero 77.
Cagn. in l. curabit numero 14. & ibidem Lup.
§. 4. numero 91. latè Ioan. Lup. in cap. Per ve-
stras. in sexto notab. nume. octauo versi. Hinc
est etiam fol. mihi 335. colum. 2. & 3. Ruin.
consilio vigesimo quinto, numero tertio, in 2.
Socin. consilio 56. quæstione prima, in 3. cla-
re Socin. iun. omnino videndus consilio 131.
numero 10. v sque ad fin. in 2. vbi optime lo-
quitur. Brun. a sole quæstione 46. numero 19.
Coller. de alim. libro primo, cap. 11. num. 24.
& seq. vbi respondet contrarijs Pute. deci. 70.
& 106. libro primo, Vgol. de vsur. quæstione
fi. Grass. de exceptio. cap. 28. num. 44. vsque
47. Campeg. de dote. par. 2. quæst. 18. Crauc.
consilio 912. numero nono, Ferett. cons. 247.
numero 14. 15. Neuiz. consi. 74. nu. 3. Purpur.
in l. rogasti. §. si tibi numero 28. 29. ff. si cert.
petat. Didac. libro 3. variar. resolut. cap. 1. nu-
mero nono, Imol. Rom. Ias. & alij, de quibus,
per Meno. consilio 441. numero 26. vsque ad
fin. Addo Gabr. consilio 155. nu. 26. 27. in 2.
Rebuff. in l. vnic. nu. 616. C. sent. quæ pro eo,
quod int. pulchre Cephal. consi. 133. nu. 132.
vbi ait hanc conclusionem esse de mente om-
nium, & quòd vxor tali in casu alimenta nec
aliquid aliud habere possit etiam a sponte da-
re volente, cum sit vsura, adeo quod alimen-
ta, & cætera habita sub isto prætextu tenea-
tur in sortem imputare, nec dissentit D. Surd.
consilio 23. numero 10. versi. Nec obstant, &
numero 11. versicu. Secundo respondeo idem
Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 45. nu. 21. & seq.
qui licet videatur tenere contrarium in dicto
tract. titu. fin. quæstione 16. numero 53. versi.
Mihi certè sepisimè venit &c. Attamen illius
opinio nulla lege probatur nec etiam autho-
ritate, & ideo est singularis in hac facti spe-
cie, in qua vxor creditrix dotis poterat de-

facili dotem petere, & pro libito consequi. Et a communi sententia non est recedendum in iudicando, maximè in fauorem animæ ac cōtra vsurarum labem. Quinimo eo loci Dominus Surd. admittit conclusionem indubitatè procedere, quando constat testatorem reliquisse legatum pro interesse dotis, vt in præsenti casu, in quo testator non contentus de relicto legati, donec vxor dimiserit dotes in manu hæredis, & illas non petierit, subiunxit vlterius procedendo ad extinctionem legati dato, quòd illas petierit, & ita intuitu dotis ac illius interesse relictum apparet. Et optimè declarat Menoch. consilio 441. numero trigesimo tertio, versi. Secundo responde-tur testatorem.

Non igitur vim facit Castr. Roma. Alcia. de quibus per Didac. dicto cap. 1. numero 9. versi. Licet contrariam. Et sententia curiæ Romanæ relata per Surd. d. consi. 23. nu. 9. enuntiata in scriptura edita per tuentes iura legatariæ.

6 Respondetur enim, † illas loqui quando à
creditore, vel vxore non potest pro libito repeti dotis creditum seu capitale ita vetante testatore, secus autem si est in eius potestate, vt in specie respondet Menoch. dicto consilio 441, numero 28. versicu. Verum respondetur, & numeris sequentibus, & ita distinguunt omnes præcitati, & in indiuiduo respondet Coller. dicto cap. 11. numero 25.

Non etiam dicatur hæredem huc usque in annos singulos libenter legatum alimentorū præstitisse, ideo non dici vsuram, quod a debitore sponte datur.

Respondetur enim non constare de tali ani
7 mo deliberato, & ideo † coacte, vel erroneè
præstitisse præsumitur. Menoch. dicto consilio 441. num. 33.

8 Respondetur secundo, † hoc in casu vxorē
ipsam esse prohibitam recipere, merito etiam a sponte dante habere nequit. Late Cephal. consi. 133. n. 131. & 133.

Respondetur tertiò, ipsam administrasse bona omnia hæredis de facto, ideo ex seipsa legatum accepit, iunbus notis.

Pariter si dicatur tale legatum fuisse recompensatiuum in vim donationis vti factum vxori, ideo non vsurarium.

Respondetur clare cantare testamentum,
9 quod † fuit relictum si dotes non petierit, &
reuocatum si illas petierit, ergo non fuit datum in recompensationem, vt etiam aduertit Menoch. dicto consilio 441. num. 34. & prius numero 33. versi. Respondetur secundo testatorem.

Si etiam diceretur plura legata reliquisse, nempe alimentorum, & aliud ducatorum sexaginta ideo ambo non dici contentā sub clypeo vsuræ.

Respondetur, imo vnicum fuisse, & relictū sub eisdem conditionibus viduitatis, & dilationis in petenda dote, & vlterius testatorem ipsum in calce legati declarare esse vnicum legatum, quando illud reuocat in casum petitæ dotis, ibi, Cesset supradictum legatum alimentorum, & vt supra &c.

Tandem non obest, si dicatur testatorem non reliquisse sub titulo vsuræ nec interesse, sed alimentorum.

10 Respondetur enim quod † non attenditur
cortex verborum sed effectus, & ideo omnes præcitati loquuntur de legato alimentorum, & tamen illud improbant vti vsurarium videatur etiam Menoch. d. consilio 441. nu. 32. & Coller. dicto cap. 11. numero 25. in fine.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Res integra dicitur quoties mandatarius rei gerendæ principium non dedit.*
2 *Mandatum de aliquid faciendo expresse & tacite reuocari potest, & tacite quomodo reuocetur.*
3 *Mandati reuocatio per testes probari potest.*
4 *Singularitas adminiculatiua admittitur ad probationem inducendam, & n. 5.*
5 *Mandatum ad delinquendum probatur inditijs, & coniecturis.*
6 *Tempus præcisum vbi est fundamentum intentionis, & ius in eo consistit, debet per allegantem probari.*
7 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
8 *Ratum habens factū dicitur ipsius facti author.*
9 *Exculpatio socij criminis valde pdest exculpato.*
10 *Exculpatio offensi si prodest inculpato vbi plene de delicto non constat, multo fortius iuuabit exculpatio mandatarij se ipsum solum inculpātis.*
11 *Deponens contra seipsum non præsumitur falsus in sui damnum, nec ita dicturum nisi talis veritas esset.*
12 *Exculpatio carcerati culpam in se assumentis elidit indicia, & præsumptiones ad torturam sufficiētes, idque Iudicis arbitrio remittitur, et n. 15.*
13 *Exculpans in tormentis, vti morti proximus non præsumitur mētiri, & immemor salutis æternæ.*
14 *Exculpans non potest amplius torqueri.*
16 *Mandati reuocatio, vt prosit mandanti debet personæ offendendæ denuntiari contra n. 17.*
17 *Carrer in praxi in §. circa tertium de caus. excu. reprobatur.*
18 *Consulenti non sufficit denuntiare reuocationem consulto, sed debet etiam notificari offendendo, vt sibi caueat, quod secus in mandatario.*

19 Man-

19 *Mandati reuocatio non est intimanda nisi quando aliqua persona certe ladi posset.*
20 *Mandatum pracedens non prasumitur ex receptatione delinquentis, si sit affinis.*
21 *Delictum tunc prasumitur factum nomine alterius, quando criminosus in actu maleficij id asserit.*
22 *Quod nomine meo factum non est ratificare non possum. declara vt nu 27.*
23 *Gestum nomine meo ratum habere possum ad praiuditium mei ratificantis.*
24 *Ratificatio delicti ad hoc, vt noceat, non sufficit simpliciter, sed expresse fieri debet vti nomine ratificantis facti.*
25 *Offensio facta in meum inimicum licet mihi latitiam afferat, non tamen teneor vti maleficium ratum habuerim.*
26 *Factum ratum haberi potest, non autem qualitas facti.*
27 *Regula, quod nomine meo gestum est ratum habere possum, procedit in contractibus, non autem in delictis.*
28 *Contractus celebratus nomine meo non producit plenum effectum nisi ratificetur.*
29 *Ratificatio delicti non nomine meo commissi nihil operatur, cum sit sortitum plenum sui effectum.*
30 *Ex ratificatione quis de aquitate non punitur pœna ordinaria sed extraordinaria.*
31 *Pœna extraordinaria non potest esse corporis afflictiua.*
32 *Pœna minorata est pecuniaria.*
33 *Mandatum non prasumitur, nisi constet de verbis aptis ad illud inducendum.*
34 *Mandatum nequit dici datum per verba impersonaliter prolata vel solum vindicta desideriū continentia reiecta opinione Carrer.*
35 *Mandans assassinum committi, licet mandatum reuocauerit, pœna extraordinaria punitur iudicis arbitrio.*
36 *Assassinus non dicitur, qui simpliciter delinquit ductus spe, vel gratia, vt alicui morem gerat.*
37 *Assassinus nō dicitur simpliciter per pretium delinquens, nisi interueuerit mandatum hominem occidendi, pretio conuento.*
38 *Confessio delicti qualificata cum plica metus tormentorum, & non simpliciter ratificata non nocet.*
39 *Confessio extorta non pracedentibus legitimis indicijs etiam in atrocissimis vtcunque ratifica ta non tenet.*

ARGVMENTVM.

Mandatum de aliquem vulnerando, quando in fraudem reuocatum non præsumatur, si delictum sit subsequutum.

Ratificatio delicti iam commissi an, & quomodo fieri possit, & qua pęna ratificans puniatur.

Mandatum, vt præsumatur renouatum constare debet de verbis aptis ad illud inducendum.

Confessio qualificata cum plica metus tormentorum, etiam ratificata non nocet, præcipuè si sit extorta non pręcedētibus legitimis inditijs.

CONSILIVM CXXIII.

Actiones mea à Domino.



Ngustia temporis angustiam scripturæ proponit, si tamen plus otij dabitur, & latiores habenas relaxabimus. Licet etiā in præsentiarum talia adducātur, quæ de facili ad absoluendum Illustrem Dominum Richardum Ghisulphum fortasse Perillustres Dominos iudices inclinabunt.

Delictum enim vulnerū illatorum in personam egregij Domini Hieronymi Ritij per D. Baptistam Gornum, & quendam Ioseph de Tonis fuit per præfatos perpetratum absque dolo & culpa Domini Richardi; Qui etsi Gorno criminoso in mandatis dederit, vt Ritium vulneraret, attamen, & illudmet mādatum re
1 adhuc integra reuocauit. † Dicitur enim in proposito res integra, quoties mandatarius rei gerendę principium nō dedit. §. recte vbi Glo. Instit. mandat. Mozzi. de contract. tit. manda. rubr. vlt. nu. 2. Quæ quidem reuocatio taliter prodest Domino Richardo, maximè attenta præsenti facti specie, vt dubio procul fatendū sit ipsum esse in aperto casu absolutionis, non obstantibus aliquibus, quæ contra assertam reuocationem possent adduci, quibus sigillatim respondebimus, & illorum vires totaliter declinabimus.

2 Mādatum † igitur alicui datum de aliquid faciendo, & expresse, & tacite dicitur posse reuocari, nedum verbis expressis contrariam voluntatem mandantis, & prohibitionem mandatarij importantibus. Bar. in l. non solum. §. si man-

si mandato, n. 21. ff. iniur. sed etiam tacitè, vt puta per parentelam subsecutam cum persona offendenda, vel per inimicitiam superuenientem inter mandantem, & mandatarium, vel ex diuturnitate temporis intercedentis a die mandati ad tempus delicti, & cętera id genus, vt latè tradit Carrer. in prax. crimin. §. circa tertium de cauf. excuf. mandan. n. 18. & sequentibus Mascard. de probat. conclus. 1013, Mozzi. de contrac. tit. de mand. rubr. quomo. annull. man. nu.... In proposito autem nostro satis patet mandati prædicti reuocationē fuisse per testes abundanter probatam. Siquidem
3 † per testes optimè probari talem reuocationē post Ioan. Andr. Host. & Abb. firmat Mascar. d. conclus. 1013. nu. 18. Adsunt ergo primus, tertius, & sextus, testes optimè probantes mādati reuocationem. Nam primus asserit D. Richardum scripsisse literas reuocatorias, & illas misisse Gorno iussu, & mandato Domini Richardi, vt fol. 17. 18. & seq. Tertius autem Laurentius de Linis fatetur, se Mantuam contulisse, & de mandato Domini Richardi dixisse oretenus Gorno, quòd nil aliud ageret de negotio Ritij, vt fol. 28. & subiungit fol. 30. Gornum acceptasse reuocationem respondendo se nihil aliud facturū. Idem fatetur sextus testis fol. 40. qui fuit pręsens dictæ reuocationi, & acceptationi occursæ inter Gornum, & Linū. Adest & quintus testis fol. 29. attestans de auditu a Gorno circa huiusmodi reuocationē, Necnon & in processu ipsemet Gornus talem reuocationem aperto ore propalat fol. 187. ibi [Il Signor Richardo mi disse che voleua che li dessi del pugnal su'l mostazzo &c. poi mi leuò la commissione con vna lettera, che mi mandò il di dietro per vn messo, & indi a poco ritornò poi il Sign. Richardo, qual mi disse che nō douessi far piu niente] Idem replicat Gornus fol. 191. ibi [Signor nō, ma mi disse quello che dissi hiersera a V. S. ma poi mi leuò la commissione.]

Nec obstat si dicatur testes istos esse singulares, ideo non probare.

Respondetur enim, imò eorum aliquos esse contestes, nempe Linum tertium testem & Reuerendum Boninsegnam sextum testem, addito etiam dicto eiusdem Gorni, qui enunciat accepisse literas a nuntio, qui fuit ipse Linus.

Respondetur secundo, quod si mandati reuocatio probatur tacite per solas præsumptiones, & coniecturas, vt supra dixi, multo magis per testes singulares.

Respondetur tertio, reuocationem mandati esse actum de sui natura reiterabilem, merito ad illius probationem admittuntur testes singulares. Versamur enim in singularitate adminiculatiua, non autem obstatiua, cum nō de vnico actu reuocationis sed de pluribus, nēpe per literas, per nuntium, & per allocutionē.
4 Nō mirum igitur † si talis singularitas admittitur ad probationem inducendam diffuse Cra. consi. 267. nu. 7. cum concordantibus per Ios. Ludo. decis. Perus. 9. nu. 14. & seq. Non consi. 86. n. 11. Pedro. consi. 2. nu. 129. & seq. Petra. de fideicom. q. 12. n. 472. & sequentibus.

Respondetur quarto, mandatum ad delinquendum clandestinè committi, necnō etiam & illius reuocationem, vt experientia docet, & verisimilitudo, ergo est difficilis probatio-
5 nis, † quo in casu admittuntur testes singulares, maxime in materia, in qua solent admitti indicia, & coniecturæ, vt in probatione mandati, prout supra diximus. Bertaz. consi. crim. 273. num. 5. & seq. nec dissentit Ioan. Baptista Ferret. consi. 168. n. 11.

Non etiam vim facit, in articulis fuisse expressum certum tempus reuocationis nempe diem secundam Februarij, & quod tamen testes deponunt concorditer de mense Ianuarij
6 circa finem mensis, quo in casu † cum ius consistat in tempore certo debuit probari in illo præciso tempore fuisse factam reuocationem, cum sit fundamentum intentionis rei D. Sur. consi. 151. n. 110. & consi. 168. nu. 35.

Respondetur etenim, negari fuisse in articulis limitatam diem reuocationis, nam vltra expressionem diei subiungitur [& di quel piu preciso tempo che diranno li testimonij] vltra quod in calce articuli adest clausula, & prout melius attestabitur per testes. Adeo quod satis est probatam fuisse mandati reuocationem fuisse opportune factam re adhuc integra.

Pariter non potest dici Reuerēdum Boninsegnam attestari fol. 40. a tergo Laurentium Linum attulisse literas Gorno, ipsum tamen Linum nullum verbum de epistolis facere in suo examine, vnde videntur contrarij.

Respondetur enim, imo nullam adesse contrarietatē, quia dictus Reuerēdus non ait literas fuisse missas a Domino Richardo, sed tantum ait oretenus ipsum nuntium reuocasse mandatum nomine Domini Richardi.

Concludendum igitur est, sufficienter fuisse probatam mandati reuocationem.

Punctus est videre, quid possit talis reuocatio ipsi Domino reo, cum videatur quodammodo in fraudem facta stante delicto subsecuto a mandatario, postea in domo propria a Domino Richardo receptato benignè, imo etiam admonito illique consilio dato ad proijciendū arma in latrinam, quo in casu saltem videtur
7 inficiari non posse, tale crimen fuisse a Domino Richardo ratificatū, † quæ ratificatio æquiparatur mandato. Ceph. consi. 441. n. 91. cum
8 † ille qui ratum habet factum, dicatur ipsius

facti

facti author, Pret. consilio 54. numero 65.

Quo in casu dicendum est, ex tali receptatione, & delicto postea commisso nequaquam imputandum esse Domino Richardo, qui iam mandatum reuocauit, stante maxime exculpa
9 tione mandatarij, cum † exculpatio socij criminis valde prosit exculpato, dicendo illum non fuisse participem delicti, vt post Bal. Ale. Affl. Gram. & Marsil. tradit Carrer. in praxi. §. octauum indicium. num. 29. sequitur Farin. de
10 indic. q. 43. n. 11. Quinimo † si exculpatio offensi prodest inculpato, quando plene non cōstat aliter de delicto, Marsil. consil. 61. nu. 34. Latissimè Mascar. de probat. conclus. 1130. multo fortius iuuabit exculpatio mandatarij inculpantis se ipsum solum. Quid plus? si exculpatio facta ab eo, qui prius inculpauerat prodest inculpato, quanto melius proderit exculpatio facta ab eo qui nūquam inculpauit? [maximè concurrente valido adminiculo, de quo mox verba faciam] vt post Cacher. Ceph. & Bertaz. arguit Farin. d. q. 43. n. 11. vers. Qui quidem Doctores, & realiter cessat prorsus in præsenti casu quælibet amaritudo fraudis, & suspicionis circa talem exculpationem, & in hoc aperiendi sunt oculi Perillustrium Dominorum iudicare debentium, Nam Gornus [qui per triplicatam, & acrem torturam habitam cū compedibus ferreis indicia oīa contra se facientia expurgauerat, adeoq; ante dictā exculpationē, & culpæ in seipsum assumptionem, erat omnimodè inuito fisco absoluēdus] adhuc in carceribus detentus fatetur sponte nulla ductus necessitate delictum proprio suimet intuitu perpetratum exculpando Dominum Richardum, & totam culpam in se assumendo. Quo in casu [quicquid aliter videatur posse dici de exculpante libero extra carcerē] absolutè traditur talem exculpationem omnino prodesse exculpato, cum tunc cesset quælibet suspicio collusionis, & seductionis, nam
11 † talis deponens contra seipsum non præsumitur falsus in sui damnum, & perniciem, nec ita fore dicturum, nisi talis esset veritas manifesta Crau. consi. 6. nu. 61. vers. Præterea considero. Alios adducit Claud. ad Bertaz. consi. crim. 3. litera A. in fi. & latius idem Claud. omnino videndus in terminis, ad Bertaz. in consi. crim. 246. vers. Tertio modo. vbi optimè distinguit, & decidit casum istum exculpantis alium, & inculpantis seipsum, & in carceribus existentis, & vere talis exculpatio est valde rationabilis, ideo eam sequitur Mascar. de proba. conclus. 1130. n. 4. ver. Nam aliud sentiēdum est, & n. 15. vbi optimè loquitur. Idem diffuse approbat Farin. omnino videndus de indic. q. 43. n. 11. in fi. vers. Tertio quia ad defensionē, vsque ad num. 17. qui clare, & substantialiter more suo loquitur. Hocq; etiam cōprobatur, quia contra talem reuocationem nulla extant indicia, & si quæ extant [quod tamen expresse negatur] vix ad torturam possunt sufficere,
12 ideo † talis exculpatio totaliter elidit, & eneruat dicta indicia, & præsumptiones, vt torturę locus non sit, maximè cum exculpatio procedat ab eo, qui assumit culpā in se, & est adhuc carceri mancipatus, & in casu absolutionis. Idem Farin. d. q. 43. n. 18. in fi. & n. 23. Valde inquam residet in iudicis arbitrio, an talis exculpatio sit verisimilis. Clar. in praxi. q. 52. quem sequitur Farin. de indic. q. 46. nu. 118. Mascar. de probat. conclus. 1130. n. 10. iuncto n. 4. Et illa potissimum verisimilitudo consideratur quando exculpans assumit culpam in se, & in carcere residet lucrum absolutionis amittens, vt dixi, & repetit Farin. d. q. 46. nu. 119. maximè quando talis exculpatio fuit legitimata in tortura, prout fuit multoties facta in casu isto, vt pluribus in locis patet ex processu,
13 nam † tunc cum exculpans sit proximus morti, mentiri non præsumitur, & esse immemor salutis æternæ, vt clare docet post multos Cacher. decis. 79. n. 19. vers. Et dato citra verita
14 tis præiudicium, & nu. seq. Et ideo † exculpatus non potest amplius torqueri. Idem Cache.
15 d. deci. 79. n. 60. Quo fit † vt Dominus Richardus dicatur valdè grauatus, cum fuerit tortus, stante prædicta exculpatione taliter legitimata. Idem ait Farin. d. q. 46. n. 114. vbi alios recenset, & num. sequentibus, vbi instruit iudices ad discernendum indicia contra talem exculpationem, quæ noceant, & quæ nō noceāt.

Nec etiam dicatur prædictis obstare, quia
16 † ad hoc vt reuocatio prosit mandanti, debet huiusmodi reuocatio etiam denuntiari personæ offendendæ, vt scilicet sibi caueat, absque tamen propalatione mandatarij, vt explicitè tradit Correr. in praxi in materia excusationis in §. circa tertium. de causis excusantibus num. 17.
17 Respondetur enim † Carrerium perperam locutum fuisse, & fuisse hallucinatū, nec percepisse terminos, in quibus loquuntur Doctores ab eo citati, cum nullus eorum dicat id, q ipse nititur docere. Nam Doctores ab eo allegati loquuntur in persuadente, & consilium dante, non in mandante. Primo enim in casu requiritur denuntiatio intimāda personæ offendendæ, in secundo autem nequaquam, cū sufficiat sola prohibitio, & reuocatio facta mādatario. Ratio diuersitatis est in promptu: Siquidem mandatum dicitur sufficienter reuocatum sola voluntate mandantis, & prohibitione mandatario facta, quia verisimile est, quòd cum mandatarius solius mandantis gratia sit facturus, sit cessaturus ob simplicem prohibitionem,

tionem,& reuocationem voluntatis ipsius mādantis. At persuasio vel consilium fit in gratiā persuasi, & hoc vt plurimum fit rationibus vrgentibus, ideo non ita de facili persuadetur
18 contrarium. Vnde sequitur, quòd † si ipse qui fecit suggestionem,& consilium dedit, cognoscit per dissuasionem ipsum consultum non fore probabiliter a proposito delinquendi recessurum,debet tali in casu denuntiare offendendo,vt sibi caueat. In hoc igitur casu militare potest dictum Carrerij,non autem in mandato,vt cantant Doctores ab eo citati. Ita enim originaliter distinxit Inno.in c. Ad audientiā versi. Item non interest si ille, cui consulitur. extr.homicid. & ibi Soci. post multos testatur de communi n.317.optimè Bar.in l.non solū. §.si mandato.n.21.ff.iniur.Felin.in cap.Sicut dignum.n.14.extr.homicid.Decian. in tract. crim.par.2.lib.9.c.36.nu.32.Idq; comproba-
19 tur ex eo quod dicitur † mandati reuocationē nunquam necessario fore intimandam, nisi quando ex tali reuocatione certa aliqua persona lædi certè posset,vt post Bar. Bal. & alios scribit Alex.consi.83.n.7.8.in 7.Craue.consi. 76.num.3.

Similiter tollitur,quod dictum est talem reuocationem non prodesse, stante maximè tacita ratificatione resultante ex receptatione delinquentium cum consilio dato proijciendi arma in latrinam,& blandis verbis Ioseph de Tonis.

Respondetur enim vltra prædicta, quòd Gornus erat consobrinus, & affinis Domini Richardi, & antea per longū tēpus habitabat
20 in eius domo,ideo† ex tali receptatione illius mandatum præcedens non arguitur, secus fortasse si nulla affinitate fuisset illi coniunctus. Carre.in ptaxi.§.decimum sextum indicium. & licet Ioseph de Tonis receptatus non est affinis, attamen illius respectu cessat talis præsumptio,cum ex processu constet Dominum Richatdum nunquam de hoc fuisse secum allocutum,imò nec Gornum, nisi immediatè ante delictum, & ita Ioseph deliquit eo quia tūc temporis erat in itinere simul cū Gorno, non autem vigore alicuius tractatus.

Respondetur secundo, vltra dictam exculpationem nullo pacto posse dici inductam ratificationem delicti. Siquidem delictum non fuit commissum nomine Domini Richardi, quia non constat, quòd reuocato mandato ite rato commiserit Ritium vulnerari,nec cōstat, quòd Gornus nominauerit Dominū Richardum in actu vulnerādi,sed verius ex actis pluries cōstat Gornum deliquisse intuitu proprio credens per hoc vlcisci ac deleri iniuriam verbalem factam a Ritio ipsi Domino Richardo,
21 & eius affinibus, vel casatæ, nam † vere tunc dicitur factum delictum nomine ac contemplatione alterius, quando criminosus in actu gestionis, vel maleficij asserit se illud facere nomine illius alterius, vt probat arguendo de contractibus ad delicta Salic.in l.non ideo minus.nu.34. C.accusat. vbi etiam citat iura id probantia. Sequitur Tegi. in praxi crim. par. 10.n.41.Gram.consi.crim.20.n.5. Idem testatur Dec.consi.437.n.2.vers.Non obstat quòd de excessu.Cacher.decis.138.nu. 18. Modo si delictum istud non fuit factum nomine Domini Richardi,sequitur, quòd nec per ipsum potuit dici approbatum, vel ratificatum, quia
22 † quod est gestum non nomine meo, illud nō possum ratificare.c.Ratum de reg. iur. in 6. & in delicto post Aret.& Clar.Firmat Rimin.iu. consi.310.n.34.Meno.consi.389.n.17.
23 Nec replicetur, imo † ratum haberi posse id quod meo nomine gestum non est,ad præiudicium mei ratificantis.Gram. decis.103.nu. 12.Hinc dixit Purp.in l.si cum seruum. n.11. ff.si cer.pet. ratificari posse gestum non nomine meo ratificatione extraordinaria,vel subsidiaria,Meno.d.consi.389.n.18.
24 Respondetur in quam,adhoc †vt talis ratificatio noceat, quòd non sufficit approbare factum simpliciter signis, & voce,faciendo etiā festum,& demonstrando lætitiam,nisi & talis ratihabitio delicti expresse fiat tamquam ipsius ratificantis nomine facti, quod tamen factum non legitur in casu isto.Ita Bald.in l.obseruare.§.post hæc n.12.ff.offi.procons.& leg. latissimè post plures Cacher. decis.138.n.17. Vbi etiam post Anch.& alios subiungit,quòd
25 † offensio facta in aliquem meum inimicum, vel maleuolum inducit mihi lætitiam,non tamen ex hoc teneor tamquam ratum habeam maleficium, cum ratum illud non habeam ac si meo nomine fuisset perpetratū.Et ideo hinc
26 in proposito dicitur,quod † potest haberi ratum ipsum factum, non autem qualitas facti. Idem Cacher. d.n.17.Baiar.ad Clar. in praxi q.87.nu.17.
27 Respondetur secundo, conclusionem illā, quod † ratificare possum id,quod non meo nomine gestum est, militare quidem in contractibus,non vtique in delictis. Ratio diuersita-
28 tis est,quia † contractus celebratus non nomine meo non producit secum plenum effectum, ideo ratihabitio superueniens supplet istum defectum, & ita ratihabitio respectu mei ope-
29 ratur. At † delictum commissum non nomine meo est sortitum plenum sui effectum ideo ratificatio nil addit, & nihil operatur. Ita post Cin.& Anch.firmat Cachet.d. decis.138. nu. 18.vers. Præterea illud quod dicitur.Meno.d. consi.389.n.19.
30 Respondetur tertio ex abundanti † ex ratificatio-

ficatione, de equitate quempiam puniri non posse pæna ordinaria, sed tantum extraordinaria, vt plene probat Didac. in clemen. Furiosus
31 par. 2. §. 2. n. 6. de homicid. Quæ † pena extraordinaria non potest esse corporis afflictiua, quando ab ordinaria receditur, sed debet verificari in pecuniaria, vel exilio seu alia, dummodo corpus non affligatur. Ita post Gram. testatur Merend. consi. 89. nu. 75. vol. 2. crimin.
32 diuers. & † penam minoratam esse pecuniariã inquit Bertaz. consi. 70. nu. 37. eo. vol. 2. crim. Hond. consi. 98. num. 32. & consi. 104. nu. 37.

Pariter elliditur, si diceretur, ex querimonijs factis in domo per Dominum Richardum cõtra Ritium absentem sub prætextu, quòd desecisset in verbo, & promissis, & quòd pessime loqueretur cõtra honorem suum, & domus sue, saltem tacite dici renouatum mandatum, & ideo eodem prætextu Gomum deliquisse.

Respondetur enim, id stare non posse. nam
33 † constare debet de verbis aptis ad inducendum mandatum, alias non præsumitur, vt optime probat Anguis. consil. 16. lib. 1. sequitur Baiar. ad Clar. q. 89. nu. 27. Ideo si quis dicat. [Io sto di mala voglia, perche vorrei che il tale mi fosse leuato dauanti gli occhi, & fosse morto] non dicitur inductum mandatum de occidendo, vel vulnerando, etiamsi proferens talia verba postea dedit interfectori pecunias post homicidium, vt abiret, & euaderet manus iustitiæ. Ratio est, quia mandatum non datur
34 nec † datum dici potest per verba imperfonaliter prolata, vel solum desiderium vindictæ continentia, vt puta non relata ad personam, quæ est factura, [quicquid dixerit Carrer. & male] vt optime probat omnino videndus Anguis. consi. 8. lib. 1. sequitur Baiar. ad Clar. d. q. 89. n. 22.

Tandem non obijciatur mandati reuocationem non tenere, quia cum mandatum fuerit datum Gomo vulnerandi Ritium [alla peggio] dicitur sonare in assassinium, quo in casu prolata parabola mandati delictum dicitur consummatum, nec iuuat reuocatio mandati.
35 Respondetur enim † tali in casu pęnam extraordinariam imponi non vtique ordinariam ex iudicis arbitrio Menoc. de arbitr. iud. casu 352. n. 9. Natta consi. 422. n. 8. cum alijs congestis per Farin. q. 3. n. 8. Baiar. ad Clar. §. fin. q. 89. n. 7. & n. 13. Carre. in §. circa tertium de causis excusantibus n. 25.

Respondetur secũdo, negari audacter in ca
36 su isto cadere suspicionem assassinij. nam † assassinus non dicitur, qui simpliciter delinquit adductus spe, vel gratia, vt morẽ gerat alicui, vt in casu isto, nisi etiã interuenerit pecunia, vel saltem certa pecuniæ promissio secundum communem Doctorum scholã teste Viui. cõ. opin. 74. versic. Tertio quod assassini. Baiar. ad
37 Clar. §. assassinium n. 7. Quinimo † non dicitur assassinus simpliciter per pretiũ delinquẽs, quia etiam milites hoc modo essent assassini, sed necesse est, vt interueniat mandatum occidendi hominem pretio conuento. Alcia. consi. 11. nu. 17. lib. 1. Baiar. d. §. assassinum. num. 3. At de tali conuentione non constat, ergo. Idẽ colligitur ex Mascar. de probat. conclus. 138. n. 12. & per tot. vbi multa congerit valde conferentia proposito isto casui.

Demum tollitur, si fiscus se fundaret in proclamate edito contra receptatores delinquentium sub die 11. Nouembris 1580.

Nam verba illius proclamatis sunt propriè intelligenda prout sonant, idcirco cum loquatur de homicidis, latronibus, assassinis, Bannitis, vel diffamatis ob delictum capitale, non conuenit præsenti casui.

Si vero allegaretur confessio Domini Richardi facta in tormentis, & metu tormentorum circa non reuocationem mandati.

38 Respondetur † illam confessionem non fuisse puram, & absolutam, sed qualificatam cum plica metus tormentorum, & nunquam ratificata simpliciter, sed semper cum dicta qualificatione, ideo non nocet. Bertaz. consi. cri. 247. n. 9. Maxime cum fuerit facta non præcedentibus legitimis indicijs, vt patet ex præallegatis, etiam si ageretur de atrocissimo delicto, nam requiruntur legitima indicia, alias nõ tenet vtcunque etiam millies ratificata, idem Bertaz. infinitos adducens consi. crim. 8. num. 48. 49. & seq. Imo alias probauimus in iuris allegationibus editis pro admissione capitulorum editorum causa probandi dicti mandati reuocationem, illammet confessionem esse erroneam, cum de tali reuocatione constet expresse vltra exculpationem mandatarij, & ideo ne iam relata repetam, me illis remitto.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio non constituit filium in quasi possessione filiationis.*
2 *Patri non creditur dicenti filium esse legitimatum.*
3 *Legitima non debetur naturali filio.*
4 *Trebellianica potest prohiberi filijs legitimatis.*
5 *Semel approbato reprobari non potest.*
6 *Error testatoris concernens qualitatem mnsturalem vitiat testamentum.*
7 *Nullitas resultans ex testatoris errore non irritat fideicommissa.*
8 *Testamentum vbi effectum habuit non possunt venire succedentes ab intestato.*

9 *Sola*

9 *Sola nominatio patris constituit filium in quasi possessione filiationis.*
10 *Institutio est actus conueniens filiationi.*
11 *Vnius filij recognitio omnibus filijs prodest.*
12 *Nominatio patris constituit filium in possessione legitimitatis.*
13 *Testamentum annulatur per errorem testatoris ciuilem sicuti per naturalem.*
14 *Institutio filij tamquam legitimati non tenet, si nō sit valide legitimatus.*
15 *Legitimatione annulata institutio habetur pro non scripta.*
16 *Hæres non posset argueri testatorem de mendacio.*
17 *Fideicommissarius non potest allegare illigitimitatem hæredis contra nominationem testatoris, quod ampliatur non 18.*
18 *Fideicommissarius exprimens errorem testatoris probare tenetur.*
19 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*
20 *Legitima debetur filio legitimato.*
21 *Disposita in filijs legitime natis extenduntur ad legitimatos.*
22 *Substitutio facta sub conditione si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus expirat, per superexistentiam legitimati.*
23 *Statutum excludens fœminas ob masculos comprehendit legitimatum.*
24 *Agnatio conseruatur per legitimatum sicuti per legitimum.*
25 *Trebellianica non posset prohiberi legitimatis.*
26 *Filius legitimatus reputatur legitimus alio non existente filio legitimo.*
27 *Dispensatus non detrahit Trebellianicam contra patris voluntatem sed legitimatus sic.*
28 *Dispensatus non dicitur proprie filius.*

ARGVMENTVM.

Nominationem constituere filium in possessione legitimitatis, & in hac materia plurima paucis verbis dilucide discutiuntur &c.

CONSILIVM CXXIV.

Actiones mea à Domino.



Vbstantia allegationum, pro dubijs aduersus fiscum editarum in causa Arriuabena ad infrascripta redigitur.

Primò non constare D.Frāciscum fuisse filium testatoris, cuius solius no-
1 minatio † non constituit filium in quasi possessione filiationis, nisi saltem concurrat nominatio vtriusque parentis. Natta consilio 473. num.24.

Secundo dicitur data probatione filiationis, attamen per talem assertionem patris non probari legitimationem filij, & licet D. Aduocatus id probauerit, per exempla similia non adducendo rationem in puncto nec decisionē.
2 Vera tamen ratio est, quia legitimatio † est actus dependens a voluntate legitimantis non autem a voluntate patris proferentis. Vnde cum non credatur assertioni alicuius in non dependentibus a sua voluntate, merito non datur fides attestationi patris testantis, & dicentis filium suum a se institutum esse legitimatum, vt in terminis tradit Grat. consi. 140. nu.32. in 1. & illum sequitur alios adducendo Laderch. Imol. consi. 122. n. 2. Quo fit vt cum
3 legitima non debeatur † spurio nec naturali filio. Crass. de success. §. legitima, q.2. ita nec fiscus ex illius persona aliquam legitimā prætendere possit.

Tertio nec respectu Trebellianicæ, debet audiri fiscus, quia supposita cōclusione, quòd pater non possit prohibere. Trebellianicæ detractionē filijs primi gradus iuxta l. iubemus.
4 C. ad Treb. † Attamen vtique id potest prohibere filijs legitimatis, qui propriè filij non dicuntur, & in illis non militat dispositio d. legis iubemus tamquam exorbitantis, & ius antiquum corrigentis, vt declarat Ang. in d.l. iubemus, quem sequitur Rui. d. consi. 91. n. 6. & consi. 84. n. 3. in 3. Grat. consi. 15. nu. 27. in 1. Gabr. consi. 86. n. 4. in 2. quibus addo Menoc. consi. 165. n. 34. & Latius consi. 272. nu. 34. & sequentibus.

Quæ omnia etiamsi primo aspectu videantur admodum vrgere, attamē nil penitus obsunt iuribus fisci habentis intentionem suam fundatam, & probatam in testamento in actis producto, & in condemnatione legitimè irrogata contra D. Franciscum hæredem institutum vt supra.

Ad primum enim respondetur, quòd cum Dominus Dionysius fideicommissarius produxerit in iudicio testamentum prædictum, in quo fit mentio de tali filiatione, & cuius vigore prætendit fideicommissum controuersum tamquam substitutus dicto filio hæredi vniuersali primordialiter instituto. Quinimo cū etiam dictus fideicommissarius in suo libello dictum D. Franciscum sæpius vti filium testatoris nominauerit, & approbauerit, & ipsi filio, & hæredi tamquam filio, & hæredi a testatore priuato in casum delicti succedere petierit ac prætendat, non potest in præsentiarum ne-
5 gare filiationem, quia semel † approbatum amplius reprobari nequit. l. si quis testibus. C. de testibus Beci. consi. 3. n. 39. D. Sur. consi. 18. n. 2.

Respon-

Respondetur secundo, quòd si fideicommissarius negat filiationem hæredis instituti, tale testamentum nullum est, & consequenter nec ipse substitutus potest gaudere beneficio testa
6 menti, vel fideicommissi, quia error † testatoris concernens qualitatem naturalem seu demonstrantem coniunctionem seu consanguinitatem hæredis instituti vitiat testamentum, & illud reducit ad causam intestati. tex. in l. si patet. & in l. nec apud. C. hæred. instit. Ias. in consi. 127. nu. 7. vers. Quia respondetur, quòd quando in 4. optimè Soci. iun. consi. 113. n. 2. & seq. in 3. Crass. de success. §. institutio, quæ. 29. n. 4. D. Surd. in terminis cons. 1. n. 50. ver. Vltra quod subijceret. Paris. consi. 11. nu. 14. in 2. Purp. consi. 559. nu. 3. Mascar. de probat. conclus. 793. n. 5.

Nec dicatur per talem nullitatem resultan-
7 tem † ex testatoris errore non irritari fideicommissa, quia imo sustinentur, & censentur tepe tita hæredibus venientibus ab intestato. Peregrin. de fideicom. art. 2. nu. 19. Quia responde tur, id non procedere in præsenti casu, cum tales hęredes ab intestato non adierint hæreditatem, cuius vigore possint conueniri ex quodam quasi contractu facto cum legatarijs, & fideicommissarijs. l. 2. 3. ff. fideicom. liber. Ias. post alios in l. eam quam. n. 13. C. fideicom. vltra, quod [vt dixi] fideicommissarius non elegit hanc viam, quia approbauit testamentum, quod quidem nec impugnare potuisset tamquam hæres mediatus habens causam a testatore, vt dicam in declinatione secundi obiecti Præterea cum testamentum sit semel fortitum
8 effectum † suum non videntur vocati succedētes ab intestato ad trad. per Turett. consi. 33. n. 8. 9. in 2.

Respondetur tertio, quicquid dicat Natta consi. 473. num. 24. contrarium verius esse, vt soli patri nominanti filium in testamento credatur circa filiationem maximè alio non constito in contrarium, vt supponit idem Natta consi. 537. nu. 40. & in puncto firmat Alciat. consi. 335. alias 130. nu. 3. lib. 5. tom. 2. quem sequitur Petra de fideicom. q. 11. nume. 260. Meno. lib. 6. præsumpt. 53. num. 37. diffuse D. Surd. consi. 1. num. 50. & latissimè Vuesemb. consi. 44. per discursum. Siquidem sola nomi-
9 natio patris vere constituit † filium in quasi possessione filiationis, maximè quando cadit in actu, qui magis conuenit filio quam extraneo secundum communem sententiam teste Rolan. consi. 22. nu. 26. in 3. Meno. de arbitr. iudic. casu 89. n. 77. D. Surd. consi. 1. num. 47. vt in præsenti casu, in quo talis nominatio fuit facta in actu institutionis hæredis vniuer-
10 salis, quæ institutio est † actus maximè conueniēs filiationi, vnde ex illa optimè dicitur probata filiatio, sicuti in terminis post plures tradit Meno. lib. 6. præsumpt. 53. num. 39. Paris. consi. 13. n. 4. in 2. Purp. consi. 559. nu. 3. & 5. D. Surd. consi. 1. n. 50. Hæcque maximè procedunt, quando agitur de sola hæreditate patris nominantis, tunc enim satis dicitur inducta quasi possessio filiationis per huiusmodi nominatione patris. Mascar. de probat. conclus. 779. n. 26. Quinimo in tantum operatur nominatio prædicta patris, quòd si plures filios ex vnica muliere susceperit, vnius nominatio, vel
11 recognitio † cęteris omnibus proderit. §. ad hoc autem. in fin. Auth. Vt liceat matri, & aui. per quem tex. ita firmat Didac. Roder. Aluarad. de conie. men. defun. ad metho. redig. lib. 2. cap. 3. n. 77. in fin. & in eod. cap. §. 1. nu. 25. Addatur etiam præfatam solius patris nominationem nedum filium constituere in qua si possessione filiationis, sed etiam [alio nō expresso per testatorem] in quasi possessione le-
12 gitimitatis, † vt post Iac. de Beluis. Lu. de Pe. & Dec. asserit Meno. consi. 490. n. 12. & lib. 6. præsumpt. 54. n. 35. & 37.

Ad secundum respondetur, nequaquā posse dari in præsenti casu, vt per fideicommissarium negetur legitimatio filij hęredis enuntiata per patrem in testamento, & per eundem capiatur emolumentum substitutionis, & fideicommissi: Quia supposito tali errore vel mendacio testatoris circa legitimationem adhuc testamentum irritatur, quia ita annullatur te-
13 stamentum † per errorem testatoris circa qualitatem hæredis ciuilem, sicuti per naturalem. l. nec apud. C. hæred. instit. Ias. consi. 127. col. 6. vers. Item quando erratur in coniunctione ciuili, in 4. alios adducit d. §. institutio. q. 29. n. 4. & confert Soci. iun. d. consi. 113. nu. 4. in 3. Et aperte non tenere institutionem filij tā-
14 quam legimati † si uere nō sit valide legitimatus, & testator id crediderit post Castr. & alios scribit Deci. consi. 176. nu. 3. & per totū. Ias. d. consi. 127. n. 7. vers. Contra prædicta cadit, vbi dicunt, quòd constito de nullitate legitimationis factæ non tenet institutio, adeo quod talis institutio corrueret nedum si non esset legitimatus, sed etiā si nulliter ac illegitimè fuis-
15 set legitimatus nec † mirum, quia annullata legitimatione institutio habetur pro non scripta Mand. consi. 163. n. 11. quia causa finalis institutionis filij legitimati dicitur ipsa legitimatio, vnde si nulla fuit facta legitimatio, vel nulliter, non tenet institutio secundū Mazzo. consi. 89. n. 11.

Respondetur secundo, quòd cum fideicommissarius sæpius fassus fuerit legitimationem hæredis, porrigendo libellum, & producendo testamentum, in quibus sæpius enūtiatur iste hæres vti filius testatoris, & legitimatus, consequens

sequens est, vt id in præsentiarum negare nequeat, vt pariter supra dixi respectu filiationis. Quinimo cum fideicommissarius habeat causam a testatore mediante persona hæredis
16 prædicti non potest † arguere testatorem de mendacio, cum sit illius hæres. l. si creditoris. C.seru.pigno.dat.non manu. Soc. consil. 13. col.2.ver. Ad secundam obiectionē, in 3.quia confessio defuncti ligat heredes.l. si superatus. ff.pignor. Alciat.consi.53.in fi.lib.5.tom.2.& in puncto, quòd fideicommissarius non possit allegare defectum legitimationis hæredis
17 contra confessionem † seu nominationem testatoris, tradit Alciat.consi.130.n.3.lib.5.to. 2.quem sequitur Petra de fideicom. q.11.nu. 260.Meno.lib.6.præsumpt.53.num.37. vers. Et dicitur principaliter. Hoceq; procedit etiā
18 si testator ante celebrationem † testamēti ipsum hæredem nuncupasset bastardum, nam adhuc talis nominatio vltima, & testamentaria inspicitur, & ex illa probatur legitimatio, latè Vuesemb.consi.44.n.67.70.& seq. Paris. consi.10.n.89.90.in 2. Pasett.consi.216. numero 16.

Nec vim facit decis.Grat. & sequac. in oppositum adductorum, quia procedit respectu tertij contradicentis testamento, & illud impugnantis. In illis terminis loquuntur præcitati patres, quatenus dicunt hæredem scriptū nō fore mittendum in possessionem ex benef.l. fi. C.edic.Diui Adr.toll.stante incapacitate hæredis spurij ex aduerso allegata, nec tali in casu statur assertioni testatoris attestantis de legitimatione ita reluctante contradictore testamenti. Secus in casu isto, in quo fideicommissarius agit vigore testamenti tamquam vocatus ad fideicommissum a testatore, cuius nominationi, & confessioni stare tenentur, & cōtra illam non possunt aliquem defectum allegare cum habeant causam a testatore, & hærede primordialiter instituto, vt supra latè deduxi ex Alciat.& alijs. Maximè cum adhuc ipse
19 fideicommissarius † non probauerit errorem testatoris expressum ad trad. per Pret. de vlti. volun.fol.17.col.2.nu.21.22. Quinimo dico, quòd cum alij filij testatoris legitimi non extent, ipse D. Franciscus filius naturalis poterat, capere hæreditatem ex testamento patris citra vinculum legitimationis, merito talis error testatoris in coniunctione ciuili non nocet
20 in præsenti casu, ex quo legitimatio † ista enūtiata ad augmentum iurium filij naturalis vtcunque inualida non debet operari diminutionem iurium dicti filij, quin ea de causa ex testamento capere nequeat, cum alias sine illa capere posset, vt optimè aduertit Peregr. de fideicom.art.2.n.20.& seq. & ita constat, quòd siue fuerit vera legitimatio prædicta, siue inualida seu per errorem enuntiata, nihil obest præfatę detractioni.

Ad tertium respondetur, imo filios legitimatos propriè filios nuncupari, & pro talibus
21 a lege reputari. † Siquidem ita legitima debetur filio legitimato sicuti & legitimo, & potest agere ad illius supplementum, si illi non fuit integra relicta, sicuti potest legitimus. Ita & legitima legitimato aucta est de triēte ad semissem sicuti filio legitimo, cui pariter a patre pręterito, vel iniustè exhæredato datur contratabulatio, & querela, necnon & potest legitimatus impugnare testamentum fratris instituentis turpem personam ad instar fratris legitimi, sicuti de his omnibus latè post multos videre est apud Peregr.de fideicom.ar.23.n.27. Imo & leges exorbitantes seu ius antiquum corrigentes ac loquentes seu disponentes de filijs seu personis legitimè natis extenduntur
22 ad † legitimatos secundum crebriorem ac veriorem sententiam teste Ceph.consi. 194.nu. 30.& seq. Eugen.multos adducens consi. 6.n. 42.& 43.Peregr.de fideicom.art.3. n.115. & art.23.n.28. Hinc videmus l.fin.C. natur.lib. sibi vendicare locum in legitimato. Ita & leges vocantes ad successionem agnatum proximiorem procedunt etiam in legitimato. Pariter consuetudo Bulgari comprehendit legitimatum, similiter dispositio c. Raynutius, & c. Raynaldus.extr.testam.de detractione duarū quartarum militat quoque in legitimatis, vt de prædictis plenissimè docet Peregr.d.ar.23. n.2. Necnō etiam substitutio facta alicui sub conditione [si decesserit sine filijs legitimis,
23 & naturalibus] expirat per † superexistentiā filij legitimati, diffuse Rimin.iun. consil.611. n.69. In simili etiam videmus l.hac consultissima.§. ex imperfecto.C.test.Auth. Si qua mulier.C.sacrof.eccles.l.cum auus.ff.cond.& demonstr. l. cum acutissimi.C.fideicom. l. si vnquam.C.reuoc.donat. omnes procedere in legitimatis, vt pariter admonet Peregr. d.n.28. alios concordantes adducens, & statutum ex-
24 cludens fęminas ob † masculos comprehendit masculum legitimatum, vt de veriori ac seruata in iudicio opinione tradit Ceph. post alios consi.164.col.1.quia agnatio ita conseruatur
25 per legitimatum, † sicuti per legitimum, vt tradunt citati a Cepha.d. col.1. Quare etiam in proposito dicendum est dispositionem l.iubemus.C.ad Trebel. procedere etiam in legiti-
26 matis, quibus pater † nō potest prohibere Trebellianicæ detractionem, sicuti nec alijs filijs primi gradus id prohibere potest, vt latè cōtra Ang.& sequaces probat Alex. in l. ex facto.§. si quis rogatus.il 1.nu.3. & seq.ff. ad Trebell. Paris.consi.1.n.19.in 2.Ripa in l. nemo potest n.55.ff.leg.1.Burs.consi.44.n.19.ver.Et locū.

Hieron.

Hieron.de Laurent.in l.in fideicommissariam nu.79.ff.ad Trebell.Barb.in l.cum acutissimi. numero 257.& sequentibus,& nume.279.C. fideicom.alios adducit,& sequitur, & de verio ri ac tenenda opinione testatur Eugen. consi. 6.num.41. & sequentibus Cepha. consi.194. n.32.Decian.consi.1.nu.19.in 2.Secundum quem ita fuit Paduæ iudicatum contra consi. Menoch.272.num.34. in oppositum adducti, vt scribit Peregr. sequens hanc opinionem in practica præualentem de fideicom. art.3.nu. 115.& art.23.num.28.versi.Item dispositio l. iubemus. Adeo quod & Perillustris Senatus secundum istam opinionem veriorem,& seruã tam debet iudicare.

Respondetur secundo,amaritudinem prorsus cessare in pręsenti casu, in quo non adest concursus alterius filij legitimi. Vnde dicendum est D.Franciscum proprium filium testatoris realiter dici, quia tunc vere legitimus fi-
27 lius † reputatur legitimatus quoad se, alio nõ existente filio legitimo, vt post Ale x. Deci.& Ceph.respondet Maluas. consi.116.num.70. Hinc dixit Bal.in c.Per tuas de maior. & obe. fratrem minorẽ legitimũ fratri maiori quãuis legitimato fore preponẽdũ in via,vel in mensa vel in alio loco. Et generaliter quoties naturalis cũ legitimo concurrit æquis indicijs,legi timorũ causa potior haberi solet. Ista sunt vẽr ba Paleot.de noth. & spur.c.55.n.17. sed iste concursus cessat in præsenti facto, ergo.

Respondetur tertio distinguendum esse; Aut loquimur de dispensato aut de legitima-
28 to. Primo enim † in casu, iste dispensatus,qui dicitur limitatè legitimatus, seu secũdũ quid, nempè ad certa bona ac certos actus, vel certã successionem,non autem simpliciter, & absolutè, iste inquam talis non potest detrahere Trebellianicam contra patris voluntatẽ. Aut in secundo casu agitur de legitimato simpliciter, & absolutè, vt in casu nostro, & tunc illi conceditur detractio Trebellianicæ non obstã te patris prohibitione, quia non differunt ab alijs filijs primi gradus. Ita Ripa in l.nemo po test num.55.ff.leg.1. vbi Alciat. nu.34. & ita post Rui.Mantic.& alios declarat distinguendo D.Surd.conf.185.n.10.Barb.in l.cum acu tissimi num.279.sequitur Eugen. consi.6. nu. 43.antè fin.Ceph.d.consi.194.n.32. Peregr. d.art.3. nu.115. in fin. & ita distinguunt etiã Doctores in oppositum adducti, qui non plene satisfacti de opinione Ang. per eos relata, dicunt in casibus suis cessare præfatam detractionem Trebellianicæ, quia filij illi erant dispensati non legitimati, prout verè ita distinguit Ruin.d.conf.91.nu.6.versi. Et tanto minus potest.in 3.& sequitur Meno.d.conf.272. num.42.Ratio differentiæ est, quia legitima-
29 tus limitatè seu † dispensatus non dicitur propriè filius,nec continetur filiorum appellatione, vt post Castr. Ias. Socin. & alios declarat Ruin.d.n.6.Meno.d.n.42.& seq. Hinc dici solet,quod legitimatio est fauorabilis,dispensatio autem odiosa, & restringenda. Ias.consilio 127.ante fin.in 4.Odd. consi.1.nu.62. Et ita videtur concludendum ad fauorem fisci, saluo &c. Laus Deo.

Die 9. Martij 1601. Ita fuit secundum suprascripta iudicatum a Perillustri Senatu in actis D. Bonatij ad fauorem fisci contra Dominum Dionysium Bossium de Caneto fideicommissarium substitutum dicto Francisco Arriuabeno legitimato.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Testator non potest remittere confectionem Inuẽtarij vxori haeredi vsufructuaria, in praeuditiũ creditorum, secus in prae iudittium legatariorum & fideicommiss.*

2 *Substituti possunt petere confectionem Inuentarij suis expensis.*

3 *Testator non potest remittere cautionem de vtendo sic etiam confectionem inuentarij,in praeiudicium haredum & aliorum vocatorum,secus si esset hares simpliciter.*

4 *Remissio confectionis inuentarij operatur, vt non fit necessarium solemne inuentarium, sed tantummodo bonorum plena descriptio.*

5 *Testator non potest remittere cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri dandam per vsufructuariam.*

6 *Princeps non potest remittere cautionem praestandam ab vsufructuaria.*

7 *Vxor instituta in vsufructu pleno iure, est hares in illa.*

8 *Vsufructuarius non tenetur ad confectionem inuentarij, nec ad praestandam cautionem, si hares non adest.*

9 *Vxor hares instituta in vsufructu, dato harede in proprietate reputatur vti legataria.*

10 *Vxor instituta in vsufructu, & non dato harede in eius vita, remissio confectionis, & cautionis operatur.*

11 *Remissio vxori de eo, quod erit debitrix per vim legati operatur circa omissionem, & negligentiam tantum, & liberat eam a scrupulosa redditione.*

12 *Testator iniungens onus fideiubendi heredibus pro vxore, remittit inuentarium, & cautionem.*

13 *Testator potest grauare haredem in quantum est honoratus.*

14 *Hares vnius institutus non potest grauari a Testatore, vt sibi ipsi fideiubeat.*

15 *Praeceptum Testatoris de fideiubendo pro vsufructuaria,*

ctuaria, non attenditur quando est iniunctum omnibus, secus si vni tantum ex Institutis.

16 *Legatum vniuersale vsufructus comprehendit etiam fructus bonorum feudalium.*

17 *Vasallus non potest disponere de feudo per vltimam voluntatem sine precisa licentia Domini, nec etiam de fructibus.*

18 *Feuda nō dicuntur in bonis testatoris post mortē.*

19 *Vsufructuarius dicitur habere vtile dominium in re, in qua habet vsumfructum.*

20 *Feuda non cadunt in dispositione vniuersali, dempta institutione.*

21 *Feuda mixta dicuntur quid hæreditarium.*

22 *Feuda appellatione bonorum, vel hæreditatis Testatoris non veniunt.*

23 *Dispositio Testatoris regulatur, & intelligi debet iuxta præcedentem dispositionem immediatam & adducit quattuor coniecturas.*

24 *Dispositionis interpretatio est ita facienda, vt cui tentur omnino absurda, idem n. 27.*

25 *Mutatio voluntatis in continenti nō præsumitur.*

26 *Legatum vsusfructus non dicitur reuocatum per alia legata in continenti facta, & incompatibilia cum legato vsusfructus.*

27 *Idem, vt in nu. 24.*

28 *Dictio, insuper, stat continuatiuè, & repetitiuè, non autem implicatiue casus diuersi, & importat repetitionem qualitatis, & thematis præcedentis.*

29 *Dictio, item, habet vim cōtinuandi, & repetendi.*

30 *Conductio Datiorum, & pedagiorum est onus virile, non muliebre.*

31 *Ius Datij, & pedagij conducti, dicitur esse in hæreditate defuncti conductoris.*

32 *Vsusfructus residere non potest in administratione vectigalis, sed in lucro administrationis, deductis deducendis, & solutis soluendis, quia est ius in corpore consistens.*

33 *Vsusfructus debetur ex lucro percepto, finita conductione.*

34 *Vsufructuarius non potest gaudere vsufructu, nisi prius præstet cautionem.*

35 *Vxor cui legatus est vsusfructus omnium bonorū Testatoris, potest exigere lucra percepta in conductione Datij, tamquam vsufructuaria, præstita satisdatione.*

36 *Clausula vitam vidualem seruante casteq; ac honeste viuente importat, si ipsa vidua steterit, vel non nupserit.*

37 *Vxor vsufructuaria transiens ad secunda vota, tenetur restituere res, & bona, cum fructibus perceptis, & percipiendis.*

38 *Vxor relicta vsufructuaria, cum conditione viduali &c. tenetur præstare Mutianam cautionē de conseruando perpetuam viduitatem, vel de restituendo fructus perceptos, tempore viduitatis etiam parte non petente, alias non facit fructus suos.*

ARGVMENTVM.

Testator non potest remittere confectionē inuentarij, & cautionem præstandam ab vxore relicta vsufructuaria, & in legato vniuersali vsusfructus non veniunt fructus bonorum feudalium, nec lucra prouenta ex conductione vectigalium.

Vxor hæres instituta in vsufructu cum conditione viduali, dicitur pura legataria, & tenetur præstare cautionem Mutianam, de seruanda viduitate, & de restituendis fructibus &c.

CONSILIVM CXXV.

Actiones meæ à Domino.



PLura veniunt discutienda in casu proposito, ideo illa sigillatim recensebo particulares resolutiones accōmodando. Quo igitur ad primum di-
1 co,† testatorem non posse remittere vxori hæredi vsufructuariæ confectionem inuentarij in præiudicium creditorum, licet secus fortasse in præiudicium legatariorū, & fideicommissariorum, vt probat Craue. consi. 174. nu. 11. Clar. in §. testamentum. q. 66. Rolan. de inuen. par. vlt. cap. antepen. & penul. Idque sine controuersia procedit, quan-
2 do † substituti volunt, & petunt illud fieri suis expensis. Plot. de iuram. in lit. §. 26. n. 2. in fin. post Castr. in consi. 366. in fi. in 1.
Quinimo nec potuit in præsenti facti specie
3 † testator illud remittere in præiudicium hæredum, vel aliorum vocatorum, cum inuentarij confectio sit antecedens necessarium cautionis, quam non potest remittere testator, vt infra dicetur, ne alias inuitetur vsufructuaria ad delinquendum, vel fraudandum. Clar. d. q. 66. vers. Quo ad secundum. Soci. iu. consi. 115. q. 2. n. 16. in 1. Rol. d. par. 3. cap. Penul. Borgn. de vsufruct. nu. 148. cum concordantibus per Crass. §. Testamentum q. 68. Plurimum inquā interest inter prohibitionem seu remissionem factam hæredi respectu fideicommissariorum, & remissionem factam vsufructuariæ respectu hęredum, quia in secundo casu nequaquam tenet huiusmodi inuētarij remissio, vt plene post alios asserit Rimin. Iun. consi. 620. nume. 46.
4 51. & 54. † operatur igitur solum præfata remissio, vt solemne inuentarium non sit necessarium, sed fiat tantummodo plena bonorum descriptio. Paris. consi. 61. col. fin. in 3. Gabr.

tit.

tit.de vsufr.conclus. 1.nume.35.Rolan.d.cap.
pen.n.11.

Quo autem ad secundum, quod quasi rein-
5 cidit in idem cum articulo præcedenti † Dico
testatorem nullo pacto posse remittere cautio-
nem dandam per vsufructuariam de vtẽdo ac
fruendo arbitrio boni viri &c.nec respectu cre
ditorum,nec respectu hæredum, vt plene Bor-
gni.de vsufruc.n.148.Plot.d.§.26.n.8. Clar.
§.testamentum.q.64.Pinel.in l.1.par.2.num.
76.C.bon.mater.Crass.vbi supra q.68.Socin.
iun.d.consi.115.q.tertia,Rol.de inuent. part.
3.cap.fin.Rimin.iun.consi.620. num.46. 51.
& 54.Bald. Siccard. & alij in l.1. C. vsufruct.
Peregr.de fideicom.artic.11.nume.78. Sicuti
6 enim † talis remissio non potest fieri a Princi-
pe, ita nec a testatore. Pret. de interpr. vltim.
volun.fol.415.numero 77.Decis. Mant.109.
num.3.

Nec dicatur,in hac facti specie, vxorem nõ
7 esse puram,& simplicem legatariam,† sed hæ-
redem in vsufructu pleno iure eidem relicto ẽt
sub titulo institutionis,vt per Euge. consi.25.
8 nu.35.& seq. & consequenter † non teneri ad
confectionem inuentarij, nec ad cautionis pręe
stationem,cum non adsit hæres , cui præstetur
talis cautio viuente vxore,late Rimi. iun.cõs.
321.n.7.& 322.n.24.

9 Respondetur enim, † quòd quando vxor re
petitur instituta hæres in vsufructu,dato hære
de in proprietate , non hæres, sed legataria re-
putatur. Deci.cõsi.278.n.2.3.Men.cons.500.
col.1.& nouissime Barzi.decis.Bonon.73. nu.
31. qui alios adducit, vt in præsenti casu, in
quo vxor fuit instituta sine mentione tempo-
ris simpliciter in vsufructu,& alij in proprieta-
10 te , secus tamen esset, † si testator instituisset
hæredem vxorem in vsufructu quo ad uixerit,
& post eius mortem alios instituisset hæredes.
Nam cum in vita vxoris nõ adesset hæres , cui
præstaretur cautio,tunc remissio inuentarij,&
cautionis operaret , vt in oppositis. Ita Paris.
consi.61.num.51.in 3. Pret.de vlt. volun. fol.
180.numero 8.& sequen.Crott.consilio.273.
Turett.consi.32.nume.37.in 3. & hæc patent
ad sensum.

11 Nec † vim facit legatum liberationis a pręe-
fato testatore factum vxori de eo , quod repe-
rietur debitrix in reddẽda ratione administra-
ti vsusfructus, quia tale legatum militat respe
ctu omissionis,& negligentiæ non quo ad frau
dem,vel dolum futurum in committendo,&
restituendo bona, adeo quòd tale legatum im
portat solum remissionem scrupulosæ redditio
nis rationis, & non vltra, sicuti de simili lega-
to facto tutori tradit Gozad.consi.84.n.10.&
seq.cum alijs,de quibus sola in antiq. constit.
Pedemon.ti.de mino.Decre. Quitatio. par.1.
Glo.1.n.13.& seq.Montan. de tuto. c.38.nu.
26.& seq.& in puncto,de tali legato facto vxo
ri,quòd non releuet,vt supra,tradit Bero.cõsi.
37.n.10.in 2.sequitur alios congerendo Pret.
de vl.volun.fol.415.n.76.

12 Vim tamen non modicam facit † grauamẽ
iniunctum hæredibus a testatore, vt scilicet fi-
deiubeant pro ipsa vxore,quo in casu saltem,
per indirectũ testator dicitur remisisse inuenta
rium,& cautionem prædictam,ex quo valet ta
le testatoris præceptum in tãtum , quòd hæres
taliter grauatus debet gratis fideiubere,& po-
test cogi ad soluendum debitum pro quo fide-
iussit sine spe repetitionis debiti , per eum pro
vsufructuaria soluti.text.in l.tribus. vbi Bald.
& ibidem Alex.ad Bart.ff.vsufr.ea rer. Idem
Bal.in l.Sancimus.n.5.ff.verbo.sign. Alex. in
l.si fideiussor in principio vbi optimè Ias. n.6.
ff.leg.1.Ripa in l.nemo potest.nu.39.ff.leg.1.
vbi Bologn.num.102.& 107. Alex.consi.58.
n.13.in 3.Pinel.in l.1.par.2.num.76.C. bon.
13 mater.Maxime quando† hæres non soluit ma
ius debitum ipso lucro sibi obuento ex ipsa in
stitutione , quia tenetur soluere in quantum
fuit honoratus,& non vltra. Bal.Sali.& alij in
l.vnic.§. ne autem. C.caduc. tollen. Roma.
singu.805.Tu scis quòd fideiussor.Ias.in d.l.si
fideiussor.num.7.Alex.d.consi.58. nume.13.
versi.Nisi aliqua coniectura.Ripa in l. cum fi-
liosfamilias.n.14.ff.leg. 1.

Respondetur tamen plures fuisse institutos
hæredes, & omnes pariter fuisse oneratos ad fi
deiubendum,quo in casu reijcitur huiusmodi
dispositio tamquam inutilis , cum nemo repe-
14 riatur cui pstetur fideiussio,sicuti enim † vni-
cus hæres institutus nõ põt grauari ad fideiu-
bendũ sibi ipsi, quia actio & passio nõ possunt
esse eodẽ instanti in eodẽ subiecto.l. Vranius.
15 l.frater a fratre.ff.condi.indeb. Ita nec † præ-
ceptũ testatoris attenditur,qñ plures sunt hæ-
redes, & omnibus reperitur iniunctũ fideiubẽ
di onus,quia habentur ad instar vnici hęredis
grauati. Adeo ꝙ debuisset testator vnum tan-
tum ex pluribus hæredibus grauare ad cõmo-
dum aliorũ cohæredum,vt colligitur ex d.l.tri
bus.vbi Bal.& latius docetur in deci.Mã.109.

Quo autem ad tertium, an in vsufructu isto
veniant feuda, & videtur dicendum, quòd cũ
16 † legatum istud fuerit vniuersale,cõprehẽdat
etiam vsufructum bonorum feudalium, quid-
quid alias dicatur in legato generali,vt innuit
D.Surd.consi.73.n.18.iuncto n.71.

17 Attamen aliud dicendum est , ex quo † va-
sallus non potest disponere de feudo per viam
vltimæ voluntatis sine præcipua licẽtia domi-
ni,alias dispositio illa nullius est põderis. Ale.
consi.30.n 11.in fi.in 1.Rui. consi.143. in fi.
in 3.Gabr.consi.83.nume.31.in 1.& qui non

potest alienare, vel libere disponere de feudo, non etiam valet in eo vsumfructum constituere, vel illum alteri relinquere. Peregri. de fideicom. ar. 40. n. 116. Mandel. consi. 442. nu. 26. vbi ait in hoc neminem dubitare. Clar. §. feudum, q. 37. & ideirco legato vsufructu bonorũ suorum per testatorem non venit vsusfructus
18 bonorum feudalium,† ex quo bona testatoris dici non possunt, vt post Alex. Soci. Deci. & alios firmat Meno. lib. 4. Præsumpt. 142. n. 8. 9. vbi ait id præcipue procedere, quando feuda non sunt absolute hæreditaria. Idem probat Mandel. consi. 447. n. 27. 28. & 32.

Nec releuat licentia obtenta a domino directo, de qua in calce testamenti [di poter testar, & disporre per testamẽto de suoi beni &c. in qualunque persona capace di feudo] Quia cum vsusfructus fuerit relictus fœminæ regulariter feudorum incapaci, non tenet tale relictum vsusfructus. Cõstitutio inquam vsusfructus in feudo est quid magni ponderis, quia
19 † vsufructuarius dicitur habere vtile dominiũ in re, in qua habet vsumfructũ. Schrad. de feu. par. 2. cap. 2. n. 8. & per vsumfructum quis dicitur acquirere ius in re. Barzi. decis. 14. n. 15. & vsumfructum esse partem Dominij tradit Clar. d. q. 37. in fi.

20 Præterea, quòd † feuda nõ cadant in dispositione vniuersali, dẽpta institutione, late tuetur Ceph. post Soci. iun. & Noni. consi. 523. n. 56. & sequentibus Peregr. de fideicom. art. 6. n. 24. in fine. Quare cum etiam testator nedũ reliquerit vxori vsumfructum bonorum suorũ sed etiam hæreditatis, vtique per hoc non dicitur disposuisse de vsufructu feudorum, quia li-
21 cet † feuda mixta dicantur reperta in hæreditate defuncti, non tamen dicuntur quid hære-
22 ditarium. D. Sur. consi. 151. n. 104. & ideo † appellatione bonorum, vel hereditatis testatoris non venire feuda post alios scribit Ceph. consi. 523. n. 32. Rosent. de feu. c. 9. concl. 40. n. 11.

Quo vero ad quartum, arbitror præfatã vxorem simplicem legatariam vsusfructus bonorũ mobilium testatoris esse, non autem dominã, & proprietariam præfatorum bonorum, nõ obstante particula illa testamenti taliter cantante ibi [Insuper mandauit, q̃ dicta eius vxor possit de omnibus bonis suis mobilibus, quæ reperientur esse in dicta eius hæreditate, disponere ad libitum voluntatis suæ per testamenta, donationem &c. & prout ei videbitur, & place-
23 rit &c.] Nam huiusmodi † dispositio regulatur, & intelligi debet retento themate præcedentis dispositionis immediatæ, nempe casu quo testator decederet de eodem anno, in quo confecit testamentum, alias maxima absurda sequerentur, siquidem omnia alia legata corruerent vna etiam cum hæredis institutione, saltem in parte, & repentinã voluntatis mutatio, & in seipsa incompatibilis sequeretur. Primo igitur patet testatorem reliquisse vsumfructum mobilium ipsi vxori, & matri ipsius testatoris. Quod quidem legatum esset vanũ si ex alio capite eodem tempore vxori fuisset legata dicta bonorum proprietas, & dominium plenum liberum, & absolutum cum facultate de illis disponendi pro libito suæ voluntatis.

Secũdo cogitauit testator ipsas vsufructuarias posse cogi ad inuentariandum, & cauendum, & consequẽter illis ex dicto legato vsũfructum bonorum mobilium competere, quia si fuissent proprietariæ, & dominæ nõ fuissent grauatæ ad satisdandum, & describendũ ipsa bona, non igitur potest hoc in casu haberi ratio præfati legati vltimo loco relicti, in casu de quo quæritur.

Tertio ipse testator instituit heredes fratres ipsius testatoris etiam in bonis mobilibus, & ita illis fuit relicta dictorum bonorũ proprietas, quomodo ergo potest dici, vt etiam vxori fuerit relicta?

Quarto loco iussit testator, vt in casum nuptiarũ Dom. Eleonoræ, mulieres vsufructuariæ, & ipsimet heredes censeantur grauati ad dandũ nomine dotis ipsi Eleonoræ omnia mobilia reperta ĩ hereditate ipsius testatoris, quo fit, vt fatendũ sit legatum controuersum non posse militare in casu isto, quia si ipsa vxor posset capere legatum dictorum mobilium plena manu, & pleno dominio, istud relictũ pro dote D. Eleonoræ esset vanum, in quo ẽt cum grauauerit vsufructuarias, & fratres hæredes ad dandum, dubio procul declarauit ipse testator vsumfructum dictorũ bonorũ apud ipsas mulieres, & ꝓprietatẽ apud fratres heredes extitisse.

Quare cõcordando particulares dispositiones testatoris, & euitãdo absurda ac legata vnico ictu incompatibiliter relicta, dicendũ est, q̃ cũ testator post legatum mobiliũ pro dote D. Eleonoræ subiunxerit [q̃ eueniente casu mortis ipsius testatoris in anno illo in quo fecit testamentũ, iussit q̃ eius heres teneatur tradere eius vxori oĩa alimẽta victus pro se & eius matre vnius ancillę, & famuli vna cũ seminibus, & recollectis pro præsenti anno sit ipsorũ hæredũ.] Vlterius subiungit testator hoc modo [Insuper dict. testator expresse mãdauit &c.] vt sup. dictũ est in principio huius quarti quæsiti. Quo fit, vt istud legatũ plenum bonorum mobiliũ reguletur a morte testatoris eueniẽte in anno testamenti conditi, quo in casu nõ habuit rõnem vsusfructus debendi vxori, sed tãtũ alimentorum ei relictorũ, relicto recollecto ipsis hæredibus, legando insuper dictæ vxori, quòd possit disponere de dictis bonis mobilibus, per testamentum, & inter viuos, prout

24 prout illi placuerit. † ex ista namque interpre
tatione cessant prorsus absurda, quæ debent
euitari in quacunque dispositione, quæ debet
intelligi, ne aliquo pacto absurda sequantur.
Rimin.iun.consi.276.num.35. Sicuti pariter
25 cessat † mutatio voluntatis facta incontinen-
ti, quæ a lege non præsumitur, nec hoc in ca-
su toleratur. l. 3. ff. probat.l. rem legatam. ff.
adim.leg. Hinc dixit Corn.consilio 308. in 4.
26 † legatum vsusfructus relictum vxori non di-
ci reuocatum, per alia legata in continenti fa-
cta,& incompatibilia cum legato vsusfructus,
sequitur Meno.lib.4. Præsumpt. 165. num.8.
27 & seq. & † debere fieri talem interpretatio-
nem testamenti, vt nullo pacto contineat re-
pugnantia, & incompatibilia, plenè docet
28 Cuma. consi. 112. & ideo † illa dictio [insu-
per] stat continuatiuè, & repetitiuè, non autē
implicatiuè casus diuersi, & exponitur pro vl-
tra,vel vlterius, iuxta text. in l.Seiæ. in princ.
vbi Glos. verb. Insuper. ff. fund. instru. Plura
adducit Bertaz.de clausul.instrum.clausu.27.
Glos.1.num.5. Quæ dictio, vlterius, importat
repetitionem qualitatis, & thematis antecedē
tis. Fulgo.consi.40.n.1. Deci.consi.190.nu.7.
29 Moro.consi.27.n.3. Ita pariter dici solet † ver
bum [Item] nedum vim continuandi sed etiā
repetendi continere, quādo verisimiliter adest
mens testatoris, data etiam diuersitate rerum,
& personarum, quia ex coniectura mentis te-
statoris inducitur repetitio, late Pret. de vlti.
volunt.fol.157.n.7.

Quò ad quintum, & sextum videtur dicen-
dum, quòd exercitium, & administratio Dacij
vel Pedagij cōducti a Serenissima Camera spe
30 ctare debeat ad ipsam vsufructuariā, quia † ius
istud Dacij conducti dicitur esse in hæreditate
conductoris prædefuncti, cū hęreditas sit, quid
vniuersale continens iura omnia actiua, &
passiua.

Sed meo iudicio aduertendum est, aliud es-
se capere vsumfructum hæreditatis, aliud exer
31 cere vectigal, vel dacium. Est inquam † tale
onus conducendi dacia quodammodo munus
publicum, & consequenter virile non mulie-
bre iuxta l.fœminæ. ff. regu. iur. quia mulieres
dacia, & vectigalia non conducunt. Laudens.
de fisco q.190. Peregr. de iur. fisci li.6.ti.5.nu.
32 10. & vere † vsusfructus non potest residere in
administratione vectigalis, sed in lucro ex ip-
sa administratione percepto deductis deducē-
dis, & solutis soluendis, adeo quòd exercitiū,
& administratio hoc in casu consideratur vti
causa causans, lucrum autem inde perceptū, &
vsusfructus lucri dr̄ causa causata, sane inquā
vsusfructus dicitur ius in corpore consistens. l.
2. ff. vsusfr. & est pars dominij. l.4. ff. eod. ti. D.
Surd.consi.162.n.13. non igitur cadit vsusfru
ctus in administratione rei, sed in re admini-
strata, & dixi supra, quòd habens vsumfructū
dicitur habere ius in re. Barzi. decis. Bono. 14.
n.15. sed administratio nō dicitur ius in re, sed
exercitium rei. Quare sum huius sententię, vt
33 † finita conductione Dacij, & solidatis com-
putis cum Dominis Dacij, vel Daciorum si lu
crū superfuerit, illius vsusfructus debeatur vxo
ri, quia hoc in casu exercitium, & conductio
datij consideratur, vt quædam proprietas, &
etiam lucra inde quæsita, quæ spectant ad hæ-
redes proprietarios, cuius lucri exinde vsusfru
34 ctus debetur vxori. Quinimo dicendū est † ip-
sam vxorē non posse gaudere pensionibus Da
ciorum ante præstitam fideiussionem, & opti-
mè quadrat in puncto doctrina Bal. in l.1.n.2.
35 C. vsufr. dicentis, † quòd si testator cōductor
gabellarum legat vxori vsumfructum omniū
bonorum suorum debetur ipsi vxori vsusfru-
ctus de reditu illarum gabellarū, & potest illas
exigere tamquam vsufructuaria præstita satis-
datione, & non ante, sequitur Caroz. de loca.
part.2.tit.de fructib.n.20. Secundum primam
impressionem, & dixit Castr. in d.l.1.n.4. in fi.
C. vsufr. quòd si testator erat gabellarius pote
rit vxor fructuaria petere, quòd sibi tradantur
reditus ad vtendum, qui percipientur ex ga-
bella, adeo quòd satis constat vxorem debere
capere reditus a manu aliena, nempe hæredū
conductoris defuncti, maxime cum, vt supra
dixi, mulieres non conducant vectigalia.

Accedat etiam ad tutelam iurium præfato-
rum hæredum, quòd testator instituit vxorem
36 vsufructuariam hoc pacto nempe † [ipsam vi-
tam vidualem seruante, casteque ac honeste vi
uente] Quod perinde est ac si dixisset, si ipsa
vidua steterit, vel si ipsa non nupserit. Bal. cōs.
264.n.4. in 5. Rimin. iun. consi. 112. nu. 94. &
ideo perpetuam viduitatem induxisse dicitur,
37 in tantum quòd † vxor transiens ad secunda
vota tenetur restituere res, & bona cū fructi-
bus perceptis ac percipiendis. Auth. Cui reli-
ctum. vbi Castr. Corn. Ias. & alij. C. indi. vidu.
tollen. Natta consi.459.n.15.& 17. Paris. cōs.
95.n.52.& seq. in 2. Rimin. iun. consi. 112. n.
38 99.100.& 105. Quo fit, vt teneatur † vxor ista
præstare cautionem Mutianam de conseruan-
do perpetuam viduitatem, vel de restituendo
fructus perceptos tempore viduitatis etiā par-
te nō petente, alias nō facit fructus suos. Nat.
d.consi.459.n.17. Rimi.iun.consi.111.n.83.
Ias. in d. Auth. Cui relictum. col. penul. diffuse
Borgni. de vsufr. nu.91.118.& 132. vbi plu-
res alios adducit. Conferunt optime tradita,
per Bero.consi.29.nume.17.& sequenti in 2.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula in omnibus, & per omnia operatur approbationem omnium dictorum, & effectum indiuidua expressionis, & omnimoda similitudinis & tam quoad fauores quam quoad odia.*

2 *Denotat actum verum non autem fictum.*

3 *Inducit vnam, & eãdem naturam exaquatorum.*

4 *Effectus vbi consideratur non refert, quid ex aquipolentibus fiat, etiam in materia statutaria.*

5 *Ciuis quilibet prasumitur non autem forensis contra n 7. & 17.*

6 *Occisus repertus prasumitur ciuis loci homicidij etiam stante statuto acrius puniente ciuem, quã forensem.*

8 *Prasumptio cedit veritati.*

9 *Cedit super incertis non in claris.*

10 *Fundatur super re dubia, quam pro vera leges statuerunt.*

11 *Probatione certa data, tollitur prorsus prasumptiua.*

12 *Prasumptio recipit probationem in contrarium.*

13 *Vna tollitur per fortiorem.*

14 *Illa fortior dicitur qua est naturalis, & magis verisimilis, & nu. 15.*

16 *Loquela manifestat hominem alias incognitum.*

17 *Origo vbi ignoratur tunc quis prasumitur illius loci, in quo fuit educatus.*

18 *Verisimilitudo pro lege habetur.*

19 *Credibile non est, vbi natura contrarium, & falsitatis habens imaginem, quod a verisimili distat.*

20 *Interpretatio ea semper est facienda, vt statuentes, legislatores, vel Principes non mereantur reprehendi.*

21 *Receptans forenses absque inuestigatione illorũ qualitates dicitur in culpa.*

22 *Ignorans dicitur late culposus quando colloquendo potuit inuestigare veritatem, maxime non cõstito de adhibita diligentia.*

23 *Negligentia, vel culpa quatriduana tollit penitus tempus excusationis, & ignorantia.*

24 *Prasumptio ignorantia nunquam recipitur quando agitur de facto domestico, & de cohabitatione*

25 *Inuestigare is tenetur, cui a lege, vel ab homine datur certa meta ad aliquid agendum.*

26 *Statutum dans metã aliquid faciendi, & prohibens ignorantiam allegari valet.*

27 *Ignorantia debet probari, vbi est fundamentum intentionis.*

28 *Dubitans, & ignorans aquiparantur.*

29 *Id non procedit quando dubitatio cadit in facto, quod scire sua interest.*

30 *Mendax dicitur valde suspectus. & in dolo prasumitur quando mendacium concernit illius cõmodum, & excusationem.*

31 *Inditium ad torturam oritur ex mendacio.*

32 *Tortura est primum remedium fisci contra receptantes homines vitiosos, vbi adsunt aliqua inditia scientia.*

33 *Mendax in vno prasumitur falsus in omnibus.*

34 *Mendaces hoc solum lucrantur, vt cum uera dixerunt eis non credatur.*

35 *Obliuio non prasumitur in facto recenti, & proprio, imo vix per cursum decennij labitur memoria.*

36 *Iudicis arbitrio statur circa excusationem, inducendam sub clypeo obliuionis.*

ARGVMENTVM.

Receptans forenses, & facinorosos homines absque denuntiatione, & inuestigatione illorum qualitatis incidit in edictum, nec excusari potest sub clypeo ignorãtiæ, vel obliuionis maxime in facto recenti.

CONSILIVM CXXVI.

Actiones mea à Domino.



Atis constat ex Actis, duos illos
scelestos hospitatos per D. An
giolellum fuisse vere forenses
nempe de loco Ruffennę in ter
ritorio Bononiensi, vt ex atte-
stationib. Antonij de Nigris fol. 59. & 61. 62.
vbi etiam deponit de mutatione nominum, &
Sabadini fol. 94. & fol. 110. vbi etiam subiun-
git præfatos assassinos nullam habuisse notitiã
Domini Achillis occisi viri illustris, & omni-
bus Mantuanis plusquam notissimi. Nec hoc
negauit Dom. Angiolellus in eius constitutis,
imo id apertè fassus est, quatenus fol. 80. audi-
ta attestatione præfati de Nigris ab ipso bene
intellecta, vtpote eidem lecta de verbo ad ver
bum illam approbauit [in tutto per tutto] quę
1 † clausula exposita Latine [in omnibus, & per
omnia] importat, vt dicatur approbasse omnia
& singula dicta per ipsum Nigrum indistincte
ac sine aliqua differentia. Ias. in l. 1. nu. 15. ff.
lega. 1. Magon. decis. Floren. 57. numero 14.
operantur inquam illa verba effectum indiui-
duæ expressionis ac omnimodæ similitudinis,
vt post plures firmat Bertaz. in consi. ciuil. 97.
num. 12. & seq. tam quo ad fauores quam quo
2 ad odia. Rip. in d. l. 1. num. 14. Quinimo † prę-
fata clausula denotat actum verum, non autẽ
fictum. Corset. de verb. gemi. versi. 72. nume.
30. sequitur Bertaz. de instru. claus. 21. Glos.
3 22. vbi etiam tradidit † ex huiusmodi verbis
induci vnam, & eandem naturam exæquato-
4 rum. Addatur, quod † vbi cõsideratur effectus
aliquis non refert, quid ex æquipollentibus
fiat etiam in materiã statutaria, vt in termi-
nis istius clausulæ firmat Magon. decisione.

Luca.

Lucæ.15.in fi. vbi alios adducit. Similiter idē Angiolellus fol. 136. aperto ore effudit istos viros nequam fuisse sibi penitus ignotos. Quo in casu saltem debebat inuestigare illorum qualitatem, & patriam, vt infra referam, & consequenter nullam meretur excusationem aduersus omissam denuntiationem ipsorum hominum forensium ad formam proclamatis editi de anno 1593. & confirmati de anno 1596.

5 Nec obstat, quòd † quilibet præsumitur ciuis non autē forensis, vt post Bar. notat Masc. de probat. conclus. 807. in princ. Bonacoss. q. crimin. par. 1. Rubrica forensis. versi. Et in du-
6 bio. vbi infert, † quòd stante statuto acrius puniente occidentem ciuem, quam forensem, occisus repertus in loco homicidij præsumitur ciuis illius loci, sequitur Rimin. iun. consilio 275. num. 20. Carpan. ad statut. Mediol. par. prima c. 31. n. 11.

7 Respondetur enim, † hanc conclusionem non esse tutam, & aduersus illam insurrexere Alciat. de præsumpt. regu. 2. præsumpt. 15. & Meno. lib. 6. præsumpt. 30. num. 5. & seq. quorum dicta non transcribo cum apud eum videri possint.

Respondetur secundo, talem præsumptionem non esse curandam cum veritas pateat in contrarium, ipsos scilicet fuisse vere forenses,
8 † nam præsumptio cedit veritati, quia præsum-
9 tio † cadit tantummodo super incertis non in claris. l. continuus. ff. verb. oblig. D. Surd. cōsi. 7. numero 6. & decis. Mant. 62. numero 7. & dixit Meno. libro 1. præsump. q. 8. numero. 2. 3. præsumptionem militare solum quādo agitur de re quæ potest esse, & non esse, confert
10 Rolan. consi. 9. num. 26. in 3. & † præsumptionem iuris fundari super re dubia, quam pro vera leges statuerunt cum veritatem incognitam haberent, firmat Pacian. de oner. proban. lib. 1. cap. 11. numero duodecimo, si inquam non fuisset detecta veritas, vtique staretur assertæ probationi vigore incertitudinis, sed
11 † data certa probatione tollitur prorsus præsumptiua, vt optime declarat Aret. consil. 38. colum. 2. versi. Secundo respondetur, & aliter. Neuiz. consi. 81. num. 24. Sim. Pret. consi. 67.
12 num. 13. Hinc dicitur, quòd † præsumptio recipit probationem in contrarium, & vincitur ac tollitur funditus, per contrariam probationem. Craue. consilio 134. numero 44. Rolan. consi. 9. nume. 27. in 3. cum alijs congestis per D. Surd. consi. vigesimo octauo, numero 112. Quare dicendum est talem præsumptionem non iuuare Dominum Angiolellum, quia veritas est in contrarium, cui est imputandum si non inuestigauit istorum hominum receptatorum qualitatem, vt infra dicetur.

Liber Secundus.

13 Respondetur tertio † vnam præsumptionē tolli per aliam fortiorem iuribus notis. Illa
14 † autem est fortior, quæ est naturalis. Craue.
15 consi. 462. n. 28. & consi. 650. n. 7. Illaq; † etiā dicitur fortior, quæ est magis verisimilis. Idem Craue. consi. 585. numero 16. & consi. 698. n. 24. & consi. 837. numero 11. Modo constat ex Actis, & præcipue ex dictis stabularij fol. 15. & ipsius stabularij famuli fol. 14. istos tales idiomate Bononiensis locutos fuisse continuo, ideo de tali territorio fuisse præsumūtur,
16 quia † loquela manifestat hominem alias incognitum, vt post specul. aduertit Bertach. in reper. verb. Loquela. §. 1. & vocabula ac accentus, vel modus loquendi regulariter vti solent ab homine, qui fuerunt ab eo didiciti, & assumpti in loco, in quo fuit educatus, vt do-
17 cet experientia. † Quando autem alicuius origo ignoratur præsumitur fuisse illius loci, in quo fuit educatus. Menoch. libro tertio, præsumpt. 30. numero sexto, stante igitur tali præsumptione naturali iuncta cum alia præsumptione verisimili, vt scilicet credendum omnino sit ipsum Dominum Angiolellum, qui quatriduanam, & continuam hospitationem seu receptationem præstitit istis sicarijs, illorum patriam, & cęteras eorum qualitates optime nouerit, vt etiā infra latius probabo, vtique non potest excusari a pœna pre-
18 fatorum edictorum. † Verisimilitudo enim habetur pro lege. Bald. consilio 380. numero 3. in 3. Craue. consilio sexagesimo primo, nu-
19 mero trigesimo quinto, & ideo, † quod distat a verisimili non est credibile vti naturæ contrarium, & falsitatis habens imaginem Bald. in l. 1. colum. 3. C. seru. fugit. latè Mascar. conclus. 1402. numero sexto, & sequenti. Vltra, quod isti tales erant ignoti ipsi receptanti, & fuerunt eidem commendati, & in domum adducti a persona forensi, & in domo alterius forensis, adeo quòd omnis verisimilitudo pugnat contra receptatorem, quia hæc & similia non solent fieri pro personis ciuilibus, & subditis illius loci, in quo hospitantur.

Respondetur quarto, quòd si præsumptioni illi locus omnino esset constito de veritate in contrarium, edicta illa geminata starent ludibrio, & seruirent de vento, quia nemo forensis hospitatur in ciuitate, qui prius in territorio, vel in ciuitate non reperiatur, & ideo daretur materia delinquendi, & illudendi iussiones, & leges Serenissimi Domini, si haberetur ratio istius præsumptionis, cum esset in facultate cuiusque hospitari impune forenses, & exteros cuiuscunque regionis sub clypeo præsumptionis istius, q̄ fuerunt visi, & re-
20 perti in ciuitate. Dēt † ergo semper fieri interpretatio, vt statuētes, & legislatores, vel Princ.

H 3 non

non mereantur reprehendi sub prætextu legis conditæ Frustratoriæ iuribus notis,

Patet igitur præfatum Dominum Angiolellum incidisse in pœnam dictorũ proclamatum qui sicuti excusari nequit ex dicta præsumptione,ita nec sub clypeo ignorantiæ, ex quo non inuestigauit qualitates hospitum,saltem intra tempus quatriduanum,

Siquidem erat in ipsius potestate ab initio receptare, vel refutare istos nefarios forenses,
21 merito† debuit prius certificari de illorũ qualitate, alias dicitur in culpa si non inuestigauit,vt optime in simili declarat Castre. omnino videndus consilio 295. in primo dub. versi, Ideo fuit in culpa, in 1. vbi subiungit nullo pacto excusari ab omissa inuestigatione hominũ receptatorum,qui successiuam receptationem per aliquos dies præstitit sine licentia, cum in illo tempore potuerit se informare de illorum qualitatibus,& Castr. sequitur Decia, consil,
22 54.nu.53.in 4.dicens† ignorantem esse late culposum, quando colloquendo potuit inuestigare veritatem, Idem ait Craue.consi.930. n.21.22.maxime cum non constet de adhibita diligentia in inuestigando.Idem Crau.cõs.
23 640.n.4.& consi.693. nu.6.† Tempus enim quatriduanæ negligentiæ, vel culpæ dicitur absorbuisse penitus tempus excusationis, & ignorantiæ, vt firmat Castren.consilio 168.in fin.in 2.Mandel.consi.698.num.5.Craue.vbi
24 supra.Et† quando agitur de facto domestico, & de cohabitatione præsumptio ignorantiæ nunquam recipitur tanquam supinæ. Odd.
25 consilio 17.numero 21. & 22.Illeque† tenetur inuestigare, cui a lege, vel ab homine datur certa meta vel certus terminus ad aliquid agendum, vt in casu istorum edictorũ, & post Rui.docet Crau.d.consi.930.n.22.

Quinimo in confirmatione edicti facta de anno 1595. tollitur omnino allegatio igno-
26 rantiæ. Valet† enim statutum dans certam metam aliquid faciendi, & prohibens posse allegari ignorantiam.Ruin.consi.86.numero 8. in 4.& nouissime Costa de scien. & ignor.reg. 12.numero sexto. Sanè dicitur etiam, quòd
27† si fundamentum intentionis D. Angiolelli consistere posset in ignorantia, debuisset ab eo plene probari. Mascar.conclus.879.numero 39.

Addatur prædictis, ipsum Angiolellum probabiliter dubitasse circa qualitatem hominũ ab eo penitus ignotorum, vt ipse fassus est fol. 136.Vnde sequitur, quòd licet alias dubitans
28† & ignorans æquiparentur.Meno.de recupe. poss.remed.15.num.186.Beci.consi.111.nu.
29 11.Attamen† id non procedit quando dubitans dubitat de facto ad se spectante, & quod scire sua interest, quia illi est imputandũ,quã re se non reddidit certiorem, vel saltem diligentiam non adhibuerit, vt se certioraret, maxime cum id de facili fieri potuerit. late post alios Odd. de resti.in integr. q.8. ar.9. nume. 47.& sequentibus,sequitur Costa de scient.& igno,inspectio.82.col.1,

Non etiam videtur omittendum ipsum Angiolellum fuisse mendacem in substantialibus & præcipue circa dictam hospitationem. nam fol.53.ait [ne altri fuori delli nominati da me nell'altro mio essame non haueuano alloggiato da molti giorni in quà]In priore autem examine nullum verbum fecit de istis facinorosis, & tamen postea in illius nouissimis constitutis fatetur illorum receptationem continuã,
30 & quatriduanam. Mendax† enim dicitur valde suspectus, & ideo in dolo præsumitur quãdo mendacium concernit illius commodum, & excusationem.l.& eleganter.§.fin.cum leg. seq.ff.dol.Guid.Pap.singul.313.num.3. Rui. consilio secundo, numero 11. in 2. Sim. Pret. consilio 55.num.6. & consi.104. numero 41. vbi ait isti tali nequaquam esse credendum, &
31 consi.105.n.12. vbi† subiungit ex mendacio oriri indicium ad torturam,& solet dici in pro
32 posito,† quod si aliqua adsunt indicia scientiæ contra receptantem homines vetitos, primum remedium fisci est tortura receptantis secundum Claud.ad consi.Bertaz.cri.126.vers.
33 Iam vero si curia debet probare. Et† mendax in vno præsumitur falsus in omnibus. Cepha, consilio 438.numero 46.Decia, consi.93. nu. 10.in 2.Meno.consi.94.n.62. Qui enim semel a veritate deflexit nõ maiore religione ad periurium,quam ad mendacium perduci consueuit, secundum Ciceronem,quem sequitur Pedro.consi.3.numero 134. quo loci etiam dixit
34† mendaces hoc solum lucrari,vt cum vera dixerint, eis non credatur.

Nec iuuat insulsa allegatio obliuionis sub prætextu percussionis alias per eum habitæ super capite:Quia sicuti cæteros omnes illius hospites memorauit cum omnibus circũstantijs, ita etiã dicitur fuisse recordatum de istis,quo-
35 rum intuitu fuit carceribus mancipatus,† nec vnquam præsumitur obliuio, quando agitur de facto recenti, & proprio, imo vix per cursũ decennij labitur memoria tali in casu. Ruin. consi.73.nu.10.in 2.& idcirco sanctè fuit san
36 citum,† vt ad inducendam excusationem sub clypeo obliuionis stetur iudicis arbitrio.Men. de arbitr.iudic.casu 26.Beci.consi.111.num. 16.confert idem Meno.libro 6.præsumpt.32.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hares expresse prohibitus conficere inuentarium an possit petere satisfactionem per eum mutuatorum defuncto testatori, & an talis actio dicatur confusa.*

2 *Hares non conficiens inuentarium perdit Falcidiam, & integra legata soluere tenetur etiam vltra vires hareditarias.*

3 *Falcidia detractio cessat si testator hanc addiderit clausulam, saluis semper, & reseruatis legatis, & nu. 6.*

4 *Testator potest Falcidiam prohibere explicitè tamen, & expresse & per verba clara.*

5 *Hares non conficiens inuentarium iussu testatoris Falcidiam non amittit.*

6 *Per inuentarij prohibitionem non infertur ad Falcidia exclusionem.*

7 *Testator non prasumitur voluisse grauare haredē duplici onere, vtcunque etiam legatum reddere tur inutile.*

8 *Testator si fuerit illiteratus, licet nobilis et diues, ex illius sermone non sumitur argumentum virtualis prohibitionis Falcidia.*

9 *Falcidia nomen, virtus, & operatio est ignota imperitis.*

ARGVMENTVM.

Hæres, cui prohibita est confectio inuentarij, an possit petere satisfactionem pecuniæ mutuatæ testator, an verò dicitur actio confusa, & an ob talem prohibitionem amittat Falcidiam.

CONSILIVM CXXVII.

Actiones mea à Domino.



DVo proponuntur resoluenda ex parte Illus. Domini Timothei Amigoni.

Primum an hæres expresse prohibitus sub pęna priuationis hæreditatis ne inuentariū hæreditatis cōficiat, non obstante hæreditatis aditione, animo facta, possit petere satisfactionem aureorū bismille, alias per eum mutuatorum defuncto testatori, an vero talis actio dicatur confusa.

Secūdum, an præfatus heres sic prohibitus vt supra, possit Falcidiam detrahere ex legatis, & præsertim ex legato vsusfructus omnium bonorū vxori, & sorori præfati testatoris relicto.

1 Quo ad primum affirmatiue † respondeo, quia pecunia illa fuit accepta in mutuum per defunctum testatorem sub obligatione omniū eius bonorum præsentium, & futurorum, addita ēt speciali hypotheca certorū stabilium pro cautione mutuantis in casū restitutionis. Quò fit, vt licet hęrede adeunte simpliciter hæreditatem sine inuentario confundantur actiones personales; Attamen cū ipse non possideat realiter, & cum effectu bona hæreditaria, stante præcipue legato vsusfructus vniuersali omniū bonorū relicto vxori & sorori, non dicitur cōfusa actio hypothecaria [nisi, vt dixi, hæres possideat, & consequenter intentetur contra seipsum] cum illius natura sit, vt nunquā tollatur nisi medio realis solutionis, vel satisfactionis. tex. est in l. ex sextante. §. Latinus. ff. excep. rei iudic. per quē ita decidit Bal. in l. si vxor nu. 2. C. ho. Auth. Iud. possid. & post Bal. Sali. Cast. Ale. Soc. Paris. Rui. Soci. iu. Gra. Bero. Coras. & alios tradit Rolan. de inuent. par. 5. in §. An actio hypothecaria competens creditori &c. fol. mihi 204. & seq. late Neuiz. cons. 69. n. 15. & sequentibus Gozad. consi. 94. n. 47. Monticul. de inuen. c. 10. effec. 86. n. 267. & seq. & c. 12. n. 152. vsque 167. alios congerit, & sequitur D. Snr. cons. 7. n. 20. & sequentibus, & ita satis patet hanc esse receptiorem sententiam.

Quo ad secundum vim non modicam facit
2 conclusio † illa, Quòd hęres non conficiens inuentariū perdit Falcidiā, & integra legata soluere tenetur ēt vltra vires hæreditarias, non tamen in plusquā sit legatum. §. si verò non fecerit. Auth. de hære. & Falc. Bar. Bal. Cuma. Ful. Ang. Porcell. Castr. Corn. Rui. Alcia. Bero. & Grat. quos recenset ac sequitur Rol. de inuen. par. 5. §. hæres non conficiens inuentariū. fol. mihi 167. addo Crass. de success. in §. Falci. q. 12. Cache. deci. 147. Magon. deci. Flo. 130. n. 4. Maluas. cons. 52. n. 11. Idq; videtur procedere etiamsi hæres sine culpa sua inuentariū omiserit, ita iubente testatore, cum testator possit prohibere hęredi inuentarij confectionē, & illius vsum in ipsius hæredis pręiudicium. Cra. consi. 174. n. 11. Didac. in c. 1. n. 17. ver. Quin & Aymo. & in proposito isto refert, & sequitur Monticul. de inuen. c. 10. n. 3.

Augetur difficultas ex eo, ꝙ testator non cō
3 tentus † de prohibitione inuentarij instituit hęredem pręfatum D. Timotheū, addita clausula (saluis semper, & reseruatis suprascriptis legatis, & nō aliter.) Quo in casu vr̄ mandasse vt legata ipsa integra ac totaliter sine aliqua diminutione soluantur, & consequenter dicitur prorsus cessare Falcidię detractio. Crau. d. cons. 174. n. 1. in fi. & latius Man. de conie. vl. volun. li. 9. ti. 13. n. 17. 18. Crass. d. §. Fal. q. 10. n. 3. Moli. de primoge. li. 1. c. 17. n. 15. & est cōmunior opinio, vt colligitur ex relatis per Cenal. q. 31. Addo. Meno. cons. 374. n. 14. 15. 47. & seq. ac ꝑ totū. Malua. cons. 52. n. 8. Zuccha. cōs. 31. n. 47. Euera. iun. cōs. 14. n. 23. 24. in 1.

Non inquam ambigitur posse hodie testa-
4 torem † Falcidiam prohibere, cum cesset ratio publicæ vtilitatis antiquitus considerata ad sustinendum testamentum, quia attento iure nouo, si hæres repudiat hæreditatem sub prætextu cõmodi cessantis ex beneficio Falcidię, hæreditas defertur alijs, & testamentum remanet in viridi. tex. clarus in §. si verò expressim. Auth. De hæred. & Falci. Auth. Sed cum testator. C. ad leg. Falcid. Meno. consi. 374. nu. 43. Eugen. consi. 33. n. 163. Rimin. iun. cons. 510. n. 27. 28. iuncto n. 53. Man. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 13. n. 7. Spin. de testam. Glo. 8. n. 90. & seq. Molin. de Primogen. lib. 1. ca. 17. nu. 11. Crass. de success. §. Falcidia. q. 10. n. 1. & in dubio semper debet fieri interpretatio cõtra hæredem tentantem Falcidiæ detractionẽ. Mant. d. tit. 13. n. 25. Borgni. decis. 3. num. 20. in 3.

His tamen non attentis deuenio in contrariam sententiam in facto proposito, in quo nõ video aliquam prohibitionem Falcidiæ in testamento trãsmisso nedum expressam, sed nec etiam tacitam, vel implicitam. Sane igitur potest admitti, vt iure authenticorum admittatur Falcidiæ prohibitio, dum tamẽ legatur explicitè prohibita, & per extensum, vt puta si dicat testator, se nolle hæredem retinere Falcidiam, prout sunt verba formalia tex. in d. §. si verò expressim, & ita post octo fundamenta, & post authoritatem quadragintaquinque Doctorum tradit Pedro. omnino videndus consi. 16. in prima conclus. per totam, id est, a nu. 1. vsque 45. Cum igitur nullibi pateat huiusmodi prohibitio, sequitur cessare omnem controuersiam.

Præterea quando etiam dicatur, Falcidiam per verba virtualia æquipollentia posse prohiberi, attamen illa debent esse adeo clara, certa ac indubitata, vt non possint necessario aliud importare, quam ipsam prohibitionem, secus si alium sensum, & effectum pati possint, vt declarat Castr. in d. Auth. Sed cum testator. n. 2. C. ad l. Falcid. & consi. 28. n. 10. in 2. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 17. n. 16. Bello. consi. 65. n. 3. Vasq. de success. progress. §. 26. nu. 29. versi. Quod dicendum. Crass. d. §. Falcidia, q. 10. num. 2. late post Neuiz. Aemylia. Guttier. Mant. & alios firmat Pedro. d. consi. 16. n. 94. & seq. vbi testatur hanc esse omnium, nemine excepto, receptissimam sententiam. Sed in pręsenti negotio non leguntur talia verba, prout mox referam in declinatione motiuorum, & præcipue vltimi, in quibus tota vis consistere videtur.

5 Non igitur obstant in † contrarium adducta; Quia admisso themate, vt per omissionem inuẽtarij hæres Falcidiæ beneficium amittat; Attamen debet intelligi, dummodo id euenerit culpa, vel dolo hæredis omittentis, & negligentis ipsius inuentarij confectionem, & hoc propter præsumptam fraudem, & malitiam hęredis, quasi ꝙ ille subtraxerit bona Falcidię æquiualentia, vt probe docet Gail. li. 2. obser. 138. n. 1. Odd. consi. 8. nu. 31. 32. Meno. consi. 177. n. 29. Crass. d. §. Falcidia. q. 12. n. 1. in fi. & in his terminis loquuntur, & procedunt in contrarium citati. Quæ quidem præsumptio fraudis, & malitiæ tollitur ex iussu testatoris volentis, vt inuentarium omittatur, quia vbi non est culpa, ibi non est pęna, & huic proposito seruiunt tradita per Fanuc. de inuent. par. 2. n. 71. & per Meno. consi. 374. n. 57. vbi in casu isto requirunt dolum hæredis omittẽtis. Et ideo in simili habetur, quòd hæres, qui non potest adire hæreditatem cum beneficio inuentarij ita vetante lege municipali, potest nihilominus detrahere Falcidiam, quia aliud est tollere hæredi beneficium inuentarij, aliud afficere pęna omittentem inuentarij confectionem, vt pulchre docet Petr. Anto. Anguis. consi. 24. lib. 3. sequitur Rimi. cons. 52. n. 12. & verè istorum doctrina resoluit præsentem articulum, cui accedat Meno. consi. 177. nu. 29. vbi alios adducit. Carpan. ad statut. Mediol. par. 1. cap. 272. n. 82.

Nec vim facit Crau. consi. 174. nu. 11. cum concordantibus, quia abundanter illius dicta refelluntur a Fanuc. de inuent. par. 2. nu. 69. & sequenti.

Præterea in casu Crauc. aderat expressa ac specifica prohibitio deductionis Falcidiæ per hæredem, ex qua in consequentiã resultabat tacita, & virtualis prohibitio inuentarij ad cõmodum legatariorum, & in ipsius hæredis prę iudiciũ. Quæ consequentia non militat è conuerso, vt in casu isto, in quo per prohibitionem expressam inuentarij non arguitur sufficiens, & valida prohibitio detractionis Falcidię, q. a inuentarij prohibitio potest seruire, & operari pluribus in casibus, & multos effectus patitur, vt est notissimum, non autem de necessitate
6 importat inhibitionem † Falcidiæ, & ideo nequaquã dici potest, vt ex tali inuentarij prohibitione inferatur ad falcidiæ exclusionẽ, quæ nunquam potest dici prohibita nisi saltem per verba, quæ ad aliud referri nequeant quam ad solam ipsius Falcidiæ prohibitionem, vt supra satis probatum est.

Non etiam vim facit clausula illa, saluis sęper, & reseruatis legatis &c. Quia ex dictis verbis necessario non infertur ad detractionẽ Falcidiæ prohibitam, sed ad simplicem legatorũ præstationẽ Aliud enim est, vt legata integra, vel sine diminutione soluantur. Aliud, quòd legata sint salua, vel reseruata. Primo enim in casu

casu secundum aliquos, vt dixi, resultat implicita, & virtualis prohibitio Falcidiæ, in secundo nequaquam, quia legata possunt dici salua & reseruata cum suis oneribus, & honoribus, & ideo quando agitur de præstatione plurium legatorum, seu etiam vnius legati diuidui, vt puta rem, vel res de sui natura diuiduas continentis, vtcunque etiam iusserit testator, vt ta le legatum, vel illa legata integre soluantur, adhuc inde non arguitur necessaria Falcidiæ prohibitio, sed quòd testator voluerit tollere omne dubium, nempe quòd legatum vel legata in solidum, non autem pro parte præstentur Ita Vasq. de success. progress. §. 26. n. 29. versi. Sicq; illa verba. Aquilin. in l. Cēturio. n. 181. ff. vulg. Pedro. d. consi. 16. nu. 84. & seq. Multo minus igitur dicetur prohibita in præsenti casu, in quo de simplici præstatione legatorum agitur sine vlteriore plica totalitatem importante, & in proposito isto dixit Grego. Lup. in l. 7. Tauri. tit. 11. par. 6. vers. Sennaladamente quem refert Molin. de Primogen. lib. 1. ca. 17. nu. 15. ante fin. & Didac. Aluarad. de coniect. mente defuncti &c. lib. 4. cap. 1. nu. 22. Quòd si testator instituerit aliquem hæredem in remanente hæreditate solutis omnibus legatis, non dicitur ex hoc voluisse Falcidię beneficiū hæredi detrahere. Nec mirum, quia, vt sæpe dixi, verba id necessario non supponunt, sed alium sensum pati possunt.

Quinimò fortius dico, ex tenore testamenti contrarium apertè colligi quatenus testator grauat hæredem in perpetuum ad facien. celebrari quotannis duodecim officia cum erogatione aureorum quinquagintaquinque pariter in annos singulos. Si inquam testator voluisse diceretur inhibere Falcidiæ detractionē, hæredem duplici onere grauasset, quod est absonum. Primò nempè ad solutionem legatorum sine deductione Falcidiæ. Secundò ad erogationem illam annuam aureorum 55. Sed
7 testator† nō præsumitur voluisse grauare hæredem duplici onere, vtcumque etiam legatum redderetur inutile. Crau. consi. 32. n. 3. Ceph. consi. 517. n. 44. & in puncto ita censuit Pedr. d. consi. 16. n. 49. vers. Prima ergo coniectura quo loci n. 56. vsque 64. admonet in proposito
8 talis detractionis aduertendum† esse, quod si testator fuerit illiteratus, & idiota, licet nobilis, & diues, ex illius sermone non debet sumi argumentum virtualis prohibitionis Falcidię, non obstante etiam verborum prægnantia, quia talis coniectura mentis testatoris residet in iuris subtilitate: quod patet ex eo, quia Doctores nostri in hoc summopere variarūt, multis affirmantibus, & pluribus negantibus, ex dictis verbis Falcidiam prohiberi. Quo fit, vt cum testator illiteratus verisimiliter ignoraue rit vim & effectum verborum Latinorum, profectò dici non potest, vt voluerit hæredi Falcidiæ beneficium auferre Addatur istud nomē
9 Falcidiæ,† illiusque virtutem, & operationem esse ignotam hominibus imperitis, vt post Ias. & alios tradit Meno. consi. 434. n. 13.

De quibus autem legatis possit detrahi Falcidia, non sui specialiter requisitus, & expedito puncto facultatis detrahendi ipsam Falcidiam, poterit de facili ad particularia deueniri &c. Interim. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non potest in praiuditium viri disponere de dote, seu eius parte eidem per statutum delata, nisi ipso viro consentiente.*
2 *Maritus potest renuntiare lucro dotis statutario etiam in praiuditium creditorum.*
3 *Casum testamenti qui habet, dicitur habere casum legis.*
4 *Consentiens cum protestatione sibi nō praiudicat.*
5 *Protestatio contraria facto nihil operatur, quando est concomitatiua facti.*
6 *Facta verbo praualent.*
7 *Protestatio nihil operatur, quando ab ea receditur, cum facta derrogent verbis.*
8 *Protestatio iuris non tollit ea, qua sunt facti.*
9 *Protestatio circa dependentia a dispositione iuris nullius est ponderis.*
10 *Protestatio mariti consentientis vxori de dote testanti nihil operatur.*
11 *Reseruatio contraria facto nihil operatur.*
12 *Protestatio, qua versatur circa id, quod cōsistit in mera potestate, & voluntate loquentis, dicitur animi tantum declaratorium non autem conseruatoria.*
13 *Protestatio facta saluis iuribus meis, vel absque praiuditio iurium meorū, dicitur cōseruatoria.*
14 *Actus tunc tollitur a protestatione, quando depen det a solo facto protestantis, secus quando geritur ab alio.*
15 *Protestatio simultanea, quando est contra substantiam actus, qui geri intenditur, nihil operatur.*
16 *Inducta ad augmentum, & validam operationē non debent operari diminutionem, & nullitatē.*
17 *Agentis & operantis intentio qualis fuerit ab initio declaratur ex subsequentibus.*
18 *Petens vel agens vigore testamenti, illud approbare dicitur.*
19 *Mater non potest plus relinquere secundo viro, vel eius liberis quam filio primi matrimonij nisi accedente consensu ipsius filij.*
20 *Interpretatio semper ea fit, vt testamentum valeat, & operetur.*
21 *Dos non dicitur in bonis vxoris, sed mariti declaratur n. 22.*

22 Dos

22 *Dos naturaliter dicitur in bonis vxoris, licet de legum subtilitate videatur in bonis mariti.*
23 *Interpretatio lata & benigna fit in testamentis.*
24 *Mulierem, omnia bona sua in dotem dedisse præsumitur, quando adest dotis constitutio.*
25 *Vxorem ad euitandam suspicionem turpis quæstus, alia bona quam dotalia habere non præsumitur.*
26 *Dicens vxorem habuisse alia bona quam dotalia probare debet.*
27 *Mentio vniuersalis bonorum vbi verificatur tantum in dotalibus habetur ac si de ipsis specialis mentio facta esset, etiamsi alias esset opus expressa.*
28 *Feuda veniunt in institutione, vel legato, quando non possunt verificari in alia re.*

ARGVMENTVM.

Maritus consentiẽdo vxori de omnibus suis bonis disponenti, sibi præiudicet in portione dotis ei a statuto delato, licet consenserit cum protestatore quatenus opus sit, & non aliter.

CONSILIVM CXXVIII.

Actiones meæ à Domino.



Domina Domicilla de Flãmis mater D. Pyrrhi Acetti ex primo matrimonio, & vxor in secundo matrimonio D. Gregorij Gatti in præsentia dicti Gregorij eius viri, quatenus opus sit consentientis, & non aliter nec alio modo, testamentum condidit, & inter cœtera legauit dicto Domino Gregorio eius viro scutos centum ei dandos per infrascriptum eius hæredem. Qui hæres vniuersalis institutus ab ea fuit præmemoratus D. Pyrrhus eiusdem testatricis ex primo matrimonio filius.

Extat statutum ciuile Rubrica de dote per marit. lucran. in §. si vero decesserit non extantibus filijs cõmunibus, vbi disponitur, Quòd si mulier transiens ad secunda vota decesserit non extantibus filijs ex secundo matrimonio, superstitibus tamen filijs ex primo, maritus, in cuius matrimonio fœmina decesserit, ex dote tantum lucretur, quanto vnus ex liberis primi matrimonij, & non vltra.

Modo venit in quæstionem, An stante prędicto testamento condito in præsentia viri cõsentientis, vt supra, ipsimet viro debeatur dimidium dotis vna cum legato prędicto, an vero solum legatum, totaliter quòd illa pars dotis debita viro illius priuigno hęredi instituto, demptis aureis centum legatis, debeatur.

Et conclusiue loquendo arbitror, solum legatum dicto Domino Gregorio deberi.

Præmitto igitur, vxorem nequaquam testari posse de dote in prębiudicium mariti, stante
1 statuto illi dotem deferente. Nam † pro dote seu parte dotis ipsi viro debita per statutum non potest aliqualiter vxor disponere in eius præiudicium, vt cãtat statutum prędictum. §. & de ipsa dote mulier ipsa, & tradit Mandel. consi. 50. col. 1. Cacher. decis. 20. Rol. de lucr. dot. q. 82. Purpur. consi. 47. n. 6. Nisi tamen ipse maritus consenserit tali vxoris dispositioni, tunc etenim tenet in viri pręiudicium, nec locus est pęnitentię mariti. Ita dicitur in pręfato statuto in calce dicti §. & de ipsa dote, & late probat Soci. consi. 114. in 1. Paris. consilio 127. nu. 9. & seq. in 1. Marsil. de bannit. verb. Bona. n. 82. Rolan. d. q. 82. n. 13. & consentien tem testamento sibi pręiudicare, post Ias. firmat Ios. Ludo. conclus. 7. ampliat. 1. Hinc simi
2 liter videmus † maritum posse renuntiare tali lucro dotis statutario. Soci. iun. consi. 109. col. 1. in 3. In tantum quòd nedum ab illo, sed nec ab illius creditoribus possit reuocari. Dec. cõs. 260. Ios. Ludo. decis. Luca. 21. n. 58. Soci. iun. consi. 109. & 124. in 3.

Quibus sic se habentibus constat opus esse consensu viri ad hoc, vt vxoris elogium respectu dotis ipsi viro debitę sustineatur & valeat.

Dico igitur, quòd cum D. Gregorius cõsenserit vxori, vt de omnibus suis bonis disponat, & de omnibus suis iuribus ad commodum sui filij ex primo matrimonio, dubio procul sibi pręiudicauit in portione dotis ad se spectante, & consequenter solum legatum aureorum cẽtum de manu hęredis consequi potest, & non
3 vltra, ita cantante testamento, cum † inquam ita testamento caueatur cessat omnis quęstio, quia perinde est, ac si adesset casus legis apertus, vt late probat D. Surd. cons. 53. n. 6. Crau. consi. 31. in fin. Beci. consi. 14. n. 28.

Nec obstat si dicatur cõsensum fuisse adhibitum cum protestatione, quatenus opus esset & non aliter, quo in casu videtur reseruasse iu
4 ra sua, & † consentiens cũ protestatione, quòd iura sua salua sint, non sibi præiudicat, vt post Imol. & alios tradit Lambert. de contrac. min. & mulier. Gl. 10. n. 46.
5 Respondetur enim, quòd † protestatio contraria facto nihil operatur, quando est concomitatiua facti. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locat. c. Cum M. Ferrariensi. vbi Docto. extr. constit. Nam quidquid cantet protesta-
6 tio, † facta verbo prępualent. Bal. consi. 8. nu. 5. in 1. Rimin. iun. consi. 487. num. 27. Quando
7 † enim receditur a protestatione, nil operatur prote-

protestatio, cum factâ derogent verbis. Bal. in
l. Nesennius. ff. neg. gest. Rimi. iun. consi. 426.
8 n. 33. Nec † protestatio iuris tollit ea, quæ sunt
facti. idem Rimin. iun. consi. 285. n. 45. Quia
9 † protestatio circa dependentia a dispositione
iuris, non autem circa dependentia a volunta
te protestantis, nullius est ponderis. Ias. in l.
non solum. §. morte n. 26. ff. ope. no. nun. Pen-
10 det † enim a iuris dispositione, an consensus
mariti sit necessarius in testamẽto vxoris, quo
ad dotis lucrandæ præiudicium: Ideo nihil o-
peratur talis protestatio, vt etiam latè tradit
Hond. consi. 89. num. 38. 39. in 1. Imo etiam
11 † reseruatio cõtraria facto nihil operatur. Gra.
consi. 37. n. 35. in 1. Beci. cons. 34. n. 25. Hond.
d. consi. 89. n. 36.
12 Respondetur secundò, quòd † talis prote-
statio non est conseruatoria [quo in casu pro-
cedit obiectum] sed est declaratoria animi tã-
tum, cum versetur circa id, quod consistit in
mera potestate ac libera voluntate loquentis
seu consentientis, vt post Bar. & moder. tradit
Paris. in d. §. morte. n. 53. vbi Bologn. n. 22. ff.
oper. no. nunt. Fortius igitur si est declaratoria
protestatio, nam non operatur effectum cõser-
13 uandi, sed tantum declarandi, † conseruasset
enim fortasse, si dixisset, saluis iuribus meis,
vel sine præiudicio iurium meorum, prout lo-
quuntur Imol. & Lamber. in oppositum addu
cti. Talis inquam dicitur protestatio conserua
toria, vt declarant scribentes in d. §. morte. Et
in d. c. Cum M. Ferrariensis.

Respondetur tertio, quòd dicta protestatio
non irritat, sed irritatur, nec tollit consensum
ac testamẽti validitatem, sed tollitur ab actu.
14 Nã tunc † actus tollitur a protestatione quan-
do ipse actus dependet a solo facto protestan-
tis, secus autem quando geritur ab alio, quam
a solo protestante, vt in casu testamenti prædi
cti conditi ab vxore, & est communis opinio
Alex. consi. 7. n. 12. in 4. Glo. in ca. 1. vbi Butr.
de censib. Ias. alios adducens in d. §. morte nu.
14. vers. Secunda conclusio, vbi Bologn. n. 50.

Respondetur quarto, satis probatum fuisse
consensum viri esse de substãtia, & essentia te-
stamenti vxoris in proposito casu. Modo quã-
15 do † protestatio simultanea est contra substã-
tiam actus, qui omnino geri intenditur, nihil
operatur tamquã repugnans substantiæ actus.
Felin. in d. c. Cum M. Ferrariensis nu. 72. extr.
constit. Ias. in d. §. morte num. 19. vers. Adde
quòd imo videtur. Et ibidem Rube. nu. 263.
Hond. consi. 89. n. 40. in 1. moti sunt ea ratio-
16 ne, quia † inducta ad augmentum, & validam
operationem non debent operari diminutio-
nem, & nullitatem, alios adducit latè compro
bando Rimi. consi. 185. nu. 7. & sequentibus,
& quòd talis fuerit animus, & voluntas mariti
consentientis, vt testamentum vxoris valida-
retur ex sui cõsensu, & haberet executionem,
17 probatur ex actu subsequenti, [siquidem † ex
subsequentibus declaratur qualis fuerit agen
tis, & operantis intentio ab initio, vt præter
multos tradit Paser. consi. 181. nu. 9. Fannuc.
de Inuent. in præfat. nu. 27.] nam maritus pe-
tijt legatum vigore testamenti, vt ex processu
18 fol. 26. nam † petens vel agens vigore testamẽ
ti dicitur testamentum approbasse. Dominus
Surd. consi. 43. nu. 6. Sim. Pret. de interpr. vlt.
volun. fol. 21. col. 1. n. 2. & plenius precise pro-
bat Hond. d. cons. 89. n. 31. vbi ait legatarium
post petitionem legati nõ posse amplius quo-
quomodo testamentum impugnare. idem re-
petit ibidem n. 37. Et aduertendum est, quòd
legatum petitum a marito esset inutile, si pars
dotis spectans ad maritum non esset priuigni
seu hæredis instituti respectiue præcipua, quia
alias sequeretur nullitas dispositionis, cum
19 † mater non possit sine filij primi matrimonij
consensu plus relinquere secundo marito, vel
eius liberis, quam ipse filius cõsequitur ex bo
nis matris, vt iure prædicto municipali caue-
tur expresse iuxta l. hac edictali. C. secun. nup.
Quare nec testamentum, & legatum reddantur
illusoria, sequitur dicendum, consensum viri
validasse testamentum, & legatũ sustineri mo
do prædicto, alias sequeretur dictam testatricẽ
incassum fuisse testatam, quod est absonum,
20 tanto magis, quia † semper ea fit interpreta-
tio, vt testamentum valeat, & operetur. l. 3. ff.
testa. mili. l. in testamẽtis. ff. reg. iur. Sim. Pret.
de interpret. vl. volun. fol. 7. col. 3. n. 6.

Non etiam vim facit, si diceretur, vxorem
seu matrem respectiue instituisse filium hære-
dem in omnibus suis bonis iuribus &c. nulla
habita mentione dotis, quo in casu nõ dicitur
21 præiudicasse marito in dote, cum † dos non sit
nec dicatur in bonis vxoris, sed mariti. l. dote
ancillam. C. rei vendic. Ceph. consi. 122. n. 2.
Constan. Rugger. de dote c. 13.

Respondetur enim, imo attenta rei verita-
22 te † naturaliter dotem dici in bonis vxoris, li-
cet de legum subtilitate videatur in bonis ma
riti, vt declarat tex. in l. in rebus. C. iur. dot. Ri
min. iun. consi. 148. n. 53. Ceph. consi. 412. n.
23 43. D. Surd. consi. 179. n. 9. At † in testamen-
tis fit benigna, & lata interpretatio. l. in testa-
mentis. ff. regu. iur. ergo dicitur voluisse testari
de dote. Hocque confirmatur, nam ex actis cõ
stat de cõstitutione dotis aureorum 800. idq;
etiam fatetur maritus in sua oblatione, de qua
24 in processu fol. 26. At † quando adest dotis cõ
stitutio, præsumitur mulierẽ omnia bona sua
dedisse in dotem, alio non constito, ad tradita
per D. Surd. consi. 94. & Eugen. consi. 97. col.
25 1. & 2. Nec † præsumitur habere vxor propria
bona

bona vltra dotalia ad euitandam suspicionem turpis quæstus.l.Quintus.ff.de donat. int.vir.
26 & vxo.Meno. lib.3. præsump.51. & † dicens alia bona habuisse, debet probare.l.cum de lege.ff.probat.D.Surd.consi.73.num.81. Mo-
27 do † cum talis vniuersalis mentio bonorum non possit verificari nisi in bonis dotalibus, perinde est, ac si de ipsis specialiter dispo suisset, vtcunque etiam fuisset alias necessaria illorum indiuidua mentio. Late idem D. Surd. d.consi.73.n.81.& seq.vbi alios adducit. Hinc
28 dicitur † feuda venire in institutione, vel legato, quando non possunt verificari in alia re. Bald.in l.liberti.col.pen. ver.Attende tamen. C.bon.quæ lib.Cotta memor.Emphyteuta tenetur.in fi.Meno.consi.337.n.33.

Respondetur secũdo, quòd si de alijs bonis fuisset testata non opus erat adhibere consensum mariti, ergo sequitur voluisse testari de dote, cui erat necessarius.

Respondetur tertio hoc idem probari ex cõfessione mariti, de qua in eius expositione facta in actis D. Venturæ registrata in processu fol.26. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Feudum Ecclesiasticum laico concessum si per vasallum subinfeudetur saculare, & laicale dicetur.

2 Iudex laicus dicitur Iudex competens vasallorũ subinuestitorum in causa feudorum originaliter ab Ecclesia procedentium.

3 Appellatio regulariter datur ad dominum feudi mediatum superiorem.

4 Appellatio feudi Ecclesiastici deuoluitur ad ordinarium Ecclesiasticum loci, licet in prima instantia per Iudicem sacularem fuerit cognitum contra num.7.

5 Dominium vtile rei Ecclesiastica penes vasallos existentis dicitur mere prophanum, & patrimonium vasalli, subijciturque dispositioni statutorum laicorum, & n.12.

6 Interesse Ecclesia vbi est separatam a iure laici, de eo iudicatur vt de iure laico competenti, & subijcitur statutis laicorum.

7 Abb.in c. Caterum n.23.de iu.reprobatur & n.9

8 Appellatio semper deuoluitur ad illum, cui spectat supplere negligentiam primi Iudicis.

10 Iura feudorum procedunt etiam in feudis Ecclesiasticis vbi Canones non contradicant.

11 Consuetudo alienandi feuda in praiuditium vocatorum adhibito solo consensu Domini seruatur etiam in feudis Ecclesiasticis.

13 Iurisdictio Domini feudi procedit non a Canonibus, sed a legibus feudorum.

14 Clerici ratione feudi subijciuntur statutis, ordinibus & iudicibus laicorum efficiunturque de foro saculari.

15 Consuetudo tollitur per cõtrariam consuetudinẽ.

16 Consuetudo aut statutum vbi, quid valide obtinuit in materia appellationis, in cuius feudalibus seruandum est.

17 Episcopus si cognoscat causam vti delegatus Iudicis vel Principis ab eo appellatur ad Principem, si vero vti ordinarius seruatur cõsuetudo.

18 Consuetudo contra ea qua introducta sunt de iure canonico, ac diuino, & naturali tenet, & seruanda est etiam in foro conscientia.

19 Pacto caueri potest in concessione feudi, vt alius sit Iudex in causis vasallorum, quam Dominus feudi, seu illius Index.

20 Pacta conuenta sunt seruanda, & derogant natura feudorum.

21 Argumentum a pacto ad consuetudinem tenet affirmatiue.

22 Pactum quod coram solo Episcopo litigetur est iuri consonum, & intelligitur, declaratur, ac restringitur secundum ius commune.

23 Vasallus non obstante pacto etiam iurato potest declinare forum in casibus a iure communi permissis.

24 Pactum obest tantum vasallis, qui illi consenserunt, & talem nouationem seu inuestitutarum alterationem approbarunt.

25 Pactum in nouissima inuestitura appositum tanquam ignoranter admissum vasallo non praiudicat, nisi expresse legatur de communi consensu adiectum.

ARGVMENTVM.

Iudex laicus dicitur Iudex competẽs tam in prima, quam in secunda instantia, in causis feudalibus laicorum subinuestitorum ab alio sæculari feudum ab Ecclesia recognoscente.

CONSILIVM CXXVIII.

Actiones mea à Domino.



IN casu proposito aduertendum est, quòd licet feudum sit originaliter Ecclesiasticũ seu prima origine procedat ex bonis
1 Ecclesiæ: Attamen † si vasallus vel feudatarius fuerit laicus, qui postea illud met feudum, seu eius partem alteri personæ sæculari concesserit, vel subinfeudauerit, ista secunda concessio feudum sæculare, & laicale dicetur. Ita Abb.per illum text.in c.Ex transmissa

missi.1.in 5.notab.vbi Socin.col.1.in 6.notab.
extr. de for. compet. & consilio 99. col.1.in 1.
Natta consilio 600. nu.23. vsque 29. Bursat.
consi. 75.in primo dubio.

2 Vnde sequitur † Dominum istum immedia
tum illiusque iudices laicos esse iudices com-
petentes quo ad lites vasallorum subinuestito
rum, non autem cognitionem talium causarũ
spectare ad Dominum superiorem mediatum
nec ad eius iudices, vt per Feli.in cap. Quæ in
ecclesiarum.nume. 69.vers. Sexta declaratio.
extr.de constit. Natta consilio 600.nume.25.
& sequentibus Schrader.de feud.par.x.sectio.
2.numero 45. cum multis sequentibus, & ita
seruari post plurimos testatur Rosent.de feud.
c.12.quæst.1.nu.70.

Hæc autem procedunt in prima instantia.
Vis modò est, per scrutari, quis erit talibus in
casibus iudex competens in secunda instãtia,
seu ad quem iudicem sit appellandum.

3 † Et regulariter datur appellatio ad Domi-
num feudi mediatum superiorem. Docto.in c.
Cæterum.extr.de iudic. Clar. in §.feudum.q.
90.versic.Successiuè quæro. latè Intrigliol. de
feud. centur.2. artic.95. col.1. & seq.Rosent.
de feud.cap.12. quæstione vltima. numero 3.

4 Quò fit † vt si feudum fuerit ecclesiasticum li-
cèt de eo in prima instantia fuerit iudicatum
per iudices seculares, ad iudicem ecclesiasticũ
ordinarium loci sit appellandum, cum agatur
de re ecclesiastica, vt in specie censuit Abb.in
c.Cæterum nu.23.de iudic.

Ceterùm verius arbitror fore appellandum
ad superiorẽ iudicis laici, qui iudicauit in pri-
5 ma instantia. Siquidem † vtile dominium exi
stens apud vasallos respectu rei ecclesiasticæ
est quid merè prophanum, & dicitur propriũ
patrimonium vasalli & cõsequenter etiã tota-
liter subijcitur dispositionibus statutorum lai-
corum, vt amplè docet Surd. cõsi.338.per tot.
& in decis.Mant.160.& nouissimè Mascar. de
interpret. statut. conclus.1. numero 248. Vbi
6 † enim separatum est interesse ecclesiæ a iure
laici, iudicatur de isto vt de iure competenti
laico, et huiusmodi interesse subijcitur statutis
laicorum, vt post Dec.aduertit Natta consilio
7 600.numero 27.in fine. Vnde † sequitur erro-
neam esse sententiam Abb. in contrarium ad-
8 ducti. Imò † semper appellandum est ad illum,
ad quem spectat supplere negligentiam primi
iudicis. Soci.in d.c.Ex transmissa.nu.42.in fi.
Mynsing.cẽtur.5. obseruat. 5. nu.4.sed iudex
ecclesiasticus nõ est superior iudicis laici, nec
illius munus est supplere negligẽtiã primi iudi
9 cis laici inferioris, & † ita ĩ pũcto reprobata do
ctrina Abb. post Soci.tradit Dec. in d.c.Cete
rum.col.fin.numero mihi 104. quem sequitur
Rosent.de feud.cap.12.quæstione fin.in glos.

1.& Dec. ibidem mouetur etiam ex aliis fun-
damentis, quæ non curo transcribere, cũ apud
10 eum videri possint, & † regulariter iura feudo-
rum procedunt & militant etiam in feudis ec-
clesiasticis vbi canones non contradicunt. Fe-
lin.in c.In præsentia.numero 44. in fin.de pro-
bat. Natta consilio 600. numero 27. Rosent.
de feud.cap.1.quæstione 9.in Glo.cap.vbi re-
probat Canet.contrarium tenẽtem. Hinc etiã
11 videmus † consuetudinem alienandi feuda in
præiudicium aliorum vocatorum adhibito so-
lo cõsensu Domini seruari etiam in feudis ec-
clesiasticis, quia agitur de solo præiudicio lai-
corum. Vulte.de feud.lib.1.cap.10.nume.92.
post Ruin. consilio 4. in 1. Intrigliol. de feud.
cent.2.art.7. numero 167. qui & ipsi alios ad-
ducunt. Ideò dixit Socin. in d.c. Ex transmissa
12 numero 40. post medium, † quòd licèt res sit
ecclesiastica, quia tamen non contenditur de
iure spirituali aut de re ipsa ecclesiastica, sed
de vtili dominio ipsorum vasallorum, ideo lai-
13 cus potest cognoscere, subdens quòd † iurisdi
ctio quam habet Dominus feudi illam habet
non a canonibus, sed a legibus feudorum.

14 Confirmatur conclusio ex eo, quòd † ipsæ-
met personæ clericorum & Prælatorum subij-
ciuntur statutis, ordinibus, & iudicibus laico-
rum, & efficiuntur de foro iudicis secularis ra-
tione feudi. Socin.in d.c.Ex transmissa.quæst.
7. Felin.in d.c.Cæterum. numero 3.& nu.20.
Mynsing. cẽtur.1.obseruat.22.numero 5.&
Rosent. de feud.cap.12. quæstione vltima, &
ita seruari ac de veriori ac communiori senten
tia testatur Scap.de iure non scripto.lib.1.c.6.
Mascar.de interpret. statut. conclus.1.n.245.
Clar.in §.feudum.quæstione 90.versic.Et hęc
quidem conclusio, dicens ratione feudi eccle-
siam & clericos Domino laico subijci. Quantò
magis igitur dicendum est bona ecclesiæ quã-
litati feudalitatis supposita secundum regulas
ordinarias feudorum esse regenda? cum per so-
næ Prælatorum sint magis priuilegiatæ, quàm
bona ecclesiæ iuribus notis.

Præterea considero, iamdiu per multos an-
nos fuisse seruatum a Prælatis ecclesiæ Mãtua
næ, vt perillustris Senatus in huiusmodi cau-
sis esset iudex appellationum, quo in casu licèt
fuisset diuersimodè dispositum a iure commu-
ni, attamen tali consuetudini particulari esset
15 inhærendum, quia † cum feuda vim & funda-
mentum receperint a consuetudine, illi de fa-
cili derogatur per contrariam consuetudinem
particularem. Dec.conf.586.numero 4. Quod
inquam consuetudine inducitur contraria cõ-
suetudine tolli potest, vt latè in terminis pro-
bat Surd. consilio 382.col.1. Quare in propo-
sito appellationis interponendæ in omnibus
generibus causarum feudalium dixit Rosent.
de

de feud.cap. 12. quæstione fin.num. 13. Quòd
16 † in tota hac appellationis materia, si aliquid aliud cõsuetudine aut statuto valido obtinuerit, aut diu obseruatum sit, id ratum conseruandum est. Idem probauit Vulte. de feud. lib. 2. cap. 3. numero 5. in vers. Quod autem de consuetudine, dicẽs in proposito appellationis, in causis feudalibus curiæ consuetudinẽ esse seruandam prout experientia & vsus eam docebit, sin minus attendendam esse consuetudinẽ generalem ex iure feudali scripto, concordat Felin. in c. Cæterum, numero 20. de iudic. qua
17 tenus ait, quòd † si episcopus cognoscit de causa temporali tamquam delegatus iudicis vel Principis ab ipso appellatur ad Principem, si autem vt ordinarius [prout quando est Dominus feudi] & tunc si consuetudo specialiter disponit ad quem sit appellandum, seruanda est; ex quibus patet seruandam esse consuetudinẽ in materia ista etiam a Prælatis ecclesiarum, quod etiam placuit Mynsing. centu. quinta obseruat. quinta, numero 4. vbi loquendi de Domino feudi ecclesiastico, ad quem sit dirigenda appellatio, subdit, interim tamen verum esse si consuetudo aliud disponit seruandã esse, & Hartm. libro 2. pract. obseruat. tit. 17. num. 25. attestatur Doctores dicere, quòd si de hoc consuetudo aliquid disponit, seruanda est.
18 Quinimò † tenet consuetudo aduersus ea, quę cauta sunt seu introducta de iure canonico & etiam contra ius diuinum & naturale, & quod talem consuetudinem maximè quando nõ habet peccatum annexum, debeat iudex in iudicando seruare etiam in foro conscientiæ amplè docet post multos Schrader. consi. 3. num. 34. 35. in 1.
19 Addatur prædictis † pacto expresso caueri posse in qualibet cõcessione feudi inter Dominum & vasallum, quòd de litibus vasallorũ nõ Dominus feudi, nec illius iudex, sed alius iudex vel Magistratus cognoscere debeat. Schrader. de feud. cap. 10. sectio. 2. nu. 44. Rosent. de feud. cap. 12. quæstione 2. numero 52. ratio
20 est, quia † pacta conuenta sunt seruanda & derogant ordinariæ naturę feudorum; Idem er
21 go fieri potest vigore consuetudinis, cum † teneat argumentum affirmatiuè a pacto ad consuetudinem, quia quicquid põt fieri p pactũ, potest etiam fieri per consuetudinem. l. fin. vbi Doct. C. de fideiuss. Euerar. in topic. capit. 89. col. 1. subiungens hoc ideo esse, quia consuetudo est tacitum pactum l. de quibus. l. sed ea. ff. legib. & dixit post alios Burs. consilio 283. numero 20. quod pacto fieri potest, id lege statuto & consuetudine similiter permittitur.

Nec obstat si dicatur, in inuestituris adesse pactum expressum ab anno 1445. citra, in hęc verba. [Quòd si lis, quæstio, seu controuersia oriretur de prædictis petijs terrarum, seu iurib. vel aliqua seu earum parte inter ipsum Episcopum seu eius successores vel aliam personam, & prælibatos Illustres Dominos inuestitos seu eorum hæredes, &c. agẽt, cau sabunt, requirent ac se defendent, & omnia ac singula facient, q̃ ad suũ ius viderint opportuna, in curia ipsius Domini Episcopi & coram eo seu eius Vicario ad hoc legitimè constituto, sub amissionis pœna dictorum feudorum, sibi semper appellationum beneficio reseruato. Renũtiantes omnibus consuetudinibus, statutis contrarijs, priuilegio fori, exceptioni, defensioni, ac omni alteri suo iuris & legum auxilio.

Respondetur enim, huiusmodi pacto fuisse derogatum per contrariam obseruãtiam, quia videmus, absque aliqua controuersia iudicem laicum datum a Domino tẽporali iudicare in prima instantia in istis causis feudalibus, quicquid aliter caueatur in dicto pacto vsu non recepto, & ita disputatur solummodo de iudice appellationum, licèt etiam per longissimum vsum fuerit seruatum, vt Senatus sit iudex cõpetens in secunda instantia, ita etiam expresse annuentibus Prælatis seu Episcopis præcessoribus. Quò in casu dicendum est non constare quòd tale pactum fuerit vnquam vsu receptũ, vel quòd illi per pactum contrarium fuerit derogatũ, id est, per contrariam cõsuetudinem, cum consuetudo sit tacitum pactũ, vt sup. dixi.
22 Rñdetur secundò, † huiusmodi pactũ, quòd scilicet corã solo Domino Episcopo litigetur, esse iuri cõsonũ vt per Schrader. de feud. par.... sectio. 3. numero 19. Sed tamen intelligitur declaratur & restringitur secundum ius commune. amplè Schrader. d. sectio. 3. nume. 29. vsque 52. inferens ibidem numero 45. quòd
23 † vasallus non obstante dicto pacto etiam iurato potest declinare forum in omnibus casib. in quibus iura communia hoc permittũt. Quò fit vt debeat intelligi procedere posse, quando lis est de iurisdictione seu de substantia ipsius feudi, seu est quæstio circa ipsam feudalitatẽ, non autem quando controuertitur de solo vtili dominio concernente merum patrimonium vasallorũ absque aliquo interesse domini feudi, quo in casu attenduntur statuta & ordines Principis regnantis in loco, vbi adsunt feuda, vt supra dictum est, cuius Principis iurisdictio ni non potuit Prælatus nec vasallus derogare per eorum pacta priuata.

Respondetur tertiò, pactum istud non legi in prioribus seu antiquiorib. inuestituris. Vnd. cùm agatur de feudis antiquissimis & mixtis non autem hæreditarijs absolutè, nõ nocet tale pactum descendentibus vel agnatis in antiquioribus inuestituris vocatis absque onere
24 huiusmodi conuentionis, sed † talis appositio

pacti

pacti obest solùm illis vasallis, qui pacto consenserũt & talem innouationem seu alterationem inuestiture approbarunt.c.1.an agna. vel fil. Schenc. in c.1. §.hoc quoque, numero 11. de successio. feud. Clar.in §.feudum.quæst.8. vers.Quæro nunc in fin.Cephal.consil.30.nu. 33.& consilio 173.numero 9.sola in antiq.cõstit.Pedemon.tit.de feud.decret. Quia in plerisque. in Glo. tertiæ partis numero 7.vbi plures adducit. Latè Schrader. de feu.par.quinta cap.2.nu.30.vsque 44. Rosent.de feud.cap.6. conclus.69.

25 Quinimo † si etiam in nouissima inuestitura facta moderno vasallo viuenti adest tale pactum,illud sibi non nocet, non inquam præsumitur voluisse renuntiare fauori suo sibi competenti in antiquissimis concessionibus, ideo dicitur ignoranter ac per errorẽ tali pacto consensisse. Alexan.consilio 55.numero 18.in 4. Schrad.de feud.par.2.cap.5.nume.38.ad hoc enim vt talis innouatio vasallo noceat,debet expressè legi in inuestitura, quòd talis muratio facta fuerit de communi consensu ipsius vasalli & domini,alias non obest,sed præsumitur erronea, cùm vasallus modernus putet probabiliter se more antiquissimo & solito accipere inuestituram absque aliqua mutatione.Castr. consilio 142.colum.fin.versic. Vnde iniquum esset.in 2. & consilio 176. colum.fin.nume.3. Dec.consilio 185.numero 3. in fine. & 193. numero 4.optimè Schrad.d.cap.5.nume.39. Rosent. de feud.cap.6. quæst.69. nume.17.& 20.pulchrè Cordul.de caduc.emphyt.ob line. finit.nu.8.vbi plures adducit.

Respondetur quarto, omni in casu pactum illud non arctare ipsos vasallos inter sese contendentes,sed tantùm quando in contentione interueniunt ipsimet domini vel eorum alter contra vasallos, vt ex serie pacti legere est. Laus Deo.

Carol.Bardel.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Purgatio moræ semper admittitur quando res est integra.*

2 *Purgatio moræ saltem admittitur in pœnis prouenientibus ex officio vel ministerio iudicis,non obstante diei & pœna appositione.*

3 *Res dicitur integra quando contrarius non processit ulterius ad aliquod executiuum, vel liberatiuum respectu suæ prætentionis, sed stetit in meris terminis opponendi temporis cursum.*

4 *Lapsus temporis non præcludit viam contumaci, quando pars contumaciam non accusauit, nec instetit per Iudicem pronuntiari,& interloqui cõtumacem non fore audiendum propter lapsum temporis, nam istis ommissis res adhuc dicitur integra & denuò fieri licet.*

5 *Contumax potest purgare moram ante sententiã, maximè quando partis non interest.*

6 *Contumax potest proponere, ac perficere iura sua etiam trãsacto termino a iudice assignato, si ius aduersarij non sit factum deterius.*

7 *Res dicitur integra, quando ius aduersarij non deterioratur per lapsum temporis.*

8 *Tempus determinatum non potest alterius temporis functionem recipere.*

9 *Tempus indeterminatum functionem recipit, & habet vim perpetui, adeò quod actus quocunque tempore fieri potest.*

10 *Tempus indeterminatum dicitur quando non est appositum principium,vel finis & è conuerso determinatum.*

11 *Forma, & qualitas in tempore non consistit nec in temporis mensura fieri possunt,non obstante temporis lapsu.*

12 *Pactum temporis, est pactum formæ,tempus tempori non succedit.*

13 *Tempus a partibus operi non limitatum succedit tempori, quando exinde operis effectus non resultat.*

14 *Infirmitas, & mala valetudo dicitur iustum impedimentum,nedum infirmitas propria sed etiã interuenire debentes de necessitate.*

15 *Impedimentum superueniens moræ commissionẽ impedit, & consequenter pœna incursum propter moram.*

16 *Iusta causa, & iustum impedimentum excusat à contumacia.*

17 *Impedimentum probatur iuramento impediti.*

18 *Probatio iuratoria impedimenti sufficit,maximè ad consequendam exceptionẽ, secus quoad actionem pottundam.*

19 *Exceptio circa tempus limitatum fundata in solo iudicis officio admittitur, secus in iure actionis,vel contractu.*

ARGVMENTVM.

Contumax admittitur ad deducendum iura sua,& ad perficiendum post lapsum temporis,quando accusata non fuit contumacia a parte,& quando tempus fuit indeterminatum respectu principij, vel finis, & exinde non sit factum deterius ius Aduersarij,nec ex eo resultat operis effectus,vel si infirmitate, & mala valetudine probata per iuramentum impediti fuerit impeditus.

CON-

CONSILIVM CXXX.

Actiones meæ à Domino.

NOtificatio facta Illustriss. Dño Hippolyto commissa a Perillustribus Dominis Iudicib. Delegatis ad Instantiam Illustrissimi Domini Alexandri in hęc verba sonat. Qualiter Illustrissimus Dominus Hippolytus infra octo dies debeat adimpleuisse omnia contenta in eius oblatione acceptata per ipsum Illustrissimum Dominum Alexādrum in omnibus & per omnia prout in ipsa acceptatione continetur, alias autem elapso dicto termino & non secuta effectuali traditione, prout in ea, intendit se liberatum ab obligatione accipiendi bona, &c.

Quæritur, an ex quo domus oblata ab Illustrissimo Domino Hippolyto & in solutum acceptata sub conditione, de qua supra, ab Illustrissimo Domino Alexandro non fuit in ante dicto tempore dierum octo mensurata & æstimata, in præsentiarum liceat dicto Illustrissimo Domino Hippolyto ad dictæ domus mensuram & æstimationem deuenire, non obstante dicto temporis lapsu, quidquid ex aduerso excipiat Illustrissimus aduersarius, prætendēs deueniri non posse ad dictam mensurationem & æstimationem, stantibus rebus, prout stant.

Et dicti tẽporis lapsum nequaquam officere prædicto Illustrissimo offerenti, probatur ex pluribus.

Primo, quia quidquid dicatur in termino legis vel statuti, qui peremptorius iudicatur, tamen in termino ab homine vel a iudice assignato etiam cum comminatione, quòd post tẽpus non audietur, semper admittitur purgatio
1 † moræ, quando res est integra. tex. in l. manciporum. vbi Doctor. ff. optio. leg. latè Cacher. decis. 71. numero 55. & sequen. & numero 59. optimè Dominus Surd. consilio 97. colum. 1. numero 2. 3. & 4. Hoc inquam regulare est, vt si non in pœnis conuentionalibus, attamen in pœnis prouenientibus ex officio vel ministe-
2 rio iudicis admittitur mora † purgatio, nō obstante diei & pœnæ appositione, vt post Bald. & alios tradit Cacherinus dicta decisione 71.
3 numero 57. & in proposito res dicitur † integra, ex quo Illustrissimus Dominus Alexāder non processit vlterius ad aliquod executiuum vel liberatiuum respectu suæ prætensionis, sed stetit in meris terminis opponendi temporis cursum. Bal. in l. 1. numero 9. C. quando lic. ab emptio. disced. Dicitur etiam res integra, cum ius dicti Illustrissimi Domini Alexandri per temporis lapsum non fuit factum deterius, vt infra latius in tertio fundamento.

Secundò considero ex parte Illustrissimi Domini Alexandri fuisse simpliciter oppositū de cursu temporis, vel melius, ad mensurationem non esse deueniendum stantibus rebus prout stant, non autem fuit iudicialiter accusata contumacia Illustrissimi Domini Hippolyti, nec fuit petita iudicis interlocutoria super lapsum temporis, taliter quòd Illustrissimus Dominus Hippolytus amplius non audiatur. Vnde suc-
4 cedit conclusio, quòd lapsus † temporis nō pręcludit viam contumaci, quando pars contumaciam non accusauit, nec institetit per iudicem interloqui & pronuntiari, contumacem nō fore amplius audiendum propter lapsum temporis, nam istis omissis res adhuc dicitur integra, & denuo fieri licet. Ita post Iuno. firmat Aret. in §. idem iuris. numero 62. ante fin. Inst. exceptio. vbi tradit istam practicam pro instructione Causidicorum, subdens id esse menti tenēdum tamquam quotidianum. Sequitur alios adducendo Marsil. sing. 283. Addo Bald. in l. diffamari. nu. 7. C. ingen. & manumis. Aret. in c. Licet in beato. nu. 13. in fi. ext. accusa. Hinc
5 alibi dicitur, licere contumaci † purgare morā ante sententiam, maximè quando partis non interfit. Natta consi. 364. nu. 10.

Tertiò facit, quòd quando non est factum
6 deterius ius aduersarij, semper ab altero † proponi possunt ac perfici iura sua, etiam trāsacto termino à iudice assignato, vt post Ang. Imol. & alios testatur Alex. in l. si insulam. num. 34. ff. verb. obli. cum concordantibus per D. Surd. consil. 97. nume. 6. Ratio est, quia quando ius aduersarij, non deterioratur ob temporis la-
7 psum res † dicitur integra. Bal. in l. 1. nume. 6. ff. si ex noxal. caus. agat. Aret. in proposito in c. Licet in beato. n. 13. vers. Vnde tu potes. extr. accusat.

8 Quartò additur, quòd etsi tempus † determinatum non possit alterius temporis functionem recipere. l. si vsusfructus mihi in bienniū. ff. vsufru. leg. Rim. iun. consi. 59. numero 101. Natta consi. 485. numero 6. Secus tamen est,
9 quando reperitur assignatum tempus † indeterminatum, nam tunc habet vim perpetui, adeo quòd actus quocunque tempore fieri potest. l. qui fundum. ff. contr. empt. l. arbitrio. ff. dol. latè idem Rimin. iun. consi. 72. num. 54. & seq. At tempus octo dierum in dicta notificatione insitum stat indeterminatè absque principio & fine. Dictum enim fuit [qualiter infra octo dies debeat, &c.] non autem fuit successiuè dictum [proximè futuros] & idcirco dici-
10 tur tempus † indeterminatum, quia adhoc vt tempus certum dicatur vel determinatum, nō sufficit mentio dierum vel mensium, nisi etiam apponatur principium temporis seu mensium

vel

vel dierum, & ita procedit. & loquitur text. in oppositum adductus. leg. si vsusfructus mihi in biennium. & exemplificando declarat Baldus in leg. licet magister. numero secundo versiculo. Tu dic contra. extr. supplem. neglig. Prælat. sequitur Iason in authentic. quæ supplicatio. numero quinto. versiculo. Tu contra istam limitationem. C. precibus Imperat. offic. Riminaldus iunior consilio trigesimotertio numero trigesimoprimo, & consilio 360. numero vigesimosexto. Hinc in proposito faciendi aliquid vltra tempus limitatum, distingui solet, Aut ex opere vel actu faciendo intra aliquod tempus debet resultare aliquod certum corpus, cuius figura & qualitas eadem esse potest tam in alio tempore, quam in tempore assignato, verbi gratia ædificare domum, librum scribere, & cætera id genus, tunc quia prædicta & similia eiusdem qualitatis, substantiæ & æstimationis sunt, si postea fiunt, sicut in tempore descripto, il-
11 lorumque forma † & qualitas in tempore non consistit nec in temporis mensura, fieri possunt non obstante temporis lapsu. leg. si insulam. leg. si ita stipulatus. ff. verborum obligatione. Aut vero ex illo opere non debet resultare certum corpus, & tunc subdistingue, aut est assignatum operi faciendo certum tempus limitatum quò ad principium
12 temporis & finem sui, tunc quia pactum † tem poris est pactum formæ, tempus tempori non succedit. leg. si pecuniam. ff. condition. ob cau. l. prima. C. re milita. lib. duodecimosecundo. Aut verò a paciscentibus non fuit modo prædicto tempus operi limitatum, iterum distinguendum est, Aut tempus reperitur limitatum a natura, ita quòd a tempore pendet ipsius operis effectus, etiam tunc tempus non
13 succedit tempori. Secus † autem si inde operis effectus non resultat, vt in dicta lege mancipiorum. ff. optio. legat. Ita magistraliter docet Baldus in lege liberti libertæque, numero secundo. C. operis liber. sequitur Afflictus decisione septuagesimotertio. numero sexto, & clarè Magon. decisione Floren. octauo numero vigesimosecundo. Cùm igitur in casu nostro ex mensuratione, & æstimatione domus nullum certum tempus habeat resultare, nec a paciscentibus certum tempus operi quò ad sui principium & finem legatur designatum, effectusque operis a solo tempore non deriuet, dubio procul tempore expresso indeterminatè transacto licet denuò mensurare & æstimare. & ita ex prædictis colligitur illorum dierum octo expressionem continere quidem operis perfectionem in esse deducti, non autem operis faciendi principium vel ad esse deducendi.

Quintò ex abundanti aduertendum est, non stetisse per Illustrissimum Dominum Hippolytum, quin ex parte sua adimpleretur mensura & æstimatio domus in tempore præfixo, sed ob infirmitatem Papiæ periti electi. In-
14 firmitas † enim & mala valetudo dicitur iustum impedimentum, & nedùm infirmitas propria iuxta lege secunda. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. sed etiam suorum. Glos. in capitul. communis. distinctione vigesimatertio. Pazian. de oner. probat. libro secundo capit. vigemoseptimo, numero sexagesimo-
15 quarto. At impedimentum † superueniens moræ commissionem impedit & consequenter pœnæ incursum propter moram. lege si vehenda. §. idem iuris. ff. ad leg. Rhod. de iact. Baldus in lege sancimus, numero septimo Cod. fi-
16 deiuss. & iustam causam † iustumque impedimentum excusare a contumacia probant Doctor. in leg. secunda. §. quod diximus. ff. si quis cautio. Iason in lege sancimus columna tertia versiculo secundò limita. C. iudic. Quod qui-
17 dem impedimentum † probatur iuramento impediti. capit. quia propter. de electio. capit. primo vigesimosecundo quæstione prima. Vnde cùm ipse Papia peritus electus ad mensurandum & æstimandum domum nedùm semel iudicialiter asseruerit non posse incumbere tali operi ob eius inconualescentiam, sed etiam denuò eum iuramento in eius examine idem & latius affirmauerit, dubio procul dicitur huiusmodi impedimentum legitimè probatum,
18 cum tali iuratoria † probatio impedimenti sufficiat, maximè ad consequendam exceptionē, licet secus quo ad actionem potiundam. Iason in dicto §. quod diximus numero secundo versiculo secundò intellige. Mascar. de prob. conclus. 884. numero octauo. Idque indubitanter admitti debet in præsenti casu, ex quo obliga-
19 tio D. Hippolyti excipientis † circa tempus limitatum fundata legitur in solo iudicis officio, non autem in iure actionis vel contractu. Ang. in l. siquis. §. prætor. in Glos. magna. C. edend. Castr. in l. si creditor. numero quinto. C. pignor. actio. & diffusè Pacian. d. capit. 47. nu. 47 & 48. vbi etiam nu. 52. id fortius admittit, quando ex tali impedimento modicū præiudicium resultat, vt in præsenti facti specie, cùm, vt dixi, res dicatur adhuc integra, & ius partis non fuit factum deterius.

Addatur etiam præfatum iustum impedimētum fuisse per testes probatum optimè cōcludentes, quorum dicta examinanda scienter omitto contentus apostillis mea manu per discursum illis opportunè appositis, ad quas me remitto, ne telata referam. Laus Deo.

Carol. Bardel. I. V. D.

CONSILIVM CXXXI.

Actiones meæ à Domino.



Lias fuerunt in humanis D. D. Flaminius Palæologus & Lucina Iugales, Flaminio Fellonia damnato, & in bonorum omnium confiscatione, petijt & obtinuit Lucina vxor restitutionem dationũ suarum vigore falsi ac simulati instrumẽti producti, & cum marito viuente ante delictum in fraudem fisci concorditer celebrati, ad summam aureorum sex mille & vltra, semper reluctante fisco ac contradicente maximè dationi in solutum nonnullorum bonorum stabilium seu prædiorum factæ Dominæ Lucinæ antea ob dictum maritale facinus publicatorũ, imò per amplissima verba ac triplicatas protestationes explicitè iura sibimet fisco quomodocunque & qualitercunque tunc, & in futurum competentia ac competitura in dictis bonis sic vt supra in solutum datis, reseruante.

Subsecuta præfata datione in solutum Lucina magnam partem dictorum bonorum pretio conuento recepto nonnullis emptoribus, & inter cæteros quibusdam fratribus de Mazuchis, alienauit.

Euenit ex post, quod Deo dãte detecta fraude dotis fictæ quæ realiter ad scutos mille vix ascendebat, insurrexit fiscus emptores præcitatorum bonorum infestando diuersis iuris remedijs, & præcipuè Mazuchos per vtile Saluianũ tam pro sorte, seù recuperatione præfatorum bonorum, vel saltem eorum pretio, quàm pro fructibus ex ipsis bonis per aliquot annos ante illorum alienationem per Lucinam perceptis.

Occasione prænarratarum prætensionum fisci plura se offerunt perscrutanda ac in gratiã fisci decidenda.

Et primò non elaborando vbi non expedit,
1 sed conclusiuè loquendo, dicitur, quòd † fiscus habet bona criminosi hypothecata saltem a die sententiæ, seu declaratoriæ contra illum promulgatæ, vt post alios tradit Clar. in praxi. quæstione 78. in fin. Rimin. iun. consilio 475. numero 14. Peregr. de iur. fisci libro quinto titulo sexto, numero 12. sola in nou. constitut. Pedemon. titulo quomo. fit proced. in execut. causarum. Glos. quarta Beci. consilio 57. numero 6. 7. & 15. Ias. Bertaz. & Thesaur. in locis mox allegandis. Decis. Auenio. 121. numero octauo. Catalan. de indult. cap. 16. numero 68. latè Masuer. ad pract. Papien. in tit. de actio. reali numero 43. in littera L. etiam si bona delinquentis essent apud tertium possessorem. decis. Auenio. 121. nu. 9. Caralan. de indult. cap. 17. nu. 54. & seq.

2 Quinimo † cum in casu isto agatur de bonorum confiscatione emanata ipso iure ob crimẽ Felloniæ, bona illa vna cum fructibus debentur fisco nedùm a die sententiæ, sed etiam à die commissi criminis. Glos. in princ. auth. de incest. nupt. verb. Imminere. Curt. iun. in l. manifestæ, numero 13. ff. iureiur. Didac. in epit. quarti decretal. par. 2. cap. 6. §. 8. numero 7. 8. Beci. dicto consilio 57. numero 6. & 15. ante fin. & consilio 134. numero 7. Carpan. ad nou. constitut. Mediol. §. omnium. num. 600. 604. & sequentibus optimè Catal. d. cap. 17. num. 135. & seq. & de prædita hypotheca loquens & communem ac tenendam enuntiat Farin. quæstione crim. 25. in fin. Ias. in l. rescriptum. numero 10. ff. pact. Bertaz. consilio crim. 136. num. 3. & pariter id omnes tenere firmat Thesaur. Iuni. quæst. 85. nu. 5. Costa de remed. subsidial. cap. 105. nu. 7.

Addatur insuper respectu præcitatæ hypothecæ in bonis delinquentis eidem fisco illam competere vigore reseruationis iurium suorũ per eum factæ in actu dictæ dationis in solutũ
3 iam factæ Dominæ Lucinæ, † datur inquam hypotheca & Saluianum vtile [nam cui competit hypotheca eidem & Saluianum vtile ex Viui. decis. 516. numero 12.] creditori, qui sibi dominium & iura sibi quomodolibet competentia reseruauit, vt diffusè per Scapucin. de Saluia. interd. lib. 1. quæstione 16. Fabi. de Anan. consi. 35. nu. 12. & seq. Crau. cons. 706. numero 3.

Potuerunt igitur Mazuchi & alij dictorum bonorum possessores conueniri ex dicta hypotheca & ex Saluiano vtili inde oriente, quia
4 † hypotheca dicitur ius in re, & afficit quoscunque bonorũ hypothecatorũ possessores. Surd. decis. 97. nu. 13. & tribuit ius apprehẽdendi ac retinẽdi possessionẽ bonorũ hypothecatorum. Euge. cõs. 58. nu. 9. Sicuti idem operatur dictũ Saluiani vtilis remedium, iuribus notis.

Secundus se offert articulus discutiendus, nempe, an hypotheca seu etiam Saluianũ vtile competens fisco contra dictos tertios possessores pro recuperatione sortis, seu corporum vel bonorum stabilium perperam venditorum per Lucinam, competat etiam eidem fisco aduersus præfatos possessores pro consecutione fructuum ante dictam venditionem stabilium per nonnullos annos per Lucinam collectorum & gauisorum indebitè & cum mala fide, adeo quòd bona illa alienata, & per Mazuchos, & alios emptores possessa dicantur obnoxia fisco etiam respectu prætensionis dictorum fructuum per Lucinam alienantẽ perceptorum,

ceptorum, supposito quòd hodierna die præfata bona sufficiant pro omnibus prætensionib. fisci, qui pro parte illarum sibi iam antea satisfecit in alijs bonis adhuc per ipsam Lucinam possessis antequam molestaret tertios possessores.

Et dicendum est, fiscum vtique posse vti hypotheca & Saluiano prædictis aduersus dictos tertios possessores pro consecutione pretij seu
5 valoris dictorum fructuum; sanè † inquam hypotheca alicui competens pro sorte vel principali debito datur etiam illi pro interesse & pro omnibus accessorijs. l. Lucius. ff. qui potio. in pign. habe. Surd. decis. 171. numero secundo, vbi extendit id procedere in quacunque hypotheca etiam tacita. Decis. Auenio. 146. in fin. Magon. decis. Floren. 140. nume. secundo post Neguſ. de pignor. in quarto membr. secundæ partis numero 132. Burſ. consil. 69. nu. 39. dicens hypothecam super sorte trahi ad omnia
6 damna & interesse. Pariter videmus † Saluianum vtile dari pro quocunque interesse, pro omnibus damnis & expensis per creditorẽ passis ob factum vel moram debitoris, teste Scapucin. de Saluia. lib. 1. quæst. 19. latè Marchesſ. eod. tract. de Saluia. par. 3. cap. 16. Hinc dici-
7 tur, quòd † ille qui in cõcursu creditorum fuit prælatus pro sorte dicitur & potior pro vsuris. l. solutum. §. 1. ff. piguor. actio. decis. Auenio.
8 109. in fin. & † prælatus in hypotheca dicitur prælatus in omni pacto accessorio hypothecæ, maximè quando accessorium non superuenit in præiudicium secundi creditoris. Mastril. de-
9 cis. 26. numero 4. & 6. nam † hypotheca semper transit cum onere suo. l. si debitor. C. distrac. pign. Marchesſ. d. cap. 16. numero 3. & 5.
10 tandem † hypothecam nedùm pro principali sorte, sed etiam pro fructibus annuatim debitis & decursis cõpetere creditori decidit Frãc. decis. 375. nu. 4. 7. & 11. quem sequitur alios addendo Costa de retrotract. capit. 8. casu 31. nu. 13. & sequentibus.

11 Nec dicatur, imò † hypothecam pro sorte non extendi ad fructus ex decis. Surd. 271. allegata per D. Aduocatum Mazuchorum, vbi id in specie videtur affirmari quoad fructus industriales.

12 Rñdetur enim † decisionem illam nulla vim facere, quia ibi non dicit Surd. quòd hypotheca competens pro principali debito denegetur pro fructibus, sed benè quod hypotheca data fideicommissario pro bonis fideicommisso suppositis non extẽditur ad fructus per hæredem grauatum perceptos, cum illi non debeantur, sed hæredi, & ita negat Surd. extensionem hypothecæ ad fructus indebitos, cum hypotheca detur pro debito, non autem pro indebito. At nos supra probauimus fructus fraudulẽter perceptos per Lucinam fuisse & esse præcipuos fisci, non illius & meritò ad illos hypothecam extendi sicuti & Saluianum.

Addatur quòd si hypotheca datur pro damnis & expensis, quæ considerantur vt quid extra rem, quantò fortius dari debet pro fructi-
13 bus prouenientibus & debitis ex re ipsa. † Dicuntur inquam fructus prouenire ex re ipsa. Idem Surd. decis. 271. nu. 7. Quocirca dixit Neguſ. de pignor. secund. membr. secund. partis
14 num. 27. † hypothecam dari creditori pro fructibus a debitore perceptis, secùs si fuerint percepti ab aliquo bonæ fidei possessore.

15 Et quatenus † Surd. in d. decis. 271. nu. 11. dixit fructus industriales non venire sub hypotheca, sed tantummodo naturales, attamẽ hoc debet intelligi respectu possessoris bonę fidei, & consequenter secùs in casu nostro, vbi agitur de pessima fide & de totali defectu tituli Dominæ Lucinæ, a qua debent restitui indistinctè omnes species fructuum tam naturaliũ quam industrialium, & tam extantium quam consumptorum seu illorum omnium valor, vt docet post alios Rimin. iun. consilio 333. numero 36.

Tertiò excipitur ex parte dictorum emptorum, iudicium hypothecæ vel Saluiani intentatum pro fisco illi non prodesse, ex quo fiscus attenta confiscatione prædictorum bonorum & adiudicatione illi facta iam fuit tunc temporis effectus verus Dominus illorum bonorũ licèt ex post in solutum datorum D. Lucinæ,
16 & † res propria non potest Domino illius dici hypothecata. l. si rem alienam. la secunda ff. pignor. actio. l. neque pignus. ff. reg. iur. Surd.
17 decisione 97. numero sexto. † Fiscus inquam maximè post sententiam vel declaratoriam dicitur effectus Dominus bonorum confiscatorum etiamsi nondùm habuerit illorum bonorum possessionem. l. cum duobus. §. idem re-
18 spondit. ff. public. Imò † fiscus eo in casu habetur instar hæredis. l. si tutorem. C. ad. l. Iul.
19 de vi publ. & † hæreditas non potest dici hæredi hypothecata. Bal. in l. rescriptum. num. 3. ff. pact. Neguſ. de pignor.

20 Nihilominus aduertendum est, † omnia bona contrahentis cum fisco [dempto minore contrahente vt infra dicetur] semper intelligi tacitè hypothecata fisco ex peculiari priuilegio fisci. l. aufertur. §. fiscus. ff. iur. fisc. l. 2. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contr. & utrobique Doctores. Marsil. de Bannitis. in verb. Bona. numero 22. vbi ait explicitè, quòd si quis contrahit cum fisco, omnia bona sua sunt fisco tacitè hypothecata absque aliquo facto suo, quod hypothecam respiciat. Moron. de pace quæstione 21. numero 6. Neguſ. de pign. quarto membr. secun. partis nume. 113. Boss.

tit.

titulo de fisco.num.26. & numero 31.Peregr. de iur.fisci lib.6.tit.6.numero 1.Afin. de execut.fol.173. cap.25.numero 20. Catal.de indult.cap.17.nu.121.Carpan.super non.cõstit. Mediol.cap.Omnium.nu.606.

Nec replicetur vna cum tuentibus pertinaciter iura illorũ de Mazuchis, bona illamet alienata seu in solutũ data Lucinæ non contineri in dicta tacita legali hypotheca, sed tantùm alia bona, ipsius contrahentis cum fisco, possessa ante contractum.

Respondetur enim, talẽ insulam chimæram esse contra tex. expressum in l.1.§.fin. iunct.l.
21 2.ff.reb.cor. † vbi dicitur, quòd si minor emit prædium ab aliquo priuato, illud non cadit in obligatione pro solutione pretij debiti venditori, quia eo ipso quòd dominium illius acquiritur minori incipit non posse obligari, secùs si minor emerit a fisco, cui ius pignoris in alio pdio vendito saluum remanet. & hoc colligitur ex tex.in l.2.C.in quib. caus.pign. vbi indefinitè deciditur bona contrahentis cum fisco illi tacitè obligari. Quo circa dixit Boss.loquendo per verba vniuersalia,quod hoc in casu vniuersa bona dicuntur obligata fisco, tandem omnium clarissimè per prædictos tex. declarat Ias.in l. si constante, numero 212. in fin.ff.solut.matrim.dicens,quòd si minor emit a fisco, sola res empta remanet fisco obligata,non alia
22 bona minoris. At † si maior a fisco emerit nedùm res empta, sed omnia alia bona illius fisco remanent hypothecata, sequitur Neguf. de pignor.4.memb.secund.partis nu.113.

Respondetur secundò principaliter,per huiusmodi dationem in solutum [malis artibus extortam per Dominam Lucinam] non fuisse
23 extinctam fisci hypothecam, siquidem † tunc extinguitur hypotheca tradentis rem,quando res irreuocabiliter efficitur accipientis vel acquirentis, secus si reuocabiliter vt in præsenti facti specie,in quo Lucina sub falso titulo magnæ dotis per fraudem euicit multa bona fisci propria & dubitantis ipsam Lucinam nõ fuisse veram creditricem. Vnde cum ex post veritas aliter apparuerit fraude detecta, fiscus prętendit sibi bona restitui iure hypothecæ & remedio Saluiani vtilis,quia ĩ tali casu datur hypotheca in re propria,quæ non potuit considerari vt extincta, sed vt suspensa a lege vigore fraudis occultæ, & consequenter fiscus creditor nunquam censetur discessisse a vinculo pignoris, & præcipuè stante amplissima reseruatione per eum facta in instrumento dationis illius in solutum factæ Lucinæ falsæ ac putatiuæ creditrici. tex.est clarus in l. ex sextante.§. Latinus. vbi Doct.ff.except. rei iudic.& optimè admonet Tiraq. de retr.lignag.§.1.Glo.7. numero 70. Menoc.consil.201.numero 31.& consil.229.nume.21. Scapuc.de Saluia.lib.1. quæst.16.nu.5.

Quarto loco principaliter allegatur, Mazuchos aliosque emptores dictorum bonorũ bona fide a Domina Lucina tutos fore præscriptione aduersus fiscum, cum contractus fuerit initus vsque de anno 1585.

Respondetur tamen imputandũ esse dictis emptoribus negligentibus in perscrutando titulum Dominæ venditricis, quia si rectè legissent instrumentum dationis in solutum factæ per fiscum ipsi Lucinæ,vtique reperijssent amplam illam protestationem ac reseruationem iurium sibi factam per fiscum, ex qua excluditur quælibet bona fides emptorum, sine qua nulla potest hodie,[iure canonico attento] induci valida præscriptio.

24 Respondetur secundò, † ad inducendam totam præscriptionem talium singularium successorum in præiudicium fisci requiri spatium annorum triginta, cum agatur de bonis fisco acquisitis seu incorporatis per sententiam, Peregr. de iure fisc. lib. 6. tit.8. numero 1. Ghilchen.in auth.Quas actiones.cap.8.numero 3. C.sacrosʃ.eccles. Couarr. in regu. Possessor.par. 6.§.2. numero 7. ante fin. vbi fortius scribit, bona delata fisco ob crimen commissum & illi per sententiam tradita non minore annorum quadraginta curriculo, iuncta bona fide, præscribi, per tex.in l.omnes.C.præscript.trig. vel quadrag. anno. Idem probat Crau. de antiq. tempo. parte quarta Sectio Absolutis.nu.35. Bocr.decis.264.numero 21.optimè Aret.consilio 153.colum.penult.versicul. Insuper vltra prædicta. At hic nec spatium annorum viginti intercessit a die contractus vsque ad litis initium.

Quintò fuit incidenter propositum, Nũ pro supplemento legitimæ debitæ filiabus prænotatorum Iugalium Flaminij & Lucinę illis cõpetat hypotheca, & consequenter etiam pro
25 fructibus legitimę; † Legitima inquã debetur cũ fructibus a die mortis patris, vt passim notatur apud nostrates, & docet Franc. loco mox citando.

26 Et videtur dicendum † dandam hypothecã ex latè congestis per Franc. decis.374.num.2. vsque 8.

27 Contrariũ † tamen verius & receptius est, vt per Crass.de successio. ab intestato.§.legitima.quæstione 14.Petra de fideicom. quæstione 15.numero 40. & 44. Peregr. de fideicom. art.36.147.vsque ad fin. Magon. decis.Luca. 66.numero quinto.Franc.d.decis.374.nu.17. Scapucin.de Salui.li.1.q.9. qui alios adducit.

28 Siquidem † datur dictis filiabus condictio ex lege, quæ est actio personalis in rem scripta. Peregr.d.ar.36.nu.153.in fin.Scapuci.d.quæstione.

ftione 9.n.4. & idcircò posfũt cõuenire tertios posfefsores pro rata tantũ. Pute.decif.37.lib. 2.Peregr.d.art.36. in fin. afserens ita fuifse iu dic itum. Cofta de rata quæft. 140. nu. 1. & in fubfidium Franc. d.decif.374. nu. 5. Cofta de remed.fubfid. cap.67. num.3.4. Lader.Imol. confi.163.nu. 5.

Nec tali in cafu curantur renuntiationes fa ctæ per ipfas filias ad commodum fratrum vel
29 parentum, quia † non trahuntur ad fibi debi- ta ex caufa omnino incogitata. Cofta d.ca.76.
30 in fin. Quinimo † requiritur fpecialis mentio adhoc vt dicatur renuntiatum fupplemento legitimæ, vt poft alius notat Trentacinq.lib. 1.variar. refolut.cap.4.col.1.

Differunt namque inter fe condictio ex lege,& hypotheca, nã hypotheca eft indiuidua, quò fit, ut creditori hypothecario cõpetat electio conueniendi in folidum vnum ex plurib. posfefsoribus bonorum obligatorum. non ita in habente cõdictionem ex lege pro legitima, quæ debetur ex omnibus corporibus hæreditarijs nulla data electione filijs accipiendi vnã rem pro eorum legitima, vt fatis adnotarunt præmemorati patres. Laus Deo.

Carol. Bardel. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Debitores plures feu fideiuffores vbi adfunt etiãfi fint in folidum obligati prius excuti debet, ante quam agatur contra tertios posfesfores.*

2 *Approbator feu laudator fideiusforis in fubfidiũ tenetur, & obligatur vti alter fideiusfor, fi fideiusfor laudatus non eft idoneus, feu non foluendo maxime vbi adeft confuetudo.*

3 *Approbator fideiusforis ita obligatur ficut fideiusfor fideiusforis.*

4 *Dicto nuntij, vel officialis atteftantis fe fecisfe excusfionem, & nihil inuenisfe, & de ftylo & de Iure ftatur.*

5 *Scriptura vbi femper reputata fuit fide digna nõ eft amplius dubitandum.*

6 *Excusfio dupliciter confideratur, aut refpectu ordinis iudiciarij feu præpofterationis, aut refpectu beneficij, vel interesfe partis opponentis.*

7 *Opponens exceptionem excusfionis fundatam in fuo interesfe dicitur illam opponere in vim perẽptoriæ, non autem dilatoriæ.*

8 *Qui fe opponit pro fuo interesfe antequam admittatur debet oftendere & probare quod fua interfit, maxime quando interesfe eft fundamentum fuæ intentionis.*

9 *Opponens exceptionem excusfionis, fi non probat perfonam excutiendam esfe foluendo fuccumbit.*

10 *Excipiens de excusfione debet inftare coram Iudice vt fummarie & extraiuditialiter fe informet, an debitores prius excutiendi habeant in bonis, & quatenus id reperiatur contra illa agi.*

11 *Exceptio excusfionis opponi non poteft a non interesfato.*

12 *Exceptio concernens interesfe, feu obligationem alterius non poteft ab alio opponi, quam ab eo cuius intereft excipere.*

13 *Nullitatem is folus allegat in cuius fauorem actus annullatur.*

ARGVMENTVM.

Asfertioni commisfarij Cameralis affirmantis excusfionem in bonis fideiusforis factam fuisfe ftandum eft.

Allegans exceptionem excusfionis in vim peremptoriæ, & fic pro fuo interesfe non auditur, interesfe non probato.

CONSILIVM CXXXII.

Actiones mea à Domino.



LOnga feries deductorũ per multum Excellentem Dominum Cizzolum aduerfus Serenisfimam Cameram refpectu exactionis pecuniarum depofitarũ per Dominum Cremam ad hæc virtualiter rediguntur.

Primò non ftandum esfe asfertioni D.Gorgonij Commisfarij Cameralis circa excusfionem factam in bonis Georgij fideiusforis.

Secundò, quòd nedùm folus Georgius, fed & alter confideiusfor debebat excuti antequã contra bona Putei collaudatoris dictorum fi-
1 deiusforum ageretur, ex quò † fi adfunt plures debitores feù etiam plures fideiusfores etiam in folidum obligati, omnes prius excuti debẽt, antequam cõtra tertios bonorum posfefsores agatur, idque tradit Iaf.in §.itẽ fi quis in fraudem. n.81.Ang.& alij in auth.Hoc fi debitor. C.pign. Carocc. de excuff. par. 2. quæftione 2.numero 77. Franc. de fideiuff. capit.5.numero 258.

Quæ tñ nõ obftant prætenfioni Cameræ in primo loco p̃latæ in fententia generali ac interiori D.Cizzoli feù eius Filiæ, Iuridica nanque fuit fententia Perillustris Senatus, ficuti
2 & eft iuridica prætenfio Cameræ, ex quò † approbator feu laudator fideiusforis in fubfidiũ tenetur & obligatur vti alter fideiusfor, fi primus fideiusfor laudatus non eft idoneus feu eft

est non soluendo. Angel. in l. si verò. §. qui pro rei. vbi Castr. ff. qui satisf. cog. latè Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. numero 38. Mazzol. consilio 26. nume. 8. stante maximè locorum consuetudine seruata, vt tales approbatores in subsidium soluere teneantur. Ios. Ludo. decis.
3 Luca. 33. numero septimo. Quia † sicuti obligatur fideiussor fideiussoris, ita pariter approbator fideiussoris, vt in proposito tradit Cephal. consilio 437. numero quarto. Idque per totam Italiam seruari testatur Clar. in prax. quæstione 46. versi. Cæterum cum concordantibus per Borel. consi. 47. nu. 5. Quibus sic stantibus opposita non releuant.

Ad primum enim respondetur, circa excus-
4 sionem factam † stari simplici dicto nuntij vel officialis attestantis se fecisse excussionem, & nihil inuenisse de stylo, vt notum est, & de iure, vt post plures testatur Asin. in praxi. §. 9. capit. nono. Carocc. de excuss. par. 2. quæstione 32. numero quarto, & licèt detur probatio in contrarium aduersus nuntij relationem, attamen id spectat ad opponentem. Si igitur alio non constito in contrarium, datur fides relationi vilis nuntij, quantò fortius credendum erit fidei Domini Commissarij Cameralis ab ipsomet Principe in tali publico ac nobili officio deputati, cuius attestationibus integram fidem tota die in iudicijs adhiberi videmus? &
5 † quando scriptura aliqua semper reputata fuit fide digna non est amplius dubitandum. Mandel. consilio 141. numero 18. Partes ergò sunt Domini Cizzoli excipientis ostendere excussionem illam non fuisse legitimè factam.

Ad secundum respondetur, pecunias exactas deberi Cameræ non obstante exceptione excussionis non factæ proposita in vim perem-
6 ptoriæ non autem in vim dilatoriæ. Quia † excussio in proposito cõsideratur dupliciter, aut respectu ordinis iudiciarij seù præposterationis, aut respectu beneficij seù interesse partis opponentis. At in casu controuerso talis exceptio excussionis concernit interesse Domini Cizzoli, non autem ordinis peruersionẽ, quia ipse D. Cizzolus nõ est obligatus Cameræ creditrici aliquo modo, nec est possessor bonorũ debitoris, vel fideiussorum secundum ordinem iudicij prius excutiendorum, sed est creditor (licet posterior in bonis Battaleæ sui debitoris) & cõsequenter nihil vnquam interfuit vel nec etiam in præsentiarum interest, an prius fuerit a Camera excussus debitor principalis vel illius fideiussores, seu etiam approbator fideiussorum, cùm beneficium talis ordinis nil iuuet, vel illius inobseruantia nil nocuerit vel noceat Domino Cizzolo creditori debitoris, cùm ipsi sat fuerit & sit consequi satisfactionẽ sui crediti a debitore principali vel ab illius fideiussoribus si qui sint, absque alia ordinis excussorij obseruantia, sed bene talis ordo opitulatur personis obligatis ad commodum debitoris seu illius bona possidentibus, vnde sequitur quòd talis exceptio excussionis opposita per Dominum Cizzolum fuit fundata in mero suo interesse non autem in ordinis præposteratione, & ita vult tueri iura sua per talem exceptionem intuitu proprij beneficij & pro suo interesse, non autem intuitu ordinis peruersi vt distinguendo declarat post Bal. Alex. Corn. & alios Neguf. de pign. memb. 1. par. 8. nu. 31. Cephal. consi. 86. n. 16. vers. Vel si excussionis exceptio. Rimin. iun. cõsi. 757. n. 30.
7 31. & idcirco † dicitur proposuisse talem exceptionem fundatam in suo interesse in vim peremptoriæ non autem in vim dilatoriæ. Beci. consi. 89. nu. 21. & cũ prædictis concordat Ios. Ludo. decis. Perus. 45. nu. 8. Rolan. consi. 9. nu. 21. in 1. Blanc. de compromiss. q. 1. nu. 48. Carocc. de excuss. par. 2. q. 31. num. 15. 16. Modò infero quòd cùm ipse D. Cizzolus talem exceptionem proposuerit pro suo interesse (nempè quòd debitor seù fideiussor non excussus debuit excuti) debebat probare istud suum inter-
8 esse, quia † ille qui se opponit pro suo interesse, antequam admittatur, debet ostendere ac probare quod sua intersit. Abb. in c. Veniẽs. il 2. n. 9. extr. testib. & in c. Cum super nu. 7. et 31. vbi Felin. nu. 14. & 16. de sent. & re iudic. Idem Felin. in c. Cum super. in 2. no. de off. deleg. Doct. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. Maximè quando interesse est fundamentum suæ intentionis. l. cum actum. ff. ne go. gest. l. actor. vbi Doct. C. probat. vt in casu nostro. At tale interesse Domini Cizzoli con-
9 sistit in idoneitate personæ excutiendæ, † quo in casu cùm ipse non probauerit personam excutiendam esse soluendo, debet succumbere. Ita Corn. consi. 55. nu. 28. vers. Quod si principalis est soluendo ipse debeat conueniri, & in vers. Ideo constito quòd principales sint soluẽdo. in 3. vol. & illum sequitur ac latius in terminis explicat & declarat omnino videndus Malnas. conf. 98. nu. 25. 26. Idem dixit Beci. d.
10 consi. 89. n. 21. vers. Addo postremo. Vel † saltem debuisset ipsemet Dominus excipiens facere instantiam coram Senatu, vt Præfatus Senatus summariè, & extraiudicialiter se informaret, an ipsi debitores prius excutiẽdi habeãt in bonis, & quatenus id reperiatur, contra illa agi, vt aduertit Ios. Ludou. d. decis. Perus. 45. n. 8. vers. Dico igitur. Caroc. d. q. 31. n. 15. ver. Posset ad hoc fortasse. Id tñ nõ fecit, ergo, &c.

Confirmantur prædicta, nempè quòd talis exceptio sit fundata in mero interesse excipientis, non autem in ordinis præposteratione, & consequenter quod illo interesse non probato

11 probato non mereatur audiri. Siquidem † nō admittitur ad excipiendum is, cuius non interest ita excipere. l. ille a quo. §. 1. vbi Alex. ff. ad Trebell. late Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glos. 2. num. 51. Cephal. consil. 133. nu. 39. & in terminis quòd exceptio excusionis nō possit opponi a non interessato, tradit Bal. in l. nisi. in addit. ff. pact. Crau. consi. 182. nu 8. versi. Alibi notat. Carocc. de excuss. par. 2. quæst. 35. nu. 2. Vbi ait tali in casu excludi excipientem per replicationem, & plurimos congerit concordantes. Sed obseruatio ordinis istius excutiendi prius debitorem postea fideiussores, & tandem approbatorem fideiussorum, exinde tertium bonorum possessorem, id totum concernit beneficium personarum obligatarū creditori excusionem intentanti non autem beneficium creditorum, quia nullitas iudicij resultans ex tali præposteratione iuuat posteriores seu vltimos debitores vel vltimos obligatos, non autem iuuat [imò nocet] creditoribus peruertentibus ordinem vt patet ad sensum.

12 At † exceptio concernens interesse seu obligationem alterius non potest excipi ab alio, quā ab eo, cuius interest excipere. Gabr. conf. 146.

13 num. 6. in 2. Et † quando actus annullatur fauore alicuius, is solus nullitatem allegat, in cuius fauorem fuit inducta. Glos. & Doct. in l. 2. C. iur. emphyt. Ruin. consi. 48. nu. 12. in 1. Tiraq. in l. si vnquam. verbo, Reuertatur. nume. 394. C. reuo. donat. quos refert & sequitur D. Surd. consilio 284. nume. 7. Quare dicendum est, ipsum D. Cizzolum non potuisse allegare excusionem non factam sub prętextu ordinis non seruati, sed, vt dixi, contemplatione proprij interesse, quod tamen cùm non probauerit, debet succumbere iuxta prææallegata, cùm Camera quo ad ipsum Dominum excipiētem liberas ædes habeat. Laus Deo.

Carol. Bardellonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Nomen frater dicitur nomē appellatiuū naturale.*
2 *Frater nominatus aut honoratus sub nomine fratris dicitur specifice. ac nominatim vocatus.*
3 *Dispositio nominatim facta, seu per nomen relatiuum, vel demonstratiuum certarum personarum non extenditur ad filios illorum.*
4 *Nominatio contrariatur transmisioni.*
5 *Relictum habitationis regulariter dicitur pars alimentorum.*
6 *Legatum annuum pro primo anno dicitur purum, pro sequentibus autem conditionale.*
7 *Legata annua non transmittuntur ad hæredes, sed morte legatariorum expirant.*
8 *Onus dandi saccos quadraginta frumenti annuatim legatarijs dicitur legatum annuum in quantitate consistens, non in proprietate.*
9 *Testator legans portionem habitationis designatam per confines dicitur legasse proprietatem.*
10 *Testator in erectione primogenituræ tenetur reseruare alimenta condecentia alijs fratribus præstanda.*
11 *Primogeniti est electio præstandi cæteris fratrib. alimenta, vel tot bona sufficientia assignandi.*
12 *Electio in alternatiuis est illius, ad quem verba diriguntur.*
13 *Fratres recipiunt portionem assignatam pro alimentis è manibus primogeniti.*
14 *Pater constituit a primogenitura debet aliquid relinquere alijs filijs legitime, quod tamen potest legitimam excedere.*
15 *Alimenta secundogenitis præstanda succedunt loco legitimæ, & ad instar illius ad hæredes transmitti possunt, contra, nu. 19.*
16 *Alimenta secondogenitis debita, in proprietate, & non in vsufructu sunt assignanda contra, numero 24.*
17 *Legitima regulariter debet constitui super proprietate, non autem super fructibus.*
18 *Alimenta secondogenitis debita appellantur vita, & militia quæ vita & militia morte extinguitur.*
20 *Alimenta a primogenito alijs fratribus non debētur, vbi adsunt alia bona ex quibus ali possunt.*
21 *Erigens primogenituram potest alios filios legitimare priuare.*
22 *Legitima vti potest minui in quantitate, ita & in tempore.*
23 *Primogenitus nō tenetur alere fratres egenos quādo adest eorum mater, vel auus diuites.*
25 *Primogenitura constituta in testamento, vel codicillo in effectu dicitur fideicommissum.*
26 *Filius in fideicommissis non succedit in locum patris.*
27 *Conuentioni inita, quod primogenitus teneatur alijs fratribus annuatim tradere alimenta est standum.*
28 *Argumentum a pacto ad dispositionem testatoris tenet.*
29 *Hæres non potest alterare dispositionem defuncti maxime quando illam semel approbauit.*
30 *Primogenitura erecta statim dicuntur vocati omnes primogeniti & illis gradatim ius quæsitum.*

ARGVMENTVM.

Onus hospitandi, & alimentandi fratres primogenito in erectione primogenituræ iniunctum, morte ipsorum fratrum expirat non autem ad commodum eorundem filiorum continuat.

CON-

CONSILIVM CXXXIII.

Actiones mea à Domino.


Ndubitatum ius fouet Perillu-
ſtris Dominus Vincentius Gã
beria circa prætenſionem Do-
minorum Henrici, & Io. Iaco-
bi fratrum pariter de Gambe-
rijs. Siquidem in erectione primogenituræ fa-
cta per quon. Dominum Henricum Gamberiã
ſeniorem ſuper palatio ſito in ciuitate Caſalis
& ſuper prædio Mottæ tale onus hæredi pri-
mogenito impoſuit nempè.

Ita quòd in dicto palatio recipiat ac recipe-
re debeat honeſte hoſpitandos cæteros Domi
nos ſuos fratres, non immutata tamẽ in aliquo
ſtructura, & forma dicti palatij dummodo ipſi
DD. Fratres ſunt bonæ & honeſtæ conditio-
nis & vitæ, ac ſe bene gerant cum prędicto Do
mino Bernardino, & cum alijs primogenitis
ſubſequentibus, & non aliter nec alio modo,
& cum onere annuatim dandi cæteris Domi-
nis ſuis frattibus ſaccos quinquaginta frumẽ-
ti in præſenti ciuitate. &c.

Quod quidem onus hoſpitãdi cæteros fra-
tres, ac illiſmet præſtandi ſaccos illos quinqua
ginta frumenti dicitur omnino expiraſſe, per
obitum dictorum Dominorum fratrum non
autem cõtinuare ad commodum filiorum ip-
ſorum fratrum, & hoc ſuadetur ex pluribus.

Primo, quia talis vtilitas habitandi, & an-
nuæ præſtationis frumentariæ fuit perſonalis,
& limitate danda fratribus Primogeniti, me
rito fratrũ perſonas nõ excedit. Periude enim
eſt, ac ſi teſtator per nomina propria dictos fra
1 tres nominaſſet. Sane inquam † iſtud nomen
[frater] dicitur nomen appellatiuum natura-
2 le, quo fit † vt frater vocatus, vel nominatus
aut honoratus ſub nomine fratris dicitur ſpe-
cifice ac nominatim vocatus, vt poſt Bart. tra-
dit Aret.conſi.88.n.1.in ſi.Cur.iun.conſ.161
n.4.Pret.de interpr.vlt.volun.fol.313.nu.28.
facit dictum Rimin.iun.conſi.544.n.123. At
3 † diſpoſitio nominatim facta ſeu per nomen
relatiuum, vel arctatiuum, vel demonſtratiuũ
certarum perſonarum nunquam extẽditur ad
filios illarum perſonarum, ſic vt ſupta nomina
tarum. Ita Iaſ.conſi.29.in 3.Rui.conſi.127.n.
7.in 2.Gabr.conſi.127.n.27.in 1.Surd.conſi.
31.num.23.24.& 31.Eugen. conſi.61. in fin.
Trentacinque de ſubſti.par.4.cap.14. nu.16.
Peregr. de fideicom.art 21.n.23. verſ.Quorũ
conſulta probarũt, cõferunt tradita per Hond.
conſi.60.num.66.in 1.Turett.conſi.25.n.18.
4 † Nominatio inquam contrariatur tranſmiſ-
ſioni. Raud.conſi.1.n.107.in 1.& conſi.6.nu.
9.14.in 2.Meno.conſi.209.n.8.
5 Secundo conſidero, † relictũ habitationis
dici regulariter partem alimentorum, vt poſt
Bero.& Rimin.not. Pret.de vlt.volun.fol.396
n.61.Surd.de alimen.q.3.n.5.6. & onus illud
annuatim dandi ſaccos quinquaginta frumẽ-
ti &c. dici legatum annuum, & conſequenter
6 hæc dici tot legata quot anni, & ideo † tale le-
gatum pro primo anno eſt purum pro ſequen-
tibus autem conditionale.l.ſi in ſingulos.ff.de
7 ann.leg.l.cum in annos.ff.co.ti.ſed † annua le
gata nunquam trãſmittuntur ad hæredes, ſed
expirant morte legatariorum. text. apertus in
d.l.ſi in ſingulos, & in l. in ſingulos annos. ff.
ann.leg.optime Socin.iun.conſi.60.n.40.41.
in 4.Quod autem tale onus ſit legatum annuũ
conſiſtens in quantitate capiẽda de manu hæ
redis non autem in proprietate aſſignanda le-
gatarijs fratribus, & conſequenter non tranſ-
miſſibile ad hæredes, ex coprobatur, quòd te-
ſtator non illis aſſignauit reditum nec introitũ
ſaccorum quinquaginta tritici, ſed adiunxit
ſimpliciter hæredi onus dãdi illos ſaccos quin
8 quaginta annuatim, ergo † dicetur legatum an
nuum conſiſtens in quantitate, non in prædio,
vel proprietate. Socin.iun.d.conſi.60.n.40. &
ſeq.late Surd.conſi.319. Addatur, tales ſaccos
quinquaginta fore dandos in ciuitate, in qua
non poſſunt conſiderari prędia tanti reditus.
Idem dicendum eſt de habitatione in palatio,
quæ omnino reſpicit ſimplicem commoditatẽ
9 perſonalem vtẽdi, quia † ſi teſtator cæteris fra-
tribus aliquam proprietatem palatij legaſſet,
deſignaſſet confinia portionis dicti palatij, vt
poſt Bal.tradit Cremen.ſing.111.Pret.de vlt.
volun.fol.410.n.35. nec illis prohibuiſſet mu
tationem ſtructuræ, nec etiam impoſuiſſet cõ-
ditionem honeſte habitandi cum clauſula irri
tante. Quæ omnia dominium abſolutum, &
ius proprietatis excludunt. Vnde fatendũ eſt
talia onera expiraſſe per obitum fratrum pri-
mogeniti in codicillis nominatorum.
10 Tertio, † in quacunque erectione primoge
nituræ tenetur teſtator reſeruare alimenta cõ-
decentia præſtanda a primogenito cęteris fra-
tribus poſtea genitis, vt poſt plurimos firmat
Decian.conſi.9.n.47.in 1.Suar.in l. quoniam
in prioribus.limi.11.n.22.in ſi.C.inoffi.teſta.
Surd.de alimen.ti.1.q.27.

Quæſtio tamen eſt, an iſta alimenta debeãt
aſſignari poſtea genitis in proprietate ad hære
des tranſmiſſibili, necne. Et Tiraq.de primog.
11 q.4.n.33.ait † alimenta cęteris frattibus fore
præſtanda, aut alia bona illis fore aſſignanda
quibus poſſint honeſtam vitam ducere habita
ratione perſonarum, & facultatum, idem repe
tit Beci.conſil.127.nu.4. Adeo quòd videtur
danda

danda electio primogenito debitori, vel graua
12 to, quia † in alternatiuis eius est electio, ad quem verba diriguntur, late Caballi. milleloq. 80. Cotta in memor. alternatiuarum. Rimin. iun.consi.663.nume.7. Purpur. consilio 287.
13 † fratres enim recipiunt talem illorum portionem e manibus primogeniti. Tiraq.de primogen.q.74.n.3.in fine.
14 Alij dicunt absolutè, quod † constituta primogenitura pater debet alijs filijs aliquid relinquere, quod in locum legitimæ substituatur. Ita Cordu.in l.si quis a liberis. §. si mater. ff.liber.agnosc.n.56. quæ tamen quantitas potest esse minor quam ipsa legitima. Cord. vbi supra n.57.late Gomes.in d.l.40.Tauri.n.57.

Tertiam sententiam approbāt multi, quòd
15 † talia alimenta præstanda secūdogenitis succedant loco legitimæ ipsis debitæ, & quòd illorum proprium patrimonium censeatur, & secundum regulas legitimę debeat subrogari, & consequenter possit ad hæredes transmitti, & sine aliquo onere permanere, secundum Rod. Suar.in d.l.quoniam in prioribus.limi. 2.n.12. latè Molin.de primoge.li.2.c.15.n.10. & seq. & sequitur alios adducendo Meno.consi.411. nu.5.vsque 10.vbi hoc extendit etiam sibi dicti postea geniti habeant vnde se aliunde ale-
16 re possint, subdens † talia alimenta nō in vsufructu sed in proprietate fore assignanda, quæ ad hæredes transmitti possit sicuti ipsamet legitima, quæ nullum patitur onus, & est omni-
17 no transmissibilis, & † regulariter legitima debet constitui super proprietate hæreditaria nō super fructibus. Surd.de alimen.lib.3.q.9.numero 23.

Mihi tamen arridet opinio prædictis mox relatis funditus contradicens, attenta maximè præsentis facti specie, siquidem apud nos
18 Italos † talia alimenta secundogenitis debita, nuncupantur vita, & militia. Latè Affiict. decis.138.& post Affiict. Dec. & alios tradit Cordub.in d.§.si mater.n.59. Surd. de alimē. tit.5.q.1.n.33.in princ.& titu.7.q.15.nu.22. Fabi.de Anan.con.6.n.11.ver.Aut tenemus. Quæ quidem vita, & militia extinguitur morte fratris secundogeniti, vt post Iser. tradit Affiic.in c.Imperialem.§.præterea ducatus.n. 22.de prohib.feud.alie.per Fed.& Deci.252. nu.6.in fine.vers.Item grauauit, & late tuetur Intrigliol.de feud.cent.prima q.57.n.7.vsque 18.omnino videndus, & num.39. vbi ait succedere loco alimentorum non autem loco le-
19 gitimæ. Et † hanc sententiam sibi magis placere profitetur Surd.d.tit.5.q.1.n.33. Subdēs tale relictum non assumere naturam legitimę nec esse transmissibile respondendo ac reprobando rationes contrariantium, & hæc maximè procedunt in casu istius primogenituræ cō

stitutæ super certis allodijs non autem super
20 feudo, quo in casu † cum adsint alia bona, ex quibus alij fratres possint condecenter ali, nō illis debentur amplius ista alia alimenta a primogenito secundum Affl. in c.Imperialem.§. Præterea Ducatus.n.20.ver.Et est sciendum, quod ista vita. de prohib.feud.alien.per Fede. Alios adducit, & sequitur Cordub. in dict.l.si quis a liberis.§. idem rescripsit. nume. 139.ff. liber.agnosc.

Confirmatur ista sententia ex traditis per Gomes. in l.40. Taurin. numero 57. vbi ait,
21 † erigentem primogenituram posse alios filios priuare legitima, quæ legitima licet succedat loco alimentorum, & de iure naturali, tamen illius quantitas non est de iure naturali, sed de iure positiuo mere, ideo in maioratus erectione potest restringi, & modificari legitima, & illius loco tantum præstari alimenta necessaria, adeo quod non est verum talia alimenta succedere loco veræ legitimæ
22 integrę. Modo dicitur † q̄ potest minui in quantitate, ita & in tempore. Surd. de alim.ti. 5.q.1.n.35.Bar.in l.Titio.§. Titio. genero.n. 6.ff. de condit. & demon. sequitur Gomes. d. num.47.
23 Corrohoratur iterū talis conclusio. Nā † Primogenitus non tenetur alere fratres suos egenos, quando adest eorum mater vel auus diuites, a quibus vel eorum altero possunt alimēta percipere. Gomes.in l.40.Tauri.n.75.Moli.de Primogen.lib.2.tit.15.n.68. ergo talia alimēta non succedunt loco legitimæ, cum legitima debeatur etiam illi, qui habet alimenta aliun-
24 de, iuribus notis. Et tandē † ista alimenta seu vitam, & militiam debitam secundogenitis non succedere loco legitimæ, & non deberi ex substantia bonorū, sed ex fructibus. Late tuetur Minad.consi.1.n.56.vsque ad fin.& deberi ex fructibus concedit Fab. de Ana. consilio 75.nu.15.& consi.4.n.55.& seq.dicens deberi ex fructibus, & extingui cum vita secundogeniti alendi.
25 Quarto considero, quod † Primogenitura constituta in testamento vel codicillo, in effectu dicitur fideicommissum. Ancha. consi.82. col.4.versi.Sed in contrarium. Alciat. consilio 782. num.4.Mandel.consi.60.numero 10.At
26 † in fideicommissis filius non succedit in locū patris. Ita in puncto primogenituræ arguit Rimin.iun.consi.544.n.69.

Quinto aduertatur, quòd circumscripta veritate, quod Primogenitus teneatur constituere secundogenitis annuam præstationem non ex reditibus sed ex substantia Primogenij: Attamen aliud est dicendum, quādo aliud diuersum inter partes fuit conuentum, nam
27 † conuentioni standū est, vt in terminis Surd.

consi.

consi.351.n.9.10. Ita igitur dicendum est, debere seruari quando testator disposuit, vt certa quantitas fructuum detur secundogenitis per
28 Primogenitum, nam † tenet argumentum à pacto ad dispositionem testatoris. Euerhar. in
29 topic. cap. 17. & † hæres non potest alterare dispositionem defuncti, iuribus notis, & maxime quando semel illam approbauit.

Nec vim faciunt illa verba insita in codicillis, ibi [& se bene gerant cum prædicto Domino Bernardino, & cum alijs primogenitis subsequentibus &c.] quæ quidem habent tractū successiuum temporis in futurum, adeo quòd consideratio illa successiua subsequentiū primogenitorum videatur de necessitate supponere habitationem dandam descendentibus dictorum fratrum postea genitorum, quibus si debetur habitatio, ita etiam annua præstatio tritici saccorum quinquaginta.

30 Respondetur enim, quòd † statim facta erectione primogenituræ dicitur ius quæsitum alijs primogenitis gradatim, & illico facta primogenitura dicuntur vocati omnes primogeniti Meno. consi. 211. nu. 11. 12. & consi. 442. n. 26. Intellexit igitur testator, quòd casu quo præcederet Dominus Bernardinus ætate maior, quòd cæteri fratres se honeste gererent cū descendentibus primogenitis ex Domino Bernardino. Quinimo in tali cōstitutione primogenituræ testator discretiuè locutus est de descendentibus Bernardini, non autem cęterorū fratrum nominatim vocatorum saltem sub nomine appellatiuo naturæ, vt dixi in primo fundamento.

Concludo igitur ex præmissis talem annuā præstationem, seu istud annuum legatum non esse transitorium ad hæredes cęterorum fratrū secundogenitorum, sed esse mere personale, & cessare per obitum dictorum fratrum. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Dolo cessante tollitur omnis pæna criminalis.
2 Dolus requiritur ad puniendum inquisitum de famoso libello.
3 Iniuria alicui non fit sine animo iniuriandi.
4 Legens iocose, vel retinens scripturam famosam sine animo conuiciandi pænam non incurrit.
5 Dolus magis requiritur in sciente legente, vel vidente scripturam famosam quam in fabricante, vt pæna incurratur.
6 Dolus debet per allegantem probari.
7 Libellus famosus dicitur iniuria verbalis, licet in scriptis redacta sit.
8 Referens iniuriam ab alio prolatam, non dicitur iniuriare etiamsi relatio esset falsa.
9 Libelli famosi ab auctore exemplum sumens non punitur.
10 Animus iniuriandi non præsumitur.
11 Faciens quid illicitum iussu Iudicis excusatur.
12 Iudicis, seu superioris auctoritas excusat.
13 Iussus Iudicis excusat ab iniuria.
14 Faciens, agens, vel assentiens ratione sui officij sibi non præiudicat, & nil mali facit.
15 Dicta officialis, vel ministri animo admouendi iniuriam non inferunt, nec talis proferens tenetur, licet verbum prolatum in iniuriam sonet.
16 Iniuria deriuat a solo affectu facientis.
17 Verba admonitoria non subiacent actioni iniuriarum.
18 Iniuria supponit liuorem iniuriantis, & animum iniuriandi.
19 Verba quæ possunt applicari ad iniuriam, & ad non iniuriam, in mitiorem partem sunt accipienda.
20 Crimina morte extinguuntur.
21 Actio iniuriarum, nec actiue, nec passiue transit ad hæredes, nisi lite contestata contra defunctū.
22 Libellus famosus semel editus, iterato manifestari non dicitur quoad pænam.
23 Proclama publicatum contra non manifestantem factorem libelli famosi non extenditur ad non propalantem illius retentorem, vel oblatorem.
24 In dolo non dicitur qui damnum, & scandalum pro tempore euenturum aliquo pacto depellere nititur.
25 Amicitia adeo obstat præsumptioni Iuris, vt nunquam amicus amicum iniuriare credatur, maxime si sit vir bonus, optima cōscientia, & Dei timoratus.
26 Falsitas vt sit punibilis tria copulatiue requiruntur, quod mutetur veritas, quod mutatio fiat ex dolo vero, non præsumpto, & quod falsitas sit nocibilis.
27 Falsitas actu vel habitu non nocibilis non punitur nec etiam pæna extraordinaria, præcipue si non constet de crimine, vel delicto dolose commisso.
28 Interpretatio illa est facienda supplendo, & impropriando verba, vt falsitas euitetur.
29 Falsitatis probatio debet de necessitate concludere, ita quod aliter esse non possit, quam quod falsitas sit commissa.
30 Testis falsum dicens sine dolo non punitur.
31 Dicto iurato alicuius statur in concernentibus proprium animum, & sensum, quodque fuerit motus ex tali, vel tali causa ad sic dicendum.
32 Testis credens dicere verum non dicitur falsus, licet falsum deponat.
33 Falsitas dici non potest dolosa, & punibilis, sed potius in errore consistens, si illam committens nullum commodum sentit.

AR-

ARGVMENTVM.

Notarius seu alius authorizans, vel authenticans scripturam iniuriantem iussu superioris, & ratione sui officij, pęnam aliquā non incurrit.

Testis de falso puniri non potest, vbi non cadit veritatis mutatio ex vero dolo facta, & falsitas sit nemini nocibilis.

Alteratio, seu variatio scripturę non punitur vbi non variatur, sed idem cadit sensus.

Multa ad excusandum, in materia libelli famosi.

CONSILIVM CXXXIV.

Actiones meæ à Domino.

Tripliciter fuit inquisitus D. Sāson de Sacerdotibus Hebręus. Primo q; ad instantiā Grasseti, & in domo ipsius inquisiti vti Notarij Vniuersitatis Hebræorum ipse fuerit præsens, & assistens recognitioni, & attestationi factis per Argentam, & Portoguerram, duarum scripturarum Hebraico idiomate scripturarum, nempe secundæ, & tertiæ in ordine, & de quibus in Actis, falso tamē confectarum (vt asseritur) per quon. Eliam de Melis in præiudicium, & in infamiam Ciuidalis, & hoc coram Rabbinis Hebræis pro tribunali sedentibus. De qua quidem recognitione ipse inquisitus rogatus extitit, illāque ex post edidit, & prout diffusius in ipsa inquisitione.

Secundo quod licet ipse inquisitus sciret dictas scripturas fuisse integre ostensas præfatis testibus illas recognoscentibus vtsupra, attamen ausus est in iudicio falso dicere dictarum scripturarum solas subscriptiones ipsis fuisse ostensas, falso excludens illarum integram ostensionem.

Tertio quod cum fuerit rogatus vti Notarius Vniuersitatis de quadam ordinatione per ipsum in libris Vniuersitatis registrata, quæ ordinatio fuit prohibita alterari quocūq; modo sub pęna excommunicationis, nisi præhabita licētia a procuratoribus Vniuersitatis, attamē ipsemet inquisitus occasione publicationis dictæ ordinationis faciendæ de consensu tamen duorum Rabbinorum, qui, ea visa in libro registratā, illius publicationi assenserunt, ipsius ordinationis exemplum, & publicatum alterauit proprio Marte in substantialibus falso verba vniuersalia addendo, & eam ampliando in præiudicium authoritatis suæ Celsitudinis, & præfatæ Vniuersitatis, & prout latius ex tenore inquisitionis est videre.

Verum a dictis imputationibus indubitanter venit absoluendus ipse Sacerdos, prout ita ingenue fateor, quòd illum absoluerem si iudex essem, maxime ex infrascriptis.

Quo enim ad primum caput, licet videatur vrgere proclama editum sub die 15. Februarij 1461. indicens pęnam furcarum cuicūque scienti, vel audienti scripturas infamatorias seu famosos libellos confici, & fabricatorem non denuntianti, attamen dicto proclamati nequaquam locus est in præsenti facti specie ex pluribus, &

Primo, quia nullum est delictum sine dolo,
1 ideo † cessante dolo tollitur omnis pęna crimi
nalis, iuribus notis, & tradit Clar. q. 63. versi.
Et scienter & dolose, cum alijs de quibus, per
Bonacoss. com. opi. versi. Dolus vbi nō est. Me
2 rito † dolum requiri ad puniendum inquisitū
de famoso libello, in terminis tradit Burs. cōsi.
94. n. 17. 18. & id cauetur statuto criminali ti.
3 de famos. libel. in princ. Hinc dicitur, † iniuriā
alicui fieri non dici sine animo iniuriandi, l. si
non conuicij vbi Doct. C. iniur. late in puncto
libelli famosi Claud. ad Bertaz. consi. cri. 273.
litera D. vers. Secundò requiritur. Ita pariter
4 in materia legitur, quòd † iocose, vel curiose le
gens, vel retinens scripturam famosam, nō autem animo conuiciandi, aliquam pęnam non
incurrit. Ita in puncto Ceph. consi. 341. n. 50.
vers. Et stante. Burs. d. n. 18. Borgni. decis. 35.
5 n. 9. par. 5. Quinimo † si dolus requiritur omnimode in fabricante, multo fortius requiri di
citur in vidente, vel legente, vel sciente vigore
oblationis seu editionis sibi factæ per alterum
vt in casu isto, quia iste talis nil agit ad alterius infamiam, vt in terminis aduertit Cepha.
d. consi. 341. n. 21. De dolo autem Sacerdotis
6 nō constat, nec † is probatur per fiscum, prout
debuit Burs. consi. 94. n. 35. Imo illius dolus
penitus excluditur ex Actis, & vt mox referā.

Secundo igitur dico, quòd sacerdos fuit, & est scriba seu cancellarius Vniuersitatis Hebreorum, & vidit authorizauitque seu authēticauit dictas scripturas ratione sui muneris, tamquam cancellarius, & notarius Vniuersitatis sub prætextu, q; illæmet schedulæ fuissent alias factæ manu Eliæ Meli prædefuncti, & cancellarij pariter prædictæ Vniuersitatis, adeo quòd ipsius Sacerdotis ministerium, & rogitus concernit legalitatem dicti Meli, & authorizationem scripturarum tamquam emanantium a personis publicis, non autem concernit assensum, & scientiam infamię Ciuidalis, & consequenter nec alicuius delicti. Siqui
7 dem † famosus libellus dicitur iniuria verbalis,

lis,licet sit in scriptis redacta.Roma.cons.378
Plot.de iura.in lit.§.46.n.4.Ceph.consi.341.
8 n.41.sed † referens iniuriam ab alio prolatam
nõ dicitur iniuriari, etiamsi relatio esset falsa,
vt optimè post multos tradit Clau.ad Bertaz.
consi.crim.176. in prima additione. Sequitur
Moual.consi.152.n.11.in 2.Ita ergo est dicẽ-
dum in præsenti casu non posse dici iniuriare,
qui scripturam iniuriantem sibi ab altero tra-
ditam vti factam manu publici notarij ex sui
officio legalizat, & authenticat, quia rem actã
agit,& suo muneri incumbit.Hinc in simili di
xit Meno.de arbitr.iud.casu 263.n.41.se con-
9 suluisse in vna causa Mantuana, † illum non
esse puniendum, qui ab authore libelli illius
exemplum transcripsit. Confert,quòd alibi di
10 citur nempe † animum iniuriandi non præsu-
mi.Ruin.consi.145.numc.10.19.& seq. in 5.
Monal.d.consi.152.n.12.

Tertio se ipsum rogauit de illa recognitio-
ne coram Rabbinis sedentibus pro tribunali,
quo sit,vt nullam pœnam ipse mereatur, quia
necesse habuit parere iudicibus. Vnde sequi-
11 tur quod † faciens etiam quid illicitum iussu
iudicis excusatur.l. non videntur facta. §. qui
iussu.ff.reg.iur.quia iussus iudicis facit hoc in
casu de illicito licitum. l.furti.§.qui iussu.Vbi
12 Glo.ff. his qui not.infa.Hinc dicitur † iudicis
seu superioris authoritatẽ excusare. l. quoniã
iudices.C.appell. Conferunt dicta per Ruin.
consi.167.n.7.in 4.& latè firmat decis.Genue
13 33.nu.6.& † iussum iudicis excusare ab iniu-
ria, notat post multos Vuesemb.consi. 22.nu.
4. Et vere cum fuerit Notarius Vniuersitatis
non dicitur dolose se gessisse, quia quod fecit,
14 torum egit ratione muneris, & † faciens,agẽs,
vel assenriẽs ratione officij nil sibi præiudicat,
& nil m…li facit,non enim potest Notarius re-
uocare nec negare rogitum ab eo petitum, &
idcirco nõ dicitur peccare,est enim seruus pu-
blicus.Optime Corn.cons.208.n.2. & 7.in 4.
Bar.in l.sicut.§.non videtur.ff.quib.mod.pig.
Meno.consi.58.n.50.52.& seq.

Quarto præfatas scripturas nedum apparet
fuisse scriptas per Melum cancellarium, sed ẽt
fuisse ordinatas, & formatas a Rabbinis, & a
iudicibus pro tribunali &c. vt ex eorum lectu
ra dignoscitur. Non igitur possunt censeri scri
pturæ famosæ,quia præsumitur pro iudicibus,
vt amore,& bono zelo illas promulgari iusse-
rint, & ratione correctionis Ciuidalis, vt dici-
tur in tertia scriptura,nõ possunt igitur adscri-
15 bi scripruris famosis. Hinc dicitur, quod † di-
cta per officialem, vel ministrum animo admo
nendi, & corrigendi non inferunt iniuriam,
nec talem proferentem teneri,licet verbum so
nans in iniuriam protulerit, Oldrad. consi. 13.
Natt.consi.462.n.20. Baiar.ad Cla.§.iniuria.
16 n.26. quia † iniuria deriuat a solo affectu fa-
cientis.l.3.§.1.ff.iniur. Vuesemb.consi.22.nu
mero 3.

Quinto illæ scripturæ continent consilium
& admonitionem, & fuerunt factæ & editæ,
per modum consilij, vt scilicet homines probi
cauerent a Ciuidali homine nequam, & a si-
17 mulatione &c. sed † verba admonitoria non
subiacent actioni iniuriarũ optimè Natt.cõsi.
462.n.20.Crau.consi.988.n.49. nec morum,
18 quia † iniuria supponit liuorem iniuriantis,&
animum iniuriãdi.l. item apud Labeonem. §.
ait prætor.§.ex his.ff.iniur.Cepha.consi.341.
nu….vbi ait requiri,vt verba sint directa ad al
terius infamiam.Claud.ad Bertaz.cons.crim.
19 237.vers.Secundo requiritur.Et ideo † verba
quæ possunt applicari ad meram iniuriam, &
ad non iniuriam, in mitiorem partem debent
accipi,vt scilicet in corrigendo bono zelo,&
per modum admonendi fuerint dicta.Rui.cõs.
145.n.13.16.18.23.in 4.

Sexto considero, proclama nullo modo pos
se militare in præsenti casu: nam scripturæ illæ
fuerũt(vt dicitur)scriptæ a Melo, & iussu Rab
binorum defunctorum. Vnde cum edictum pu
niat non propalantem fabricatorem taliũ scri-
pturarum, stante morte prædictorum non po-
tuit reuelari fabricator ad finem illum punien
20 di,quia † crimina morte extinguũtur.l. defun
cto.C.publ. iud.l.ex iudiciorum. C. accusat.
Nec aliquo iure cauetur,factorem famosæ scri
pturæ puniri post mortem quoad damnãdam
illius memoriam. Quinimo potius e conuerso
21 legitur † actionem iniuriarum nec actiue nec
passiue ad hæredes transire nisi lite contestata
contra defunctum.§.1.Insti. de perp. & temp.
actio. Vuesemb. d.consi.22. col.1. Confirma-
tur fundamentum: nam in editione libelli fa-
22 mosi primus actus solus est punibilis, ideo † li
bellus semel editus iterato manifestari non di
citur quoad pęnam. Meno.d.casu 263.nu.41.
Ceph.d.cons.341.n.18.19.Ita etiam libellus
semel factus ab vno, non potest dici iterum fa
ctus ab alio habente illum apud se, respectu
23 puniendi illum, & præcipue quia † proclama
illud pęnale est stricti iuris, & exorbitans a iu-
re communi. Vnde cum loquatur in personam
nempe in non manifestante factorem libelli,
non debet extendi in non propalante illius re-
tentorem, vel oblatorem libelli facti per alte-
rum,vt in puncto censuit Ruin. consi.81. n.6.
versi. Præterea quoad dictum Ludouicũ, in 4.

Septimo in dictis scripturis cõtinetur adhor-
tatio,& consilium, vt caueant a Ciuidali, &
discedant ab eius commercio tamquam a per
sona,cui resistere non valebunt,& cuius causa
24 futura sunt scandala,sed † in dolo non dicitur
quis damnum, & scãdalum,quod pro tempore
euenire

euenire potest aliquo pacto depellere nititur,
& consequenter tales scripturæ nullum continent
delictum. Crau.consi.988.n.50.in terminis
libelli famosi.

Octauo ipse Ciuidalis in sua longa scriptura
in Actis producta incipiente, Breue historia
& fedel narratione,& in versi. [Certa cosa è
che qual si voglia fedel Hebræo] & versiculis
sequentibus sæpe apertissime fatetur antiquã
maximam, & omnibus Hebrǽis vndequaque
notoriam amicitiam intercessissé inter se, &
assertos scriptores dictarũ schedularum. Sequi
tur ergo, quòd dici nequit illas scripturas ad
infamiam, & iniuriam Ciuidalis fuisse confectas,
& consequenter non fuisse nec esse dolo-
25 sas, nec aliquod delictũ continere, quia † præsumptioni
iniutiæ amicitia taliter obstat, vt
nunquam amicus amicum iniuriari credatur,
maxime cum scriptores prædicti boni viri ac
optimæ conscientiæ fuerint, ac Dei timorati,
vt asserit extra dentes dictus Ciuidalis vbi supra.
Quo fit, vt nequeant reputari famosæ scripturæ
nec delictum continere, vt diffuse in pũ
cto tradit Crau.d.consi.988. nu.46. & seq. &
consequenter stante notorietate dictæ amicitiæ
cæteri Hebræi de facili cogitarunt dictas
schedulas ad iniuriam amici nequaquam fuis
se directas, & ita dicendum est respectu illorũ
prorsus omnem cessare dolum.

Quo ad secundum caput dico, præfatum Sacerdotem
nullo pacto dici posse falsam attestã
tionem iudicialem subijsse ad hoc saltem, vt
aliqualiter puniri valeat. Siquidem ad hoc vt
26 † falsitas sit punibilis, tria copulatiue requirũtur,
primo quòd veritas mutetur, secundoq;
mutatio fiat ex dolo vero non præsumpto, ter
tio quòd falsitas sit nocibilis. Castr.consi.457
in 1.Rimin.iun.consi.145.n.11.& seq. Hond.
consi.109.n.17.in 1.Baiar.ad Clar.§. falsum.
nu.255. sed imputatio falsitatis Sacerdoti vti
testi deponenti, quod alijs testibus recognoscentibus
non fuit ostensa tota, & integra scri
ptura, sed solæ subscriptiones, nil releuat, & ne
mini nocet. Quia ex osteñsione, supponitur per
fiscum illos testes esse participes delicti, vt qui
viderint scripturam famosam, & illius factorẽ
non manifestauerint. Sed illam scripturam nõ
fuisse famosam, & alicui nocibilem satis probã
ui in declinatione primi capitis. Imo cum stan
27 tibus idem, vt supra narratis satis liqueat † illas
scripturas omnes nec actu nec habitu potuisse
nocere, cum fuerint admonitoriæ scriptæ
a cancellario, & iussu Rabbinorum iudicã
tium, sequitur nec esse locum pænę extraordi
nariæ. Natt.consi. 588.n.21. Rolan.consi.38.
num.45. in 1. Hond.consi.109. num.53. in 1.
Et præcipuè cum ex supradeductis non cõstet
nec constare possit manifeste de crimine, vel
delicto dolose commisso, vt post alios optime
docet Hond.d.consi.109.n.54.
28 Præterea † omnis interpretatio est facienda
supplendo, & impropriando verba, vt falsitas
euitetur. Latè Farin. de testibus q.67.n.105.
& seq. Ideo nunquam falsitas infertur, quoties
possibile est falsitatem non fuisse commis-
29 sam, cum † falsitatis probatio debeat de necessitate
concludere, ita & taliter quòd aliter esse
non possit quam, quod falsitas sit commissa.
Hond.d.consi.109.num.14.15. Sed ipse sacer
dos iurauit se aliud non vidisse, nisi quod ipsis
testibus fuerunt ostẽtæ solæ scripturæ, & si videretur
aliud apparere fuisse dictum per eum,
id omne esse erroneum, quia schedulæ fuerunt
inuolutę per Crassetum solis subscriptionibus
ostensis ipsis testibus, adeo quod si aliud dixit,
id ait esse erroneum, merito pęnam non mere-
30 tur, quia † testis falsum dicens sine dolo non
punitur. Corn.consi.182.n.6. in 4. Baiar.d.§.
31 falsum.n.252. & † in concernentibus propriũ
animum, & sensum alicuius statur illius dicto
iurato. Hond.d.consi.109.n.41. & quòd fuerit
motus ex tali, vel tali causa ad sic dicendum.
32 Farin.d.q.67.n.89. Quinimo † testis credens
dicere verum non dicitur falsus, licet falsum
deponat. Hond.ibidem n.27. & Fari. vbi sup.
numero 86. Et tanto magis non est curanda
33 † variatio istius inquisiti, ex quo nullum com
modum potuit percipere ex tali falsitate, meri
to non potest dici falsitas dolosa, & punibilis,
sed potius in puro errore consistens, diffuse
Hond.d.consi.109.n.23. & ego recordor me
vidisse attestationes Crassetti attestantis de ta
li scripturarum inuolutione, & celatione, vnde
conformat se cum secundo dicto istius te-
stis. Et ideo cum id sit verisimilius, falsitas om
nimode tollitur, maxime alio non probato per
fiscum.

Quo ad tertium dico, talem additionẽ verborum
nullius esse ponderis, vel virtutis, quia
idem importauit simplex prohibitio (quod ne
mo possit se ingerere &c. in negotijs Vniuersitatis
sine licentia) quantum est dicere (quòd
nemo seu aliquis non possit se ingerere &c. in
negotijs Vniuersitatis quocunque modo, &
34 forma nec cum aliqua persona) quia † sermo
indefinitus negatiuè conceptus æquipollet vniuersali,
ac omnem potentiam negat, optimè
omnino videndus Natta, qui ponit exempla
consi.66.n.18.& consi.481.n.20. & seq. nullã
inquam patitur restrictionem talis negatiua
indefinita, & ideo æquipollet vniuersali. Latè
Crau.consi.809.nu.4. & præcipuè cum fuerit
apposita in ordinatione habente vim legis, vel
statuti inter Hebræos, & non in simplici dispo
sitione hominis priuati, vt docet Rube. Alex.
consi.16.n.7.

Respon-

Respondetur secundo, in dicto ordine fuisse impositam pœnam excommunicationis Hebraicæ, ideo alia pœna puniri non debet.

Respondetur tertio, in tali ampliatione verborum non posse dici præiudicatum iuribus Principis, & illius authoritati, vel Vniuersita-
35 tis, quia † in quocunque actu generali & iurato semper intelligitur exceptuata authoritas Principis & superiorum. Gozad. consi. 101. n. 15. facit tex. in l. fin. ff. qui satisd. cog. vbi Ias. & alij. Mandel. consi. 336. nu. 29. Carroc. de locat. fol. 174. q. 12. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 4. §. 7. n. 35. & vere sensit de personis paribus, quia subiunxit illa verba [se non haurà licenza] Adeo quod talis additio, & ampliatio non nocet nec nocere potest, & consequenter non potest subiacere alicui pœnæ falsi, quicquid dicatur in inquisitione, quæ adeo non releuat, quin debeat præfatus sacerdos omnimode absolui. Prout ita &c. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Bona omnia comprehensa in institutione. censentur contenta in fideicommisso, & substitutione.*

2 *Hæres maxime instante fideicommissario, tenetur conficere inuētarium omnium hæreditariorum, & de illorum administratione rationem reddere.*

3 *Hæres tenetur cauere de restituendo bona hæreditaria eueniente casu fideicommissi.*

4 *Hæres grauatus distrahens bona, quæ seruando seruari non possunt, & illorum pretium in eius vtilitatem conuertens, tenetur fideicommissario ad æstimationem.*

5 *Bonorum, quæ seruando seruari non possunt consumptio, seu pretium computatur in legitimā, & Trebellianicam hæredi grauato debitam contra num 10.*

6 *Probibitio alienationis stabilium arguit tantum maiorem affectionem testatoris ad ea, nō autem mobilia in substitutione non contineri.*

7 *Bona mobilia. & se mouentia eatenus per grauatum restituuntur quatenus apud eum sunt, vel eius dolo, & culpa fuerint perempta.*

8 *Mobilium deterioratio, damnum, & consumptio cedit damno fideicommissarij & sufficit hæredi probare, quod per tantum tempus bona ipsa veri similiter fuerint consumpta.*

9 *Allegans deteriorationem, vel consumptionem mobilium euenisse facto hæredis, incumbit onus probandi.*

11 *Inuentarij confectio est antecedens necessarium ad cautionem fideicommissarij quoad restitutionem mobilium.*

12 *Inuentarij confectio per testatorem remitti potest in præiuditium fideicommissariorum.*

13 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

14 *Prohibitio alienationis bonorum est odiosa, & strictissime interpretanda. & ideo prohibitis alienari mobilibus, & immobilibus possunt alienari iura. & actiones.*

15 *Grauatus restituere mobilia & immobilia non tenetur fideicommisso vniuersali, cum non veniant actiones.*

16 *Prohibitio concepta in personam filij non porrigitur ad nepotem, nec facta hæredi nominatiue includit hæredem hæredis.*

17 *Prohibitio alienationis intra certum tempus, vltra illud dicitur permissa.*

18 *Prohibitio alienandi stabilia non extenditur ad mobilia.*

19 *Argumentum de re ad tempus et e conuerso tenet.*

20 *Repetitio comprehensorum in institutione cessat in obliqua substitutione, licet secus indirecta.*

ARGVMENTVM.

Hæres fideicommisso vniuersali, & conditionali grauatus non tenetur ad restitutionem bonorum mobilium, & se mouentium absque dolo, & culpa, morte, vel vsu, & tempore consumptorum.

Testator iubens fieri inuentarium bonorum stabilium, & illorum alienationem simpliciter absque mobiliū mentione prohibens, dicitur ipsorum mobilium restitutionem remisisse.

CONSILIVM CXXXV.

Actiones meæ à Domino.



De duobus contigit dubitari in præsenti causa Pusterla Scaldamatia, Primo an hæres grauatus fideicommisso vniuersali, & conditionali teneatur ad restitutionem bonorum mobilium, & se mouentium de sui natura morte vsu, & tempore consumptorum, seu ad eorum æstimationem.

Secundo, an ex quo testator voluit fieri inuentarium bonorum stabilium, illorum alienationem simpliciter etiam prohibendo absq; alia mentione mobilium, dicatur remisisse prę fatorum mobilium restitutionem ad commodum grauati.

Quoad primum videtur dicendum, hæredē teneri ad bonorum mobilium consumptorum restitutionem, vel saltem ad illorum pretium. Quia

1 Quia † in inſtitutione hæredum vniuerſali te-
ſtator habuit rationem omnium bonorum mo
bilium, & immobilium, merito in fideicom-
miſſo prędicto vniuerſali omnia bona tam mo
bilia quam ſtabilia contineri non eſt dubitan
dum, vt poſt Capr. Pariſ.& Grat. aſſerit Burſ.
conſi.71.n.17.Decia. conſi.44.num.82. in 3.
Honded.conſi.59.num. 11.in 1. Intrigliol. de
ſubſtitut.centur. 3.quæſt.74.nume.109.Ideo
2 † hæres tenetur, inſtante maxime fideicommiſ
ſario, inuentarium omnium bonorum hæredi
tariorum conficere, & de illorum adminiſtra-
tione rationem reddere. l. cum tale. §. 1. vbi
Doctot.& præcipuè Caſtr.ff.condi. & demon.
Late Rolan.de inuent.par.1.q.19.Cacher.de-
ciſ.147.n.22.Cephal.conſi.392.nu.13.& no-
uiſſime Morot.conſi.31.nu.16.17. Ioſ. Ludo.
deciſ.Peruſ.63.col.1.Molin.de Primoge. Hiſ.
lib.1.c.28.nu. 1.& ſeq.Pret.de vlt. volun.fol.
3 503.n.53.& ſeq. Quare † etiam tenetur caue-
re, & ſatiſdare de reſt.tuendo bona hæredita-
ria, eueniente caſu fideicommiſſi.l. hæc ſtipu-
latio.ff.vt leg.nom.caue.l.cum Archimedorã.
C.vt in poſſ.leg. Bero.q.118.Marzar.de fidei-
com.q.5.Ioſ.Ludo.d.deciſ.63.n.2.Odd.conſ.
95.n.44.Morot.d.conſi.31.n.18.Vnde ſequi-
4 tur quòd † ſi hæres grauatus fuerit culpoſus,
vel negligens in diſtractione dictarum rerum,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ſiue etiã fue
rit diligens in eorum alienatione, & illorũ præ
tium exegerit, & dummodo in eius vtilitatem
& commodum dictas res, vel earum pretium
conuerterit, ad illorum æſtimationem omni-
mode tenetur ad hæreditatis ſeu fideicommiſ
ſarij commodum, vt reſoluit Rip.in l Cẽturio.
n.40.ff.vulg.vbi declinat contraria, vbi etiam
Soci.iun.nu.169.verſ.Vel ſecundo. & ibidem
Galliaul.n.216.Bertaz.conſi.ciuil.87.nu.23.
Morot.dicto conſ.31.n.20.in fine vſque num.
5 27.Sicuti etiam videmus in ſimili, † talium bo
norum conſumptionem, vel pretium computa
ri in legitimam, & Trebellianicam debitã hæ-
redi grauato. Morat. vbi ſupra num. 25. addo
Hond.conſi.59.n.14.15.in 1.

Quod ſecundum dicitur, teſtatorem voluiſ-
ſe fieri inuentarium ſtabilium, non tamen re-
miſiſſe ſeu prohibuiſſe deſcriptionem mobiliũ
vnde dicitur illam remiſiſſe diſpoſitioni iuris,
ſicuti nec per expreſſam prohibitionem ſtabi-
lium dicitur remiſiſſe onus reſtituendi mobi-
lia, & reſtrinxiſſe fideicommiſſum ad ſtabilia,
6 quia † mentio ſtabilium prohibitoria arguit ſo
lummodo maiorem affectionem teſtatoris ad
ſtabilia, non autem operatur, quin ſubſtitutio
fideicommiſſaria non comprehendit mobilia,
vt aduertit Soci.conſi.249.col.penult. in 3.q.
princ. in 2.Socin.iun.conſi.130. num. 14. 15.
16.in 1.

Non tamen mihi taliter arrident præallega
ta, quin eam in vtroque capite in contrariam
ſententiam. Siquidem ſi bona mobilia, & ſe
mouentia veriſimiliter de ſui natura morte
fuerint perempta ac vſu, vel tẽpore cõſumpta
abſque dolo hæredis grauati, vel abſque illius
culpa dolo proxima non reſtituuntur nec im-
putantur, ſed id omne cedit periculo hæredi-
7 tatis, quia † dicta bona ea tenus reſtituuntur,
quatenus apud hæredem ſunt, vel ipſius gra-
uati dolo, vel culpa fuerunt perempta, vel con
ſumpta, & non aliter. text. in l.mulier.§.ſed
enim.l.deducta.§. ante diem.ff. ad Trebell. &
id pro regula tradit Bar.in l. quoad præſens.n.
2.verſi.Item dicitur.C.murileg.lib.11.Afflic.
deciſ.13.n.27.Deci.conſi.85.num.40. Pariſ.
conſi.55.n.27.in 2.& conſi.57.num.26. in 3.
Borgni.de vſufr.num.111.in fin.Gabr. conſi.
138.num.39.in 2.Intriglio. de ſubſtit. centu.
3.q.74.num.111. ea enim videtur ſubeſſe ra-
tio, quòd cum teſtator fecerit fideicommiſſum
conditionale habens tractum temporis, vſum
8 bonorum hæredi dicitur cõceſſiſſe, & ideo † il-
lorum decrementum damnum, & conſumptio
in illis contingens periculo fideicommiſſarij
cedere poſt plures aſſerit Pereg. de fideicom.
artic.10.num.39.& firmat vltra præcitatos
Burſ.d.conſi.71.num.17.Decia.conſi.49.nu.
14.in 2.& conſi.44.nu.82.& ſeq.in 3.Bertaz.
conſi.ciuil.58.num.45.Rimin.iun.conſ.459.
num.18.& ſeq.& late tuetur Pret. de interpr.
vlt.volun.fol.351.num.12. & ſeq. adeo quòd
ſatis conſtat hanc eſſe crebriorem, & ſaniorẽ
ſententiam. Et in propoſito ſufficit hæredi pro
bare, quòd per curſum tanti temporis veriſi-
militer bona iſta fuerunt conſumpta. Afflict.
deciſ.13.num.27.Peregr.d.artic.10.num.40.
9 Pret.d.num.12. & † ſiquis allegat id eueniſſe
facto hętedis doloſo, vel culpoſo, id debet pro-
bare. Idem Peregr.vbi ſupra num.41.Bertaz.
conſi.ciuil.58.num.46.Pariſ.conſi.25.nu.78.
10 in 2.Et quod dictum eſt † de imputatione, il-
la opinio eſt erronea, & omnino ſpernenda, &
contraria eſt communiter recepta. Peregr.d.
art.10.num.44.maxime ceſſante dolo, & cul-
pa hæredis.

Pariter reſpectu limitatæ iuſſionis inuenta-
rij, & prohibitæ alienationis quo ad ſtabilia
11 dico, quòd † inuentarij confectio eſt antece-
dens neceſſarium ad cautionem fideicommiſ-
ſarij quo ad reſtitutionẽ mobilium, quia ſi de
illis non fieret inuentarium, nec de illis con-
ſtare poſſet, vt poſt Caſtren.Alex. & Iaſ.tradit
Rolan.de inuentario par.fin.q.vltima num.9.
vbi etiam poſt multos alios ſubiungit, impoſſi
bile eſſe vt daretur cautio, & fideiuſſio de re-
bus reſtituendis ſi non fieret inuentarium, &
conſequenter cautio, & fideiuſſio redderetur
incer-

12 incerta ac inanis. † Quam quidem inuentarij confectionem testator potuit remittere in præiudicium fideicommissariorum. Si enim fuit in ipsius testatoris potestate nil relinquere iure fideicommissi, multo magis potuit fideicommissum limitare ad stabilia tantum. Alc. cons. 82.n.13.& seq.in 2.Ctau. consi.174. col. fin. Rui.consi.69.col.fin.in priu.in 2.cum relatis, per Rolan.de inuent.par.3.q.penult. n.3. Ios. Lud.decis.Perus.63.n.4.

Nec dicatur, testatorem non remisisse inuẽtarium mobilium nec illorum permisisse alienationem, vnde dicitur id remisisse iuris dispositioni.

13 Quia respondetur, † inclusionem vnius esse exclusionem alterius. Vnde cum inuentarium stabilium confici iusserit testator, aliorum descriptionem dicitur omisisse. l. cum prætor. ff. iudic.& in terminis nostris arguit Decia. cõsi. 49.numero 63.versi. Neque demum hoc omitto.in 2. Quod tanto magis credendum est, ex quo prohibuit sola stabilia alienari nulla habita mentione mobilium, quo fit, vt necessario illorum inuentarium dicatur remisisse vna cũ onere restituendi, quia inuentarium nõ est necessarium, quando res non subiacent restitutioni, vt in præsenti casu stante limitata prohi-

14 bitione stabilium: nam † huiusmodi prohibitio alienationis bonorum est odiosa, & strictissime interpretanda, & ideo prohibitis alienari mobilibus, & immobilibus possunt alienari iura, & actiones. Dec.consi.639. num.7. & seq.Decia.consi.49.nu.65.in 2. Præterea

15 † grauatus restituere bona mobilia, & immobilia non tenetur fideicommisso vniuersali, quia actiones in restitutione non comprehenduntur.l.Caius.in princ.ff.leg.2.Peregr.de fi-

16 deicom.art.5.nume.43. Ita † prohibitio concepta in personam filij non porrigitur ad nepotem, quia non egreditur personas nominatas, & prohibitio facta hæredi nominatiuè non includit hæredem hæredis. l. Lucius.§.Sempronius.ff.leg.3.deci.Mant.125.n.2.sicuti etiam

17 † prohibitus alienare intra certum tempus, vltra illud dicitur permissa ipsa alienatio. l. pater filium.§.fundum.vbi Docto.ff.leg.3. Glo. Barto.& alij in l.peto. §.fratre. ff.leg.2. decis. Mant.75.nu.7. Vnde idem dicendum est re-

18 spectu rerum, nempe quòd † prohibitio alienã-

19 di stabilia non extendatur ad mobilia, † quia tenet argumentum de re ad tempus, & de tempore ad rem.l.miles ita. in princ. ff.testa. mili. Ias.in l.si ex toto.§.fin.col.pen.ff.leg.1.& ita in puncto firmat Decia.consi. 49.n.64. & seq. in 2.omnino vidẽdus. Quibus præcitatis vim non facit, si dicatur bona mobilia fuisse comprehensa in institutione vniuersali, & ideo cẽseri repetita in substitutionibus; Quia re-

20 spondetur † talem repetitionem cessare in obliqua substitutione, licet secus in directa. Ceph. consi.523.nu.58.& seq.

Contraria non obstãt, quia ex præcitatis satis patet illa nullam vim facere. Quo enim ad primum caput illud non procedit circunscriptis dolo, & culpa hæredis. Et respectu secundi dicitur, contrarium sententiam esse veriorem, stantibus maxime concurrentibus prænarratis in præsenti facti specie, nempe limitata confectio inuentarij, & alienandi prohibitio ad sola stabilia relata, ex quibus talem fuisse mentem testantis optime dignoscitur nedum quo ad maiorem affectionem ad stabibilia, sed etiam quo ad remissionem oneris restituendi mobilia. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Sacrilegium est de Principis potestate disputare, cum in suo statu omnia possit.

2 Principis potestas in controuersiam duci non potest.

3 Principi nemo dicere potest Cur ita facis, quia quod facit vt Deus facit.

4 Princeps potest de absoluta potestate tollere ius tertio quæsitum, etiam si agatur de graui præiuditio, & n. 40.

5 Potest iubere vt detur fides vnico testi examinato licet non generaliter saltem certis in casibus, contra n.10.& seq.& nu.44.

6 Idem per consuetudinem induci potest.

7 Princeps verò æquo animo patitur, vt veritas, & iustitia defendatur.

8 Vult omnes suos actus a iustitia fori, & poli regulari, nihilque ei placet nisi quod iustum, & honestum est.

9 In ore duorum, vel trium stat omne verbum.

10 Princeps, & Rex nullum recognoscentes superiorem nõ possunt statuere, vt vnico testi credatur, maxime quando agitur de præiuditio tertij, & etiam quando proceditur sola facti veritate inspecta, & n.11.& 12.

13 Non possunt ordinare, vt detur fides in solemni transumpto instrumenti.

14 Nec q credatur dicto vnius partis cõtra alteram.

15 Papa non potest statuere, vt credatur dicto testis non iurati.

16 Legi non est prohibitum disputare de mente, voluntate & scientia Principis.

17 Intentio Principis dicitur esse talis qualis de iure esse debet.

18 Princeps dicitur velle tantum, quod iura volunt, & nolle q nõ potest velle de potestate ordinaria.

19 Disputare de Principis potestate licet circa ea, quæ sunt iuris positiui, non circa quæ sunt iuris diuini, vel gentium.

20 *Principis proprium est ex sola potestate ordinaria subditorum commodis inuigilare.*

21 *Nunquam præsumitur vsum plenitudine potestatis cum id sapiat tyrannidem, & n.22.*

23 *Nunquam dicitur velle nisi quod licitum, & honestum est.*

24 *Princeps aliquid faciens de plenitudine potestatis, quod alias sine ea facere nequiret, peccat mortaliter.*

25 *Si facit aliquod iniustum Deum habet vltorem.*

26 *Posse malum non est posse sed a potentia deficere.*

27 *Princeps non potest sine causa aliquod iniustum statuere.*

28 *Iustitia vbi non habitat, ibi non est habitandum.*

29 *Illa remota Regna nil aliud sunt quam magna latrocinia.*

30 *Regna de gente in gentem transferuntur propter iniustitiam.*

31 *Princeps non debet vti plenaria potestate sine magna causa.*

32 *Charitas bene ordinata requiritur in Principe in tollendo iure quæsita.*

33 *Princeps terrenus tenetur imitari cælestem.*

34 *Vti animal rationale, mortale, licet sit Dominus legum positiuarum, est tamen ligatus dictamine rationis.*

35 *Quæstio potestatis Principis intelligitur de iuridica, bona, & laudabili.*

36 *Deus constituit suum Vicarium in terris non simpliciter, sed in fide, veritate, & iustitia.*

37 *Conclusio, quod Principi placuit legis habet vigorem, intelligitur dummodo iuri naturæ, vel gentium non deroget.*

38 *Principis commissio licet contineat clausulam, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, tamẽ non præsumitur iure diuino velle præiudicare.*

39 *Princeps non præsumitur velle excedere iuris terminos in tertij præiuditium, nisi in aliquo modico si id faciat per legem generalem, licet secus ad præiuditium certæ personæ.*

41 *Non potest sine iusta causa aliquem priuare iure suo.*

42 *Quando non potest aliquid facere sine iusta causa æquiparatur priuato.*

43 *Vtendo potestate absoluta in iusta causa motus præsumitur, nisi probetur, maxime in his quæ sunt iuris diuini, vel gentium, & n.44.*

45 *Causa iusta in Principe vbi probatur debet esse talis, quæ respiciat publicam, & non priuatam vtilitatem.*

46 *Princeps tenetur de suo resarcire indemnitati damnum passi causatum ex actu facto de potestate absoluta etiam cum iusta causa.*

ARGVMENTVM.

Princeps non potest, nec præsumitur velle statuere, vt vnico testi credatur in tertij præiuditium, vbi multa ad propositum pulcra.

CONSILIVM CXXXVI.

Actiones mea à Domine.

1 SAcrilegium † est disputare de
Principis potestate, cum Prin-
ceps in suo statu omnia possit.
l. disputare. C. crim. sacrileg.
2 Ideo † potestas Principis in cõ
trouersiam duci non potest. Berret. consi. 134.
3 nu. 36. Nemo † inquam potest dicere Princi-
pi, cur ita facis? quia quod facit Princeps, fa-
cit vt Deus. Boss. de Princip. n. 70. & de sui po
testate absoluta potest lædere & tollere ius ter
tij acquisitum medio iuris, etiam si agatur de
graui præiudicio. Cur. iun. consi. 174. nu. 8. &
4 9. Quanto fortius igitur † potuit iubere, vt de-
tur plena fides vnico testi examinato contra
Dominos Garrottos solam nudam spem, &
imperfectam habentes, ac in dubio litis euen-
tu fundatam. Bar. in l. is potest n. 7. sequentib.
Concludendum igitur videtur Principis com
missionem, vt vnico testi credatur, iuri conso-
nam esse, ex quo id potest statuere, & licet nõ
generaliter, attamen in certis casibus. Ita
Abb. post Innoc. in cap. Nuper. de testib. Ias.
in repet. l. admonendi. nu. 191. ff. iureiur. Ma-
5 thesil. singu. 51. vbi id extendit † posse induci
per consuetudinem, & late comprobat Magd.
de num. testi. c. 31. n. 38. & seq.

Non possum tamen acquiescere, vt Serenis
simus Dominus noster Princeps iustissimus, &
amator iustitiæ voluerit per huiusmodi iussio-
nem tollere ius quæsitum Dominis Garrottis
ex dicto vnici testis varij, contrarij sibi ipsi, &
pluribus defectibus laborantis, Idcirco dico
talem commissionem debere regulari secun-
dum tramites iuris, secundum quos censetur
7 voluisse se conformare, cum † verus Princeps
æquo animo patiatur, vt veritas & iustitia de-
fendatur Gail. libro primo, obseruat. 14. num.
sexto, & libro secundo, obserua. 58. numero 7.
8 Et † nunquam dicitur Principi aliquid place-
re, nisi quod iustum, & honestum est, cum ve
lit omnes actus suos regulari a iustitia poli, &
Fori. Bald. in l. 1. num. 1. ff. consti. Prin. Quod
eo magis dicendũ est in præsenti casu, vbi a-
geretur de alteranda dispositione emanata a

9 iure diuino sanciente, vt † in ore duorum, vel trium stet omne verbum ca. Nouit. de iudic. cap. Cum esses. cap. Relatum. de testibus Quo
10 fit, † vt Princeps, & Rex nullum recognoscẽs superiorem non potest statuere, vt vnico testi credatur, cum non possit contra ius diuinum aliquid statuere, vt in terminis tradit Roma. singu. 361. Tu scis, quòd dispositio. Late Cro. de testibus numero 219. 221. & sequen. alios congerit Gabr. titu. de testibus conclus. prima numero quinto, sexto, & numero 11. Decian. consilio 92. nu. 6. in 2. vbi id extendit in Summo Pontifice. Petra de fideicom. quæstio. 13. numero 561. Mascar. de probat. conclus. 11. numero 10. Farin. de testibus quæst. 63. num. 8. 9. vbi testatur de receptiori, & quòd ab ea in iudicando non sit recedendum. Quæ conclu-
11 sio potissimum procedit, † quando agitur de præiudicio tertij Felin. in cap. Constitutus limit. 7. extr. de rescript. Ias. in l. Iusiurandum, quod ex conuentione in princ. numero .... ff. iureiur. Gabr. d. conclus. 1. numero sexto, Farina. alios adducens d. q. 63. numero vndecimo, vbi numero decimo tertio, post plures am
12 pliat etiam † in causa, in qua proceditur sola facti veritate inspecta, Idem late tradit Ios. Ludou. conclus. 70. ampliat. 3.

Confirmatur præcedens axioma, quia etiã
13 in simili videmus, † Principem non posse ordinare, vt detur fides in solemni exemplo seu transumpto instrumenti. Ruin. consilio 215. numero 18. in 5. Felin. in cap. Cum olim col. 10. in princ. de re iudic. Didac. pract. quæstio. cap. 21. numero 2. Bertaz. consilio ciuil. 114. num. 16.

14 Nec † quod credatur dicto vnius partis cõtra alteram Felin. loco mox citato.

15 Quinimo † nec Papa potest statuere, vt credatur dicto testis non iurati. Bursa. consi. 192. num. 19.

Quare dicendum est Serenissimum Dominum dedisse iussionem iuxta iuris dispositionẽ regulandam, ac ex sola sui ordinaria potestate emanatam, vt scilicet detur fides vnico testi, prout iuris est, non autem absoluta, vt mox referam.

16 Ad obiectum igitur respondetur, † vtique interdictam esse disceptationem circa Principis potestatem, non autem prohibitum legi, disputare de eius mente, & voluntate, & scientia. Gail. dicta obseruat. 14. numero sexto, & obseruat. 58. num. septimo, & ideo non est absonum quærere, quomodo debeat intelligi cõmissio, vt detur fides dictis Cassanouæ cum id debeat interpretari, dummodo id sit de iure, & illius attestatio a iure recipiatur. Quia
17 † intentio Principis dicitur esse talis, qualis de iure esse debet. Cacher. conf. 31. nu. 59. 60.
18 & † dicitur velle tantum, quod iura volunt, & nolle, quod non potest velle de potestate ordinaria. Purpur. consilio 156. nume. 4. Quo fit,
19 † vt leges vetantes disputationem circa potestatem Principis procedant respectu eorum, quæ sunt iuris positiui, non respectu eorum, quæ sunt de iure diuino, vel gentium. Crauc. de antiq. tempor. par. 1. in princ. numero 38. & seq. Menoc. libro secundo, præsump. 10. num. 56. & præsump. 9. numero 28. In proposito igitur talis commissio non præsumitur data a Serenissimo de sui potestate absoluta, sed de or-
20 dinaria, † cum Principis sit proprium ex sola potestate ordinaria subditorum cõmodis inuigilare. §. fin. Auth. Vt iud. sin. quoque suffr. Mazzol. consi. 4. numero 157. & consequenter
21 † nunquam præsumitur Principem fuisse vsũ potestatis plenitudine Ruin. consilio 56. n. 5. in 5. Cioffi. consilio primo, numero 81. in r.
22 Berret. consi. 14. numero duodecimo, cum † id sapiat tyrannidem, secundum Didac. libro 3. variar. resolut. cap. 6. nu. 8. Maluas. consi. 94. num. 17. Thesau. decis. 91. num. 1. & per totã,
23 vbi subiungit, † verum Principem nunquam dici velle, nisi quod licitum sit, & honestum. l. nepos Proculo. ff. verbo. significa. Quinimo cum talis ordinatio videretur alioquin directa ad declinandum id quod fuit a iure diuino dispositum, a mẽte veri pij ac Christiani Principis alienum esse non est ambigendum, cum non dicatur in hoc velle vti potestatis suæ amplitudine in animæ suæ detrimentum. Quia
24 † quando Princeps aliquid facit de plenitudine potestatis, quod alias sine dicta potestate facere nequiret, peccat mortaliter, cap. Faciat. 22. quæstione prima. Alciat. consilio quinto, numero decimo sexto, libro quarto. Gram. vot. vlt. numero decimo, & vot. 32. nu-
25 mero 8. & † si facit aliquid iniustum, Deum habet vltorem. Didac. variar. resolut. libro 3.
26 cap. 6. numero 8. in fin. Quia † posse malum, non est posse, sed a potentia deficere. Craue. consilio 296. colum. vl. versi. Venio nunc. Ni-
27 mirum † si de potestate ordinaria non potest aliquid iniustum sine causa statuere. Bal. in l. fin. numero quarto, C. sent. rescin. non poss. &
28 † vbi iustitia non habitat, ibi non est habitandum, vt scribit Calcau. consilio 32. numero se
29 cundo ex quo † semota iustitia nil aliud sunt regna, nisi magna latrocinia, vt post Beatum August. tradit Ioan. Andr. in procem. decret.
30 & ideo † propter iniustitiam regna de gente in gentem transferuntur. cap. Si de rebus 23.
31 quæstione septimo, Princeps † ergo ex prædictis non debet vti potestate sua plenaria sine magna causa. Natta consilio 122. numero
32 15. Vnde † bene ordinata charitas requiritur in Principe in tollendo iure quæsito. Deci. iuc.

in c.Quæ in ecclesia.nu.29.versi. Resoluendo
33 primo de constitu.cum † terrenus Princeps te
neatur imirari cęlestem. Gram. decis. 5. num.
37.ne alias se male gerendo dicarur abuti præ
eminentia potestatis sibi a Deo concessæ.Prin
34 ceps † inquam est animal rationale morale,
quare etsi sit Dominus legum positiuarum,est
tamen ligatus dictamine rationis. Rimin. iu.
consilio quadragesimo quinto, numero 76. &
87. vbi numero quadragesimo quinto, 49. &
35 seq. ait † quæstionem potestatis Principis in-
telligi de iuridica,bona, & laudabili. Hinc vi-
36 demus † Deum constituisse Vicarium suum
in terris, non quidem simpliciter, sed in fide,
veritate, & iustitia. Curt.iun.conf.157. num.
37 12. Ideo † conclusio dictans, Quod Principi
placuit,legis habet vigorem, debet intelligi,
dummodo iuri naturæ, vel gentium non de-
roget. Rimi.iun.consilio 51.numero 39.Mul-
to fortius ergo nec deroget iuri diuino, vt di-
38 xi. Quo fit, † vt si in Principis commissione
adsit etiam clausula, ex certa scientia, & de
plenitudine potestatis,adhuc non præsumitur
velle iuri diuino præiudicare. Barba. consilio
162. numero trigesimo octauo, in 2. Maximè
cum ralis iussio vergat in magnum præiudiciũ
39 tertij, ex quo † Princeps non præsumatur vel-
le excedere iuris terminos in tertij præiudi-
cium, uisi in aliquo modico. Gl. in l. quoties.
C.precibus Imper.offer.Bald.in l. 1. prima le-
ctur. numero sexto, C. constitu. Princip. &
dummodo id faciat per legem generalem, se-
cus ad præiudicium certæ personæ, quia id nõ
potest facere.Bar.in l.omnes populi.in quinta
quæstione princ.ad fin.ff.iust.& iur.Ruin.con
silio sexagesimo secundo, numero 9. in 5. In
40 proposito igitur licet † certis casibus potest
Princeps, & ex certa causa alterare disposita
a iure diuino, & illud ius limitare, vt scilicet
certis in causis ex rationabili causa vnico testi
credatur, vt in obiecto, v. g. in casu necessita-
tis, vel publicæ seu euidentis vtilitatis, prout
vlrra deductos in motiuo asserit Farin. de testi
bus quæstione sexagesimo tertio,numero duo
decimo: Attamen in præiudicium certæ per-
sonæ id facere nequit ex sui potestate ordina-
ria, vt dixi, auferendo illi personæ ius quæsi-
tum sibi a iure, illique graue præiudicium in-
ferendo, vt late deduxi in fundamentis.

Præterea ex abundanti dico, quòd si quis
vellet affirmare Serenissimum Dominum vti
voluisse plenitudine potestatis, attamẽ adhuc
dicitur id procedere tantum subsistente iusta
ac probabili causa, de qua hic non constat,
41 quia† Princeps sine iusta causa non potest pri
uare aliquem iure suo. Deci.consilio 537.nu-
mero quinto, & sexto, Socin.iun. consilio 65.
numero 5.6.in 2. Bello.consi.2. num.9. Beci.
consilio 3.num. 50.Rolan. consi.69. num.23.
42 in 2. nam † quando Princeps non potest ali-
quid facere sine causa æquiparatur priuato.
Dec.in l.mutare consilium. in fin.ff. regu.iur.
Menoch.libro 2.præsumpt.10.nume.54. Imo
43 † in Principe vtente potestate absoluta, iniu-
sta causa præsumitur,nisi aperte probetur.Ru.
consi.80.nu.10.& consi.95.num.9.in 3. Soc.
44 iun.consi.65.numero 6.in 2.maxime † in his,
quæ sunt iuris diuini, vel gentium. Menoch.
lib.2.pręsumpt.10.n.34.52.Berret. consi.14.
nu.10.Vuesemb.consi.48.n.43.& dato quòd
45 appareret † de causa, debet esse talis, quæ re-
spiciat vtilitatem publicam principaliter non
priuatam,vt in præsenri casu.l.Lucius.ff. eui-
ctio.Beci.consi.3.nume.50.in fin.& consi. 56.
num.33.Sim.Pret.de interpret. vlt. volun.fol.
25.col.3.nu.7.Thesaur.decis.91.num.1.in fi.
Honded.consi.86.nu.5.in 1. Quid plus? data
46 † etiam iusta causa in Principe, attamen illo
in casu tenetur de suo resarcire indemnitati
damnum passi per talem actum factum ex po-
testate absoluta.Dec.consi.357.n.6. versi.Po-
stremo. Soci.d.consi.120.col.7.Pinel. in rub.
C.rescind.vend.par. 1.n.24. Berret. consi.14.
n.11.Eugen.consi.50.n.9.Hond. dicto consi.
86.num.6.

Quibus sic se habentibus nullo pacto dicendum est Serenissimi Domini optimi Principis mentem fuisse, vt attestationi Cassanouæ omnimode fides debeatur, in totalem perniciem Dominorum fratrum de Garrotis, sed per ipsum attestata secundum iuris,& legum dispositionem fore recipienda, saluo semper &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas stricte, ac rigorose interpretanda est contra eum, qui se prætendit immunem, & numero 20.*

2 *Immunitas ab oneribus est contra publicam vtilitatem.*

3 *Onus difficilius sustinetur per paucos, quam per plures.*

4 *Priuilegium est stricte interpretandum quando alienum ius tangit.*

5 *Onerum remissio, seu ius immunitatis, quidquid sit in alys beneficys, est stricte interpretanda.*

6 *Immunitas non extenditur de similibus ad similia.*

7 *Immunitas concessa pro se, & posteris non comprehendit natos ex fæminis, nec includit casum publicæ vtilitati contrarium.*

8 *Immunitas præsumitur personalis, & non realis.*

9 Im-

9 *Immunitas concessa pro se, & successoribus non comprehendit successores singulares.*

10 *Immunitas non extenditur ad bona postea quasita.*

11 *Priuilegium immunitatis est quadam nuda cancessio, qua non transit in contractum, pracipuè quando habet causam successiuam.*

12 *Priuilegium immunitatis habet vim quandam pollicitationis in futurum.*

13 *Priuileginm immunitatis subdito datum sine causa tolli potest.*

14 *Munera subire quilibet inuitus cogitur, nisi constet munerum vacatianem fuisse concessam.*

15 *Immunitatem sibi seruari petens dicitur fateri iam fuisse subiectum.*

16 *Verbis priuilegiorum tenaciter est inharendum, & debent accipi stricte, & non vltra quam sonent.*

17 *Priuilegiorum tenor ad vnguem est seruaudus.*

18 *Principem voluisse non creditur, quod non expressit.*

19 *Qua speciali nota digna sunt si non exprimantur censentur neglecta.*

21 *Immunitas concessa pra certo casu, & pro certis rebus ad alia non specificata extendi nequit.*

22 *Exemptianis limitata causa, limitatum producit effectum.*

23 *Priuilegia non sunt trahenda ad cansequentiam.*

24 *Indiuiduum alicuius speciei vbi reperitur expressum, alia indiuidua eiusdem speciei in illa dispositione non cantineutur.*

25 *Priuilegium vt includat immunitatem ab onere factionum, & purgandi fossas, quibus verbis sit opus relatiue.*

26 *Confirmationis natura est roborandi, non autem extendendi.*

27 *Confirmatio generalis facta per Principē restringitur ad insta, & licita tantum.*

28 *Princeps nunquam dicitur confirmare leges, ritus, statuta, vel consuetudines subditorum, qua suam potestatem minuunt.*

29 *Verba generalia priuilegij, & confirmationis restringuntur ad prius specificata.*

30 *Verba generalia ex adiuncto salent declarari.*

31 *Exemptio aliquorum tendens ad damnum enorme caterarum non debet attendi, sed reuocari.*

32 *Dispositio qualibet ab initio aqua, & concessibilis, si ex processu temporis ab noniter emergentia reddatur grauabilis, & iniqua debet reuocari.*

33 *Recedere licet a quacunque dispositione ex superueniente causa.*

34 *Promissio qualibet debet intelligi secundum statum temporis in quo vigebat tempore promissionis.*

35 *Priuilegium immunitatis licet amplissimum, & generalissimum non est seruandum, quando aliorum nires, vel facultates non suppetunt seu cum magno scandala.*

36 *Priuilegia generaliter indulta non includunt casus publica vtilitati contrarios.*

37 *Ecclesiastici tenentur ad onera purgationum canalium, & aquarum publicum interesse concernentium, licet regulariter sint immunes.*

38 *Consuetudo est difficilis, imo reputatur impossibilis probationis.*

39 *Consuetudinis probatio debet de necessitate concludere.*

40 *Testes super consuetudine debent esse contestes, non autem singulares saltem circa actum, & tēporis identitatem.*

41 *Testes ad probandam consuetudinem tria deponere debent, nempe de actuum frequentia quodque ex his colligatur consensus totius, aut maioris partis populi, & cursum temporis.*

42 *Consuetudo vt dicatur prabata, constare debet multitudinem actuū fuisse factam a populo ad finem illam inducendi.*

43 *Consuetudo tantum operatur quantum est prascripta, & non aliter.*

44 *Consuetudo prascripta, vt inducta dicatur in actibus negatiuis, debet constare de interpellatione ad soluendam, vel onera subeundum multoties facta, & de continuata recusatione.*

45 *Prascriptio in iuribus negatiuis non currit nisi à die contradictionis.*

46 *Libertas, vt prascribatur requiritur factum vtentis.*

47 *Quod non est populus ignorat, nec per silentium actus reuocatur.*

48 *Consuetudo ex simplicibus non actibus non inducitur, & n. 49. & 50.*

49 *Consuetudo ex actibus negatiuis induci potest.*

50 *Consuetudo tantum valet. quantum habet de vsu, vel de actu, & non vltra & n. 57.*

51 *Onera subire omnes de iure tenentur, nisi constet alicui illarum vacationem fuisse concessam.*

52 *Consuetudo, vt dicatur inducta aduersus legem, vel statutum, debet probari actus ex quibus fuerit inducta.*

53 *Accidens non datur sine subiecto.*

54 *Natt consi. 406. n. 20. & 21. reprobatur.*

55 *Actus ad inducendam consuetudinem debent cōcernere factum vniuersitatis prascribentis, non alterius.*

56 *Consuetudo est tacita ciuium conuentio, & habet tantum de potentia, quantum de actu.*

57 *Consuetudo illos tantum arctat contra quos fuit vsa, & non extenditur de vna persona ad aliā, nec de vno ad alium actum.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium immunitatis concessum pro bonis, & fructibus non extenditur ad onera factionum, & purgandi fossas, nec ad facultatem libere extrahendi boues, aliaue animalia, nec non eorum pelles, &c. id genus.

Consuetudo non soluendi onera, seu collectas, quomodo inducatur, & probetur, quantoque tempore præscribatur.

CONSILIVM CXXXV.

Actiones meæ à Domino.



Communitas Guidicioli, sub prętextu priuilegiorum alias sibi a Principibus, & Dominis Mantuæ concessorum, & nouissime sibi per Sereníssimum Dominum nostrum cōfirmatorum, prætendit se seu illius homines esse exemptos ab onere factionum, nec non ab onere purgandi seu excauandi fossas Pozzoli, Molendinorum Voltæ ac Sancti Petri de Vngaria; Insuper & eorum vigore sibi competere facultatem libere extrahendi boues aliaue animalia cuiuscunque generis, illorumque coria, pelles, & cętera id genus, prout in actis.

Et ad probationem iurium eius produxit decretum vnum Ducale continens præfata eius priuilegia signatum sub die 25. Nouembris 1587. Pariter & produxit nonnullos articulos, super quibus examinati fuerunt testes ad probandam consuetudinem immemorabilem, seu potius consuetudines immemorabiles concernentes libertatem dictorum hominum a præfatis oneribus, & extrahendi, vt supra, fueruntque conscriptæ allegationes satis prolixæ ad fauorem prædictæ Vniuersitatis, quæ neutro ex capite in dicta prætensione audiri meretur.

1 Agitur enim de immunitate† quæ stricte ac rigorose interpretanda est contra eum, qui se prætendit immunem Bald. consilio 112. in fi. in 1. Cotta verb. Immunitas. il primo in fin.
2 Dec. consilio 322. colum. 2. quia † immunitas ab oneribus est contra publicam vtilitatem. l. 1. ff. iur. immun. l. fin. ff. constit. Princip. Bero. cosilio 148. numero 37. in 2. & hoc patet sensui, cum vere tractetur de multorum præiudi-
3 cio, † cum difficilius sustineatur onus, quod pauci portant, facilius autem quando distribuitur in plures, vt notat. in decis. Mant. 35. numero septimo, Cephal. consilio. 553. num.
4 12. & † priuilegium est strictim interpretandum, quando alienum ius tangit Rimin. iun. consilio 525. numero quinquagesimo tertio, Ideo dixit Alci. consilio septimo, numero 21.
5 in 4. quod † quidquid fit in alijs beneficijs, in remissione onerum, seu iure immunitatis, hoc obseruandum est, vt stricta fiat interpretatio. Idem ait Surd. consilio 313. numero 16. & sequenti Gall. consilio 25. numero 96. & ideo
6 † nullatenus extendendam de similibus ad similia, nec de re ad rem, tradit Decia. consilio secundo, numero decimo quinto, & consilio quinto, numero septimo, in 4. Lanar. consilio sexagesimo quinto, numero 27. & consilio 76. numero 24. Borgni. decis. 38. numero 18. in 1.
7 Hinc videmus † immunitatem concessam pro se, & posteris non comprehendere natos ex fęminis. Alcia. consi. 7. numero 22. in 4. Anguil. consilio 54. numero 27. Nec vnquam includit casum publicæ vtilitati contrarium. Surd. consilio 313. num. nonagesimo septimo, Imo
8 etiam† immunitas præsumitur personalis, nō realis. l. semper. §. immunitatis. ff. iur. immun. l. forma. §. quamquam. ff. censibus Menoch.
9 consilio 70. col. 1. Pariter † si concedatur pro se, & successoribus, non comprehendit successores singulares. Mandel. consilio 34. numc. 4.
10 Sicuti † etiam non extenditur ad bona postea quæsita. Bald. consilio 112. num. 4. in 1. Rub. Alexan. consi. 32. in fin. Quapropter pulchre scripsit in proposito isto Alciat. post Bar. con-
11 silio 16. numero secundo, in 4. Quòd † priuilegium immunitatis est quædam nuda concessio, quæ non transit in contractum, & pręcipue quando habet causam successiuam, vt potè quod quis non soluat onera, vel collectas, vnde potest pro libito reuocari. Ratio
12 est, quia † tale priuilegium habet vim quandam pollicitationis in futurum, vnde ante temporis euentum debet posse quandocunque reuocari. Concordat Festas. de collect. parte quinta, capitulo primo, numero 20. di-
13 cens, † priuilegium immunitatis datum subdito tolli posse sine causa, quia ius aliquod non est quæsitum, cum habeat actum successiuum, & non sumit effectum nisi de die in diem, vnde pro tempore, quo effectum non habuit reuocatio sine causa dari po-
14 test, quia nemini fit iniuria. Quo circa † caue-tur quemlibet inuitum cogi munera subire. l. si quis. ff. muner. l. Lucius Titius. ff. ad municipa. nisi aperte constet alicui munerum vacationem fuisse concessam l. penult. §. duo
15 genera. ff. vacat. muner. Et † cum Communitas

nitas petat immunitatem sibi seruari, dicitur fateri se iam fuisse subiectam. Mandel. consilio 34. nu. 4. In proposito igitur ex his infero, priuilegia enuntiata in dicto decreto confirmatorio nō cantare de istis immunitatibus libertatibus seu facultatibus prætensis per communitatem, & idcirco non sunt interpretanda, vt
16 ad prædicta debeant extendi, cum † verbis priuilegiorum sit tenaciter inhærendum, & illa debent accipi strictè, & non vltra quam verba sonent. cap. Recepimus. extr. de priuil.
17 & † tenorem priuilegiorum fore ad vnguem seruandum, ait Bald. in l. 1. §. si is qui, in lectu. antiq. ff. exercit. actio. Late Tiraque. in l. si vnquam. verb. Libertis. numero octauo, C. reuo.
18 donat. & † voluisse Princeps non creditur id quod non expressit, cum ei facile fuisset exprimere si voluisset. Beci. consilio 101. numero quadragesimo secundo, vbi subiungit, quòd
19 † ea, quæ speciali nota digna sunt, si non exprimantur, censentur neglecta. Rursus in terminis nostris dixit post multos Riminal. iun.
20 consilio 589. numero 70. & seq. † Immunitatem collectarum strictam recipere interpretationem, quia si Princeps voluisset comprehendi collectas facile fuisset illas exprimere, quo fit, vt tacendo illas noluerit concedere. Idem Rimin. iun. loquens in terminis nostris, consi. 59. numero 90. & 105. versic. Secundo dico.
21 † Pro certo igitur casu, & pro certis rebus immunitas concessa ad alia non specificata extēdi nequit. Gall. consil. 25. numero 79. 80. 82.
22 & sequenti quia † limitata causa limitatum producit effectum, vt in terminis exemptionis declarat Purpur. consilio 547. nu. octauo,
23 non † igitur priuilegia ista nec alia sunt trahenda ad consequentiam. Rimin. iun. consil. 117. numero sexagesimo nono, & consequenter priuilegia restricta ad bona, & fructus hominum Giudicioli, ad immunitatem factionum onerum, & extractionum animalium non debent extendi, & confirmatio vsus styli, & consuetudinum ac morum communitatis refertur necessario ad bona, & fructus prænarratos, & expressos, quæ quidem expressio bonorum, & fructuum ad inclusionem factionū, Collectarum, & extractionum non est referenda, cum potius ex tali specificatione bonorum, & fructuum cæteræ omnes consuetudines, ritus, styli, & vsus diuersas res, & diuersos actus, & casus concernentes censeantur
24 penitus a Principe exclusi. Quia † quando vnum indiuiduum alicuius speciei reperitur expressum, alia indiuidua eiusdem speciei in illa dispositione non continentur l. legata. §. 1. ff. supell. leg. Barto. in l. quæsitum. §. fi. colum. pen. ff. eo. titu. Gabr. consilio 179. numero 9. Rimin. iun. dicto consilio 589. numero 68. 69. & sequenti vbi ex his infert, specificationem certarum rerum, & immunitatum expressarum per Principem in priuilegio ad alias immunitates imaginarias onerum, & collectarum non extendi, sed illas potius censeri reiectas vti
25 non expressas. Tunc † inquam omnia prætensa per communitatem dicerentur inclusa in priuilegio, si fuisset seruata forma verborum relatorum per Cepol. relatum per Rimin. iun. consilio quinquagesimo nono, numero 80.
26 Præterea † natura confirmationis est roborandi, non autem extendendi sola in constitu. antiq. Pedemon. tit. de Feud. decret. Carolus
27 Glo. 1. numero primo: Alibi dicitur, † confirmationem generalem factam per Principem restringi ad iusta, & licita tantum. Fusci. sing. 22. litera V. Gabr. titu. de statu. conclus. 10. so
28 la in d. Glo. 1. numero 4. in fin. Imo † Princeps nunquam dicitur confirmare leges, ritus, statuta, vel consuetudines subditorum, quæ suam potestatem minuant. Alscr. alleg. 2. numero sexto Decia. consilio 71. numero 8. in 4.

Et ita ex his tolluntur quæ ex aduerso considerantur circa generalitatem verborum pri-
29 uilegij, & confirmationis, cum † restringantur verba illa ad res, id est, ad bona, & fructus prius specificatos, & expressos, vt dixi, & probat text. in l. si de re certa. vbi Docto. C. transact. l. legatorum, §. 1. ff. de leg. 2. Eugen. cons. decimo tertio, numero 8. 21. & seq. Botta con
30 silio 81. numero 45. & † verba generalia ex adiuncto solent declarari, l. sed & si adijciatur ff. pro Soci. l. his verbis. in princ. ff. leg. 3. Surd. consi. 34. n. 39 & in terminis nostris hoc notat Rimin. iun. consi. 589. n. 64. 65.

Addatur insuper, ob penuriam annorum præteritorum, & præsentium rusticos pene omnes inedia, fame, & similibus partim perijsse, & partim ob excessiuitatem onerū & factionum e statu recessisse, vel saltem ad extremam paupertatem fuisse redactos, adeo quod huiusmodi priuilegia merentur reuocari, quia
31 † si alij nimis grauantur ex eo, quòd subeunt onera, & factiones pro exemptis, possunt recurrere ad Principem pro reuocatione talium priuilegiorum, idque Princeps facere debet, ex quo cæteris hominibus sunt perniciosa nimis, & onerosa, vt post Imol. Rip. & alios admonet Rimin. iun. consilio vigesimo quinto, numero quadragesimo quinto, & in puncto in consilio quinquagesimo nono, numero sexagesimo sexto, sexagesimo septimo, & numero 105. vbi ait, quòd quando exemptio aliquorum tendit ad damnum enorme cæterorum Laboratorum, & hominum non exemptorum non debet attendi, sed reuo-
32 cari, quia † qualibet dispositio ab initio

æqua, & concessibilis vbicunque ex processu temporis ob nouiter emergentia redditur grauabilis,& iniqua debet reuocari, & ibidem n.
33 72.subiungit,quòd † ex causa superueniente licet a quacunque dispositione recedere, quia si de huiusmodi status mutatione cogitassent aliter fuissent arbitrati Principes, & conditores, ne tantæ iniquitatis authores viderentur.
34 Vnde videmus † quamlibet promissionem debere intelligi secundum terminum, & statum temporis, in quo vigebat tempore promissionis. Afflict.decis.328.num.4. Natt. consi.50. num.11.Tiraquell.in præfat.l. si vnquam nu. 130. C.reuoc. donat. Rimin.iun. d.consi.25. num.75. Istaque † procedunt etiam si ageretur de priuilegio immunitatis amplissimo,& generalissimo,quia adhuc non est seruandum, quando aliorum non suppetunt vires, vel facultates,seu cum magno scandalo suppetunt, nam tunc exempti possunt grauari cum cæteris ad contribuendum, vt post Bal.tradit Rol. videndus consi.80.num.29. in 3.sequitur Rimin.iun.d.consi.59.nume.79. Publice igitur interest, vt territorium hominibus repleatur, & repletum conseruetur, non autem vt ob excessiua grauamina disperdantur, iuribus no-
35 tis. At † priuilegia generaliter indulta non includunt casus publicæ vtilitati cõtrarios. Bal. in l.iubemus.primo notab. C.sacro.eccl.Rim. iun.consi.258.n.17.

Præterea videmus, personas Ecclesiasticas esse de sui natura regulariter exemptas immunes,& priuilegiatas ab omnibus factionibus,
36 & oneribus publicis,& tamen † ad onera purgationum canalium, & aquarum publicum interesse concernentium teneri. Rimi.iun.cõs. 434.n.6.& seq.Parian. consi.6.

Et ita satis patet nullam vim facere præfatum priuilegium.

Quo vero ad consuetudines articulatas sciẽ
37 dum est, † consuetudinem esse difficilis probationis. Mandel.consi.253.nu.13. In tantum, quòd impossibilis reputatur illius probatio. Viui.in consi. impresso post suas decis. 225.n.
38 20.cum † talis probatio debeat de necessitate concludere.Alex.consi.196.num.13.in fin.in
39 2.Testes † enim deponentes super consuetudine debent esse contestes non autem singulares saltem circa actuum, & temporis identitatem. Alex.consi.196.numero 14.versi.Quinimo in secundo, & consi.131.nume.9.& 45. num.4.in 2. Gail.libro 2.obseruat.31.nu.16. Viui.opin.909.numero quarto, & decis. 382. num.4.Mandel.consilio 253.num. 13.Meno.
40 consilio 187.numero 57.& † tria debent deponere testes examinati ad probandam consuetudinem, primo multos actus interuenisse; secundo, quòd sint tales actus ex quibus veri-similiter colligatur cõsensus totius populi aut maioris partis; Tertio cursum seu diuturnitatem temporis, vt post Cyn. & alios tradit Deci.consi.215.colum.2.versi.Tertio ad probandam consuetudinem, & consi. 483. num. 25.& 27. cum concordantibus per Mandel. consilio 577. numero 3.& sequenti, vbi etiam numero sexto, subdit testes imperitos,& idiotas non esse aptos ad probandam consuetudinem, cum vt plurimum ignorent deponere de
41 consuetudine. Addatur † necessarium esse ad probandam consuetudinem, vt probetur multitudinem actuum fuisse factam a populo ad illum finem, & effectum vt consuetudo induceretur, alias consuetudo reipsa nullatenus concederetur ex actuum multiplicatione, nisi probaretur animo inducendi id actum fuisse. Ias.in l.de quibus. numero 95.ff.legib. Roch. de consuetud.cap.fin.sectio.4.numero 36.vbi testatur de communi. Rolan.consilio secundo. numero 126.in 1. Viui.decis.130. numero 8. Mandel. consilio 253. numero decimo tertio, Menoch.consilio 187.numero 58.Surd. cons. 254.numero 30. vbi ait ex actibus factis animo non inducendi consuetudinem non induci aliquam obligationem pro futuro tempore, & ibidem dat exempla ad probandum animum populi fuisse directum ad probandam consuetudinem. An modo ista fuerint probata per testes pro ipsa vniuersitate examinatos, Perillustris Senatus secernere potest.

42 Præterea aduertatur † in tantum operari,& iuuari consuetudinem in quantum est præscripta,& non aliter.cap.Cuma.extr.de electio.Bald.in l.binos.C.aduo.diuer. iud. Dec. consilio 483.numero vigesimo sexto, Ios. Lu. decis. Perus.62.numero quadragesimo secundo, Bero.consilio 157.numero sexto, & decimo tertio,in 3.Burs.consilio 360. numero 37. & 58.

43 Sed ad † inducendam consuetudinem præscriptam in actibus negatiuis, vt in præsenti casu, nempe ad non subeunda onera factionum,& extractionum,requiritur de necessitate constare, quòd Vniuersitas fuerit multoties, & per tempus diuturnum interpellata ad soluendum, seu subeundum onera, & ad ferenda coria animalium in ciuitate, & quòd ipsa semper recusauerit illa deferre, & factiones subire sciente etiam Principe, alias per simplex non factum non potest dici inducta aliqua consuetudo actus negatiui, seu non potest dici præscripta aliqua libertas non faciendi factiones seu extrahendi coria, & liquamina animalium, vt per Alexand. consilio 136. numero decimo nono, 20. & sequenti in 2. [male improbatum per Nat.conf.406.nu.20. & per Crauet. consilio 111.] quem sequitur

Balb.

Balb.de præscript. secunda par. quintæ partis. quæstione 7.Iacob.de Homag.num.41.Curt. iun.consilio 60. numero 21. Rip.respond.14. Crau.Sibi contrarius consilio 116. numero 8. & consilio 124.in fin.Natta non sibi constans consilio 226. nume.7. & consilio 300. nu.34. & seq.Bello.consilio 1.numero 15.Bocr. deci. 264.numero 19.Villalob. in comm. opi.verb. Præscriptio. numero 221.& 256.Burs.consil. 142.numero 21.& 25.vbi de receptiori ac veriori testatur Ruin.consilio 32.numero 8.in... Purp.consilio 315.numero 2.& 227.num. 10. & 489.numero 13.Rimin. consilio 31.nu.50. Antibol. Tomat. Rube.Cepha.de quibus per Rimin.iun.consilio 589.numero 47. & consil. 10.numero 30.& consilio 26. numero 47.48. & consilio 258. nume. 20. Gallia. consilio 25. numero 46.& seq.& consilio 115.numero 81. Rouesca.ad Alex.d.consilio 136.vers.Item ad hoc.Plot.consilio 36.numero 7.Ios. Ludo.decis.Perus.3.numero 21.Eugen.consilio 43.numero 74. & in specie Nattam & Crauettam contrariantes nominatim reprobăt Rimi. iun. Gall.locis præcitatis.

Confirmatur assertio Alexădri & sequaciũ
44 ex eo,quòd † in iuribus negatiuis præscribendis non currit præscriptio nisi a die contradi-
45 ctionis, quocirca in † præscribenda libertate requiritur factum vtentis. tex. in l.hæc autem verba.vbi Glos. & Doct. ff.seruit. vrb.prædio. Rimin.consi.31.numero 50.Rimin.iun. consi. 589.numero 49.vsque 59.Surd.consilio 127. numero 81.vbi ait, non posse induci consuetudinem in iuribus negatiuis nisi præcedente prohibitione, & quòd prohibitioni acquieuerint.Idem Surd.consi.130.nu.17.

Præterea confirmatur, quia ex non actu nõ potest induci consuetudo cùm non ens nõ habeat materiam nec formam, & ex nihilo nihil
46 fiat, † & quod non est populus ignorat sicuti nec per silentium actus reuocatur. Ita declarat Bal.in l.de quibus. numero 61.ff.legibus vbi, proposita quæstione,an ex non actibus inducatur consuetudo, concludit quòd si negatiua potest elici ex actibus potest præscribi, alias non . & ita ex doctrina Bald. colliguntur duæ
47 conclusiones. Prima est, † ex simplicibus non actibus non posse induci consuetudinem:alte-
48 ra est, quòd † ex actibus negatiuis seu ex actibus,ex quibus oritur negatio, potest induci p-
49 scriptio. In casu ergo nostro non† potest dici consuetudo inducta per non actum.Cyn. Bart. & alij,de quibus per Alex.d.consi.136. nu.18. in 2.Brun.consi.36.numero 6. Berett.consi.9. numero 55.Surd. consilio 127.num.82.Alibi
50 cauetur † ex silentio & ex non facto nullã posse capi præsumptionem.Bal.Imol.& alij relati per Menoc.consi.393.nu.80.81.Gall.consilio
51 25.num.30. Hinc dicitur quòd † in tantũ valet consuetudo, quantum habet de vsu vel de actu,& non vltra.Surd. consil. 138. numero 7. & consilio 234. numero 26. & consil.393.nu. 20.& consi.424.nu.33.& vere quando agitur de probanda cõsuetudine aduersus legem vel
52 statutum[vt in casu isto,quia † de iure omnes tenentur subire onera.l.si quis.ff.muner.l.Lucius Titius.ff.municip. nisi apertè constet alicui munerum vacationem fuisse concessam.l.
53 penul.§.duo genera.ff.vacat.mune.]† debent specificè probari actus, ex quibus dicitur inducta consuetudo. Bertaz.consi.ciuil.93.nu.23.si igitur ex non actu non causatur consuetudo,
54 ergo nec immemorabilis, nec † aliàs detur accidens sine subiecto, vt in terminis notat Surd. consi.127.nu.83.

Nec dicatur satis constare de actibus negatiuis,cùm pluries venerit necessitas istarum factionum, & cæteræ Vniuersitates fuerunt grauatæ,ista autem Communitas nequaquam,vt perpendit Natt.consi.406.nume.20.21.& ita potest induci consuetudo negatiua ex talibus actibus sine interpellatione.

55 Quia respondetur, † non rectè sentire Nattam hoc in casu nec Baldus per eũ citatus hoc dicit. nam Baldus dicit consuetudinem negatiuam posse elici ex actibus,quod est intelligẽdum de actibus inductis per eos & quò ad eos qui volunt iuuari & inducere præscriptionem seu consuetudinem ad sui commodum,non de actibus inductis ab extraneis personis & contra extraneos. Absurdũ est enim dicere quòd ex actibus factis per vnam Vniuersitatem vel ciuitatem inducatur consuetudo ad commodum alterius Vniuersitatis vel ciuitatis, contra quam & per quam nil gestum est. Quocir-
56 ca dicendum est,quòd † actus isti debent concernere factum Vniuersitatis præscribentis seu consuetudinem inducentis non alterius, vt rectè declarat Purpur.consil.467.nu. 1.& 2. Alex.consi.6.nu.1. in 1.& hoc suadetur ex ratione illa, quòd ad inducendam consuetudinẽ requiritur, quòd actus fuerint gesti animo inducendi consuetudinem, vt supra dictum est. Modò ex actib.extraneorũ non põt colligi animus certarũ diuersarũ personarũ,vt ex illis voluerint cõsuetudinẽ inducere ad propriũ com-
57 modũ.Quinimo † si cõsuetudo est tacita ciuiũ cõuentio & habet tantũ de potẽtia quantũ de actu.Surd.consi.139.nu.7. vtiq; nõ pendet ab actibus personarum extranearum. Alibi dici-
58 tur † consuetudinẽ solum illos arctare,contra quos fuit vsa consuetudo, & consequenter nõ extenditur de vna persona ad aliam, nec de vno actu ad alium actũ.Surd.consi.393.nu. 20. Laus Deo.

Carol.Bardellonus I.V.D.

SVM

confunditur per alterũ grauius,& consequenter ipsius grauioris delicti pœna tantummodò est attendenda, vt etiam latè post prædictos probat Farin. quæstione crimin. 22. nu. 19. & 20. Addentes ad Bertaz. consil. crim. 205. in littera A. ver. Secundò requiritur.

6 Nec est ambigendum † in crimine læsæ maiestatis solum conatum seu voluntatem ab aliquo actu demonstratiuo comitatam puniri æquali pœna sicuti delictum cõsummatum iuxta l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & idcirco infertur, quòd licèt quis secum dixerit & cogitauerit occidere Principem, nullam pœnam me-
7 reatur, cùm † sola cogitatio nulli pœnæ supposita legatur. l. cogitationis. ff. pœn. Attamen se-
8 cùs erit, † si vltra cogitationem istius talis accesserit eiusdem voluntas alijs personis communicata,& per aliquem actum positiuum declarata, denotans voluntatis determinationẽ, tunc punietur instar perfecti ac consummati criminis. Ita Iser. in c. 1. §. si vero voluerit. vers. Si ergo diceremego. tit. de ca. Qui curi. vendi. optimè Affic. super consti. regn. lib. 1. rub. 11. ca. Asperitatem, nu. 2. Baiar. ad Clar. in §. læs. maiest. nu. 26. & quæstione 91. nu. 1. & seq. & diffusè Franc. de Pont. videndus cons. 90. nu. 27. & seq. sequitur Moscatel. de cognit. delict. Rubr. de crim. læs. maiest. huma. num. 7. facit Gig. de crim. læs. maiest. lib. 1. quæstione 66. Meno. de arbitr. iudic. casu 360. nu. 24. vsque 30. vnde cum D. Cell. subornationis conspirationem alijs participauerit,& exequendã mandauerit personis illius executionem acceptantibus & exequentibus non dicitur stetisse intra fines cogitationis, sed ad conatum punibilem deuenisse.

9 Quòd inquàm † dictum est de persona Principis, pariter militat in conspiratione facta cõtra eius Consiliarium vel Senatorem, vt alias probatum est,& ita deciditur in d. l. quisquis.

10 Quinimo etiam alias fuit deductum † talem subornationem verè & propriè dici conspirationem in necem Consiliarij & Senatoris, ex quò si crimen contra illos impactum fuisset verum. l. Cornelia de sicar. plectendi fuissent. ex l. 3. §. si author seditionis ff. sicar. Clar. §. Homicidium. vers. Item iudex, qui innocentem. Boer. decis. 153. nu. 8. & seq.

Contraria igitur non obstant, quia procedunt in terminis valdè diuersis, vt patet ex præallegatis. Quinimò dico ipsum Cellerium respectu sui totaliter delictum consummasse, non obstante recusatione absoluta Fedrigotti apertè dissentientis, quia Cellerius nõ habuit colloquium subornationis cum Fedrigoto dissentiente, sed cum Beia, Gonzaga, & Zapellino mediatoribus expressè mandatum subornandi scienter acceptãtibus, & pro virib. exequentibus sæpe sæpius, vt patet ex processu. Quò fit, vt si Fedrigotus falsum deposuisset, omnes pariformiter, nempè ipse, mediatores & Cellerius primus mandator eadem pœna ple-
11 ctendi fuissent, cum † primus faciens, & primus mandans vna cum secundo de tali mandato teneantur. Bal. in l. 1. nu. 7. C. caduc. tollen. cum concordantibus per Angel. de malef. vers. Sempronium mandatorẽ. quæst. 6. Mars. sing. 185. Plaz. in epitom. delict. cap. 15. nu. 8. Decia. tract. crim. tom. 2. lib. 9. cap. 36. nu. 37. Baiar. ad Clar. quæst. 89. nu. 6. Bertaz. consilio crim. 341. nu. 6. Ita ipso Fedrigoto recusante, primus mandans & mediatores, qui mandatarij dicuntur,& qui expresse ac scienter mandatum falsum acceptarunt,& pro posse suo executioni demandarunt, debent ordinaria pœna puniri quia ipsorum respectu delictum est consummatum, vt dixi in princ. ex Ang. Carau. & Vulpel. Adeo quod tunc recusatio & dissensus mandatarij excusat mandantem, quando res agitur inter duos immediatè, secus si mediatè concurrente in medio ministerio aliorũ mandatariorum, qui ex sui parte mãdatum falsum sibi datum scienter acceptarunt, ex quò per acceptationem & tentationem per eos factã de Fedrigoto delictum eis mandatum fuerit totaliter consummatum,& ipsorum respectu perfectioni demandatum, & ita pœna istorum non respicit delictum subornationis & falsi, sed delictum mandati dati & accepti ad subornandum, quo in casu attenta qualitate personarũ, contra quas erat directum mandatum, dicitur
12 delictum perfectum, cùm † versemur in crimine læsæ maiestatis, vbi voluntas concomitata ab actu positiuo æqua lance punitur, sicuti vera executio criminis, & consequenter mandatum est punibile de per se absque vlteriori cõsummatione, vt in simili tradit Boss. tit. de delict. num. 48. Menoc. de arbitr. iudic. casu 352. nu. 10. Farin. quæst. 3. nu. 6. vbi dicunt mandatum pœna ordinaria puniri, quando a lege cõsideratur vti delictum de per se & non dependens a principali delicto. & ita,&c. Laus Deo.

Carol. Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Pater consentiendo filio alteri donanti bona patris propria, ex Oldradi opinione dicitur illum tacitè emancipasse ad illum actum.*
2 *Oldradi opinio consi. 26. quoad tacitam emancipationem reprobata.*
3 *Donatio facta per patrem filio non tenet.*
4 *Patria potestas est indiuidua, non igitur potest fieri emancipatio ad vnum actum.*
5 *Emancipatio requirit præsentiam Iudicis.*

6 Patris

6 *Patris consensus in donatione filij cum requiratur per modum solennitatis, debet interuenire in ipso actu, non autem post.*

7 *Autoritas debet actum concomitare, consensus autem potest actum sequi.*

8 *Testamentum quo filius instituitur in annua pensione sibi reseruata in renuntiatione facta fratri donec vixerit, nullum est.*

9 *Annua pensio dicitur pro primo anno pura, & pro sequentibus conditionalis.*

10 *Hareditas non datur ad diem, igitur portio relinquenda filio debet relinqui titulo vniuersalis simpliciter, & perpetuò.*

11 *Legitima filio, vel aequinalens iure institutionis relinqui debet, vt subsistat testamentum.*

12 *Filio relictum pro legitima debet esse fundatum in patrimonio & proprietate testatoris. aliàs nō valet testamentum, quo relinquitur annua pēsio tantum soluenda per fratrem de redditibus hareditatis.*

13 *Clausula codicillaris vigore filius praeteritus, seu haeredes ab intestato, videntur grauati per fidei commissum restituere haereditatem haeredi scripto in testamento.*

14 *Clausula codicillaris non attenditur, quando praecessit aliud testamentum rectè & ritè factum.*

15 *Fideicommissum non inducitur vigore clausula codicillaris, cum ijdem heredes instituti reperiuntur grauati, nemo enim potest haereditatem sibi ipsi restituere.*

16 *Clausula codicillaris non habet effectum contra, vel praeter mentem testatoris, licet etiam de ea dubitetur.*

17 *Clausula codicillaris nihil operatur in testamento contra officium pietatis, quando filius reperitur destitutus omni paterna substantia.*

18 *Clausula codicillaris nisi appareat de declaratione, censetur apposita de stylo notariorum in testamento condito à Iuris ignaro.*

19 *Clausula codicillaris sanat defectum solennitatis simplicis, non supplet defectum substantiae.*

20 *Donatio secunda, in qua nulla est facta mentio primae, dicitur pars prima, quia de eadem re non possūt fieri plures obligationes, & promissiones, quod extenditur etiam ad quemcunque contractum.*

21 *Donatio dicitur reuocata per legitimatum per subsequens matrimonium, etiamsi legitimatus natus esset tempore donationis, quicquid dici possit de legitimato per rescriptum.*

22 *Pater in dubio praesumitur non cogitasse de filys.*

23 *Familia decor non conseruatur per illegitimos filios; & eorum superuenientiam, licet legitimentur per rescriptum, non reuocatur donatio.*

24 *Familiarum dignitas conualidatur per filiorum legitimationem ex subsequenti matrimonio.*

ARGVMENTVM.

Renuntiatio facta per fratrem fratri circa paternam successionem, an subsistat, & maximè subsecuta patris approbatione.
Donationes plures aliqualiter diuersę, an fieri possint eiusdem rei, & eidem personae.

CONSILIVM CXXXIX.

Actiones mea à Domino.



Ria excipiuntur ex parte Domini Petri Francisci Gazini Patritij Vercellēsis, aduersus Dominum Equitē fratrē suū. & Primo quod ipsemet Dominum Eques de anno 1597. cesserit & renūtiauerit dicto eius fratri praesenti & acceptanti, portionem bonorum paternorum, & maternorum, Iuriumque & actionum in futurum super illis competentium & competiturorum, causa eorum haereditatis, mediante certa annua pensione sibi soluenda per fratrem, aureorum Cētum & quinquaginta, donec vixerit ipse Eques, &c. Quae cessio fuit ex post per eorum cōmunem patrem approbata.

Secundo adducitur testamentum Domini Caroli eorum communis patris conditum de anno 1604. in quo testator instituit haeredem particularem Dominum Equitem, in eo quod sibi reseruauit in antedicta cessione, qua mediante sit tacitus, & contentus, nec possit petere consequi nec habere aliud, iuxtà formam & mentem dictae renunriae. Haeredem autem instituit vniuersalem in caeteris omnibus Dominum Petrum Franciscum alterum filium.

Tertio in medium profertur altera donatio facta per Dominum Equitem de anno 1605. praefato fratri suo, de omnibus bonis paternis, maternis & fraternis, praesentibus & futuris, propter beneficia a fratre recepta, & alijs de causis ibidem enuntiatis, & quia sic ibi facere placuit, reseruatis scutis triginta causa testandi, & mediante annua pensione scutorū centū & septuaginta, annuatim sibi soluēda pro eius vita, renuntiando l. si vnquam. C. reuo. donat. & laesioni enormissimae, &c. Nulla tamen facta mentione illius primae cessionis.

Quo enim ad Primum caput, sumus in casu Oldra. consi. 26. nempè, quando vnus ex fratribus in potestate patris existentibus, donat alteri fratri portionem bonorum paternorū, consentiente patre, quo in casu dixit Oldra. talem dona-

donationem subsistere ac fore seruandam, ea
1 potissimùm ratione motus, quia † pater cõsentiendo filio alteri donãti bona propria patris, dicitur illum tacitè emãcipasse ad illum actũ, vnde, sicuti valeret donatio si filius donans fuisset emancipatus in totum, ita debet sustineri etiam quò ad istum actum solum, sequitur Io. And. ad Specu. in titulo de Instrum. editio. §. porrò, versic. Quod si filius familias, & de tali consilio mentionem facit Alex. cons. 106. col. 2. versiculo Ex hac ratione, in primo Dec. consil. 245. nu. 4. versiculo Circa primum, & numero 6. in fin. Noni. consilio 18. nume. 11. Moron. de Pace par. prima quæstione 57.

In contrarium est veritas, quia talis contractus nullius est ponderis, nec aliquo pacto su-
2 stinetur † ratio emancipationis in oppositum
3 adducta. Primo, quia sicuti non † tenet donatio directè facta per patrem filio, multò minus tenere debet si fiat indirectè, consentiendo fi-
4 lio donanti. Secũdo, quia † patria potestas est indiuidua, & meritò non potest fieri emancipatio ad vnum actũ, alias daretur vt quis posset stare, eodem instante, in duplici statu inuicem contrario, quod est absonum, vt post alios aduertit Clem. de patr. potest. cap. fin. nu. 99.
5 Tertio, quia † emancipatio requirit præsentiã Iudicis, quò fit ut talis donatio in tacita emancipatione fundata, dicatur irrita, vti facta absente Iudice, & ita per has rationes, Oldradum reprobat Aretinus in l. placet col. 2. versi. Est etiam alius casus nouus ff. acq. hæred. Ias. in l. frater a fratre in prima lectu. numero 44. in 8. limitatione. ff. cond. indeb. vbi addit aliam rationem [quæ tamen mihi videtur satis conuenire cum prima per Aretin. adducta] sequitur Fachin. lib. 3. quæst. cap. 78.

Et licèt Oldradum adduxerint Alex. ac alij præmemorati, nihilominus illum adduxit, ad probandum, vt pater possit consentire filio sibi donanti, qui casus non conuenit cum isto, qñ filius proprio fratri donat, vt pulchre aduertit Dec. d. cons. 245. nu. 6. in fin.

Secundo ex alio dicitur nulla præfata cessio vel donatio, nam fuit facta absente patre, nec per subsequẽtem ratificationem patris re-
6 conualidari potest, quia † cõsensus patris, hoc in casu, non requiritur a lege per modum simplicis consensus, sed per modum solemnitatis & authoritatis, quæ authoritas non interuenit intuitu solius præiudicij ipsius patris, sed ad solemnizãdum actum & ad integrandam personam filij, secundum veriorem sententiam, ac sequendam, teste Clar. in §. donatio quæst. 6. versic. Habes ergo, & versic. Quæro etiam nũquid, Rimin. iun. Instit. de donatio. in princip. num. 521. Crass. de success. in §. Donatio causa mortis, quæstione 3. post principium versic. Et ratio est quia consensus patris, qui alios adducit. Quò fit vt talis authoritas debeat interuenire in ipso actu, non autem post actũ, Clar. vbi supra, Bursat. consilio 30. nume. 43. Alex.
7 cons. 106. nu. 2. in primo quatenus ait, † authoritatem debere concomitare actum, cõsensum autem posse sequi [licèt dicat hanc non dici authoritatem, sed consensum, & malè, secundum receptiorem sententiam mox enuntiatam.] Et in puncto, qđ ratificatio subsequẽs patris, non validet talem donationem, cũ requiratur huiusmodi consensus in initio actus, post Bal. tradit Cremens. sing. 70. & dixit Guid. Pap. decis. 223. n. 2. vers. Tertio, quod promissio, quòd talis consensus patris debet præcedere in quacumque donatione facta per filium alteri personæ, quam ipsi patri.

Quò ad secundum Caput de testamento pa-
8 terno, † dicitur illud esse omninò nullum, nec in aliquo obesse intentioni Domini Equitis, qui fuit institutus hæres particularis in illa pẽsione annua sibi reseruata in renuntiatione do
9 nec vixerit. Quæ quidem † annua pensio dicitur pro primo anno pura, & pro sequentibus cõditionalis l. in annos, l. si in singulos ff. ann. lega. l. patet Seuerinam ff. condit. & demonst.
10 † Et portio relinquenda filio in testamẽto patris debet relinqui titulo vniuersali, simpliciter, & perpetuò, quia non datur hæreditas ad diem, l. hæreditas ex die ff. acq. hæredit. nec hæreditas annua, quia cum esset pro primo anno pura, & pro sequentibus conditionalis, finito primo anno hæreditas diceretur ablata pro annis sequentibus, sub contraria conditione, & idcircò talis modus instituendi filium reprobatur a lege, ac reddit testamentum nullum, ita Ruin. consi. 206. num. 22. in fin. in 2. cum concordantibus per Odd. cons. 91. num. 31. vsque 35. Eugen. consi. 25. nu. 32. & 46.

Secundo aduertatur, quod talis pensio annua præstanda Domino Equiti per fratrẽ suũ, vti colligenda ex redditibus bonorum relictorum d. fratri hæredi Vniuersali, totaliter ruit
11 testamentum illud. † Nam adhoc vt testamentum patris subsistat, requiritur vt relinquatur legitima filio, vel saltem aliquid iure institutionis quod succedat loco legitimè, æquiualẽs legitimè, vel inducens illius supplementum. Clar. in §. testamentum quæstione 38. versic. Sed nũquid tota, Cuch. de legitima, Rub. quo titulo sit relinquenda legitima numero 3. & 4. Clem. de patr. potesta. effect. 16. nu. 44. Crass. de success. §. legitima quæstione 32. Vuesemb. consilio 96. numero 6. & consilio 85. num. 22.
12 & seq. Et † quòd illud relictum sit fundatũ in patrimonio, seù in plena proprietate aliqua de bonis ipsius testatoris Surd. consi. 341. nu. 31. 32. & consilio 388. numero 15. 16. vbi alios ad

ducit

ducit, Rube. Vtin.consilio 98. numero 63.in 2. Craff. d.§.legitima quæstione 15. nume.6. Rimin.iun.consilio 510. numero 33.per text. in l.scimus §.repletionem C.inoffic.testam. Bimi.consilio 71. numero 20. Quod fit vt cũ pēsio annua soluenda per fratrem hæredem vniuersalem, percipienda & soluenda ex redditibus hæreditatis, non debeatur ex bonis seu patrimonio testatoris, sed ex bonis ipsius hæredis, cuius sunt proprij redditus ipsi percipiendi ex bonis hæreditarijs, omninò sit dicendum, testamentum illud esse nullum, Ias. cons. 106.col. prima in 2.Anchara. consilio 128. numero 2. Menoch. consi. 882. numero nono, & seq. & per totum.

13 Nec † vim facit clausula codicillaris insita, in dicto testamento, cuius vigore filius præteritus seu hæredes ab intestato videntur grauati per fideicõmissum, restituere hæreditatem hæredi scripto in testamento, secundum receptiorem sententiam, de qua per Clar.§.testamentũ quæstione 46. Craff. de success.§.testamẽtum quæstione 50.numero 1.Turret.de claufu. codicill.quæstione 53.Honded.consi.74.nu.21. in primo.

Quia huiusmodi clausula nil admodũ operatur in hac facti specie, ex pluribus.

14 Primo quia talis † clausula non attenditur quando præcessit aliud testamentum rectè & ritè factum, vt trad. Noni.consi.19.nume.23. Borgni.decis.28.nu.4. 7.22.& 28.par.4.vt in præsenti casu.

15 Secundo quia † nullo pacto potest considerari inductum fideicommissum aliquod in casu isto vigore clausulæ codicillaris, cum ijdem hæredes, qui dicuntur instituti, reperiãtur grauati, & nemo possit sibi ipsi hæreditatem restituere, de essentia inquam fideicommissi est, vt grauati sint personæ diuersæ a substitutis vocatis per fideicommissum, vnde cum in casu isto sint ijdem grauati cum substitutis, actiones dicuntur confusæ, & clausula codicillaris nõ est curanda, ita pulchrè Ruin.consil. 174.nu.5.in 2.Bimi.consi 19.nu.7.

16 Tertio aduertendum est, † clausulam istam aliquem effectum non habere contra vel præter mẽtem testatoris, Pret.de interpret.vltim. volunta.fol. 104.col.3.nume. 11. & seq.Surd. consilio 211.numero 20.& consilio 232.num. 36.Idque procedit nedum quando sumus certi de voluntate testatoris, sed etiam quãdo de illa dubitamus, vt post alios perpendit Menoch.consil.415.numero 22.Modò testator, post relictum annuæ pensionis reseruatæ vt supra, tacitauit Dominum Equitem, addita forma consequendi relictam pensionem iuxta formã & mentem reseruationis sibi factæ in Instrumento cessionis. Sed præscripta forma succedendi a testatore, nõ licet vlterius vagare, quia cessat voluntas disponentis.

Quarto attenta tali forma institutionis particularis, descriptæ in dicto testamento, Dominus Eques dicitur destitutus ab omni paterna

17 substantia, vt etiam supra tetigi.† Sed clausula codicillaris nihil operatur in testamento cõdito contra officium pietatis, prout singulariter admonet Curt.iun. in Authen.Ex causa n. 74.in fin.C.lib.præterit.vbi ait hoc esse perpetuò notandum, cum sit maximi effectus, sequitur Igne.ibidem numero 193.Bursa.consi.15. numero 8. Gabrie. titulo de consuet. conclus. 4.in fin.optimè Rimin.iun. consi.811.nu.62.

Quintò cum testamentum fuit cõditum ab ignaro Iurisprudentiæ, & militiæ dedito, talis

18 † clausula codicillaris dicitur apposita, nõ de mandato testatoris, sed de Notariorum stylo, nisi apertè ex lectura testamenti pateat virtutem, ac importantiam talis clausulæ, in ista facti specie, fuisse tali testatori apertissimè declaratam, quæ tamen declaratio hic omnimodè desideratur, ita post alios tradit Bursat. consil. 18.numero 18.Rimin.iun.consilio 811.num. 67.Pedroch.consilio 16.numero 59.Honded. consilio 74.nume.46.in primo Intrigl.de substit.centur.2.quæstione 79.numero 32. vbi alios adducunt, meritò non est curanda isto in casu talis clausula.

19 Sexto talis † clausula sanare potest vitium solemnitatis simplicis, non autẽ supplere defectum substantię, prout est defectus tituli Institutionis vniuersalis filij instituti titulo particulari, & defectum relicti pensionis annuæ ad vitam filij tantummodò succedentis loco legitimè fundatæ in fructibus seu redditibus hæreditatis, non autem in patrimonio testatoris, cum id repugnet legum dispositioni Rom. consilio 517. numero 24. Aretin.consilio 24. num. 5.& in puncto Menoch.consi.882.num. 14.& 15.

Quo ad tertium Caput, aduertendum est

20 D.Equitem † in ista secunda donatione, nullam fecisse mentionem primę, vnde sequitur dicendum istam secundam esse partem primę, quia de eademre non possunt fieri plures obligationes, nec promissiones, latè Surd.consilio 202.numero 32.& seq. vbi id extendit procedere in quocumque contractu, etiamsi in secũdo fieret commemoratio primi. At quando in secunda donatione non fit mentio alterius antecedentis, per simplex augmentum vel decrementum insitum in secunda non fit reuocatio, sed reformatio primæ, vt post Bal. firmat Aretin.consilio 21.in primo dub. Natt.cons.527. nu.6.diffuse Surd.cõs.202.nu.30. Modò si prima cessio non tenet ab initio, nec per talem reformationem reconualidabitur.

Præterea

21 Preterea quando etiam consideraretur † talis donatio de per se, vtiquè dicitur reuocata per filium legitimatum per subsequens matrimonium, etiamsi legitimatus fuerit natus tempore donationis (quicquid dici posset de tali nato & legitimato per rescriptum) ita Paris. consilio 72. numero 24. in primo quem sequitur Clar. in §. donatio quæstione 23. versiculo, Sed quid si filius, Intrigl. de casibus conscient. libro primo cap. 111. numero 72. & seq. tanto
22 magis quia † de filijs non cogitauit, prout in dubio præsumitur non cogitasse, Clar. §. donatio quæstione 22. versiculo Ex qua quidem in fin. vbi de communi testatur, cum cōgestis per Intrigl. dicto cap. 111. numero 68. Et verè dicitur non cogitasse, ex quò in donationis exordio profitetur se deuenire ad illam donationē, ad hoc vt per eam paterna domus sustineatur, si inquam de filijs suis venturis cogitasset, non dedicasset perpetuitatem familię in personam fratris, & illius descendentium, quia familia ita fuisset duratura per illiusmet lineam, sicuti per fraternam. Itaque procedunt etiamsi tempore donationis fuisset in humanis filius natu
23 ralis Domini Donatoris, † quia per illegitimos filios familiæ decor non conseruatur, sicuti per illorum superuenientiam non reuocatur donatio vtcumque legitimentur per Rescriptū, vt post plurimos refert Intrigl. dicto cap. 111. numero 69. & seq. Quinimò si cogitasset de suo futuro matrimonio, & de legitimatione
24 futura filij naturalis per subsequens † matrimonium, per quem filium dignitas familiarū conualidatur, non reposuisset spem perpetuam di domum in personam & lineam fratris. Et hæc sufficiant pro victoria Domini Equitis, vltra deducta per Dominos causæ patronos. Laus Deo.

Carol. Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Causa contrabanni dicitur fiscalis, siue Cameralis saltem in parte.
2 Pars reddit residuum eiusdem generis.
3 Potentius, ac dignius trahit ad se minus potens, ac minus dignum.
4 Causa tota dicitur Criminalis, quando pars pœna fisco, & pars accusatori debetur.
5 Causa contrabanni, & extractionis quare dicatur Criminalis.
6 Tortura aliquando locus est in causis contrabanni & extractionis.
7 Causa criminalis cognoscitur à ciuili in modo procedendi, & ex qualitate pœna.
8 Aduocatus Fiscalis regulariter eligitur à Principe.
9 Aduocato non debetur salarium intuitu labor. sed contemplatione dignitatis, probitatis, & excellentia, quod præcipuè militat in Aduocato fisci, nu. 10.
11 Aduocatus Fiscalis decedens intra annum trāsmittit ad suos heredes integrū salarium totius anni.
12 Salarium debitum respectu laboris non transmittitur per decedentem ad suos heredes nisi pro rata temporis.
13 Salarium debetur Aduocato Datiarum pro litis victoria, quando studuerit, & elaborauit, non autem Aduocato Fisci, qui nihil laboris sensit.
14 Commoda spectabunt ad illū, qui passus est incommoda.
15 Carnem qui vult, debet etiam acceptare os illi annexum.
16 Altari seruiens, de altari viuere debet.
17 Merces, & opera sunt correlatiua.
18 Merces est pretium operum.
19 Salarium debetur operas præstanti.
20 Operarū intuitu si quid debitum, vel promissum sit intelligitur pro rata tantum operarum præstitarum.
21 Merces non debetur munus suum non adimplenti, & debitas operas non præstanti.
22 Mercedes exigere pro aliena opera est contra aquitatem.
23 Conductor datiorum respectu commissorum, & fraudationis gabella atque pœnarū contra fraudantes datia habet in se omnia iura fisci, vel Camera Ducalis.
24 Merces quæ incidūt in commissum sunt propriè datiary, & nu. 29.
25 Pœna ex causa commissi sunt datiarū: nisi aliud consuetudine vel pacto seruetur, nu. 26.
27 Negatiua probatur ex lectura cōuentionum, & capitulorum.
28 Pactum est quid facti, ideo probari debet.
30 Consuetudo non præsumitur, nisi probetur.
31 Consuetudo non inducitur ex actibus difformibus.
32 Consuetudo quando est varia statur dispositioni iuris communis.
33 Consuetudo, & obseruātia vltima, & immediatè antecedens est attendenda.
34 Consuetudo posterior derogat priori.
35 Consuetudo vt inducatur, requiritur decennium.
36 Consuetudo per tolerantiam præcedentem ex vrbanitate non inducitur.
37 Princeps, & fiscus dicitur in contractibus vti iure communi & iure priuatorum, etiam si contrahat cum suis subditis, nu. 38.
39 Consuetudo contra ius commune strictissimè est interpretanda, ideo extendi non debet de casu ad casum. nu. 40. etiam si militaret maior ratio. numero 41.
42 Consuetudo exorbitans a iure communi non extēditur de re ad rem, neque de persona ad personā.

43 Con-

43 *Consuetudo in indiuiduo, & in particulari casu, de quo agitur probanda est.*

44 *Consuetudo non scripta, non inducitur ex verbis, sed ex actibus.*

45 *Consuetudo illis tantum nocet, qui illam induci contra se passi sunt.*

46 *Consuetudinem in contradictorio fuisse obtentā probandum est, vbi agitur de re iudicali.*

47 *Causa non dicitur criminalis vbi tantum agitur de pœna pecuniaria, secus si de corporis afflictiua.*

48 *Causa tunc dicitur criminalis per applicationem pœna fisco, quando finis causa principaliter tendit ad vindictam publicam ratione publici commodi, & ex delicto tantum.*

49 *Causa tunc dicitur ciuilis, quando principaliter in iudicio agitur ad commodum priuatum, siue causa descendat ex delicto siue ex contractu.*

50 *Causa dicitur ciuilis qualitercunqoe pœna pecuniaria imponatur, etiam totaliter fisco applicanda.*

51 *Causa mixta appellari potest, vbi pœna pro aliqua exigua parte fisco, pro reliquo verò personis priuatis applicatur.*

52 *Salarium debetur Aduocato fisci, quando a Principe, vel à publico de suo arario est persoluēdum etiam si non studuerit vel libros euoluerit, quia tunc dicitur debitum ratione dignitatis.*

53 *Salarium quando debetur ex crimine damnatorū in casu victoria dicitur recompensatiuum laboris, & propterea non debetur nisi ad ratam laboris.*

54 *Sententia attendi debet, non autem instructio processus.*

55 *Actione carens ex officio à limine iudicij repellendus est.*

56 *Causa non dicitur Fiscalis per comparitionem Procuratoris fisci, etiam in casu quo aliqua pars pœna debetur fisco & nu. 59.*

57 *Salarium debetur Patrimoniali, & Aduocato Cōductore datij.*

58 *Conductoribus datiorum magis expedit sibi praualere de iuribus, & officialibus Camera, etiam in instructione processus.*

ARGVMENTVM.

Causa quando dicatur Criminalis, vel Ciuilis, vel potius mixta.

Salarium an debeatur Aduocato Fiscali in causis contrabannorum, & extractionum an verò Aduocato Publicanorum.

CONSILIVM CXXXX.

Actiones mea à Domino.



FVit præteritis diebus actitata quædam causa coram Perillustri Magistratu Ducali occasione cuiusdam cōtrabanni lanarum in fraudē Dacij Doganæ. Conductores prædicti Dacij obtinuerunt sententiam fauorabilem cum victoria expēsarum soluendarum a reis succumbentibus.

Aduocatus Conductorum, qui processum instruxit, ac pro causæ defensione & victoria iuris allegationes edidit, petit sibi dari salariū prædictæ causæ; E conuerso illud met sibi deberi prætendit Perillustris Dominus Aduocatus Fiscalis, queritur quid iuris?

Prima facie videtur dicendum, illud numerari debere Domino Aduocato Fiscali, quia
1 ista causa † contrabanni est Fiscalis seu Came
ralis, & si non in totum, saltem in parte, quæ
2 pars † reddit residuum eiusdem generis, ea ra-
3 tione, quia † potentius ac dignius trahit ad se
minus potens ac minus dignum. l. cum quæritur. ff. stat. homi. Boss. titulo. Appellatio. nu. 8. vers. In contrarium. Idem in simili dicitur, quod si pars pœnæ fisco, & pars accusatori detur, tota
4 causa † dicetur criminalis. Alex. consi. 132. nu.
5. in 1. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 1. nu. 11.

Secundò quia dicitur causa criminalis, nam
5 criminaliter agitur aliquando in causa extra-
ctionis vel contrabanni, deuenitur enim ad
6 † torturam, & imponitur a Principe certis in
casibus pœna furcarum, & ad dignoscendum
7 † causam criminalem a ciuili inspicitur modus
procedendi, ac qualitas pœnæ impositæ. Glos. in l. si qua per calumniam. C. epis. & cler. cum concordantibus.

Tertiò Aduocatus Fiscalis fuit electus ac constitutus a Serenissimo Domino. Regulari-
8 ter enim † Aduocatus Fisci constituitur a Prin
cipe. l. 1. ff. off. proconf. Cæsa. Peregr. de iur. fi-
9 sc. lib. 7. tit. 2. nume. 5. At tali † Aduocato non
debetur salarium intuitu laboris, sed contemplatione dignitatis, probitatis, ac Excellentiæ ingenij, vt post Bart. tradit Cur. iun. in l. diem functo. ff. off. assess. & ibidem Niger. nume. 56.
10 Idque præcipuè militat in † Aduocato Fisci,
11 ideo videmus, quòd si Fiscalis † Aduocatus in
tra annum decedat, integrum illius anni salarium ad hæredes suos transmittit, vt post alios firmat Peregr. d. cap. 2. numero 14. per tex. expressum in l. post duos. C. aduoc. diuer. iud.
12 si enim respectu † laboris tantum commensu-
rari deberet, neutiquam integrum totius anni non finiti trāsmitteretur ad hæredes, vt etiam consi-

considerat Ceph.cõſ.70.nu.7.& ſeq.& 71.nu.
2.6.7.& per totũ. Ex quib.infero iu propoſito,
q etiã in hac cauſa D.Aduocatus nõ ſtuduerit,
nec libros uoluerit, iuriſq; allegationes nõ ex-
hibuerit, attamẽ ꝑ hoc nõ dẽt fraudari ſalario
iſtius cauſæ,cũ illud eidẽ debeatur intuitu ele-
ctionis & probitatis nulla habita rõne laboris.

In cõtrariũ tñ eſt apertiſſima veritas in hac
facti ſpecie. Siquidẽ hmõi merces ac emolumẽ
13 tũ victoriæ litis debetur † Aduocato Datiarij,
qui ſtuduit & elaborauit, nõ aũt Aduocato fi-
ſci, qui nihil laboris ſenſit. nã ad illũ ſpectant
14 † commoda, qui & incõmoda paſſus eſt.l.ſecũ
dũ naturã. ff. reg.iur. nec ferendus eſt ille, qui
cõmodum amplectitur, onus aũt ſubire recu-
ſat.l.maniſeſtiſſimi.§.pen.C.furt. Alibi dr̃,qđ
15 qui † vult carnem debet etiam acceptare os il-
li annexum.Lancel. in l.ꝑincipalib.§.ſeruum
col.2.ff.ſi cer.pet. Neuiz.conſi.50.num.65.&
16 qui ſeruit † altari debet viuere de altari , nam
17 † merces & operæ ſunt correlatiua, cum mer-
18 ces † ſit pretium operarum. Caſtr.in l.ſi vno.§.
Item cum quidam. num.9. ff.locat. Meritò illi
19 † debetur,qui operas præſtitit. D.Surd.conſil.
42.nu.7. & per totum, vbi loquitur in termi-
nis aduocati fiſcalis, qui prætendebat ſalariũ
cauſæ,cui non fuerat patrocinatus ſub prætex
tu quòd eſſet cauſa fiſcalis ſpectans ad eius of-
ficium,vbi num.8. poſt multos ſubiungit, hoc
20 eſſe abſolutum & regulare,vt † promiſſum vel
debitum ſub prætextu operum, habeat tacitã
conditionem,ſi operæ ſequantur & fuerint pr̨
21 ſtitæ,& ideò ſequitur mercedem † non deberi
ei, qui munus ſuum non adimpleuit, nec ope
ras per eum debitas præſtitit. Dicendum igi-
tur eſt hanc mercedem deberi Aduocato Da-
22 tiarij non fiſci, cùm nulla † æquitas admittat,
vt quis mercedem exigat pro aliena opera, vt
pariter in puncto aduertit D.Surd.d.conſi.42.
nu.14.in fine verſ.Et nulla æquitas.

Vis igitur conſiſtit in declinatione obiecto-
rum,quæ verè nil releuant.

Ad primum igitur reſpõdetur,nequaquam
23 iſtam eſſe cauſam fiſcalem. Nã cõductor† Da-
cij a fiſco vel Camera Ducali reſpectu cõmiſſo
rũ,fraudationis gabellæ & pœnarũ cõtra frau-
dantes daciæ habet omnia iura fiſci in ſe.l.cre
ditor.vbi Bar. Bald.& alij.ff.actio.empt.Alios
congerit Peregr.de iur.fiſc.lib.6.tit. 5. nu.33.
24 & conſequenter merces, † quæ inciderunt in
25 commiſſum, nec non & aliæ pœnæ † inde ſe-
quentes ſunt propriæ,particulares ac pr̨cipue
ipſius cõductoris Dacij.d.l.creditor.vbi Doct.
textus in l.ſi quis ſiue.vbi Doctor.maximè Sa-
lic. C. vectigal.l. fin.§.diui quoque.ff.public.
Bald.in conſilio 256.num.1.& ſeq.in 4. Guid.
Pap.deciſ.413.cum alijs adductis per Peregr.
d.tit.5.n.32. Si ergo hæc omnia ſunt particu-
laria ipſius conductoris, non video quomodo
cauſa ſeu lis reſpectu talium commiſſorum &
pœnarum dicatur fiſcalis, adeo quod aduoca-
tus Daciarij non mereatur ſalariũ patrocinio-
rum præſtitorum in huiuſmodi cauſis.
26 Prædicta tamen procedunt,niſi aliud† con-
ſuetudine vel pacto ſeruetur.Guid.Pap. d.de-
ciſ.413.Peregr.d.tit.5.nu.32.Vnde cum quar
ta pars debeatur fiſco, prout verè,vt ſupponi-
tur fuit ſoluta,ſequitur, quòd cauſa tota dica-
tur fiſcalis iuxta deducta in primo motiuo.

Sed tñ adhuc dicitur, hæc vim nõ facere, &
conſequenter cauſam propriã conductoris, nõ
autem cauſam fiſci nuncupari. Negatur enim
adeſſe conuentionem initam inter Camerã &
Conductores, vt quarta pars debeatur fiſco ſi-
cut ẽt pariter negatur adeſſe circa hoc aliquã
iuridicam conſuetudinem. Et quatenus adeſ-
ſet pactum vel conſuetudo [quod tamen non
admittitur]attamen eorum vigore tales cauſæ
non dicuntur fiſcales,vt infra probabitur.

Negatur igitur adeſſe pactum ſoluendi par
27 tẽ fiſco,quę quidẽ † negatiua optimè probatur
ex lectura cõuentionũ ac capitulorum condu-
ctionis ſeu locationis Doganæ initæ inter Se-
reniſſimã Camerã & Dños Gorottos cõducto-
res, in quib. nullũ verbũ de tali adiudicatione
quartæ partis. Taliter inquã probatur negati-
ua.Bertaz. conſ.ciuil.97. nu.23.& 99.nu.27.
latè Hercul.de Negat.num.167.& ſeq.Deciſ.
28 Mant.300.nu.11.& cum pactũ † ſit quid facti
debet probari.l.in bello.§.facta.ff.captiu.cum
29 concordãtibus. Nam,vt dixi,tota † pęna frau
dantis & omnes res,quæ in commiſſum cecide
runt, ipſo facto ſunt ipſius Gabellarij inſpecta
iuris diſpoſitione, & abſq; alia expreſſione fa-
cta in locatione,cũ ſufficit,ut in cõtrariũ nõ le-
gatur,ut explicitè tradit Sali.in l.ſi q.s.C.vectig.
30 Negatur pariter cõſuetudo, nec † cõſuetu-
do præſumitur niſi probetur,ut poſt Bartol.ait
Mãdel.conſ.719.nu.2.Quinimo nulla in caſu
iſto dici põt inducta cõſuetudo. Nã ex capitu-
lis locationis Doganæ factæ de anno 1566.ꝑ
nouẽnium Dño Giuardo fuit expreſsè conuẽ
tum, vt quarta pars condemnationũ daretur fi
ſco,quarta Ius dicentib. quarta inuentori, &
quarta conductori. Qua locatione finita fuit
poſtea facta eidemmet conductori renouata lo
catio de anno 1575. in qua expreſsè fuit reie-
cta conuentio dandi iſtam portionem Came-
ræ, vt patet ex fidibus authenticis deſum-
ptis ex libris Cameralibus. Modo in capitu-
lis iſtius nouiſſimæ locationis nullum verbum
de talibus pœnarum portionibus applicandis,
& ita patet quanta ſit difformitas in huiuſmo-
di locationibus reſpectu talium pœnarum.
31 Modò † conſuetudo non inducitur ex actibus
difformibus. Doct.in c.fin.extr.conſue. Natta

conſ.106.numero 10.Crau. conſilio 96.nu.6.
cum multis relatis a Domino Surd.conſ.254.
31 numero 29. Quinimo † quando conſuetudo
eſt varia, ſtatur diſpoſitioni iuris communis, il
la prorſus reiecta, vt poſt Alex. & Deci. teſta-
tur Mandel.conſi.253.num.16. Et dato quòd
aliqualiter eſſet conſiderabilis, ſtatur ultimæ
33 † conſuetudini, ac obſeruationi immediatè an
tecedenti. Alex.conſil.5.col.fin.in 5.Mandel.
34 conſi.510.nu.9.cum regulariter † conſuetudo
poſterior deroget priori.l.Mela.§.ſed ſi alimē-
ta.ff.alimen. & cibar. lega. Schrader. de ſeud.
par.2.q.partis principalis, ſect.10.nu.34.At vl
tima cōſuetudo ītegra oīa emolumēta tribuit
daciario, vt patet ex libris Cameralibus, ergo.

Nec dicatur, nouiſſimos cōductores paſſos
fuiſſe, vt Cameræ vel fiſco quarta pars pœna-
rum adiudicaretur.

Nam per hoc nō fuit inducta cōſuetudo, ad
35 cuius † inductionē requiritur decenniū ad mi
nus. Docto.in l. de quib.ff.legib. Maſchar. de
probat.cōcluſ.424.n.26.& ſeq.Viui.opi.157.
Mandel.conſ.556. nu.24. D. Surd.conſil.58.
nu.8. ſed nō durauit tantiſper tolerātia ipſorū
cōductorū. Quid plus? Imò nec durare potuit,
cū locatio prædicta ſit ad nouennium tantùm.
Addatur, ꝙ iure non tenebantur conductores
iſti tolerare, vt aliqua pars pœnarum daretur
Cameræ vel fiſco iuxta pręallegata. Vnde ſi id
aliquando paſſi ſunt ex vrbanitate, conſuetu-
36 dinem † induxiſſe non videntur l. fin. ff.itin.
actuque priu.Iaſ.in d.l.de quibus.col.fin.ff.de
legib.Mandel.conſ.556.nu.23.

Suppoſito etiam, nō tñ admiſſo, ut dici poſ-
ſet adeſſe conuentionem vel conſuetudinē ero
gandi dictam portionem quaternariam pœna
rum fiſco, attamen per hoc non ſequitur quod
tales cauſæ ſapiant fiſcalitatem.

Reſpectu.n.cōuentionis, dico, ꝙ ſi Camera
prætendit partē pœnæ vigore pacti, certè tota-
liter excluditur conſideratio fiſcalitatis, quia
37 vtitur iure priuatæ conuentionis, quia † Prin-
ceps & fiſcus dicitur vti iure cōi & iure priua-
torū in contractib.Peregr.de iur.fiſc.li.6.tit.1.
38 nu.11.etiā † ſi cōtrahat cū ſubditis, latè Man-
doſ.conſ.93.col.1.Quò fit, vt talis qualitas fi-
ſcalitatis omninò ceſſet in præſenti caſu, cum
fiſcus veniat ex capite ac vigore pacti.

Reſpectu autem conſuetudinis, dico, ꝙ ſtan
tibus prædictis talis cōſuetudo eſſet exorbitās
a iure cōi, cum ius cōe ordinet, vt omnia emo-
lumenta ſimilia ſint cōductorū, vt ſupra dictū
39 eſt, & conſequenter aſſerta † conſuetudo eſt
ſtricti iuris, ac ſtrictiſſimę interpretationis. Bel
lo.conſ 33.nu.7.Curt. iun.conſil.171.nu.11.
Gabr. conſi.81.nu.48.in 2.Et meritò non de-
40 bet † extendi de caſu ad caſum.D.Surd.conſi.
138. nume.8. vbi poſt multos ait id procedere
41 etiamſi militet † maior rō.& regulariter † con-
42 ſuetudinem a iure exorbitantem nequaquam
extendi de re ad rē, nec de caſu ad caſum, nec
de perſona ad perſonam. Rolan.cōſ.55.n.13.
in 1.Schrader.de feu.par.10.ſectio.20.n.165.
43 168.& ſeq. Vnde probanda eſt † in indiuiduo
ac in particulari caſu, de quo agitur, vt præter
cæteros ait Rolan. conſi.69.nume.24.in 3.D.
Surd.conſi.74.numero 13.Lancell. Galli.con
44 ſilio 121.numero 65.Quia talis † conſuetudo
non ſcripta non inducitur ex verbis, ſed ex a-
ctibus.Gabr.d.conſilio 81.num.34.Addatur,
quòd talis conſuetudo poſſet fortaſſis operari,
vt dicta quarta pars debeatur fiſco, ſed quòd
cauſa & illius cognitio dicatur fiſcalis, nequa-
quam, quia fieret extenſio conſuetudinis exor
bitantis. Vltra quòd ſequeretur ipſam conſue
tudinem nocere non culpoſis; & tamen con-
45 ſuetudo † nocet illis tantùm qui illam induci
cōtra ſe paſſi ſunt, nempè conductoribus, non
autem alijs, ſcilicet eorum Aduocato, qui nil
habet agere cū conductorib. reſpectu talis con
ſuetudinis adiudicandi partem pœnarū fiſco.
Latè D.Surd.conſ.254.nu.33.Cùm igitur nō
conſtet, ꝙ alias Aduocatus fiſcalis per longum
tempus ſub prætextu fiſcalitatis, etiam ſi non
ſtuduerit, nec iuris allegationes fecerit pro pa-
trocinio cauſæ, exegerit a reis condemnatis oc
caſione fraudis Dacij Doganæ in vim dictæ
conſuetudinis in damnum proprij Aduocati
conductoris, qui valde laborauit, ac iuris alle-
gationes edidit, ac victoriā cauſæ reportauit,
ſalarium a condemnatis exegerit, dubio pro-
cul talis conſuetudo non ei poteſt opitulari.
46 Quinimò † cum agatur de re iudiciali, dico,
neceſſe eſſe conſtare talem conſuetudinem
fuiſſe obtentam in contradictorio, ut poſt Sa-
lic. firmat Aret. in §. ex non ſcripto. numero
10.Inſtit.iur. nat.gen.& ciui. Menoc.conſilio
187.num.57.verb.clarius hoc idem. Viui.opi.
162.ante fin.

Et ex his patet ſublatum primum motiuū
fiſcalitatis, & cōſequenter ceſſat ēt concluſio,
quòd dignius trahat ad ſe minus dignum. Vl-
tra quòd prædicta concluſio non procedit in
caſu iſto, in quo ſecundum communiorem ac
receptiorem ſententiam, dato quòd dicta pars
pœnæ applicanda fiſco redderet cauſam fiſca-
lem, attamen non in totum, ſed pro parte tan-
tum diceretur fiſcalis, nempè cauſa mixta, vt
infra dicam.

Ad ſecūdū rūdetur, pęnā in caſu iſto eſſe me
rè pecuniariā, nec aliquā pęnā corporis afflicti
47 uā impoſitā fuiſſe, & ideo nō eſſe † cauſam cri-
minalē, & ita loquitur ac procedit Gloſ in op-
poſitū adducta, adeo ꝙ cū agatur de pęna pecu
niaria debita Daciario, ſequiť cām eſſe ciuilē
& priuatā, & adhuc militare oīa iā pallęgata.

Reſpon-

48 Respondetur secundò, tunc causam † dici criminalem per applicationem pœnæ fisco, qñ finis causæ ac iudicij principaliter tendit ad vindictam publicam, ratione publici commodi & ex delicto tantùm; tunc autem dici cau-
49 sam † ciuilem, quando principaliter in iudicio agitur ad commodum priuatum, siue causa descendat ex delicto, siue ex contractu, vt post Bald. declarat Alexan. ad Bart. in l.3.ff.sepul. viol. Foller. in praxi crim. Rub. Audiantur excusatores, numero 176. & de communi testatur Marant. in Prax. par.4. numero 2. Idem firmat Mascar. de probat. conclus.463. numc.2. Afflic. super Constit. Regn. lib.3. Rubr.32. §. varietates. numero octauo. latè Deci. in Rubr. extr. iudic. numero 96. prima lectura, & num. 52. in secunda lectura. Curt. Iun. in Rub. ff. iudic. numero 20. Baiard. ad Clar. quæstione 1. numero 2. latè de veriori ac receptiori post infinitos nuntiat Asin. in Praxi. in princ. cap.5. numero 14. & sequent. & magis communem nouissimè firmat Scaci. in suo tract. crimin. & ciuil. parte prima cap. quinto, & sexto, vbi optimè loquitur, & in dicto capit.6. numero secundo post Rot. Roma. & Menoc. ait, qualitercunque pœna pecuniaria imponatur, semper dici
50 † causam ciuilem, etiam si fisco totaliter applicetur. At pœna in casu isto imponitur ac exigitur ad priuatum commodum tantùm, vt legitur in capitulo quinto. Ordinum Doganæ publicatorum die 26. Nouẽbris 1591. in quo ne verbum quidem de publica vindicta ratione delicti.

Respondetur tertiò, dato, non tamen concesso, quòd ista causa saperet fiscalitatem, attamen cùm exigua pars pœnæ fisco tantùm applicetur, reliquum autem priuatis personis
51 dicetur causa † mixta, adeo quòd respectu portionis fisci posset dici criminalis vel fiscalis, in residuo merè ciuilis. cap. Tuæ. vbi Doctor. ext. procur. Anch. quæstione 1. nu.5. in 1. Asin. vbi supra cap.6. nu.1. Ios. Ludo. conclus.71. col.... vers. Contrariam opinionem.

Ad tertium respondetur distinguendo. Aut
52 † salariũ est a publico seu a Principe deputatum de suo ærario persoluendum in singulos menses vel annos, & tũc procedit oppositum;
53 Aut verò † debetur ex crimine damnatorum in casu victoriæ & tunc dicitur datum ac assignarum intuitu & ad ratam laboris in recompensationem victoriosæ sententiæ, & illud quis non lucratur, qui non laborauit, vt probè tradit D. Surd. d. cons.42. nu.20. vers. Quartò. & num. sequentibus.

Nec quidquam facit, si dicatur ex processu constare, Dominum Procuratorem patrimonialem comparuisse in iudicio isto pro interesse Cameræ, & iudicium saltem pro parte fuisse actitatum nomine Cameræ.

Respondetur enim fuisse actitatum nomine conductorum, & verè sententiam non nomine Cameræ, sed ad instantiam cõductorum
54 fuisse promulgatam, & attendenda est † sententia, non autem instructio processus.

Respondetur secundò, Dominum Patrimonialem incassum laborasse in præsenti iudicio, in quo nullum versatur interesse Cameræ saltem circa instructionem causæ & Processus. Nulla enim legitur conuentio, quòd pars aliqua pœnæ debeatur Cameræ, sed tota debetur Daciario, vt iam supra probauimus; Si
55 ergò aliquid egit, inepte ac sine † actione egit, quo in casu non meretur audiri, sed a limine iudicij, a iudice ex officio, etiam parte non instante, repellendus est. Menoch. de arbitr. iud. quæstione 16. numero secundo Magon. de cis. Luca.8. in fin. & licet Domini conductores partem pœnæ Cameræ dari passi fuerint, id fuit ob eorum vrbanitatem, quæ ad ius obligationis trahi non debet. Vltra quòd aduerten-
56 dum est, aliud esse † quòd pars pœnæ debeatur fisco, aliud vero, quod causa dicatur fiscalis per comparitionem Procuratoris fisci. Nã potest tolerari, quòd conductores dent portionem fisco vigore pacti vel consuetudinis post victoriam obtentam contra reos, sed tamen per hoc non sequitur, quod Procurator fisci debeat se ingerere in cognitione causæ ac in processus instructione, cùm id totum spectet ad cõductores Dominos Dacij, seu ad eorum pręcipuos patrocinantes.

Respondetur tertiò, hic non agi de salario debito Domino Procuratori patrimoniali, sed de salario prætenso a Domino Aduocato fisci, & verè debito Aduocato conductorum,
57 nam realiter † salarium & Patrimoniali & Aduocato conductorum debetur. Nam Procurator patrimonialis agendo nomine Cameræ egit etiam causa conductorum & de consensu conductorum, nec mirum, quia tales conductores fisci habent iura fiscalia & in exactionibus pœnarum istarum sibi præualent de iuribus ac nomine & officialibus fisci, etiam in
58 instructione processus, cùm id sit eis † magis vtile ob fauores fisci, quinimò Doctores consulunt Daciarios debere uti nomine fisci, sed
59 tamen per hoc non † dicitur causa fiscalis. Bart. in l. Senatus. §. Senatus. numero 23. ff. iur. fisc. Salic. in l. etiam. numero quinto. C. ad l. Falcid. Pereg. de iur. fisc. lib.4. titulo fin. numero 32. Laus Deo.

Carol. Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Contractus est nullus, forma licentiarum, & Decreti non seruata, & vendicatio fundi venditi competit.*

2 *Onus implicandi pretium terrarum spectat ad emptorem.*

3 *Emptor bonorum Ecclesiæ tenetur curare, vt pecunia conflata ex bonis venditis conuertantur in vtilitatem Ecclesiæ.*

4 *Emptor non potest agere ex contractu inito cum Ecclesia, vbi fundus fuit vẽditus propter aliquã causam, nisi probet causæ fuisset satisfactum.*

5 *Clausula, nec aliter, nec alio modo, inducit formam præcisam, taliter quod actus non potest diuersimodè adimpleri.*

6 *Dispositio aliter adimplet a facit deficere partium consensum.*

7 *Clausula nec aliter, nec alio modo, non patitur alium intellectum separatum à verbis.*

8 *Modus est moderatio quadã dispositioni adiecta honoratum grauans in tempus perfecta dispositionis.*

9 *Hæres non adimplens modum, priuatur commodo relicti.*

10 *Emptor tenetur tantum numerare pretium inuestiendum, vel vt inuestiatur, cum id spectet ad venditorem.*

11 *Creditor non tenetur gerere negotium Domini.*

12 *Emptori sufficit, vt contrahat ea lege, & pretiũ solutũ vt in alterius rei emptionem subrogetur pretium, aliter in mutuo, & alijs contractibus.*

13 *Emptor etiã agens contra Ecclesiam non tenetur probare, pretium solutum fuisse versum in Ecclesiæ vtilitatem, & testatur receptissima sententia.*

14 *Emptor nõ tenetur probare versionem pretij in vtilitatem Ecclesiæ, quando Ecclesia est actrix.*

15 *Emptor non tenetur ad sollicitudinem pro inuestiendo pretio, exceptis contractibus mutui, depositi & similium.*

16 *Versio pretij in vtilitatem probatur ex coniecturis, maximè quando fuit depositum ad effectum vertendi iuxta conuenta.*

17 *Contractus vẽditionis perficitur statim partibus concordãtis circa rem, & pretium.*

18 *Emptor tenetur soluere pretium, & venditor inuestire.*

19 *Præfixio formæ, quando traditur post contractum perfectum, vel translatum dominium, eius omissio non reddit actum nullum.*

20 *Prohibitio alienationis concepta per verba sonantia in actum perfectum non impedit Dominij translationem in acquirentem, nec res taliter alienata potest vendicari.*

21 *Modus inducitur quãdo aliquid adiungitur perfecta dispositioni.*

22 *Modus solet impleri per viam compulsionis, non autem per viam exclusionis.*

ARGVMENTVM.

An emens rem subiectam restitutioni faciendæ Ecclesiæ in euentum substitutionis, si sit facta cum licentia obtenta ab ipsamet Ecclesia, hac conditione, quod pretium inuestiatur in vna proprietate subroganda loco fundi venditi, si emptor deponat pretium ad hunc effectum eximatur a dicto onere.

An onus prædictum inuestiendi spectet ad venditorem, vel ad emptorem, & emptorem deciditur non teneri.

CONSILIVM CXXXXI.

Actiones meæ à Domino.

Monasteria Sãctorum Dominici, & Vincentij fuerunt alias vocata, seu substituta per fideicõmissum a quon. Domino Frãc. Rota Testatore, casu quo Dñs Hieronymus eius Filius, & hæres, ipsiusque hæredis filij decederent sine filijs, &c.

Mortuo testatore Dñs Hieronymus alienauit prædium vnũ prædicto fideicõmisso suppositum Dño Carolo, & fratrib. de Ramo; cũ assensu tñ, & licentia dictorũ Monasteriorum, & cũ Principis Decreto taliter cantantib. Dummodo tñ pretium dicti fundi venditi inuestiatur in alia proprietate idonea perpetuo subrogãda loco dicti prędij venditi; Vel saltẽ deponatur non relaxandum, donec inuestiatur, &c. & non aliter, nec alio modo, & prout latius ex dictis licentijs, & Decreto videre est.

Prætendunt Monasteria euenisse casum fideicommissi, in quo fuerũt vocata, nec apparet aliqua proprietas subrogata loco dicti prædij venditi, imò nec cõstat pretium fundi alienati fuisse inuestitum a venditore, nec ab emptore, prout enũtiabatur in ipsis licẽtijs, & Decreto.

1 Quo in casu Ecclesia † dicit cõtractũ illum fuisse, & esse nullũ, ob nõ seruatam formãlicentiarũ, & Decreti, & fundi venditi vẽdicationẽ sibi competere. l. eleganter. ff. dol. mal. & notat Glichen. in Auth. Hoc Ius porrectum nu. 63. C. sacrosf. eccles. Ideò dixit Aloisi. de Leo in dicta Auth. Hoc ius porrectum nu. 30.

Quòd si fuit facta alienatio stabiliũ, & non probetur pecuniã fuisse versam in vtilitatẽ Ecclesiæ, alienationẽ non tenere, qñ fuit facta pp certam causam, vt puta pro dissolutione æris alieni, quia iustitia causæ non præsumitur, & idcircò, vt dixi, uidetur dicendum Monasterijs

sterijs Ius competere ad fundum nulliter alienatum.

In præsenti controuersia plures Excellentes Aduocati consuluerunt, quorum dictis, in omnibus concernentibus tutelam Dominotū fratrum de Ramo, me libenter subscribo.

Sed quia cardo istius negotij (ni fallor) cò tēdit, ad cuius curā, & sollicitudinē spectabat, vt pretium fundi inuestiretur in proprietate subroganda, nec video punctū fuisse medullitus examinatū, putaui illū diligenter, sed breuiter discutere pro totali victoria Dominotū emptorum.

2 Prima tñ facie vr̃ dicendū, tale onus † implicandi pretiū spectasse ad emptores ex doctrina Bald. in l.fin.§.& si præfatā nu.6.C.iur.delib. vbi dicit, q̄ si hæres vendidit res hæreditarias, adhoc vt satisfaceret creditorib. & non soluit pretium, sed consumpsit, id cedit dāno emptoris, qui debuit procurare, vt pecunia perueniret ad creditores, seu legatarios, quod cum nō fecerit, non dr̃ securus; & illum sequitur ibidē Ang.& post illos Sicard.nu.14. subdens simi-

3 le fore dicendū de emptorib. † bonorū Ecclesiæ, quorum pecunia cōflata ex tali vēditione debet in Ecclesiæ vtilitatē conuerti, & in terminis consuluit Alex.cons.4.nu.8.in 3.dicēs; quòd si Ecclesia vēdiderit rem stabilē ad hoc, vt ex tali venditione aliquid fiat pro ipsa Ec-

4 clesia, tunc emptor non poterit agere † ex illo cōtractu, nisi probet pecuniā fuisse conuersam in illam causam expressam in licētia vendendi data ab Episcopo citat Innoc. Butr. & alios in c.1.extr.de deposit.& Alex.sequitur alios, adducendo Deci.in l.ciuitas n.14. in fin.ff.si cer. petat.dicens creditorem teneri probare pecuniam conuersam in vtilitatem Ecclesiæ, vel ciuitatis.

Prædictaq; procedunt tanto fortius in casu isto, in quo fuit data forma præcisa seruanda quo ad talem implicationem precij, quæ nullo pacto potuit omitti in Ecclesiæ præiudiciū

5 stante clausula irritante [nec aliter, † nec alio modo] quæ clausula inducit formam præcisam taliter quod actus non pōt diuersimodè adimpleri, l.si quidē, vbi Bal.C.except. Rol.cōs.58. nu.84.& seq.nu.11.in 3.Surd.cōs.268.nu.9.

6 & si dispositio aliter fiat, † & deficere partium consensus. Fusc. singul.11. littera V.Viui.de-

7 cis.234. vbi subdit hanc clausulam † non pati aliū intellectū separatum a verbis; & hoc latè prosequitur Rim.iun.cōs.555.nu.3.cū plurib. seq.siuè præfata clausula fuerit adiecta dispositioni conditionali, siue modali; nam modus

8 † dicitur esse moderatio quædam dispositioni adiecta honoratum grauans in tempus perfectæ dispositionis. Meno.cons.131.col.prima, & ego tetigi. consil.20.nu.14. Quia modo nō

9 impleto corruit actus, & ideò hęres † nō adimplens modum, priuatur commodo relicti, l.2. C.his quæ, sub mo.latè Surd.consi.268.nu.7. vbi alios adducit, & cons.181.num.10. vbi loquens in puncto dixit, quod conuentio verten di pretium in certam causam irritatur, quando non fuit versum, & consequenter modo non seruato.

In contrarium tñ est veritas; nam sufficit em-

10 ptori † numerare pretium absq; ulteriori cura illud inuestiendi, vel, vt inuestiatur, cū id spectet ad venditorē, tex.est clarus in l.fin.ff.exer

11 cit.actio.ibi (etenim nō oportet creditore† ad hoc adstringi, vt ipse reficiendæ nauis curā suscipiat, & negotium Dñi gerat, quod certè futurū sit, si necesse habeat probare pecuniam in refectionem erogatam esse) concordat tex. in l.1.§.non autem.ff.eo.tit. & ita tradit Bart. in l.doli mali, nu.7.8.ff.nouat. & per illos textus hanc cōclusionem probat post alios Molin.de Primag.lib.4.c.4.nu.21.sed verius dicens, suf

12 ficere † emptori si ea lege contrahat, & pretiū soluat adhoc, vt in alterius rei emptionē subrogetur, nec ad illum spectare, vtrum in emptionem cōuertatur. Hinc dixit Sūma Siluestrina in versic.Alienatio quæst.26.nu.24. non oportere emptorem scite ad quem vsum pecunia soluta vigore emptionis bonorum Ecclesiæ conuertatur, & assecurari de vtilitate Ecclesiæ, sed illi sufficere emere rē iusto pretio, & reliquum relinquere vendentium conscientijs, & in contractu emptionis factæ ab ecclesia ad id emptorem nō teneri (quidquid in mutuo, & alijs certis casibus decidatur, vt infra dicam) firmat Deci.consi.36.nu.8.versiculo.Tertio principaliter, illū sequitur & de receptiori testatur Pinell.in l.2.par.2.cap.4.num.70.C.rescinden. vendit.alios adducit, & sequitur Meno. consi. 114.nu.9.& pulchrè Surd.consilio 181.num. 43.& seq.ac nouissimè Caball. consi.141. numero 3.& per totum, vbi sustinet indistinctè

13 esse emptorem † etiam agentem contra Ecclesiam, non teneri probare pretium per ipsum solutum, fuisse versum in Ecclesiæ vtilitatem; & ita satis patet hanc esse receptissimam sententiam.

Nec releuant apposita, quia satis patet non esse curanda in proposito isto, cum cōtrarium probetur per leges apertas, & tot patrum receptissimas doctrinas.

Respondetur secundo in contrarium adducta posse admitti, & procedere, quando emptor ageret ad pecuniam, vel ad rem consequendam contra Ecclesiam; nam tunc deberet probare suā intentionē, & cōsequēter versionē pecuniæ in vtilitatē Ecclesiæ. At secus in

14 casu isto, in quo ipsa nec Ecclesia † est actrita ad recuperationem rei alienatæ, nam tunc

emptor conuentus à tali onere prorsus eximi-
tur, ita docuit Socin.in consilio 15. nume. 26.
versiculo 6.probatur, quia posito, in l.1.Deci.
consilio 36. num.8. versiculo Secundo pro re-
sponsione considerandum est Crau.cons.813.
numero 2.latè Mascar.de probat.cōclu. 1160.
numero 36.Meno.lib.3.pręsumpt.55.num.1.
& seq. Surd. cons.181. nu.44.diffusè Caball.
consi.141.nu.40.

Respōdetur tertio talem versionem fore cu
randam, & probandam per creditorem contra
hentem cum Ecclesia, quando agitur de cōtra-
ctu mutui vel depositi, vel de venditione facta
ex causa persoluendi, seù extinguendi debita
ipsius Ecclesię: At demptis istis trib. casibus,
15 † emptorem non grauari ad talem sollicitudi-
nem, vt aduertit Soci. dicto consi. 15.num.25.
ante fin.Deci. dicto cons.36.num.8.versiculo
Tertio principaliter, alias congerit Men.dicto
cons.114.nu.9.optimè Surd.consi.181.num.
43.facit Caball.dicto cons.141.

Respondetur quarto ex abūdanti, quod qñ
etiam talem talis versio foret probāda per em-
16 ptorem, cum versio † ipsa soleat ex coniecturis
probari, & pretium fuerit depositatū realiter;
promiseritque depositarius illud soluere impli
candum pro cautione Ecclesiæ, accedente tē-
poris diuturnitate satis dici probatam dictam
implicationem, vt in puncto firmat Dec.dicto
consi.36.nu.8. vers.Tertio aduertendum est.

Tollitur etiam quod dicebatur de nullitate
contractus, seù de forma inducta per clausulā
illam; Nec aliter, nec alio modo, &c. Si quidē
verba illa fuerunt apposita actui explicando
post contractum perfectū emptionis; quia pri-
17 mo cōtractus † emptionis cōficitur, statim par
tibus concordatis circa rē, & pretiū, & ideo so-
lo consensu cōtrahitur iurib. notis, ex post sol-
18 ui debet pretium per emptorē, † & postea inue
stiri per venditorem, vt exemplificando docet
Soci. Bero.& Cepha.locis relatis per Burs.con
silio 184.nu.53. versi.Sexto hæc omnia.

Modò in proposito dico, q̃ formæ præfixio
tunc vitiat actum, quando a principio trahitur
forma attributiuè Iuris, sed qñ traditur post cō
19 tractum pesectum, † & post Dominium trans-
latum, eius omissio non reddit actum nullum,
vt post Glos.tradit Alex.ad Bart.in l.vniuersa
c.Precibus Imp.offer.Franc.dicto Pont.consi.
36.nu.46. conferunt tradita per Felin. in cap.
Quoniam frequenter col.3.versi. Tu verò attē
de extra, vt lit. non contest.& per Cost.de re-
trotract. cas.7.cap.9.nu.23.& seq.

Confirmatur ista cōclusio, ex eo, quod pro-
20 hibitio † alienationis concepta per verba so-
nantia in actum perfectum non impedit domi
nij translationem in acquirentem, nec res tali
ter alienata poterit vēdicari l. strictius seruus.
ff.manum.testa.& tradit Deci.consil.182.nu.
4.versiculo Tertio principaliter Ruin.consilio
131.nume.8.in 2.Petra de fideicom.quæst.3.
nu.9.& quæst.4.nu.4.Ideò infertur in proposi
to, quod onus conuertendi, seù inuestiēdi pre-
tium in aliam proprietatem, fuit modale, vt
etiam supra tetigi, non autem conditionale,
21 quia modus † inducitur quando aliquid adiū
gitur perfectę dispositioni, Bero.consi.66.n.5.
in 2.& nos diximus cons.20.nu.13.At modus
22 solet † impleri per viam compulsionis, non au
tem per viam exclusionis, Crass.in §.legatum
quæstione 46.& quæstione 58. cum pluribus
per nos congestis dicto consil.20.nu.11. Quò
fit, vt inanis omnino reddatur vexatio proposi
ta per dicta Monasteria.

Tandem ista controuersia fuit semel decisa
ex alijs fundamentis, in gratiam DD.Fratrum
de Ramo, vt per Surd. decisione Mant.156.
Laus Deo.

Carol.Bardel.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Thesaurarius Principis per reuisores computorum compertus debitor, vel negligens potest statim per Iudicem absque citatione condemnari.*

2 *Executio personalis, & tenuta bonorum pro debito Camerali liquido competunt.*

3 *Confessio mariti cum renuntiatione exceptionis dotis non tradita vti in fraudem legis, & inter personas prohibitas sequuta creditoribus mariti & ipsi marito non praiudicat.*

4 *Confessio mariti sicuti valet vbi pracessit dotis promissio ita e conuerso in fraudem & vim donationis facta supponitur, quando de promissione non apparet.*

5 *Confessio mariti non constito de dotis promissione iuramento non firmatur.*

6 *Confessio mariti facta ante ius creditoribus quasitum elapso tempore opponendi exceptionem nō numerata dotis, illis praiudicat de promissione non appareat.*

7 *Restitutio in integrum ex clausula generali competit creditoribus mariti ignorantibus dotis confessionem.*

8 *Confessio mariti are alieno grauati vel paulo post illam contracti creditoribus etiam futuris non praiudicat.*

9 *Pars astimatur iure totius.*

10 *Remoto toto dicitur remota pars.*

11 *Cui admitur totum multo magis pars qua fine toto cessat.*

12 *Pars in toto continetur.*

13 *Partem rei tangens dicitur totam tetigisse.*

14 *Pars vna dispositionis dicitur totā tangere, quando non potest stare de per se.*

15 *Hypotheca, & obligatio in bonis administratoris competit a die capta administrationis, & exclu dit vxorem ex post ductam.*

16 Bona

16 *Bona præsentia, & futura veniunt tam in tacita, quam in expressa hypotheca.*
17 *Bona furis sunt hypothecata pro restitutione male ablatorum.*
18 *Hypotheca uxoris posterior expressa præfertur anteriori tacitæ.*
19 *Dotis causa utcunque posterior in bonis postea per virum quæsitis alijs anterioribus præfertur.*
20 *Prælatio datur doti contra priuatos non contra fiscum pariter priuilegiatum.*
21 *Fiscus ex speciali priuilegio præfertur omnibus creditoribus in postea quæsitis.*
22 *Doti præiudicium infert ordo dictans bona officialium dici obligata Cameræ.*
23 *Uxor pro dote nedum fisco non præfertur sed etiã ipsa dos venit in subsidium pro debiti primipilaris satisfactione.*
24 *Bona paraphernalia uxoris licet non cadant in obligatione primipilari, deber tamen probari illa esse talia ad exclusionem fisci.*
25 *Uxori dicenti bona acquisiuisse de pecunijs proprijs non creditur, nisi probetur, cum præsumantur viri, ut euitetur suspicio turpis quæstus.*
26 *Bona præsumuntur quæsita de rebus & pecunijs administratis si constat administratorem ab initio fuisse pauperem.*

ARGVMENTVM.

Uxor pro dote sua non prefertur fisco, in bonis mariti debitoris ex causa administrationis, & debiti primipilaris.

CONSILIVM CXXXXII.

Actiones meæ à Domino.



N præsenti iudicio actitato contra Dñm Bottacinum & Dominã Panicellã eius uxorem aduertendum est, q † eo
1 ipso, quòd Reuisores computorum & rationum administrationis per Thesaurarium publici ærarij seu Principis, ex visione librorum repererint Thesaurarium esse debitorem, seu alias perperam se gessisse, absque alia citatione potest per iudicem condemnari. l. 2. §. quod si de frumentaria. vbi Bar. ff. de admin. rer. ad ciui. perti. Soci. in l. si quis arbitratu. nu. 30. ff. verb. oblig. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. numero 6. & seq. vbi subiungit ita de consuetudine obseruari,
2 & quod † pro tali debito liquidò proceditur ad capturam personæ, & ad tenutam bonorum. l. nemo carcerem. C. exact. tribut. libro 10. cum concordantibus per Pereg. vbi supra.

Quibus sic se habentibus videndum est, an Domina Margarita Panicella uxor dicti Bottacini sit præferenda Ducali Cameræ pro dote sua in bonis præfati Bottacini vigore instrumentorum ac aliorum in processu deductorum nomine eiusdem Panicellæ.

Et verè arbitror nullo pacto esse preferendã ipsi Cameræ, ex pluribus.

Primò quia confessiones factæ per Bottacinum in dictis Instrumentis & apochis nil ad-
3 modum nocent Cameræ quia † confessio dotis facta a marito constante matrimonio, addita renuntiatione exceptionis dotis non traditæ, nullam dotis traditionem importat, sed simplicem donationem ad uxoris commodum, ex quo per dictam renuntiationem non potest dici facta confessio sub spe futuræ numerationis, & ideò non præiudicat creditoribus mariti imò nec ipsi marito, & consequenter uxor respectu talis confessionis nõ gaudet priuilegio dotis, cùm agatur de ipsius mulieris lucro, & talis confessio reputetur facta in fraudem legis, & inter personas suspectas. Ita præcisè docuit Imol. in l. si constante. in prin. colum. pen. versiculo. Sed tu potes ex hoc concludere. ff. solut. matrim. quam sententiam tamquam veram & receptiorem semper secutus fuit Alex. [ipso teste] in consi. 142. num. 4. vers. Nec obstat si diceretur in quinto Aret. in l. si diuortio. ff. verb. oblig. & consi. 86. col. 3. Ex hoc infero. & prius col. 2. Secundò ostenditur. Socin. in l. 1. nu. 100. ff. solut. mat. Gozad. conf. 28. nu. 21. Ang. de Aret. in §. fuerat. num. 13. t4. Institu. actio. latè Ias. consilio 32. in 3. per totum. vbi ait ab hac opinione in iudicando & consulendo non esse recedendum. Purp. sequitur in consil. 236. nu. 6. & consil. 478. nu. 18. Rui. consil. 137. nu. 3. 4. in 4. & idem post Corn. & Aquẽs. Firmat Rube. consi. 78. nu. 2. vers. Sed tota difficultas. Bello. consi. 47. nu. 3. 4. Paris. consi. 86. nu. 35. in 3. Grat. consi. 54. nu. 28. in 1. Didac. lib. 1. variar. resolut. cap. 7. col. 6. num. 4. versi. Quamobrem ego opinor hãc secundam. Gail. lib. 2. obseruat. 81. nu. 3. Rimin. sen. consi. 216. Rimin. iun. consi. 755. nu. 31. & seq. Cran. consil. 40. num. 1. Mascar. de probat. conclus. 566. nu. 3. 4. Cioffi. consil. 32. nu. 2. in 1. quam vti communem sequitur Menoc. lib. 3. præsumpt. 12. nu. 51. & præsumpt. 14. nu. 5.

Secundò talis mariti confessio non releuat, quia eam non antecessit aliqua dotis promissio uel constitutio ei facta per uxorem, de illa enim non constat nec constare potest. Siquidem secunda confessio, de qua in instrumento celebrato de anno præsenti 1600. eodem modo & forma, de quibus in apochis in calce dicti instrumenti registratis probat nun-

nunquam ipsi Bottacino antea fuisse promis-
sam seu constitutam certam dotem, cum in
dictis apochis ipse fateatur recepisse certos
denarios ad computum dotis sibi constituen-
dæ vel consignandę, & ita patet hucusque non
cōstare, quod eidem fuerit promissa certa dos,
sed clarè contrarium probari confessiones illas
non fuisse factas in executionem præambulæ
promissionis dotis. Vnde sequitur conclusio
4 quòd † sicuti precedente promissione dotis cō-
fessio subsequens dicitur facta pro reali libera-
tione eius quod antea fuit promissum, & ita
arguatur quod verè dotis solutionem accepe-
rit. Gabr. titulo de iur. dot. conclus. 4. nume. 1.
& seq. Ios. Ludo. decis. Perus. 66. numero 25.
D. Surd. consilio 397. numero 5. & consi. 322.
numero 22. Ita è conuerso non constito de Ca
pitulis matrimonialibus, seu de antecedente
dotis promissione in fraude & in vim donatio
nis facta supponitur. tex. in l. in contractibus.
§. sed quoniam. C. non numerata pecunia, &
explicitè Baldus consilio 352. in tertio & post
Socinus ita tradit Mascar. de probat. conclus.
362. numero 2. & 20. & post Aret. ita declarat
Crau. consilio 40. numero tertio versiculo Ter
5 tiò respondeo. Quinimo † nec iuramento fir-
matur talis confessio non edocto de primordia
li promissione. Gabr. de iur. dot. conclus. quar-
ta numero 6.
6 Nec dicatur † obstare lapsum temporis op-
ponendi exceptionem dotis non habitæ, nem-
pè biennij, quo in casu etiam non probata
præambula dotis promissione talis mariti con
fessio præiudicat omnibus creditoribus. Bald.
Nouel. in l. prima numero 146. ff. soluto matri
monio & de cōmuni post alios testatur Crau.
consilio 40. numero 6. Gabr. titulo de iur. dot.
conclus. 4. numero octauo. Ios. Ludo. decis. Pe-
rus. 66. numero 37. Borcell. consilio 56. nume.
30. & id sine dubio procedit, quando viri con-
fessio emanauit antequam se obligaret credi-
toribus & consequenter ante quæsitum ius ip-
sis creditoribus, [vt in præsenti casu, vbi non
constat de aliqua obligatione Bottacini facta
creditoribus] nam vxor omnibus alijs præfer-
tur. latè Anch. quæstione 32. nu. 4. & per totā
parte 2.

Respondetur etenim quòd vltima confes-
sio Bottacini complectens alias confessiones
in apochis in calce instrumenti registratis con
diti de anno 1600. est intra tempus opponen-
di, meritò cessat obiectum, quia ratificatio pre
dicta idem operatur ac si iteratò idem confes-
sus fuisset, vt est notissimum.

Respondetur secundò opposita posse milita
re data creditorum scientia de tali confessione
7 Bottacini & de temporis lapsu, secus † si illam
ignorauerint, nam tali in casu illis subuenitur
per restitutionem in integrum, ex clausula ge-
nerali, si qua mihi, &c. [quidquid dixerit Bal.
Nouel. in d. l. 1. numero 146.] Ita Alex. in ea-
dem l. 1. numero 35. vbi Socin. numero 90. in
fin. versiculo. Illud autem expeditum. ff. solut.
matr. Gozad. consilio 28. numero 20. Ios. Lud.
decis. Perus. 66. numero quarto optimè Vrsil.
ad Affli. decis. 402. colum. 1. vbi subiungit hec
potissimum procedere, quando maritus iā ære
alieno grauatus fecit talem confessionem, vel
paulò post illam debita contraxit [vt in casu
8 isto] nam certè † dicta confessio non præiudi-
cat creditoribus etiam futuris. addo ego Bolo-
gn. in d. l. 1. in fin. ff. solut. mat. & Meno. lib. 3.
præsumpt. 13. nu. 24. & 29.

Tertiò considero Bottacinum in dictis apo
chis confessatis & registratis utsupra, fateri se
recepisse dictos denarios, &c. ad computum &
pro parte dotis sibi constituendæ & consignan
dæ. Modò si non constat de promissione nec
de cōstitutione dotis integralis, quomodo po-
test dicere, se accepisse pro parte dotis? Idcircò
igitur dicendum est, confessiones illas fuisse
simulatas, quia si non constat de toto cessat cō
9 sideratio partis, cum † pars æstimetur iure to-
tius. l. quæ de tota. ff. rei vendi. & post Euerar.
10 tradit Vuesemb. cons. 18. nu. 32. & † remoto
toto dicitur remota pars. Idem Vuesemb. con-
sil. 3. num. 47. vers. Quamobrem etsi verum sit,
11 quia † cui totū adimitur ei multò magis pars
quæ dari nō potest cessante toto. l. si quis cum
totum. ff. except. rei iudic. l. Papinianus. §. quo
niam. ff. inoffic. testa. Ias. in l. iurisgentium. §.
adeo. ff. pact. Corn. cōs. 48. nu. 7. Aemylia. cōs.
1. nu. 3. Idem Vuesemb. cons. 24. nu. 4. Alibi
12 dr̄ † partem contineri in toto. l. cū executione.
ff. verb. oblig. Vuesemb. consil. 78. nume. 2. &
13 † tangens partē rei dicitur totā tetigisse. c. Vul
14 garis. de Pœni. dist. 1. Ideo † qn̄ vna pars dispo
sitionis nō pōt stare de per se sine præcedentia
integralis dispositionis faciens mentionem de
parte dicitur totā tangere & supponere. Man-
del. cons. 724. nu. 20. Quò fit igitur vt non con
stito de corpore dotis, mentio partis dicatur fi-
ctitia, & per consequens nullo modo curanda
maximè in tertij præiudicium.

Quartò adducitur ꝙ Dn̄s Bottacinus cœpit
fungi munere Thesaurarij vsq; de anno..... &
ita ante matrimoniū contractū cum Dn̄a Pani
15 cella. At † administrator quilibet a die cæptæ
administrationis tenetur ex integro & totali-
ter de omnibus male gestis & administratis,
ex quo omnia gesta dependent a primo fun-
damento administrationis, non autem oriun-
tur nouæ obligationes secundum varia tem-
pora successiua quibus administrauit, adeo
quòd ipsi Cameræ longè prius fuit quæsita
obligatio & hypotheca in bonis Bottacini
pro

pro toto tempore administrationis, quam fuerit quæsita vxori pro eius dote, vt in proposito latè asserit Decia.consi.11.n.103.& 197.in 1. & diffusius Rimin.iun.consi.587.nu.5. vsque ad fin.vbi n.10.& seq. extendit dictam hypothecam nedum in bonis administratoris extãtibus tempore cæptæ administrationis, sed et
16 in bonis ex post quæsitis,cum † omnia bona præsentia, & futura veniant tam in tacita quã in expressa hypotheca,& obligatione iuribus, & doctrinis per eum citatis, vbi etiam nu. 14.
17 ait in simili, † bona furis dici hypothecata pro restitutione male ablatorum.

18 Nec obijciatur † hypothecam vxoris posteriorem esse expressam,ideo præferendam alteri tacitæ anteriori. l. assiduis. C. qui potio. in
19 pign.& † causam vtcunque posteriorem dotis in bonis postea per virum quæsitis alijs anterioribus præferri. Bald.in l.fin.nume.6. C.qui potio.in pign.Rip.in l.priuilegia. num.31. ff. priuil.credit.Peregr.de iur. Fisc.libro 6. tit.6. num.17.

Respondetur enim hic non agi de dote vera sed de confessata, quæ non gaudet priuilegio dotis in præiudicium creditorum, vt dixi.

20 Respondetur secundo, † prælationem dari doti contra priuatos creditores non contra fiscum pariter priuilegiatum.dict. l. assiduis ibi [sancimus ex stipulatu actionem &c. contra omnes mariti creditores] iuncta Glos. magna ibi in versi.Fallit tamen in fisco. l. 2.C. priuil. fisci. & passim notant Docto.in d.l.1. ff.solut.
21 matrimo. & † ex speciali priuilegio fiscus præfertur omnibus creditoribus in bonis debitoris postea quæsitis text. expressus est in l. si is qui.Vbi Bar.& alij.ff.de iur.fisci.Peregr. d.li. 6.tit.6.nu.15.non igitur debet fiscus esse deterioris conditionis ipsa dote, tum quia æquipõderant in prælatione, tum etiam quia si aliter diceremus, sequeretur absurdũ, quòd scilicet extensio priuilegij præualeret decisioni: Nam priuilegium istud prælationis in bonis debitoris quæsitis per eum post ipsius obligationem a iure fuit concessum fisco. d.l. si is qui. ff. iur. fisc.postea fuit extensum, & participatum causæ dotis. Vnde si dos in tali casu præferretur fisco,fiscus lapidaretur quodammodo de bono opere, ex quo incommodum ex sui liberalitate consequeretur, &, vt dixi, sequeretur, quòd casus per extensionem,comprehensus in priuilegio suffocaret principale priuilegiatũ, quod est omnino deridendum. Addatur,quòd
22 † ex ordine Ducali [mihi supposito] dictanti vt bona officialium dicantur obligata Cameræ, ac si fuissent illi expresse obligata, dicitur patratum præiudicium doti,vt in specie tradit Roma.consi.167.& in terminis post Castr. notat Rip.in l.1.n.27.ff.sol.matri.

Quinto facit, quòd hic agitur de debito primipilari nempe de debito contracto cum Camera per Thesaurarium seu administratorem ærarij Principis, & ex causa administrationis
23 male gestæ,quo in casu† illius vxor nedum est posterior fisco pro consecutione dotis suæ in bonis huiusmodi administratoris, sed etiam ipsamet bona dotalia vxoris cadunt in subsidium ad talis fiscalis debiti satisfactionẽ.text. manifestus in l.satis notum.vbi Bald. Ange.& alij.C.in quib.caus.pign.l. vtilitas. C. de primipil.lib. 12.Ang.in l. 1.C.priuil. fisci. Alc.in l.ait prætor.§.in venditione.n.27. ff. re iudic. late in terminis nostris Capic.decis. 129.nu. 13.vsque ad fin. Neguſ.de pignor. 2.memb. 5. par.n.27.Peregr.d.tit.6.n.42. & seq. Afin.de execut.fol.179.cap.54.

24 Quinimo † etsi alia bona paraphernalia prętensa per vxorem non cadant in tali obligatione pro primipilari debito, attamen paraphernalitas debet per vxorem probari, aliàs dicentur obnoxia.l.1.vbi Bal.& alij C.priuil. fisc. Peregr.vbi supra nume.42. de qua tamen probatione hucusque non constat. Non enim constat de dote data primo viro, ideo vxor nõ præsumitur habere bona. Nec releuat, quòd dicatur illa acquisiuisse de pecunijs proprijs,
25 quia † non creditur tali enuntiationi alio nõ constito,ad euitandã suspicionem turpis quæstus.l.Quintus.ff.donat.int.vir.l.etiam. C.eo. tit. Imo potius talis pecunia peruenta ad manus vxoris dicitur propriè cameralis: nã si præsumitur deriuasse a Bottacino marito, seu excerpta per vxorem ex eius bonis.d.l. Quintus.
26 d.l.etiam. Et † tempore cæptæ administrationis Bottacinus fuerit pauper, præsumitur illã habuisse,& alia bona acquisiuisse de bonis denarijs administratis, vt post alios considerat Rimin. iunior dicto consilio 587. numero 22. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest alicui facultatem concedere excauandi aquam per fundos alienos soluto pretio Dominis fundorum.*
2 *Princeps ratione publicæ vtilitatis potest tollere ius tertio & n 9.*
3 *Publice interest inundationes tolli.*
4 *Molendini noui erectio publicum concernit commodum.*
5 *Aquam fluentem per tempus immemoriale a solito cursu auertere non licet.*
6 *Antiquitati statur in controuersijs aquarum.*
7 *Factum principis casus fortuitus reputatur, & illi non subiacet promissor euictionis.*

8 Prin-

8 *Princeps licet possit tollere ius tertij ex causa publica vtilitatis, id tamen non præsumitur, nisi expresse declarauerit.*

10 *Princeps non dicitur velle tertio praiudicare, quando aliter publicæ vtilitati consuli potest.*

11 *Princeps ob publicam vtilitatem, vel necessitatē auferens rem alicui, illam necessitate cessante restituere tenetur.*

12 *Princeps quando declarat se velle tertio praiudicare, intelligitur de modico non de graui praiuditio.*

13 *Molendinum nouum ad praiuditium antiqui construi nequit, quando aqua pro vtroque non sufficit.*

14 *Molendini noui constructio impediri non potest sub pratextu lucri cessantis.*

15 *Molendinum dicitur amisisse iura sua, quando decursio aquarum contigit facto Principis exteri.*

16 *Aqua antiquitus, & per immemoriale tempus Molendino debita inuito Molendini Domino auerti non possunt.*

17 *Aqua diuerti non potest per Dominum Molendini superioris in praiuditium inferioris.*

18 *Ius competens per modum facultatis, est imprascriptibile.*

19 *Priuilegium licet per decēnalem non vsum amittatur, tamen id non procedit quando competit facultas eo vtendi pro libito voluntatis.*

20 *Ius praeccupationis, et cateris prohibendi, ut amissum dicatur duo requirit, quod Molendinum sit destructum, & etiam habitum pro derelicto.*

21 *Molendinum tunc dicitur destructum quando illius nulla reliquia visibiles remanserunt.*

22 *Pro derelicto haberi id dicitur quod Dominus, ea mente abijcit vt in numero rerum suarum esse nolit.*

23 *Pro derelicto haberi non potest, quod salutis causa interim dimissum est, nec quod ex naufragio expulsum est.*

24 *Vis est voluntati contraria.*

25 *Factum Principis inter impossibilia & fortuitos casus reputatur.*

26 *Culpa vel negligentia non est imputandum, quod factum non est profuturum.*

27 *Impeditus impedimēto facti semper potest in integrum restitui absque metu prascriptionis.*

28 *Iura non amissa, sed interrupta veniunt restituenda.*

29 *Concessio noua ducendi aquam ad Molendinum antiquum illum non restituit ex primo iure, sed ex nouo.*

30 *Ius aqua ducenda, ex flumine sicuti perditur, per mutationem alueiuni co impetu, ita etiam, quādo mutatur Principis iussu.*

31 *Restitutio in pristinum semper silet, quando reperitur mutata facies rei.*

32 *Nouitas residet in mutatione substantia non solius accidentis, & numero 34.*

33 *Agere ex primo actu dicitur, qui remanet informatus ex nouo.*

34 *Aqua dicitur illius, per cuius territorium defluit, siue ibi oritur siue altius.*

35 *Dominus vnius territorij non potest disponere de aqua defluente in territorio alterius in praiuditium concessionum ab ipso Domino aquarum factarum.*

37 *Aqua vsus defluentis per fundum vnius ad commoditatem alterius impedtri nequit quādo impedienti non prodest, & impedito nocet, nisi oriatur in proprio fundo.*

38 *Aqua ductus per immemorabilem vsum vni quasitus non potest eo inuito alteri concedi.*

39 *Concessio iuris aqua ducenda intelligitur dummodo in iniuriam, & damnum habentis antiquum Molendinum non cedat.*

40 *Decretum concessum ex falsa, vel errone a causa non est curandum.*

ARGVMENTVM.

An & quando concessio iuris aquę ducendę & nouum Molendinum extruendi in prę iuditium alterius concessionis, & iuris antiquissimi teneat, & præscribi possit latè, & exactè tractatur.

CONSILIVM CXXXXIII.

Actiones mea à Domino.



IN articulo controuerso inter Perillustres Dominos Fratres de Pretis aduersus Perillustres Dominos Fratres de Catan[e]is præfati DD. Catanei allegant se habere intentionem fundatam in decreto Serenissimi Domini eis cōcesso de anno 1589 quo cauetur, vt possint excauare canale pro vsu aquæ labentis ex Molendinis Nuuolariæ, & nouum Molendinum erigere, necnon prouentus exinde perceptos in suos vsus conuertere, attēta maximè relatione Perillustris Magistratus, qua patet id dictis DD. Fratribus posse concedi, cum non solum damnum alicui imo magnum commodum subditis suæ Celsitudinis sit allaturum &c. & prout latius in dicto decreto registrato in processu fol. 92. & seq. Non inquam ambigendum est 1 † Principem posse concedere alicui facultatem excauandi aquæductum per fundos alienos soluto pretio Dominis fundorum. Rolan. consi. 69. n. 41. in 2. Meno. consi. 103. n. 27. D. Surd. consi. 130. n. 6. & 12. Morot. consi. 8. n. 24. & seq. & præ-

præcipue quando id concernit publicum com-
2 modum, quia † eo in casu potest Princeps tol-
lere etiam ius tertij, respectu scilicet vtilitatis
publicę Gab.ti.de iu.quæsi.non tolle.concl. 1.
3 Rolan.consi.71.nu.1. in 3. † Publice inquam
interest inundationes tolli. Veggi. consi. 1. n.
86.& 10. Bera consi. 140. n. 25. Sicuti pariter
4 † commodum publicum concernit noui Mo-
lendini creatio.Bal.conf.463.n.7.in 4. Hæcq;
colliguntur ex responso elegantissimo D.Ad-
uocati edito in gratiam prætatorum Domino-
rum Fratrum de Cataneis a n. 54. versi.Quib.
non obstantibus vsque n.64.

In quo responso præfatus D. Aduocatus re
censitis prius nonnullis facientibus pro Do-
minis Pretis illa nititur declinare, quæ tamen
de facili possunt sustineri, prout breui compẽ-
dio mox referendo dilucidè probabitur hoc or
dine seruato. In primis enim singula fundamẽ
tã præfatorum Dominorum de Pretis enume-
rabo, illis sigillatim responsiones allatas per
Dominum Ripam accomodando, iuxta seriẽ
præfati sui responsi, & tandem replicationes,
pro tutela iurium Dominorum Pretorũ in me
dium afferam, tollendo etiam præfatum fun-
damentum elicitum ex prædicto Principis de-
creto.

Primo igitur ait D.Aduoc. ibidem a nu. 1.
vsque 7.Dominos Pretos ius potiri in eorum
prætensione ex vsu aquæ controuersæ anti-
5 quissimo ac immemorabili, quo † in casu non
licet auertere aquam a solito cursu, maximè
fluentem per tempus immemorabile. l. si Præ-
ses.l.manifestè.C.serui.& aq. D.Surd. consil.
6 447.num. 10.quia † in controuersijs aquarum
statur antiquitati. Meno.consi.43. n. 5. Ias.in
l.quominus.n.43.ff.flumin.Rimin.iun. consi.
24.nu.4. Quo fit, vt non licuerit amouere tra-
uersaneum, de quo in Actis, diuertendo aquã
a solito cursu in præiudicium antiqui Molen-
dini dictorum Dominorum de Pretis.

Cui fundamento duas attulit responsiones
præfatus Dominus Excellentissimus in dicto
responso num. 64. vsque 66. inclusiue nempe.

Primo trauersaneum potuisse destrui pro-
pter bonum publicum, licet inde fuerit damni
ficatum Molendinum, & ideo factum Princi-
pis non afficere Dominos Cataneos, sed con-
tra Principem agendum esse, prout iuris.

Secundo Valles Regioli, & Guastallæ, ma-
gna ex parte fuisse aquosas, taliter cõseruatas
a flumine Crustuli alias aquas recipiente, &
per dictas valles discurrente, alio tamen diuer
so a Serenissimo Ferrariæ, & Excellentissimo
Domino Guastallæ ante amotionem trauersa
nei, ex qua diuersione Crustuli aquæ defece-
runt Molendino Dominorum Pretorum, &
consequenter talis defectus processit ex facto

7 Principis exteri, † quod dicitur casus fortui-
tus, cui nõ subiacet promissor euictionis Rol.
consi.45.in 3.

Sed primæ responsioni replicatur, non con-
stare aliquo pacto Serenissimum voluisse præ-
iudicare DD. Pretis: Quia literæ Magistratus
dantes causam amotioni trauersanei, de quib.
in processu fol. 12. nullum verbum faciunt de
iuribus Dominorum Prætorum in dicto Mo-
8 lendino. Vnde sequitur, quòd † licèt possit
Princeps ex causa publicæ vtilitatis tollere
ius tertij si vult, attamen non præsumitur id
tollere voluisse, nisi id specifice, & expresse de-
clarauerit, vt probe docuit Rui.consi. 167.nu.
21.in 1.& consi.12.n.21.in 3.Gab.tit. de iur.
quæsit.non tollen.conclus.2.nu.29.Ias.in l.fi.
n.20.iuncto n.23.ff.constit. Decia. consi.23.
n.72.in 1.& consi.86.n.43.in 3. Ceph. consi.
133.n.103.Hond.consi.39.n.45.46.& consi.
14.nu.30.31.in 2.vbi ait, nunquam præsumi
Principem per suam iussionem ius tertij aufer
re, illique præiudicare voluisse non obstante
quacunque clausula, si de iuribus tertij nõ ha-
buit scientiam, quia semper dicitur ius tertij
reseruare voluisse, & hoc voluit Ceph. consi.
186.nu.34.Idem ait Meno.consi.909.nu.48.
vbi proprie loquitur in terminis iuris ducendi
aquam, & omnium latissime omnino vidẽdus
tuetur D.Surd.conf.203.u.28.29.32.44.45.
& 51.vbi probat in Principis dispositione nõ
venire ius tertij, nisi clare Princeps dicat velle
tertio præiudicare. Concordat Alciat. consi.
149.n.6.in 5.Schrader.de feud.par.4. ca.1.n.
9 30.31.& ideo † dixit Craue.consi.412.n. 13.
loquendo in proposito iuris ductionis aquarũ
quòd Princeps non potest derogare iuri tertij
nisi de plenitudine potestatis, & ex causa pu-
blicæ vtilitatis principaliter, & ideo quando
non reperitur aliqua clausula per quam appa-
reat Principem expresse voluisse vti plenitudi
ne potestatis, tunc dicitur cessare volũtas Prin
cipis in derogando iuri alterius. Prætcrea
10 † quando aliter consuli potest vtilitati publi-
cæ absque eo, quod ius tertio tollatur, nunquã
dicitur Princeps ex tali causa publici commo-
di voluisse præiudicare tertio. Idem repetit
Crau.consi.463.n.7.& consi.592.nu.13.&
consi.909.n.9.vbi alios adducit. Quæ omnia
cessant in præsenti casu, in quo non apparet
aliquod verbum importans potestatis Princi-
pis plenitudinem, & ex noua relatione perito-
rum satis patet aliter, & æque bene posse con-
suli ac prouideri vtilitati publicæ seu bonifica
tioni vallium absque diuersione dictæ aquæ a
præcitato antiquo Molendino. Idque confir-
11 matur ex eo, quod dicitur, nempe † si Princeps
aufert alicui prædium vel rem aliquam ob vti
litatem publicam, vel necessitatem aliquam,
dicta

dicta necessitate cessante Princeps rem ablatã tenetur restituere. Latè Schrader. de feud. par. decima, sectio. 5. nu. 76. & seq. Ita in hoc casu cessat necessitas amouendi aquam propter publicam bonificationem, ideo aqua debet restitui. Addatur etiam non fuisse consultũ publicæ vtilitati, sed aliquorum priuatorum Dominorum Vallium.

12 Quinimo etiam † in casu quo Princeps declarat se velle iuri tertij derogare, intelligitur tamen voluisse præiudicare in modico, non autem totaliter cum graui damno, vel præiudicio, vt præter cæteros aduertit Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 7. n. 24. Ias. in l. fin. n. 24. ff. constit. princi. Mandel. conf. 555. n. 15. Ceph. consi. 23. n. 42. & consi. 117. n. 33. & conf. 301 n. 69. D. Surd. consi. 203. n. 12. & 29. & in terminis nostris Meno. consi. 909. n. 49. At in presenti negotio agitur [vt supponitur] de præiudicio maximo, nempe aureorum mille, & vltra in annos singulos.

Replicatur secundæ responsioni, D. aduocatum non fuisse informatum de aquis dicti Molendini. Non enim tenet consequentia. Per aquas Crustuli valles erant, vel reddebantur aquosæ, ergo illius aquæ vigore Molendinum operabatur, sicuti nec valet consequentia, Per diuersionem Crustuli valles fuerunt bonificatæ, ergo aqua defecit Molendino. Siquidem damnum resultans Molendino per amotionẽ trauersanei, euenit ex eo, quòd per existentiã trauersanei aqua Roncatæ controuersa labens ex territorio Nuuolariæ perennis, & perpetua [quæ in præsentiarum fluit ad commodũ noui Molendini Dominorum Cataneorum] fuit dispersa, non autem euenit ex amotione aquarum vallium, quæ tempore æstiuo exiccabantur, & tamen Molendinum per tres rotas mediante aqua controuersa operabatur. Non inquam negatur aliquando aquas Crustuli, & vallium profluxisse ad cõmodum dicti antiqui Molendini, sed bene dicitur eas fuisse superfluas non necessarias, vt satis probatum est in processu, & vere hodie videmus nouum Molẽdinum laborare, & molere cum illamet sola aqua Roncatæ controuersa.

Secundo pro Dominis Pretis adduxit D. Aduocatus in dicto suo responso n. 12. 13. &

13 14. Dominos † Cataneos non potuisse construere nouum Molendinum ad præiudicium antiqui vtendo aquis debitis antiquo, & ex publicis fluminibus defluentibus, & non sufficientibus pro vtroque Molendino Affli. deci. 388. n. 11. Cur. consi. 33. n. 5. in fi. Alex. conf. 22. n. 9. in 4.

Respondet præfatus Dominus n. 79. vsque

14 82. Molendini † noui constructionem impediri non posse sub prætextu lucri cessantis. Ias. in d. l. quominus. nu. 84. & seq. D. Surd. consi. 321. n. 20. & 127. n. 23. Schrad. de feu. par. 6. cap. 6. n. 115.

Respondet secundo loco à nu. 82. versi. Se-

15 cundo, vsque n. 92. Molendinum † antiquum Dominorum Pretorum fuisse totaliter destructum absque vlla spe probabili restitutionis aquarum, cum illorum diuersio euenerit facto Principum exterorum, & ideo impossibile esse vt dictum Molendinum iterato recipiat aquas prout recipiebat ante amotionem trauersanei, iuxta consi. Alex. 130. in 6. Curt. sen. conf. 26. & consequenter Molendinum dicitur amisisse penitus iura sua in dictis aquis.

Sed replicatur primæ responsioni, in præsenti casu non agi de impedimento noui Molendini sub prætextu lucri cessantis, sed respectu

16 indebitæ vsurpationis aquarum, quæ † aquæ cum fuerint antiquitus debitæ, & per tempus longissimum ac immemorabile, illi antiquo Molendino non potuerunt amoueri, vel auerti inuito Domino Molendini. Ias. in l. fi. num. 20. ff. constit. Princip. & latissime probat omnino videndus. D. Surd. consi. 447. n. 10. 11. 12. quo loci plures ac plura fundamẽta memorat, & admittit præfatus D. Aduocatus in suo responso n. 15. Hinc dicitur, quòd si quis e flumine publico aquam ducat ad molendinum suũ, quæ aqua exiens è dicto molẽdino defluat in-

17 de ad molendinum inferius, Dominus † molẽdini superioris vtcunque antiquioris non potest diuertere illam aquam, nisi tantum talis diuersio sibi prosit, secus si alteri molẽdino noceat, vt post Bar. declarat Rui. consi. 96. nu. 6. versi. Item & secundo. in 4.

Ad secundam responsionem replicatur pro Dominis Pretis, imo nos esse in casu restitutionis in pristinum. Non inquam impediri potest talis restitutio sub prætextu tẽporis lapsi, quo tacuerũt DD. Preti, quia ipsi Domini donec vixit Serenissimus, qui iussit amoueri trauersaneum, steterunt omnes in Curia inseruiẽdo ipsi Serenissimo, prout est notorium, & ideo non vacabant rebus suis nec suo patrimonio, & erant minores, vt etiam est notissimum, merito debent restitui. Præterea ius molendi, & aquam ducendi ad molendinum competebat, & competit Dominis Pretis per modum facultatis, vt patet ex decretis in Actis productis, non autem per modum iuris debiti. Sed quod

18 † competit per modum facultatis est imprescriptibile. l. 2. ff. via public. D. Surd. consi. 127. nu. 21. & ita in puncto tradit Bar. in l. quo minus. n. 26. in fin. & seq. vbi Ripa n. 98. ff. flumi. Felin. quem sequitur Balb. de præscriptio. 4.

19 par. 5. partis, q. 4. nu. 4. nam etsi † priuilegium alicui concessum regulariter amittatur per nõ vsum decennalẽ. l. 1. ff. nundin. Attamen q uã-

do ex

do ex tenore priuilegij colligitur ipsimet priuilegiato competere facultatem vtendi ipso priuilegio pro libito suæ voluntatis, & liberi arbitrij, non datur locus præscriptioni nec amissioni iuris priuilegij per non vsum vtcunque longissimum, vt in proposito molendini construendi ex Principis priuilegio notant Feli. & Balb. locis præcitatis, Ripa in d.l. quominus. nu. 96. & ideo hoc in casu cessant adducta per Cursen. consi. 26. Si vero prætenditur cessare restitutionem istam sub clypeo destructionis molendini ob aquarum amotionem; Adhuc dici-
20 tur id non sufficere, quia † ad hoc, vt quis dicatur amittere ius præoccupationis seu prælationis, & ius cæteris prohibendi, duo requiruntur per concursum. Primo quod molendiuum sit dirutum seu destructum, secundo, quòd sit habitum pro derelicto. Bar. Cuma. Imol. & alij in l. fin. ff. vsucap. & communem enuntiat. Ripa in d.l. quo minus. n. 103. iuncto n. 107. in fin. & sequitur Medic. de casibus fortuit. par. 2. q. 8. n. 8. D. Surd. consi. 127. n. 79. in fin. & seq. Hond. consi. 84. nu. 53. in 2. At neutrum interuenit in præsenti casu, non quidem de-
21 structio, quia † tunc molendinum dicitur dirutum seu destructum, quando ipsius molendini nullæ reliquiæ visibiles remanserunt, sed fuit funditus deletum, secus remanētibus muris, fundamentis, realibus vel similibus vestigijs, vel alijs signis manifestis molendini, vt in præsenti casu, prout est notissimum, & constat ex Actis. His inquam sic remanentibus nō potest sub clypeo destructionis phantasticæ dici amissum ius præoccupationis, nec ius prohibendi cæteris molendini destructionē, vt post Cæpol. & Cur. firmat Ripa in d.l. quo minus. n. 108. vbi Ias. nu. 103. Non etiam potest dici habitum pro derelicto, quia derelictio procedit a voluntate, vel saltem a negligentia, cum
22 † illud dicatur habitum pro derelicto, quod Dominus ea mente abijcit, vt in numero rerū suarū esse nolit, quodque omnimode a se reijcit, & ita deserit, vt eius Dominium ad se pertinere nolit. l. 2. §. vnde Offilius. & §. seq. ff. ne quid in loc. publ. l. quod seruus. ff. stipul. seruo.
23 Hinc dicitur † illud non posse haberi pro derelicto, quod salutis causa interim dimissum est, nec quod ex naufragio expulsum est. l. interdū §. 1. ff. acqui. possess. l. qua ratione. §. fin. ff. acq. rer. domin. At in hac facti specie, amotio trauersanei causans molendinum inutile euenit facto, vel iussu Principis, cui resistere non po-
24 tuerunt DD. Preti, † Vis enim est voluntati contraria, Medic. de casib. fortui. par. 1. q. 8. n.
25 5. & † Principis factum inter impossibilia ac fortuitos casus reputatur. l. apud. §. 1. ff. leg. 1.
26 Meno. consi. 531. n. 5. 6. & † culpæ eorum, vel negligentiæ non est imputandum, qui non faciunt, quod factum non est profuturum. Bec.
27 consi. 37. n. 29. Impeditus † ergo impedimento facti semper potest in integrū restitui absq; metu præscriptionis, vt in puncto firmat Bart. in d. Quominus nu. 31. vbi Ias. nu. 5. ff. flumin.
28 Isto enim casu † iura Dominorum de Pretis non dicuntur amissa sed interrupta, ideo veniunt restituendi. tex. in l. at Licinius. ff. serui. rust. prædio. per quem ita censuit in terminis istis Socin. iun. consi. 128. nu. 152. in 1. Meno. de retin. possess. remed. 6. q. 32. Odd. de restit. in integr. q. 14. ar. 5. n. 47. & 48.

Nec huic fundamento adducto pro Dominis Pretis obstant allegata per D. Aduocatum in d. respon. a nu. 92. vers. Quia negatur, vsque 120. vbi ait per amotionem trauersanei perpetuam, aquam non posse nunc defluere modo antiquo, & ideo molendinum iuribus aquarū priuatum dici. Quocirca noua relatio peritorum proponens nouam formulā ducendi aquā per iniectionem fistulæ sub alueo Parmesanæ sine læsione vallium bonificatarum, dicitur tribuere nouam concessionem ducendi aquam, non autem dicitur restituere antiquum modū prorsus extinctum, quo fit, vt noua ista concessio nequaquam obesse possit Dominis Cataneis, quibus medio tempore ius fuit quæsitum ex Principis nouo decreto. Clarum inquā est,
29 † quòd noua concessio, vt aqua ducatur ad molendinum antiquum non restituit molendinū in pristinum ex primo iure, sed ex nouo, vt colligitur ex Curt. sen. consi. 26. n. 4. & ex Bal. in c. 1. n. 11. 12. extr. de electio. Nec ambigendū est ex tali relatione, & impositione fistulæ, & nouo modo ducendi aquam subtus Parmesanam nouum titulum, & nouum ius oriri. Quia
30 † sicuti ius aquæ ducendæ ex flumine perditur per mutationem aluei fluminis vno impetu. l. 3. §. si aquā. ff. aq. quo. Bart. in d.l. quo minus. n. 32. vbi Ripa n. 112. Meno. de retin. possess. remed. 6. n. 137. Quibus in locis etiam dicunt perdi ius præoccupationis. Ita pariter dicitur amissum, quod fuit mutatum iussu Principis,
31 qui dicitur casus fortuitus, † & semper silet restitutio in pristinum, quando reperitur mutata facies rei. Rip. in d.l. quo minus. num. 115. Meno. d. remed. 6. n. 145.

Sed his omnibus breuiter replicatur pro Dominis Pretis, nullibi constare, quòd aquæ fuerint sublatæ eorum molendino per amotionem trauersanei ad perpetuum præiudicium illius molendini, & vt illius iura funditus tollerentur sine spe restitutionis, vt supra dictum est, maxime cum Excellentissimus Dominus Guastallæ condominus dicti molendini conuenerit, & fuerit expresse admonitus, non autē DD. Preti, vt patet ex Actis. Nec est verum, vt per relationem peritorum proponatur noua con-

concessio, quia ductio aquæ antiquæ per cauã subterraneam,& ita per modum nouum, non creat nouam ductionem, quia eadem est aqua & idem ius ducendi. Quotiescunque enim nõ mutantur substantialia actus,& iuris antiqui, seu antiqui molendini,& aquæ antiquæ,sed tantummodo mutantur accidentalia,nempè modus ducendi aquam, non dicitur inductus
32 nouus actus,quia † nouitas residet in alteratione substantiæ non solius accidentis, vt optime probat Deci.Mant.71.n.14.& 15.& D. Surd.consi.202.in fi.& consi.217.nu.23.omnino videndus,& consi.243.n.29.30.Alibi dicitur,quòd quando constat de voluntate partium,non creatur nouus actus nec noua dispo
33 sitio, quia † ille dicitur agere ex primo actu, qui remanet informatus ex nouo.decis. Man.
34 305.nu.35.36.non † inquam dicitur mutata facies rei, nec quid nouum fieri, quando sola superficies vel sola forma mutatur, dummodo nil noui ipsi aquæ immittatur,vt in puncto notat Schrad.videndus de feud.par.6.cap.6.nu. 15.versi. Nec obstat,cum tribus sequentibus, & in specie num.18.vbi firmat,habentem ius ducendi aquam posse mutare formam ducendi,dum tamen mutatio illa alteri nõ obsit. Vnde concludo diuersionem aquæ emanatam facto Principis posse iterato restitui, & quidem iuridicè,licet mutetur in aliquo forma ducendi,medio restitutionis in pristinum iuxta præcitata.

Tandem non obsunt relata per præfatum Excellentissimum D.Aduocatum in dicto responso a n.119.verf.Tertio vsque 137. quo loci scriptum reliquit, Dominos Pretos nullum ius prætendere posse in aqua prius concessa Dominis Cataneis per Illustrissimum Dominum Comitem Nuuolariæ in eius territorio antequam labetetur in territorio Mãtuæ.Notum inquam est D. Comitem potuisse disponere de aqua defluente per illius territorium
35 cum † illius propria dicatur,siue oriatur in dicto eius territorio.l.aquam.l.Præses.C.de ser. & aq.Paris.consi.112.col.1. in 1.Mascar.de probat.conclus.123.col.1.Hond. consi.79.n. 18.in 1.siue altius oriatur,& ex alieno territorio in suum decurrat.Hond.d.consi.79.n. 19. Mascar.vbi supra nu.2.3. Thesau. decis.245. num.5.

Quia respondetur, potuisse quidem Illustrissimum Comitem disponere de aqua illa durãte illius iurisdictione,&territorio,at exeũte aqua extra suum territorium, & defluente in territorio Mantuæ efficitur Serenissimi Mãtuæ,quia aquæ efficiuntur Domini locorũ, per
36 quæ discurrunt,iuribus notis, & idcirco † nõ potuit disponere Comes in prejudicium concessionum factarum per Serenissimum de dicta aqua in eius territorio ad commodum Dominorum Pretorum.Cõferunt tradita per Paris.consi.129.in 4.omnino videndum.

Præterea aduertendum est, aquam istam Roncatæ nõ oriri in territorio Nuuolarię, sed in territorio Regiensi, vt patet ex Actis. & ex consilio D.Surd.447. Modò dico, quòd licet vsus aquę orientis in territorio alicuius possit tolli, vel impediri territorio inferiori,quia territorium inferius beneficio territorij superioris,in quo aqua oritur,aqua potitur. Secus tamen est,quando aqua alrius in alieno territorio,vtputa in territorio Regiensi, oritur, & inde per territorium Nuuolariæ defluit quia
37 † vsus illius aquæ non potest in territorio Nuuolarię impediri incolis territorij Mantuani inferioris,quando tale impedimentum obest Mantuanis,& non prodest Nuuolariæ Domino, vt docuit Bal.in l. item lapilli nu. 5. ff.rer. diui.vbi ait,quòd si aqua oritur in prædio tuo potes mihi impedire,quia illam beneficio prædij tui habeo,sed si in agrum tuum aliunde venit,tunc illius beneficium, cum tibi non prosit, & mihi noceat,auferre non potest, & Bal. sequitur Ripa in d.l.quominus.nume. 28.latè Rimin.iun.consi.24.n.5.& seq.conferunt tradita per Rui.cons.96.n.6.vers.Item & 2. in 4. vbi ait, Dominum molendini superioris deducentem aquam ex flumine publico,non posse diuertere illam aquam in præiudicium molendini inferioris,nisi talis diuersio prosit tali molendino superiori, secus si tantum noceat inferiori. Non igitur nocet talis concessio,& conuentio seu diuersio aquarum facta inter Illustrissimum Comitem, & Dominos Cataneos in damnum Dominorum de Pretis.faciunt dicta per Paris.d.consi.129.in 4.& omni in casu tale impedimentum,vel diuersio posset fieri in præiuditium priuati inferioris, nõ autem Principis inferioris, qui tenetur de euictione ob promissionem factã cum priuato illo suo subdito,vt in præsenti casu.

38 Respondetur etiam aliter, † quòd D. Comes Nuuolariæ non potuit aliquo pacto concedere dictam aquam Dominis Cataneis, inuitis aut non consentiẽtibus Dominis Pretis, quia ea antiquitus per vsum immemorabilem vsi sunt, vt omnium diffusius probat D. Surd. cons.447.n.11.12.omnino videndus Rimi. iu. consi.86.nu.10.& per tot. vbi etiam habetur, qualiter dicatur acquisitus talis aquæductus, vt nequeat a Domino superiori diuerti in ipsius acquirentis prejudicium.

Quibus sic se habentibus, nulla est habenda ratio decreti nouissime concessi Dominis Cataneis, in quo asseritur illos habere suã in-
39 tentionem fundatam. Siquidem † illud decretum intelligitur dũmodo concessio in illo enũ-
tiata

tiata in iniuriam, & damnum habentis antiquum molendinum licito modo non cesserit, vt in puncto docuit Salic. in l. manifestæ. vbi Padil.nu...C.serui.& aq.Ioan. Sayson in consuet. Turon.tit. 1. art...col. 1. Vuesemb. consi. 67.nu.4. Crau.consi.951.nu.2. D.Surd.consi. 321.n.46.& consi.447.nu.23. vbi optime loquitur,& n.33.

40 Quinimo ex processu satis constat, † decretum illud fuisse fundatū in falsa causa, vt etiā colligitur ex præallegatis, nempe in falsa, vel saltem erronea relatione Magistratus, ideo nō curandum. Felin.in c.Quod super.colum. 1.de fid.instrum.Menoc. consilio 91.numero 40.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens alienare omnes res immobiles ibi sitas in forenses, prohibet etiam successionem ab intestato.*

2 *Statutum vtens verbis vniuersalibus pragnantibus, & geminatis sbi, quocunque titulo, vel causa alienari &c. prohibens censetur prohibita successio, ab intestato.*

3 *Statutum vniuersaliter prohibens omnem alienationem, censetur etiam prohibita necessaria alienatio.*

4 *Filius natus extra territorium ex patre Mantuano non est forensis, attenta origine.*

5 *Filius datus extra territorium non est capax bonorum patris stante statuto.*

6 *Pater transferens se alio habitatum, si suscepit liberos, tunc filij originem patris non sequuntur.*

7 *Alienatio prohibita stabilium in forenses, vel in non supportantes onera, dicitur prohibita alienatio in certum genus personarum.*

8 *Hæres legitimus non censetur exclusus a successione ab intestato per tale statutum prohibitorium.*

9 *Statutum restringens, & prohibens alienationem est onerosum, è conuersa concedens facultatem liberam alienandi est fauorabile.*

10 *Statutum onerosum restringendum venit, quantum fieri potest.*

11 *Prohibitia alienationis comminata a testatore nō comprehendit alienationem necessariam, seu legalem nempe successionem ab intestato.*

12 *Nepos dicitur sustinere onera ciuitatis per patruum.*

13 *Frater dicitur sustinere onera pro alio fratre, quādo possident bona pro indiuisa.*

14 *Nepos respectu patrui sustinet onera habitu, & potentia, & sufficit ad succedendum ab intestato patruo.*

15 *Successio ab intestato non est factum hominis, sed legis.*

16 *Prohibitus habere successorem non prohibetur habere succedentem ab intestato.*

17 *Statutū prohibens alienationem, non comprehendit legalem successionem.*

18 *Statutum loquens de facto hominis, non comprehendit dispositionem legis.*

19 *Moriens ab intestato, non dicitur in culpa, cum dicatur reliquisse bona dispositione iuris stante statuto.*

20 *Verbum (audeant) de sui natura dolum exigit.*

21 *Dolus non cadit in moriente ab intestato, respectu dilationis hæreditatis succedentis ab intestato.*

22 *Tertius non potest allegare incapacitatem contra alium.*

23 *Succedens ipso iure potest allegare incapacitatem alterius stante statuto.*

24 *Pœna statuti prohibentis alienationem habet locum quando alienatio fuit perfecta, mediante translatione dominij, & possessionis, non aliter.*

25 *Habilitas ad successionem sufficit adesse tempore additionis.*

26 *Bona non dicuntur publicata ante traditionem, & si obtenta fuerit ciuilitas potest omnino capere hæreditatem in præiuditium aliorum prætendentium.*

27 *Habitatio, & compositio tertio præiudicat, cui ius erat quæsitū ex incapacitate statutaria, & damnat opinionem Socini contrariam.*

28 *Bona delata alteri per delictum dicuntur restituta per habilitationem Principis.*

29 *Roma est communis Patria.*

30 *Prohibita propria ciuitas, illi etiam dicitur interdicta Vrbs Roma.*

31 *Bannitus a Ciuitate Mantua, dicitur etiam bannitus ab Vrbe Roma, & è contra, & potest interfici impune.*

32 *Statutum, & proclama principaliter ligant personas & postea bona.*

33 *Vniuersalitas verborum restringitur ad casus factis, non autem ad casum omissionis.*

34 *Moriens ab intestato satis dicitur declarasse mentem suam fuisse vt bona ad hæredem proximiorem deuenirent.*

35 *Statutum non trahitur ad casum fictum.*

36 *Ciuilitas patris transit ad filios.*

37 *Originarius onera non sustinens habetur pro forensi.*

AR-

ARGVMENTVM.

Natus extra territorium ex patre originario non excluditur a successione patrui ab intestato, non obstante statuto Mantuę.

Princeps potest habilitare aliquem ad hæreditatem in præiudicium pretendentium in hæreditate.

Natus Romæ habetur pro ciue Mantuano.

CONSILIVM CXXXXIV.

Actiones meæ à Domino.

IN quæstione vertente inter illos de Boccacinis satis patet in processu Dominum Io. Dominicum extra territoriū Mantuæ originem trahere, cum Romæ natus fuerit. Quo in casu stante statuto Mantuæ Rubr. de prohib. alien. bono. in forēses, videtur reijciendus a prætensa successione ab intestato quō. Domini Alberti eius patrui ex pluribus.

Primo enim videtur reditus incapax, quia
1 statutum † loquitur in rem, ibi[Item quòd nulla res immobilis &c.] tunc inquam dicitur omnimode prohibita qualibet successio ab intestato. Castr. consi. 61. in primo dubio. versi. Facit, & ratio. in 2. Rui. consi. 89. n. 27. & nu. 36. in 2. Gabr. consi. 140. n. 35. in 1. Rimi. iun. consi. 313. n. 82. & in indiuiduo huius statuti Bursat. consi. 37. n. 4. & n. 9. Mande. consi. 218. col. 1.

2 Secundo, statutum † vtitur verbis vniuersalibus prægnantibus, & geminatis ibi [quocūcunque titulo, vel causa alienari] ex quibus quidem verbis censeri prohibitam successionē ab intestato tradidere Ceph. consi. 53. n. 18. & consi. 153. n. 32. Rolan. consi. 80. n. 37. in 3. & in puncto istius statuti. Bursat. consi. 140. nu. 28. & consi. 298. nu. 14. Mandel. vbi supra & consi. 312. n. 4. vbi additiones.

Tertio, filius natus ex territorio Mantuæ, licet ex ciue Mantuano, non admittitur ad hæreditatem patris Mantuani, & ita stante vni-
3 uersalitate † & prægnātia dispositionis statuariæ præcitatæ dicitur etiam prohibita talis alienatio necessaria, vt post Rol. Bero. & alios aduertit Bursa. d. consi. 140. n. 28. & consi. 298.
4 n. 14. Licet inquam † attenta origine paterna filius non sit forensis. l. assumptio. §. alius. ff. ad
5 municipal. attamen non dicitur † capax bonorum loci patris, cum horum respectu dicatur forensis. Bero. consi. 173. nu. 44. in 1. Quando
6 enim pater † alio habitatum se transtulit, & ibi liberos suscepit, tunc filij patris originem non sequuntur. l. Prouinciales. vbi Alciat. circa med. vers. Quamuis igitur. Ceph. cons. 45 1. nu. 160. Modo si filius hoc in casu excluditur ab hæreditate patris, fortius ab hæreditate patrui excludetur tamquam illi minus debita.

Cæterum diligenter perpenso tenore præfati iuris municipalis in eam deuenio sententiā, & præcipue in hac facti specie, vt dictus D. Io. Dominicus debeat admitti ad huiusmodi successionem ab intestato patrui sui, quia nullibi reperitur expresse prohibita talis successio per statutum istud. Vnde sequitur, quòd cum repe
7 riatur prohibita † alienatio stabilium in forenses, vel in non supportantes onera &c. dicitur prohibita alienatio in certum genus personarum, vt declarat Castr. consi. 61. n. 1. versi. Aut sit prohibitio non in certas. in 2. Socin. loco mox citando. At quando alienatio solū prohibetur fieri in certum personarum genus, tunc distinguitur, An hæres volens succedere sit legitimus, vel testamentarius: nam si est legiti-
8 mus † non dicitur exclusus a successione per tale statutum prohibitorium. Ita Bar. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege n. 8. quem cæteri sequuntur. ff. verbo. oblig. & ita in terminis terminantibus super statuto Mantuæ tradit Soc. consi. 292. col. fin. versi. Sed respondetur secūdo etiam concludēter. in. 2. quem sequitur pariter consulens super isto statuto Mātuæ Berret. consi. 48. nu. 11. vbi alios congerit concordantes. Idem sequitur ac probat Bertaz. consi. ciuil. 55. n. 21. Pafet. consi. 163. n. 7. 8. Deci. super statut. Mant. consi. 35. n. 56. in 1. & numeris sequentibus. Dispositio enim restringens
9 † vel prohibens facultatem alienandi dicitur onerosa, sicuti è conuerso facultas libera alienandi dicitur fauorabilis, quia reducit nos ad ius commune. Ceph. consi. 451. n. 208. & 216.
10 Nimirum si tale † statutum venit restringendum, quantum fieri potest. Berret. d. consi. 48. n. 12. 13. Eugen. consi. 9. n. 39. 40. Bertaz. cōs. ciui. 55. n. 20 Pariter videmus prohibitionem
11 † alienationis comminatam a testatore non comprehendere alienationem necessariam seu legalem, nempe successionē ab intestato. Bart. & alij in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. le. 1. Lader. Imol. consi. 92. num. 5. & dixit Rim. iun. consi. 632. n. 61. in dubio nunquam censeri cogitatum, vt in prohibitione huiusmodi comprehēdatur alienatio necessaria, & tenet argumentum a statuto ad testatorem, & è contra, iuribus notis.

Secundo considero, statutum istud admittere alibi moram trahentes, dummodo sustineāt onera per fratres nepotes, filios &c. Quo fit, vt D. Io. Maria pater Io. Dominici dicatur

onera

onera sustinuisse mediante persona D. Alberti fratris, & Io. Dominicus nepos mediante
12 † persona eiusdem Alberti patrui sui, vt etiã in puncto censuit Soci.d.consi.292.num.3.in fine vers. Nec obstat secunda obiectio. Socin. iun.consi.7.n.12.& 15.in 2. diffuse Berret. d. consi.48.nume.13.Bertaz.consi.ciuil.55.nu. 16. Hæcque eo fortius procedunt, si fratres,
13 † & respectiue nepos prædicti bona communia possidebant pro indiuiso, quia tunc vnus, per alium onera dicitur supportare. Socin. in rubr.ff.solut.matr.nume.32.Berret.d.consilio 48.col.2.versi. Rursus. Quinimo si etiam bona omnia fuissent Alberti, & Io. Maria nil in bonis in territorio Mantuæ possedisset, adhuc idem dicendum esset, ex quo tali in casu suffi-
14 cit, quòd habitu, † & potentia sustinuerit, licet non actu, quia nulla bona possidebat. D. Sur.consi.48.n.17.Ceph.cons.246.n.9.Bert. consi.ciuil.55.n.16.Paset. consi.163.n.13.

Tertio post enumerationẽ casuum, in quibus prohibita censetur alienatio in personas exteras, subiungit statutum hæc verba [& si contrafactum fuerit in aliquo prædictorum ipso iure non valeat, & qui contrafecerit, vel fieri procurauerit, condemnetur &c.] Quæ verba applicant contrafactionem omnibus, & singulis casibus in statuto prænarratis, & cõtentis. Modo contrafactio ista nequaquam potest ap-
15 plicari successioni † ab intestato, in qua non homo, sed sola lex operatur. Ita declarat Rimi. iu.consi.632.n.52.& seq.& n.55. Aliud enim est facere, vel contrafacere, & aliud omittere, & ideo prohibitus alienare, vel hæredem instituere [quia ista verba sonant in factum] non
16 dicitur prohibitus † habere successorem alias ab intestato ei succedentem, vt in puncto firmat Cuma.consi.85.numero secundo, & seq. Sanè talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant. Vnde sequitur, quòd cum in successione ab intestato opera, vel ministerium
17 nominis non concurrat, statutum taliter † loquens dictam legalem successionem non excludat, vt etiam perpendit D. Surd. consi.48. n.22.& seq.

Quarto, sequitur statutum continuando orationem in præcitato loco [& res alienata relicta, legata, vel in solutum data ipso facto publicata intelligatur &c.] quæ verba in dubio
18 facto † hominis alienata &c. intelliguntur, ergo ad legis meram dispositionem trahi nequeunt. Rimin.iun.d.consi.632.n.56.

Quinto statuit ibidem statutum, vt qui cõtrafecerit condemnetur pro quolibet facto, & vice qualibet in libris decem paruorum, nec non in proclamate ducali registrato post statutum in §.commandando espressamente, imponitur pœna indignationis audentibus alienare. Modo non datur pœna sine culpa, & consequenter statutum non potest verificari in mo-
19 riente † ab intestato, qui non potest dici in aliqua culpa, cum dicatur reliquisse bona dispositioni iuris, vt post Bero. & alios tradit idem Rimin.iun.d.consi.632.nu.56.& seq.omnino videndus. Quinimo in proclamate, & in §.præcitato adest clausula, nemo audeat ibi *Che non ardiscano alienare, transferire &c.* Quæ verba vltra, quòd sonant in factum, loquuntur etiã in personam, ideo requirunt dolum agentis ma-
20 ximè per verbum † [audeant] quod de sui natura dolum exigit, vt late post alios declarat Bertaz.consi.crim.114.num.12.& 13.sed do-
21 lus † nõ cadit in moriẽte ab intestato respectu delationis hæreditatis succedenti ab intestato cũ id totaliter consonet iuris determinationi.

Sexto propius accedendo quæstioni cõtrouersæ inter D. Boccacinos, dico nõ esse partes
22 D.Petri allegare † incapacitatem Io. Domin. quia bona alicui delata contra statuti dispositionem illico cedunt commodo fisci ipso iure absque vlteriori declaratione, vt in dicto statuto. §. & si contrafactum fuerit in aliquo, & in proclamate subsequenti, vers. *Et nondimeno li predetti beni immobili &c.* & hoc indubitate supponit Eugen.loquens de isto statuto nostro consi.9.n.39.40.& seq. Alcia.consi.31.n. 47.li.9.Ripa resp.4.n.18.& seq.tit.de iur. gẽ. lib.1.late in indiuiduo Mandel.conf.218.nu. 22.& seq. vsque ad finem omnino videndus.
23 Merito ad solum fiscum † spectat excipere de inhabilitate seu incapacitate Io. Dominici, non autem ad D. Petrum aduersarium, vt in specie post alios notat D.Surd.consi.48.n.19 vers. Quinto respondeo, & numeris sequẽtib. & consi.93.nu.15. Quo axiomate stante dico, quòd cum D. Ioannes Dominicus se composuerit cum fisco ante realem traditionem seu acquisitionem bonorum, & ciuis fuerit creatus, & capax per decretum Serenissimi antequam possessionem bonorum prætensorũ nactus fuerit, vtrique tutus redditur omnino a statuto, & a Domino Petro aduersario, stat enim conclusio, quòd pœna confiscationis bonorũ
24 imposita alienanti contra statutum † huiusmodi, ita demum locum habet, si alienatio fuerit perfecta mediante translatione dominij, & possessionis, & non aliter. Soci.iun. consi.3.n. 19.& sequentibus in 3. vt docet Alci. cõs.31. n.51.li.9. vbi præcise loquitur de statuto isto Mantuę, super quo idem ẽt attestatus est Ripa resp.4.n.18.in tit. de iur.gent. vol.1. quos sequitur Paser.conf.163.n.8.vers.5. Quia statutum. Si igitur Io. Domi. ante acquisitionẽ fuit redditus capax medio habilitationis a Principe, nõ est vlterius dubitandũ, nã effectus habilis ante aditionem ab intestato dr̃ oĩno capax

25 cum sufficiat † habilitas hoc in casu tempore aditionis, vt in puncto tradit Cuma.consi.85. num.3.& dixit Ripa d.resp. 4. numero 24. in
26 fine, nondum secuta traditione bona† nō dici publicata,& ante traditionem obtenta ciuilitate omnino capere posse in aliorum prætendentium præiudicium, sequitur Pasct.d.conf. 163.num.8. Quinimo Ripa ibidem num. 25. subiungit talem habitationem, & composi-
27 tionem † tertio etiā præiudicare, cui ius quęsitum fuerit ex dicta incapacitate statutaria, Odd.de restit.in integr.q.99.ar.10.11. Vnde tollitur dictum Soci.iun.consi.49.nu.10.in 4. dicentis habilitationem in hoc casu non prodesse in præiudicium agnatorū in iure eis quæsito. Nam Soci.iun.ibidem se fundat in traditis per Docto.in l.Gallus.§.& quid si tantum. ff.liber.& posth.& tamen eo loci Doctores at-
28 testantur bona † alteri delata ex solo delicto, vel damnatione absque aliquo facto, vel causa onerosa, vel lucratiua dici restituta ꝑ Principis habilitationem. Natta consi.470.n.21. & 471.col.1.Aquil.in d.§. & quid si tantum. versi.Quid enim si aquæ.num.96.& quatenus Soci.ibidem allegat notata per Rui.conf.200. n.17.18.in 2.ea inquam non obstant, quia eo in casu ius quæsitum competebat Monasterio de iure communi, habilitas autem de iure speciali. At hic habilitatio consonat iuri communi,& ius quæsitum competit de iure speciali.

Septimo ex abundanti non videtur omittēdum Io.Dominicum, & illius patrem moram traxisse in ciuitate Romæ, non ideo possunt re
29 putari forenses, quia Roma † est communis patria.l.Roma.ff.ad municip. Quæ lex hodie etiam militat, cum non reperiatur correcta, teste Farin.q.crim.103.n.228. & ideo cui repe-
30 ritur prohibita † propria ciuitas, illi etiam dicitur interdicta vrbs Roma.l.Relegatorum.§. constitutum.ff.interd.& releg. Quò fit, vt ban
31 nitus † a ciuitate Mantuæ dicatur etiam bannitus ab vrbe Roma, & sicuti posset interfici impune in territorio Mantuæ itidem in statu Romano, vt latissime probat Farin. d. q.103. n.225.cum pluribus sequentibus,& ita e conuerso beneficia concessa commorantibus Mātuæ videntur debere æquè participari degentibus in ciuitate Romæ, maximè cum in territorio Mantuæ actu sustinuerint onera, vel saltem habitu, vt supra in secundo fundamento.

Quibus sic stantibus satis videntur sublata in contrarium adducta absque vlteriori resolutione, nihilominus placet etiam adhuc illa sigillatim declinare.

Ad primum igitur respondetur, quòd imo statutum loquitur in personam in principio, & alijs in locis, in quibus fit mentio contrauentionis, vt ibi [statuimus quòd nulla persona de ciuitate Mantuæ possit vel debeat &c.] & ibi [etsi contrafactum fuerit] & in proclamate ibi *Comandando espressamente &c. a tutti, & singuli sudditi nostri sotto pena &c. che da qui inanti non ardiscano &c.* Et ita patet statuta ista principaliter loqui in personam, per verba sonantia in factum ac operam, & ministerium hominis cum adiectione pœnæ inflictæ contrafacientibus, vt supra dictum est, licet postea in consequentiam contrauentionis hominis loquantur in rem afficiendo bona ipsa effectu inalienabilitatis, vnde statutum
32 † & proclama principaliter ligant personas,& postea bona, & ita optime tradit Rimin. iun. consilio 632.numero 52.vsque 62. & colligitur ex præcitatis in tertio, quarto, & quinto fundamentis. Et in terminis, quòd tale statutum liget personas per alia fundamenta probat Ripa consilio quarto, numero 8.tit.de iur. gent.& ciuil.omnino videndus. Quibus addatur exceptionem statuti soli fisco competere, vt supra dixi,& cum fisco iam res est composita.

Ad secundum respōdetur, vniuersalitatem
33 † verborum restringi ad casus facti, non ad casum omissionis, cum aliud sit facere, vel contrafacere,& aliud omittere, vt in puncto censuit Cuma.consilio 85.numero 1.in fin. & dixit in simili D.Surd.consi.48.numero 23. verba vniuersalia huiusmodi statutorum limitari, & restringi ad species alienationum prius expressas in statutis, & ideo verba illa dicuntur apta includere quæcunque contenta in actu operandi, & contrafaciendi, non autem omittendi,& consequenter statutum non excludit successionem ab intestato legalem, & necessariam. Licet enim Dominus Albertus decedendo intestatus videatur quodammodo contrauenisse, cum dicatur disposuisse ad cōmodum Io. Dominici nepotis per iudicium non ablatiuum cum potuerit alijs personis relinquere bona, & non reliquerit, vnde satis
34 dicitur declarasse † mentem suam fuisse, vt bona ad dictum Io.Dominicum deuenirent. Iaf. consi.202.col.7.vers.Sexto bene facit,& vers. Septimo in 2.Meno.conf.210.num.49. Attamen talis consideratio non cadit in statutaria, & pœnali dispositione, nam obiectum procedit, & fundatur in quadam fictione iuris, sed
35 statutum † non trahitur ad casum fictum. Ita Cuma.d.consi.85.n.1.facit Bero. consi.84.n. 80.in 2.

Ad tertium respondetur vt supra, talem exceptionem competere soli fisco, vt in sexto fundamento, & ex pluribus fuisse probatum falsam esse assertionem attestantium statutum nostrum prohibere successionem ab intestato, etiam personæ forensis.

Respon-

36 Respondetur etiam ciuilitatem † patris trāsire ad filios. Barto. in l. libertus. §. patris. ff. ad municip. Tiraque. de Primoge. quæstione 60. nu. 3. text. est in l. ciues. vbi in specie id notat Odofr. C. incol. lib. 10. Carpan. ad statut. Mediol. par. 1. cap. 218. nu. 73. Maximè cum onera sustinuerit actu, vel habitu, vt supra fuit deductum, adeo quòd euitatur conclusio illa
37 dictans, quòd originarius † onera non sustinens habetur pro forensi, de qua per Castren. consi. 89. num. 3. in 2. D. Surd. consi. 174. nu. 15. Meno. consi. 390. n. 46. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Concessio renouata in duriorem, & potentiorem personam non subsistit.*
2 *Monasterium inuestitum si non soluerit canonem debito tempore incidit in commissum.*
3 *Feudum de nouo conceditur Monasterio rectè.*
4 *Monachus denouens se, & omnia bona sua Monasterio, omnia acquiruntur Abbati, vel Monasterio.*
5 *Feudum concedi potest non solum a laico, sed etiam ab Ecclesia Monasterio.*
6 *Monasterium capit emphyteusim Ecclesiasticam titulo vniuersali, quando emphyteuta ingreditur Monasterium.*
7 *Dominus, vel Rector directi non potest negare renouationē inuestituræ, quando adest onus renouandi de nouennio in nouennium.*
8 *Renouatio inuestituræ conceditur, quando petitur intra debitum tempus etiamsi sit lapsum nouennium.*
9 *Ius priuandi Vasallum, vel emphyteutam non transmittitur ad successorem vel hæredem.*
10 *Actio ad vindictam priuatiuam non descendit ad hæredes Domini directi.*
11 *Rector non præsumitur ignorare contrauentionē, & contemptum ex cursu diuturni temporis*
12 *Annua solutio in instrumētoenuntiata, præsumitur conuenta alio non constito sub titulo census, non autem titulo emphyteusis.*
13 *Impositio census non transfert Dominium, nec possessionem.*
14 *Census temporales hodie non dantur.*
15 *Concessiones factæ ante bullam Pij Quinti potuerunt continere censum temporalem.*
16 *Censuarius potest alienare fundum obnoxium sine licentia, & sine metu priuationis, licet emptor census præferatur cæteris in contractu.*
17 *Monachi censuarij possunt creare alium censum super re censuaria.*
18 *Dominus directi tenetur edere Inuestiturā, quando super illa se fundat.*
19 *Dominus directi sine dolo negans priuationem nō meretur.*
20 *Dolus non præsumitur, nisi probetur.*
21 *Negās ad hoc vt priuetur, oportet vt optime sciat qualitatem feudi, vel emphyteusis assertam per Dominum directi.*

ARGVMENTVM.

Monasterium est capax bonorum feudaliū, & emphyteuticorum, titulo vniuersali, & tenetur Rector, vel Dominus renouare Inuestituram, & successor non potest priuari ob contrauentionem tempore sui decessoris factam, immo aliter non constito præsumitur possidere titulo census, & censuarius potest alienare, inquisito emptore census, & Dominus prætēdens priuationem ratione mendacij, tenetur probare etiam interuenisse dolum..

CONSILIVM CXXXXV.

Actiones meæ à Domino.



Plura, & prima facie vrgentia fuerunt adducta, & excitata aduersus Reuerēdos Camaldolenses, quæ tamen iuridicas patiuntur resolutiones. Igitur illis recensitis sigillatim responsiones accommodabimus.

Primo igitur fuit dubitatum concessionem domus controuersæ per Reuerendissimum Rectorem Sanctæ Catharinæ Monasterio Venerabilium Camaldolensium esse nullam tamquam collatam in incapacem, ex quo Monasterium non est capax emphyteusis Ecclesiasticæ.

Respondetur tamen distinguendū esse, aut conceditur emphyteusis Monasterio [saltem capaci in vniuersum, vt in casu isto] titulo singulari, vt potest, si emphyteuta priuatus fundū emphyteuticum alienauerit, aut dederit Monasterio, & tali in casu non subsistit concessio
1 † ista renouata vti facta in duriorem, & potentiorem personam. Bald. in Authen. Ingressi. C. Sacrosanct. Eccles. Bero. consilio nonagesimotertio, numero quinto, & nonagesimo quarto, numero nono, decimo, in primo. Aut vero de nouo conceditur per Ecclesiam Monasterio, per originalem inuestituram, & tunc valet concessio, & Monasterium ligatur ex pactis naturalibus contractus emphyteuti-

2 tici, merito non soluens † canonem in tempo re debito incidit in commissum. Ita Bald. in Rubrica de feud.alien.numero decimo, & ibi dem Aluar.in §. t.nume. septimo, Corbul.de caduc. empbyt. ob non solut. cano. ampliat.
3 27. Imo fortius videmus recte feudum † de nouo concedi Monasterio, vt post Hanneton. Seysell. & alios tradit Rosent. de feud. cap. 3.
4 conclus. 5. nec non etiam Monacho, † qui tamen cum se & omnia sua Monasterio deuouerit, id non sibi, sed Abbati, vel Monasterio acquirit. Zasi. de feud. par. 5. num. 64. Sonsbec. de feud. par. 8. numero 23. Vulte. de feud. lib. primo, cap. 4. numero nono, versi. Imo vero, & Monachis, vbi in antecedenti versic. ait, post
5 multos tale feudum † concedi posse nedum a laico, sed etiam ab Ecclesia. Idē probat Schra. de feud. parte quarta, cap. 3. numero septimo, Rosent. de feud. cap. 3. conclu. 4. vbi declarat. Sicuti etiam facit Intrigliol. de feud. centuria prima quæstione 54. numero 49. & seq. Hinc etiam in proposito videmus Monasterium
6 † capere emphyteusim Ecclesiasticam titulo vniuersali, nempe quando emphyteuta Monasterium ingreditur, Bero. consilio 93. num. 56. in 1. vbi distinguit inter acquisitionem titulo singulari, vel vniuersali factam, & consi. 94. numero 9. 10. eod. vol. Corbul. de caduc. emphyteu. ob mort. ciuil. num. 8. & conferunt tradita per Solam in antiq. constit. Pedemon. titu. de iur. emphyt. decret. licet Glo. prima, num. 4.

Secundo fuit allegatum, finitam esse concessionem emphyteusis per lapsum nouennij, nec amplius Rectorem inuitum teneri ad renouationem inuestituræ.

Respondetur concessionem non fuisse taxatam, vel limitatam ad nouennium tantū, sed fuisse concessam simpliciter ad renouandum inuestituram de nouennio in nouenniū, adeo quòd inuestitura sonat in verā emphyteusim perpetuam cum onere renouandi inuestiturā in singulo nouennio, quo in casu Rector, vel
7 Dominus † directi non potest negare renouationem, vt in puncto censuit Soc. consilio 99. numero septimo, in 1. cum alijs concordantibus per Rimin. iun. consilio 94. numero 29. Quandocunque intra debitum tempus peti-
8 tur renouatio, † illa debet concedi non obstāte cursu nouennij, vt tradit Bero. consilio 116 numero decimo sexto, in 1. late Rimin. sen. videndus consi. 74. num. 21. & seq. & hoc tota die seruatur.

Tertio dicitur Monasterium cecidisse a iuribus suis ob alienationem factam irrequisito Domino directi.

Respondetur tamen, talem penam non fuisse declaratam per Reuerendum Rectorem antecessorem, sub cuius regimine allegātur factā fuisse istam alienationem, merito nec in præsentiarum, per modernum successorem potest
9 declarari, quia ius † priuādi Vassallum, vel emphyteutam non transmittitur. Cacher. decis. 77. numero vndecimo, cum alijs congestis per Bursat. consilio 253. numero vigesimo nono, Hinc in proposito priuationis feudi dicitur,
10 actionem † ad vindictam priuatiuam non descendere in hæredes Domini directi, vt latissime tradit Rosent. de feud. cap. 10. conclus. 40. num. 1.
11 Nec dicatur præsumi, Rectorē † illum ignorasse contrauentionem, & contemptum. Burs. consilio 181. numero 33. & consilio 253. numero 31.

Quia imo præsumitur sciuisse dictam alienationem ex cursu diuturni temporis. Burs. d. consi. 253. n. 31. & seq.

Respondetur secundo, fidem instrumenti alienationis continere quandam venditionē domus controuersæ factam per Dominos Zaffardos saluis iuribus Reuerendorum Monachorum Camaldolensium, quibus annuatim soluuntur libræ sex, &c. Modo si consideratur alienatio illorum de Zaffardis, vtiq; nil obest Reuerendis Camaldolensibus: nam annua
12 † solutio ibidem enuntiata, præsumitur conuenta alio non constito sub titulo census, non autem titulo emphyteusis. Ias. in l. 2. num. 42. C. iur. emphyt. Natta consilio 3. Sola in antiq. constit. Pedemon. titu. de iur. emphyt. decret. licet. par. 3. Glo. 1. num. 24. versi. Nono non ea dit. Brun. a Sole, quæstione 5. n. 7. Boccac. super Bulla censuum. par. 2. nu. 21. post Nauar. ibi num. 109. Quem censum potuerunt creare Reuerendi Camaldolenses super re emphyteutica irrequisito Domino directi, quia per
13 impositionem † census nullum dominium, vel possessio transfertur. Clar. §. emphyteusis q. 18 Intriglio. de censib. q. 28. sed quia fortasse obstant huic conclusioni adducta per Boccac. de censib. par. 2. n. 76. Ideo dico illam alienationem, alio non edocto, nil præiudicare Reuerendis Monachis de quorum consensu nō apparet, & res illa est inter alios acta, & consequenter non præiudicialis tertio non interuenienti.

Præterea ex abundanti non esset ab re dicere, concessionem factam Camaldolēsibus per Rectorem in dubio dici censualē non emphyteuticam, vt dixi supra, & consequenter perpetuo renouandam, non obstante mentione nouennij, quia illud concernit simplicem renouationem inuestituræ absque tamen metu commissi in casu omissæ renouationis, ex quo ho-
14 die non dantur census † temporales secundū Bullam Pij V.

Adda-

Addátur, concessionem productam per Rectorem enuntiare, alias antecedentes concessiones antiquiores istius domus, quæ cum fue
15 tint † factæ ante Bullam prædictam, potuerũt continere censum temporalem iuxta Boccac. vbi supra parte 2. numero 76. & ita omni in casu domus ista militat sub vexillo census non autem emphyteusis. Quo in casu cen-
16 suarius † potest alienare fundum obnoxium absque licentia sine metu priuationis, licet emptor census cæteris in contractu præferatur. Nauar. super Bulla nume. 92. Molin. de contract. disputat. 390. num. 8. versi. Quòd si debitor census. At in proposito dico Mona-
17 chos † censuarios alium censum potuisse creare super domo censuaria. Intriglio. de censib. quæstione 36.

Quarto deducitur, Monasterium priuandũ ob inficiationem seu mendacium, quia negauit se emphyteutam.

Respondetur enim in processu pluries fuisse institutum, & præcipuè in scriptura, ex qua Reuerendus aduersarius colligit mendacium, per Reuerẽdos Monachos, vt antiquiores inuestituræ enuntiatæ prouiderentur [& ad ta-
18 lem editionem † tenetur Dominus directi. Rosent. de feud. ca. 8. conclus. 33. vbi num. 4. ait id indubitate procedere, quando Dominus non se purgauit per iuramentum, illas nõ habere nec dolo habere desijsse] ad finem agnoscendi qualitatem originalis concessionis cuius ignorantiam probabiliter habent Reuerendi Monachi, qui successerũt in locum aliorum antiquitus possidentium, sed sine dolo ne
19 gauit † priuationem non meretur. ca. Vasallus feudum. Vbi Doct. si de feud. defunct. fuer. contro. Corbul. de caduc. emphyt. ob menda. num. 12. Rosent. de feud. cap. 10. conclus. 32. n. 3. & inficiationem fuisse dolosam probare debet allegans casum priuationis ob menda-
20 cium, quia dolus † non præsumitur. Rosen. d. conclus. 32. nu. 11. non etiam apparet Monachos negasse recognitionem Ecclesiæ Diuæ Catharinæ in dominam, sed bene negasse qualitatem recognitionis ob defectum originalis inuestituræ toties petitæ, quo in casu non est locus priuationi, quia videmus etiam non sufficere ad priuationem, vt inuestitus sciat fundum esse feudalem, vel emphyteuticum, nisi
21 optime probetur, † illum optime sciuisse qualitatem feudi, vel emphyteusis per Dominum directi assertam, vt pulchre docuit Burs. consi. 49. nu. 17. & sequenti. Rosent. d. conclus. 32. num. 10.

Tandem dico omni in casu locum esse restitutioni in integrum petitæ aduersus omnes casus priuationis allegatos: Quę restitutio admittitur in motiuis, supposita validitate concessionis, de cuius tamen subsistentiã non est dubitandũ stantibus præallegatis. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Pœna non debetur ex contractu nullo.

2 Ignorantia dicitur sufficienter probata cum iuramento, præsertim si iurans sit vir probus.

3 Instrumentum non est de essentia contractus.

4 Contractus gestus cum minore est nullus non seruata forma statuti respectu contrahentium, respectu tamen pœna sustinetur.

5 Pœna contrauentionis contrahitur ex contractu nullo.

6 Pœna commissio inducitur quoties ex eo, quod fit commodum alterius resultat.

7 Pœna fortius committitur ex contractu nullo ob defectum formæ extrinsecæ non substantialis contractus. sed præcipue quando ad realem rei contractæ traditionem deuentum est nu 8.

9 Minor prohibitus contrahere nisi certis solemnitatibus, non dicitur contrauenire nisi per actus gestos de facto.

10 Pœna debetur ex contractu nullo, quando statutum, siue proclama considerauit nudum factũ, non autem effectum ex actu resultantem.

11 Statutum siue lex apponens pœnam, & nullitatẽ contractus, dicitur cogitasse de facto.

12 Proclamatis affixio facit rem notoriam, & operatur, vt proclama non dicatur habuisse causam transeuntem.

13 Proclamatis ignorantia allegari non potest a subditis, quando locis solitis, & consuetis illud fuerit affixum.

14 Ignorantia dicitur crassa, allegare se nescire quod maiori parti Ciuitatis innotescit.

15 Ignorantia eorum, quæ publice fiunt allegari nequit.

16 Ignorantia banni allegari non potest constito de publicatione illius facta in locis solitis.

17 Proclama, siue bannum publicatum in locis solitis. & consuetis ligat subditos illius loci, ita vt non possint allegare ignorantiam.

18 Proclamatis publicatio inducit scientiæ præsumptionem.

19 Ignorantia non præsumitur de his, quæ publice sunt diuulgata.

20 Ignorantia dicitur crassa velle ignorare, quod cõmuniter scitur vel sciri potest.

21 Proclamata, ordines & statuta Ciuitatis afficiũt omnes existentes in comitatu.

22 Ignorantia probanda per iuramentum non admittitur vbi adest præsumptio scientiæ, vel aliqua præsumptio in contrarium. n. 24.

23 Ignorantia non probatur etiam per iuramentum, quando est inuerisimilis.

25 *Ignorantia corruit, dato notorio.*
26 *Ignorantia probanda per iuramentum prorsus excluditur vbi agitur de praeiudicio tertij.*
27 *Ignorantia non admittitur probanda per iuramentum, quando per actus extrinsecos probari potest.*
28 *Iuramentum dicitur remedium subsidiarium in probationibus faciendis.*
29 *Scientia praesumitur in prohibitis.*
30 *Ignorantia quando per iuramentum admittitur probanda, tunc ad essentiam probationis iuramentum deferri debet a Iudice cum causa cognitione, & parte citata Vlterius, quod prius fuerit petitum ab eo qui per iuramentum intendit probare suam ignorantiam nu 31. alias si fuerit datum a Iudice ex officio nihil operabitur num. 32.*
33 *Contractus clandestinitas non resultat ex re contractata, sed ex modo contrahendi.*
35 *Contractus clandestinus fieri potest tam in re mobili, quam in re immobili.*
35 *Contractus factus spreta authoritate superiorem dicitur clandestinus.*
36 *Clandestine quid dicitur factum, quando factum est sine debita solemnitate.*
37 *Clandestinitas infert dolum*
38 *Clandestinum omne est punibile.*
39 *Clandestinitas arguit malam fidem.*
40 *Factum non dicitur quando aliquid superest agendum.*
41 *Tractantur multa quae non perficiuntur.*
42 *Contractus conclusio consistit in vltima clausula.*
43 *Contractus non dicitur absolutus quando aliquid restat in fieri.*
44 *Contractus consistit in sola conclusione, ac in puncto indiuisibili.*
45 *Commissarius, vel executor testamenti esse non potest Regularis, sine licentia sui superioris.*
46 *Commissarius vnus ex pluribus non executor testamenti non potest de per se contrahere de rebus dispositis in testamento, nisi vnicuique commissario fuerit in solidum facultas attributa a testatore.*

ARGVMENTVM.

Poena imposita contrahentibus cum aliqua persona an locum habeat, si contractus nulliter gestus fuerit.

Ignorantia an, quomodo, vel quando probetur per iuramentum.

CONSILIVM CXXXXVI.

Actiones meae à Domino.



PRo Dominis Fratribus de Righis nonnulla proponuntur a Perillustri Senatu, ex quibus videtur ipsos fore absoluendos a petitis per fiscum Serenissimi Domini nostri.

Primo quòd dicti fratres contraxerũt cum D. Parochino minore insolemniter non seruata forma statuti Mantuae de contractibus mi-
1 norum, & ex contractu † nullo non deberi poenam. Bald. in l. non dubium numero secundo, C. de legibus Bertaz. consilio crimin. 182. num. 15. 16.

Secundo, quòd prohibitio contrahendi cũ Parochino militat in mobilibus non in stabilibus, vt in casu controuerso.

Tertio proclama prohibens contractus, & distractus cum Parochino non ligare ignorantes, & consequenter nec dictos fratres de Righis, maximè cum eorum alter iurauerit se ignorasse tale edictum promulgatum, cuius iuramento tamquã emanato a viro probo, igno-
2 rantia † dicitur sufficienter probata. Cacher. decis. 71. num. 23. & seq. Maximè cum contractus concernat rem stabilem omnibus patentem, & per consequens actum factum palam, & bona fide.

Quartò contractum istum fuisse conclusũ cum commissarijs testamentarijs, vnde etsi postea fuerit factum tale instrumentum cum Parochino, attamen id fuit factum ad perpetuam
3 rei memoriam, quia † instrumentum non est de essentia contractus.

Haec tamen etsi colorata, non idcirco vim faciunt aduersus praetensionem fisci; Quia proclama editum comprehendit omne genus personarum cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, illis prohibens per se vel alios, aut per interpositam personam facere cum Parochino contractus, distractus, seu obligationes cuiuscunque generis, nec in illis aliquo modo interuenire, & prout ex dicto proclamate videre est. Quo fit, vt intentio fisci dicatur optime fundata in dicto proclamate respectu consequendi poenam appositam in eo, soluendam a contrahentibus cum Parochino contra ipsius edicti comminationem. Reliquum igitur est declinare contraria pro totali victoria fisci Serenissimi Domini nostri.

Ad primum igitur respondetur, cõtractum
4 † gestum cum minore insolemniter, esse nullum, respectu contrahentium, attamen respectu poenae sustinetur, quia ex contractu nullo contrahi-

5 contrahitur pœna † contrauentionis, vt pro-
bat Crau.consi.191.nu.7. Nam commodum
& interesse fisci de consequendo aureos ducé-
tum est sufficiens ad faciendum pœnam com-
6 mitti, ex quo ad pœnæ † commissionem suffi-
ciat fieri de facto, quando ex illo resultat com-
modum alterius. Barto. in l. continuus. §. cum
quis n.3.vers. Oppono, quòd sufficit. ff. verbo.
oblig. Rui.consi.123.n.15.in 2.Aret. in termi
nis de contractu gesto cum minore consi. 18.
colum.4.versi. Nec obstat præmissis, vbi sub-
iungit, quòd ex contractu nullo ob defectum
formæ extrinsecæ non substantialis cótractus,
vt puta quando minor contrahit fine solemni
7 tatibus requisitis, fortius committitur † pœna,
& Aretinum post multos alios sequitur Domi
nus Surd.consi.284.n.22.vbi pluribus corro-
borat. Quibus addo tradita per Tiraq. de re-
tract.lignag. §.26.Glo.2.num.8.& sequenti
Petra de fideicom.quæstione 8.nume.54. vbi
subiungit id sine scrupulo procedere, quando
8 † ad realem rei contractatæ traditionem deuē-
tum est.

Præterea considero Perillustrem Senatum
promulgasse edictum illud, ad compescendam
prodigalitatem Parochini minoris, & ita pro-
hibuit alienationes, contractus, & distractus,
faciendos per minorem, vnde necessario sequi
tur intellexisse, de contractibus factis de facto,
quia alias proclama seruiret de vento, ex quo
9 † minor iuridice nō potest contrahere sine cer
tis solemnitatibus, & aliter non potuisset con-
traueniri proclamati nisi per actus gestos de fa
cto, vt in terminis aduertit Aret. d. consi. 18.
colum.4.versi. Præterea alia ratione, quare di-
cendum est ex tali contractu nullo omnimode
pœnam comminatam deberi. Et hinc infero
ad declinationem obiecti, nempe in casu isto
10 ex actu nullo deberi † pœnam, quia proclama
considerauit nudum factum, non autem effe
ctū, vnde succedit axioma, quòd ex actu inua-
lido oritur ac debetur pœna, quando disposi-
tio prohibens respicit nudum factum seu ani-
mum facientis, non autem effectum iuris ex
actu resultantem, vt in casu nostro. Ita Bal. in
l. ea quidem numero quinto, C. si mancip. ita
fue. alien. & post Cardin. Bar. & alios late tra-
dit Felin. in c. Ex tenore n.9. extr. de rescript.
Mandel.consi.218.n.23.& seq.

Quod autem prohibitio respiciat nudum
factum colligitur, Primo quia fuit facta mino-
ri ac contrahentibus cum eo, cui aliter con-
traueniri non poterat nisi per merum factum,
seu actum factum de facto, vt dixi. Secundo
quia vere proclama respicit nudum factum ibi
*far contratti, distratti, & obligationi ne interue-
nir in quelli*. Et ibi *che a tai contratti intra-
uenirano*. Et vere cum in calce procla-

matis Perillustris Senatus separatim mentio-
nem fecerit de nullitate dictorum contractuū
apponendo prius pœnam facientibus dictos
contractus, sequitur necessario voluisse ex fa-
cto seu contractu nullo deberi pœnam, quia
pecuniaria pœnam respicit nudum factum, pœ
na autem nullitatis respicit effectum separa-
11 tim de per se. Et quando lex † apponit pœ-
nam, & nullitatem actus tunc dicitur cogitas-
se de facto, ideo ex actu nullo tunc debetur pœ
na, vt post multos probat Mandel. consi.218.
num.24.

Ad secundum respondetur, proclama con-
tinere contractus cuiuscunque generis, &
consequenter tam stabilium, quam mobilium
cum generaliter imo vniuersaliter loquatur
vltra, quòd maior ratio prohibitionis viget
in alienatione stabilium, quàm mobilium,
& cum hoc careat omni dubio, vlterius non
insisto.

Ad tertium respondetur, proclama fuisse
pluribus in locis, & publicis ac consuetis affi-
xum tam Mantuæ, quam turi in terra Suza-
12 riæ, vt patet ex processu, quæ † affixio facit
rem notoriam, & operatur, vt proclama non
dicatur habuisse causam transeuntem. Bart. in
Auth. Qui semel. numero decimo quinto, de-
cimo sexto, vbi Doctor. C. quo.& quand.iud.
diffuse sola in antiq. constit. Pedemon.tit.de
sot.compet. decret. licet par.3.Glo.1.numero
sexto vbi post alios subiungit tali in casu non
13 licere alicui subdito allegare † ignorantiam,
alias destrueretur tota praxis huiusmodi in ca
sibus obseruari solita, a qua minime licet re-
14 cedere, cum sit crassa † ignorantia allegare se
nescire, quod maiori parti ciuitatis innotescit
l. nec supina. ff. iur. & fact. ignot. l. regula. §. fa-
cti eo. tit. merito non potest allegari ignoran-
15 tia † eorum, quæ publice fiunt. ca. 1. de postu.
prælā. Beci. consilio sexto, numero decimo ter-
tio, cum alijs adductis per Dominum Surd.
consilio 429. numero 50.51. Cumi. super Rit.
Sicil.46.num.15. Et idcirco facta publicatio-
16 tione banni in locis solitis ignorantiam † nō
posse allegari post Bart. & alios tradit Lanat.
consilio 27. numero quarto, vbi etiam post
Præpos.& Cardin. Alexand. subiungit, sufficе
17 re bannum fuisse † emanatum in locis solitis,
& consuetis ad hoc vt subditos liget, quia ban
num publicatum præsumitur deuenisse ad no-
titiam omnium, qui sunt de loco, Iof. Ludo.
decis. Perus.67. numero septimo, & ex publico
18 † proclamate inducitur præsumptio scientiæ,
19 & ignorantia † non præsumitur de his, quæ
fuerunt publice diuulgata Bald. in cap. Quo-
niam frequenter. §. 1. vt lit. non contes. Ange.
consilio 228. colum.6. sequitur Cassan. consi
primo, parte 3. numero decimo quinto, 16. &

20 dicitur ignorantia † crassa nescire, quod communiter scitur, vel sciri potest. Castr. in l. sed etsi pupillus. num.6.ff.instit.Gabr.tit. de reg. iur.conclus.6.num.40.Bimi.consi.31.nu.51.
21 Hinc infertur, quòd statuta † ordines seu bannimenta ciuitatis afficiunt omnes existentes in comitatu, vt post Barto. Fed. de sen. & alios probat Seraph.de iuram.priuil.4. nume.170. & realiter fratres de Righis non possunt praetendere ignorantiam, quia proclamata fuerũt affixa columnae existenti ante eorum apothecam in publica platea, vt est notissimum, & pro notorio allegatur, & si hoc concederetur daretur materia fraudandi proclamati Serenissimi Domini, quia omnes allegarenr eorum ignorantiam. Quibus sic stantibus dicitur nõ esse habendam rationem iuramenti Domini Dominici de Righis, quatenus medio iuramẽto asseruit ignorasse dictum proclama, quia vbi adest praesumptio scientiae non admittitur
22 probatio † ignorantiae per iuramentum. Bart. in l.inter omnes.§.recte.nume.3.in fin. ff.furt. Menoc.de arbitr.iud. casu 186.nume.7.Pret. consi.9.num.23.Mascar.conclus.881.nu.26. Schrad.de feud.par.9.cap.1.n.52. Alibi dici-
23 tur ignorantiã † non probari iuramento, quãdo est inuerisimilis. Mascar. d. conclus. 881. nu.18.Addit.ad Magon.decis.Luca.77.versi. Iusta ignorantia.Schrad.vbi supra nu.51.&
24 ignorantiam † non probari iuramento, quando militat praesumptio in contrarium, tradit Pic.consi.31.nu.17.quia dato notorio corruit
25 † ignorantia.Petruc.consi.98.nu.24.Haecque tanto magis procedunt, cum agatur de praeiudicio tertij nempe fisci: nam tali in casu pror-
26 sus excluditur talis probatio † per iuramentũ. Felin.in c.Cognoscentes.num.14. de constit. vbi Dec.num.48.Meno. d.casu 186.nume.9. Odd.de restitu.in integr.quaestione 38. art.6. n.59.& 60.Quin imo cũ simus in casu, in quo
27 ignorantia † posset probari per actus extrinsecos, puta per testes, vel per absentiam dictorũ fratrum ac cetera id genus, non toleratur talis probatio per iuramentum, cum sit probatio
28 † subsidiaria Feli. in c. Significasti.n.4.de homicid.Meno.consi.186.n.6. Seraphi.de iura. priuil.4.n.42.Schrader.d.cap.1.n.53. Addatur fratres de Righis contraxisse insolenniter cum minore, & contra prohibitionem ordinationis Perillustris Senatus, vnde dicuntur fecisse rem illicitam, & prohibitam, & consequẽter eorum ignorantia allegata non probatur
29 iuramẽto, quia in prohibitis praesumitur † sciẽtia.Ias.in l.si rem obligatam.n.43.ff.leg.1.

Praeterea considero non constare in processu, quòd Righi voluerint probare eorum ignorantiam per iuramentum, quia etsi Dominus Dominicus praeuio iuramento dixerit se nesciuisse dictum proclama, attamen per tale iuramentum datum ipsi Righo examinato tamquam reo non probatur ignorantia proclamatis, tamquam non emanatum ad finem huiusmodi probationis, siquidem ad essentiam talis subsidiariae probationis, requiritur, quòd
30 deferatur † a iudice cum causae cognitione, & consequenter parte citata. Ange. in l. in bonae fidei.col.1.in 2.notab.C.reb.credit. Plot.de iuram.in lit.§.50.nu.7.Schrad.in terminis de feud.par.9.c.1.nu.49.Requiritur etiam, quòd
31 prius fuerit † petitum ab eo, qui intendit per iuramentum probare ignorantiam, vnde cum
32 fuerit praestitũ a iudice † ex officio ipsi Righo tamquam reo ac non petenti iuramentum sibi deferri ad probationem ignorantiae, dubio procul nullius est ponderis. Ias.in repet.l.admonẽdi n.316.ff.iureiur.Plor.d.§.50.nu.8.Schrad. d.ca.1.n.49.versi.Nisi Vasallus.& n.52. vers. Neque etiam aliter iudex.

Ad illud autẽ quod dicebatur Righos esse in bona fide, cum publice contraxerint rẽ stabilem, quo in casu cessat clandestinitas.
33 Respondetur clandestinitatem † contractuum non resultare ex re contracta sed ex mo-
34 do contrahendi, quia clandestinus † cõtractus tam in re stabili, quam in mobili fieri potest sufficit in proposito dicere, quòd contractus
35 iste sit † clandestinus, cum fuerit factus spreta authoritate superiorum. Archid.in c. Certum. de consecr.dist.1.Feli.in c.Consuluit.n.21.in fin.de off.deleg.late Barba.consi.60.n.2.in 4. Sicuti etiam dicitur actum fieri clandestine,
36 † quod fit sine debita solemnitate Hond.cõsi. 87.n.25.in 1.Rimin.iun.consi.691.num.15.
37 At clandestinitas † infert dolum. Bero. consi. 59.n.11.in 1.Sicard.consi.4.n.23.Rube. Vrinen consi.21. num.58. vbi ait omne clande-
38 stinum † esse punibile, & clandestinitatem
39 † arguere malam fidem, post multos Menoc. consi.293.n.15. Vltra quòd siue clam siue palam contractus fuerit initus, vtrobique importat poenam comminatam in proclamate punientem merum ac nudum factum partium, non autem iuris effectum ex contractu resultantẽ, vt supra probatum est.

Ad quartum respondetur nequaquam cõstare in processu de contractu aliquo perfecto inter Righos, & commissarios testamentarios, quia literae Reuerendi fratris Claudij, ac per eum recognitae, non fuerunt acceptatae a dictis fratribus, vt ex declaratione dicti Reuerendi colligitur in processu fol.9. Quin imo dictae literae non continent conclusionem contractus, sed simpliciter tractatum, cum plura remanserint terminanda, vt clare cantant dictae literae,
40 & non dicitur † factum, quando aliquid su-
41 perest agendum, iuribus notis, & multa † tra-

ctantur

ctantur quæ non perficiuntur. Alex. consil. 13. numero 17. in 1. Purpur. consilio 183. nu. 11.
42 & conclusio † contractus consistit in vltima clausula. Ideo quando aliquid restat in fieri,
43 cōtractus† nō dicitur absolutus, diffusè Natt.
44 consilio 164. numero 26. & contractum† consistere in sola conclusione, ac in puncto indiuisibili, optimè post multos tradit D. Surd. consilio 202. numero 6. & consilio 217. nume. 11. Addatur ex abundanti Reuerendum Fratrem
45 Claudium non posse dici commissarium † vel executorem testamenti, cum uon constet de licentia sui superioris, tex. in c. 2. de testa. in 6. Clem. 1. eo. ti. Didac. in c. Tua. in prin. de test. cum concordantibus per Crass. de success. li. 2. §. fin. quæstione 11. num. 8. Quid plus? In testamento, in quo legitur dictum Reuerendum fuisse destinatum commissarium, cōstat ipsum non fuisse solum sed plures fuisse datos commissarios, vnde nō ipse solus potuit facere cōtractus de rebus dispositis in testamento, cum
46 talis facultas vnicuique † Commissario non fuerit in solidum attributa a testatore. Idem Crass. d. §. fin. quæst. 4. nu. 4. & 6. Laus Deo.

Carol. Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Aßaßinium committitur ex parte mandantis ex sola promißione pecuuia.*

2 *Occidens aliquem ad solam complacentiam alterius committit assaßinium.*

3 *Complacentia concomitata a spe lucri, seù aliquid consequendi stante antecedente mandautis promißione, assaßinium inducit.*

4 *Proclama impunitatis non comprendit assaßiniū ob illius atrocitatem.*

5 *Assasinium æquiparatur crimini læsæ maiestatis.*

6 *Qualitas assasinij transformat homicidium in aliam speciem.*

7 *Mandatum de occidendo de per se, est delictum consummatum, & punibile vtcunque executioni non mandatum.*

8 *Princeps in concessione alicui verbis amplis, nunquam dicitur voluisse tollere contenta, ac disposita per ius municipale.*

9 *Fides data est seruanda.*

10 *Fidem fallere grauissimum est, etiam erga hostes.*

11 *Obseruatio fidei reputatur quid maius inter mortales.*

12 *Fides hostibus data est præstanda.*

13 *Iudices, & Magistratus debent cauere, tanquam boni viri, ne quisquam sub fide illorum, vel authoritate publica fallatur.*

14 *Amplia etiam quod promißio non teneat, vel promissum promitti non debuerit.*

15 *Securitas, vel impunitas promissa per Iudicem, vel Magistratum directè, vel indirectè, violari non debet.*

16 *Sub fide superioris nefas est, aliquem decipi.*

17 *Superior deuians a fide data, dicitur periurus.*

18 *Securitas, vel impunitas, seu gratia concessa delinquenti ad hoc vt delictum fateatur, vel socios delicti propalet, illi est omnimodè seruanda.*

19 *Assasinium non committitur per vnicam personam, sed requirit pluritatem personarum, nempè mandantis, & mandatarij, cum datione, vel promissione dandi.*

20 *Veritas facti dupliciter occultatur mentiendo, & tacendo.*

21 *Verum dicere, non sufficit, nisi pariter facti causa assignetur.*

22 *Factum non dicitur, quando aliquid superest addendum.*

23 *Qualitas facti debet deduci, quando est de essentia actus, vel facti vel dispositionis, & præcipuè in pœnalibus.*

24 *Obligatio non sequitur ex promissione incerta, etiamsi esset adiecta contractui licito, nec ex illa crimen assasinij resultat.*

25 *Assasinium non committitur ex sola pollicitatione seu promissione pecuniæ, vel alterius rei, nisi ex parte mandatarij subsequatur acceptatio, siu conuentio de occidendo per præmium, sed succedit sola pœna extraordinaria Iudicis arbitrio.*

26 *Assasinium committitur, quando fuit executum homicidium conuentum.*

27 *Acceptatio non dicitur facta, quando mandatarius respondit se facturum homicidium per amicitiam*

28 *Inquisitio formata contra mandantem debet continere locum & tempus commissi delicti, non autem locum, & tempus mandati.*

29 *Mandans non debet vlcisci pœna ordinaria, quando mandatarij excesserunt fines mandati, occidendo aliam personam.*

30 *Mandans non tenetur de excessu mandat.*

31 *Ratificatio delicti nunquam trahitur ad qualitates ipsius delicti.*

32 *Ratificatio debet esse sic, vt delictum perpetratum nomine ipsiusmet ratificantis.*

33 *Promissio Gubernatoris si non sustinetur in vim gratiæ, saltem sustineri debet in vim guidatici, saluiconductus, seu securitatis.*

34 *Reus inuentus cum gratia inualida Principis, & carceratus non debet puniri.*

35 *Princeps, seu Gubernator habens auctoritatem particulariter potest gratiare assasinium ex causa publicæ vtilitatis, nempè ad hoc vt socios propalet.*

36 *Principis gratia tenet, quando concurrunt remissio, interesse partis, & vtilitas publica.*

Copula

37 *Copula (&) requirit vtrunque verum, id est, concursum vtriusque copulati.*

38 *Clausula (de plenitudine potestatis) subauditur ad hoc vt promissio Principis, seu Gubernatoris valeat.*

ARGVMENTVM.

An Gubernator promittens in proclamate impunitatem notificanti, & aperienti veritatem homicidij perpetrati, possit detinere facere propalantem, socios, & qualitatem delicti illorum punire pœna ordinaria, aut extraordinaria, vel sit absoluendus, vel relaxandus affectus delicti.

An mandans teneatur de excessu mandatarij, & an promittens soluere pecunias pro delicto perpetrando, & mandatarius respondeat facturum ob amicitiam, cõmittatur verè assassinium, cum mandatum non fuerit exequutum.

CONSILIVM CXXXXVII.

Actiones meæ à Domino.



Contẽdit Fiscus Ciuitatis Sablonetæ, Dominum Iacobum Antonium Morum gaudere non posse beneficio impunitatis enuntiatæ in Proclamate edito per Illustrissimum Dominum Gubernatorem præfatæ Ciuitatis, & promissæ notificanti delictum homicidij perpetrati in personam quond. Dominę Hippolytæ Oldroandæ ac aperienti veritatem facti, vtcumque sit vel principalis delinquens uel mãdatarius. Ita obstante statuto dictæ Ciuitatis Rub. 170. Qui dicatur assassinius, & quomodo puniatur.

Nam D. Morus aperto ore videtur fassum esse, dedisse mãdatum Barattino & Chiozzio de occidendo Dominum Oldroandum mediãte tali præcisa promissione, *che se hauria vsata cortesia della quale si sariano contentati, & loro le dissero che non occorreua trattar di questo, perche loro lo hauuriano fatto per amicitia, & cosi promiseno di farlo.* Et consequenter dicitur dedisse mandatum ad occidendum per assassinium, si-
1 quidem ex sola promissione † pecuniæ assassinium committitur. Salic. in l. non ideò minus numero 36. versi. Et assassini vocantur. C. accusat. latè Mascard. de Probat. conclus. 138. col. 1. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 30. nu. 17. Moscatel. de cognit. delicto. tit. de Homicidio mediante mandat. nũmero 51. Capici. decis. 155. numero 6. 7. 17. & 18. cum concordantib. per Farinac. quæstione crim. 123. inspect. 2. nu. 36. & seq. vbi extendit id procedere ẽt nulla interueniente scriptura promissionis. & licèt mandatarij non acceptauerint explicitè rei oblatæ promissionem mediante conuentione vel pacto, nihilominus cum se exhibuerint & promiserint executuros homicidium propter mutuã inter eos existentem amicitiam, labem assassi-
2 nij incurrerunt, quia ad complacentiam alterius † aliquem occidens assassinium committit Grammat. Vot. quæst. numero 3. Cauer. in Praxi. §. circa tertium. numero 5. Farinac. quęstione 123. inspect. 2. numero 38. & pręcipuè
3 in casu isto, in quo complacentia † est cõcomitata a spe lucri seu aliquid consequendi, stante antecedente mandantis promissione. Căreri. d. numero 5. Rim. Iun. consilio 685. numero 6. Decian. dicto lib. 9. cap. 30. numero 16. Bruno. à Sole quæstione 34. numero 11. Quibus
4 sic habentibus sequitur † proclama impunitatis ad comprehendere casum istũ, ex quo indultus uel abolitio criminum non amplectitur sed penitus excludit crimen assassinij ob illius atrocitatem & enormitatem. ita Roman. in l. si quis in graui. §. his quoque. ff. ad Sillani. diffusè Caralan. de Abolitio. cap. 32. numero 7. cum multis sequentibus, sequitur alios congerendo Farin. quã crim. 123. inspect. 3. nu. 72.
5 æquiparatur † inquam crimini læsæ maiestatis Farin. post alios. consi. 4. numero 7. Hinc dici-
6 tur quod † qualiras assassinij transformat homicidium in aliam speciem delicti. idem Fari. consi. 10. numero 17. & 23.

Secundo aduertendum est, intentionem Illustrissimi Gubernatoris fuisse concedendi impunitatem ob delictum homicidij patrati in personam Dominę Hippolytę. Non etiam concedendi impunitatẽ mandati dari ad occidendum Dominum Iulium Cęsarem Oldroãdum per assassinium. Ista inquam sunt duo delicta diuersa ac omninò separata, quia mandatum illud licèt non executum attamen de per se est punibile, adeo quod etsi Dominus Iulius Cæsar in executionem mandati non fuerit occisus, [etiam si non fuisset interfecta Domina
7 Hippolyta] attamen cum mandatum† tale sit, de per se delictum consummatum est punibile vtcumque executioni non mandatum. latè Farinac. quæst. 123. numero 79. & quæst. 124. numero 95. & consilio 4. numero 3. & num. 7. & ibi in addit. littera L. & in quæst. crim. 7. nu. 49. versi. In non subdito. & id apertè cauetur in statuto Ciuitatis Sablonetæ. Vnde sequitur veniam illam delicti ad terminos præcitati homicidij commissi fore restringendam, nõ autem

autem ad criminũ pluralitatem extendendã.
Tertiò vrgere admodum videtur, quòd tale
proclama nullam contineat derogationem ſpe
cialem nec generalem ad ſtatutum prædictum
puniens aſſaſſinium, nec etiam in genere ad ſtã
tuta ciuitatis Sablonetæ, quò fit vt Dominus
Gubernator illimet ſtatuto derogaſſe non cen
8 ſeatur, quia videmus quod Princeps † in con-
ceſſione alicui facta etiam cum amplis verbis,
numquam dicitur voluiſſe tollere contenta ac
diſpoſita per Ius municipale, ac derogare ſtatu
tis particularibus aliquid in ſpecie determinã
tibus, niſi conceſsioni addiderit clauſulam de
rogatoriam in ſpecie vel in genere, vtputa ſi
dixerit. *Non obſtantibus ſtatutis ciuitatis 10.*
vel quid ſimile. ità poſt Abbat. & alios firmat
Curt. conſilio 35. nume. 36. verſ. Quia ad iſta.
& nu. 37. Gozadi. conſi. 6. nume. 70. Rim. Iun.
conſi. 46. nu. 50.

Prædictis tamen non obſtantibus firmiter
teneo, Dominum Morum nullatenus fore mo-
leſtandum, ſed beneficio impunitatis promiſ-
ſæ debere gaudere, vel ſaltè priſtinæ libertati
fore relaxandum, ne alias dicatur ſub fide pu-
blica fuiſſe deceptum, quod eſſet abſonum. Nã
clarè cantat proclama cõcedens impunitatem
notificanti delictum & apetienti veritatem fa-
9 cti, & fides † data eſt ſeruanda, ita lege naturæ
dictante. l. 1. ff. pact. vbi Bal. notat, etiam Deũ
ex pacto obligari, ſequitur Neuiz. conſilio....
num.... facit. l. 1. ff. conſt pecun. Imò grauiſſi-
10 mum eſt fallere fidem † etiam erga hoſtes. c.
Noli. 23. quæſt. 1. Cum nil maius reputetur in
11 ter mortales quam fidei obſeruatio. † Bal. cõ-
ſilio 371. in 3. quia hoſtem quidem caute delu
12 dere poſſumus, ſed nihilominus fides † illi da-
ta eſt pręſtanda. Laudenſ. de Bello. verſi. Qua-
drageſimo quarto. Iaſ. in l. ſi rem tibi. nume. 3.
ff. præſcript. verb. Quocirca ſummoperè cauen
13 dum eſt per Iudices † & Magiſtratus tamquã
bonos viros, ne quiſquam ſub fide illorum vel
authoritate publica fallatur. l. 1. C. his qui
veni. ætat. l. Barbarius. ff. offic. Prætor. Deci.
14 conſilio ſi vbi latè. Eſtò etiã † quòd promiſſio
non teneat, vel promiſſum promitti nõ debue-
rit l. fin. §. diui. §. ſi quis. ff. publica. Signorol.
conſilio 102. & 103. Hinc dixit Alciat. in lib.
1. de verb. ſign. verſi. Cæterùm inimicitia, fidẽ
eſſe iuſtitiæ fundamentum. In propoſito igitur
dicendum eſt, non eſſe aliquo pacto ferẽdum,
15 vt ſecuritas † vel impunitas D. Moro promiſ-
ſa per Illuſtriſſimum Gubernatorẽ directè vel
indirectè violetur, teſte Gozadi. conſilio 27.
numero 22. Burſat. conſilio 177. numero 27.
& 39. cum alijs congeſtis per Farinac. quæſt.
crim. 39. numero 8. & aliquem decipi ſub fide
16 † ſuperioris nefas eſſe tradit Zaſi. conſilio 14.
numero 32. & conſilio 15. numero 48. & 142.
in 1. Marſil. conſilio 32. in fin. Quia ſuperior
17 deuians a fide data dicitur periurus Innoc. in
c. Etſi Chriſtus. extra de iureiu. But. in c. Tuis.
de teſti. Felin. in c. Querelam, numero 7. extr.
de iureiu. & latiſſimè de hoc ſcribit Petrus Pre
mus. tract. de ſecuritate. col. mihi. 54. cum 4. ſe
quentibus, quo loci plurimas authoritates &
exempla patrum adducit, & in ſpecie quod ſe-
18 curitas † ac impunitas ſeu gratia conceſſa de-
linquenti ad hoc, vt delictum fateatur vel ſo-
cios delicti propalet, illi ſit omnimodè ſeruan-
da: conſuluit Imol. conſilio 109. numero 3. &
ſeq. Marſil. ſing. 201. & conſilio 32. nume. 22.
vbi loquitur de Gubernatore Imolæ, qui pro-
miſerat huiuſmodi impunitatem reo. & in l. 1.
§. quæſtionibus numero 15. ff. quæſt. & conſil.
14. in fin. & in Rub. C. probat. nume. 115. Bal.
in l. libertas. ff. ſtatu. homi. Premus. de ſecurit.
col. mihi 63. in fin. & ſeq. & tradit Ioſ. Ludou.
deciſ. Lucan. 15. numero 72. Farinac. quæſt.
crim. 6. numero 22. loquens de crimine aſſaſſi-
nij. & nume. 25. optimè Peguer. deciſ. 39. nu.
10. dicens, iniquum eſſe, vt qui cum iudice cõ
trahit, eius authoritate circumſcribatur, quia
delinquenti ſecuritatem promittere & deinde
illum punire, ſapit proditionem, ſubdens ita
pluries fuiſſe ſeruatum & iudicatum adducen-
do multa exempla ſequuta.

Secũdo aduertatur, Dominum Gubernato
rẽ nedùm explicitè gratiaſſe reum homicidij,
ſed etiam propalãtem cauſam homicidij, quia
licèt homicidium mulieris fuerit cauſa impul-
ſiua concedendi impunitatem, attamen inten
tio præfati Domini Gubernatoris non fuit li-
mitata ad notificationem ſolam delicti, ſed ẽt
ad manifeſtationem veritatis facti, & conſe-
quenter ad manifeſtationem cauſæ vnde pro-
ceſſerit homicidium cum omnibus ſuis quali-
tatibus ac circumſtantijs. ibi *ſi notifica & fa ſa-
pere, a chi è conſapeuole di tal delitto che venendo
a notificarlo & ſcoprir la verità del fatto, anchor
che foſſe il principale ò mandatario guadagnarà, et
coſi Sua S. Illuſtriſsima li concede l'impunità &c.*
Et cum faciat mentionem principalis delin-
quentis & mãdatarij, dubio procul voluit gra-
tiare delinquentem etiam per aſſaſsiniũ, quia
19 aſſaſsinium † non committitur per vnicã per-
ſonam, ſed requirit pluralitatem perſonarum,
nempè mandantis & mandatarij cum datione
vel promiſsione dandi, vt colligitur ex Farin.
q. crim. 123. inſpect. 2. Baiard. ad Clar. in §. aſ-
ſaſsinium. & hoc ſatis patet ſenſui. Modo ſi
Dominus Gubernator habuit cõſiderationem
principalis delinquentis & etiam mandatarij,
& voluerit ſibi notificari nedùm delictum ſo-
lum, ſed facti veritatem, vtique totam ſeriem
facti qualiſqualis fuerit ab ouo, ſibi notificari
intellexit, & per conſequens dicitur voluiſſe
gratiare

gratiare etiam propalantem crimen assassinij seu domicilium vtcumque ab assassinio qualificatum, quia alias facti veritatem a reo gratiato non habuisset, si assassinium tacuisset, & gra
20 tia fuisset obreptitia, veritas † enim facti dupliciter occultatur, mentiendo & tacendo. Bal. in l. 1. numero 16. ff. actio. empt. Ideo dixit Arist.
21 Ethic. 7. quòd verum † dicere non sufficit nisi pariter facti causa assignetur, sequitur Magoni. de censur. Aduocat. par. 2. cap. 8. numero 7. & dixit Neuiz. in Silu. nuptial. Rubt. Non est nubendum. numero 12. 13. quòd veritas non quærit fucum nec pigmenta. Cum igitur veritatem facti voluerit scire D. Gubernator de tota & integra facti serie cum omnibus circumstantijs intellexit, alias veritatem facti non habuisset si reus aliquid tacuisset, cum veritas sit
22 indiuidua, & nil dicitur factum † quando aliquid superest addendum l. pen. C. his qui. vt in dign. Becci. consilio 66. numero 16. Surd. consilio 217. numero 12. Quinimò cum qualitas assassinij alteret actum vel delictum, vtique debuit a reo gratiato propalari, alias factum ipsum ipse gratiatus non propalasset, quia ante
23 omnia qualitas † facti debet deduci quando qualitas est de essētia actus, vel facti, vel dispositionis, & præcipuè in pœnalibus, vt diffusè prosequitur Ios. Ludo. decis. Luca. numero 6. & seq. & per totam omninò videndus.

Tertiò si rectè facti præsentis species perpēdatur, dubio procul fatendum est D. Morā assassinij notam nō incurrisse, quandoquidē ipse D. Morus mandans, incertam vagam ac ambiguam fecit promissionem mandatarijs, ac nullatenus obligatoriam, dicendo *che li haueria vsato cortesia, della quale fariano restati contenti.* quæ quidem promissio aut potest verificari in quid minimo, aut residet in arbitrio mandatariorum, a quorum libito pendebat an contenti forent remansuri nec ne, & ita nulla exinde se
24 qui posset obligatio † si fuisset adiecta alicui contractui licito, quo fit etiam vt nec ex illa crimen assassinij resultet ita Bal. consilio 383. in 5. Burs. consilio 20. numero 4. Gabr. consil. 170. numero 18. in 1. Rim. Iun. consilio 685. numero 22. cum pluribus congestis per Farin. q. crim. 123. numero 145. & consilio 4. in addit. littera K. limitatione secunda, & latius omninò videndus idem Farin. consilio 10. num. 1. vsque ad numerum septimum, vbi plurimis fundamentis sustinet, tale esse simplex mandatum ad occidendum, nō autem per assassiniū. Prædictaque conclusio indubitatè procedit in casu isto, in quo promissio oblata non fuit per mandatarios acceptata, nec homicidiū tractatum vel conuentum fuit executum, siquidem
25 assassinium † non committitur ex sola pollicitatione seù promissione pecuniæ vel alterius rei, nisi ex parte mandatarij subsequatur acceptatio seu cōuentio de occidendo propter præmium, sed succedit sola pęna extraordinaria Iudicis arbitrio. ita post plures tradit Cancri. in Perer. tractatu de Homicidio. §. circa tertiū. numero 6. & 46. Plaz. de delict. lib. 1. cap. 19. numero 10. Brun. a sole. quęst. 34. numero 13. Rim. Iun. consilio 685. numero 12. & seq. Fatin. quæst. 123. Inspect. 4. numero 128. & Inspect. 5. numero 147. Baiard. ad Clar. §. assassinium. numero 6. dicens requiri saltem vt fue
26 rit executum † homicidium conuentum, idem Farin. consilio 4. in Addit. littera K. limitatione prima & consilio 10. numero 27. & nu. 44. & prius ibidem numero 6. dixit in indiuiduo casus nostri, non dici factam acceptationem
27 † quando mandatarius respondet se facturum homicidium propter amicitiam.

Nec huic fundamento obstat, si dicatur, attenta origine mandati, & ob culpam mandantis quasi authorem rixę, fuisse patratum homicidium in personam Dominæ Hippolytæ, quę origo seu quod quidem initium debet attēdi, cum homicidium soleat attendi propter causam mandati antecedentis, quia vnum conuertitur in alterum. Vnde resultat conclusio, quod mandans obligatur nō ex mandato, sed ex delicto subsecuto propter mandatum, quocirca
28 solet in Inquisitione† formata cōtra mandantem apponi locus & tempus commissi delicti, non autem locus & tempus mandati. Farin. q. crim. 135. nu. 8. 9. vbi alios adducit.

Respōdetur enim quod licèt principium sit illicitum attamen non mæretur pœnam ordinariam infligendam assassinio, quia principiū illud vel mandatum non fuit principaliter ordinatum ad committendum homicidium in personam Dominæ Hippolytæ [vt in obiecto] & ideo eadem pœna non tenetur, excesserunt inquam fines mandati præfati mandatarij occidēdo vnam loco alterius, adeo quod mādās
29 † non dicitur vlcisci pœna ordinaria. vt p Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 36. numero 9. Laderchi. Imol. consilio 181. numero 29. Marsil. consilio 67. numero 34. 35. Farin. q. 126. num. 91. & consilio 32. in Addit. littera A. in sexta conclusione. Idque tanto magis procedit in casu isto, in quo occisor mandatarius poterat nō excedere mandatum, & non occidere Dominam Hippolytam si voluisset; vnde cum fuisset in potestate illius non excedendi mandatū, man
30 dans † non tenetur de excessu Bald. in l. non ideo minus. numero 29. C. accusat. & ita communiter concludunt Doct. teste Decian. d. lib. 9. cap. 36. numero 6. Farin. q. crim. 135. nume. 163. Fuit namque occisori ostensa mulier illa, & admonitus vt aduerteret, ne illam offenderet ut ex dispositione Chiozzij. fol. 551. debebat

bebat

bebât igitur expectare, vt Dominus Oldroandus vir seorsum staret a loco vxoris,& nõ exonerare sclopum quando coniuges erãt vicini.

Non etiam vim facit ratificatio subsequẽs Domini Mori,qui pecuniam numerauit occi-
31 t soribus. Quia ratificatio † delicti numquã trahitur ad qualitates ipsius delicti. Salic. in l.nõ ideo minus.numero 3 1.versic.Quod autem factum possit haberi.C.accusat.Farin.alios congerens.q.135.numero 86. Multominus potest dici hoc in casu,quod talis ratificatio trahatur ad assassinium,quod nihil habuit commune cũ isto incogitato homicidio in personam mulieris.Ideo infertur quod ad essentiam ratificationis punibilis pœna ordinaria,nõ sufficit, quod delictum sit commissum nomine ratificantis,
32 sed quod ratificatum † fuerit tamquam sic nomine ipsiusmet ratificantis perpetratum. idẽ Farin.q.135.numero 85. Modo nullibi cõstat Dominum Morum nec ante nec post expressè consensisse d.homicidio.

Quarto considero,quòd data[non tamẽ admissa]nullitate vel inualiditate gratiæ seu præmissæ impunitatis, vel quando illamet promissio non comprehenderet casum cõtrouersum, adhuc debet omnimodè liberè admitti relaxari ac pristinæ libertati restitui ipsemet Dominus Morus, ne alias dicatur deceptus sub publica fide Illustrissimi Domini Gubernatoris,
33 adeo vt si promissio † illa non potest sustineri in vim gratiæ, saltem sustineri etiam valeat in vim guidatici,saluiconductus,seu securitatis, vt plene docet Peuger. decis.39. numero 10. dicens ita pluries fuisse iudicatum.et num.11. latè Farin.q.crimin.6.numero 27.dicẽs,quod detecta gratia Principis vti nulla vel inualida,
34 non tamen debet per hoc reus † cum tali gratia inuentus & carceratus puniri, quia turpe esset illum sub fide publica decipere, meritò est relaxandus, subiectus tamen pœnis & condemnationibus delicti. idem repetit q.29.numero 95.& 96. testans de sententia receptiori & obseruata in Romana Curia, & hoc generaliter fore seruandum firmat Vulpel. consilio 19.numero 12.& seq. & ita seruari in Mediolanensi statu,ait Boss.tit.de remed.ex sola Clem.Prin. numero 29.

Nec obstant opposita,quæ satis sublata videntur ex prænarratis. Quinimò illis particularia responsa accommodabimus.

Ad Primum igitur Rñdetur,illud procedere in abolitione vel indultu generali,in quo assassinium non continetur regulariter, sed tamen
35 oportet fateri licere Principi † seu Gubernatori huiusmodi facultatem habenti, particulariter gratiare assassinum ex causa publicæ vtilitatis, nempè ad hoc vt socios criminis propalet, idque de facto hodie seruatur ex Principis potestatis plenitudine. Farin.q.crim.6.nu.17. versi. Verum quia Princeps, & numero 25. in fin.Peguer.decis.39.numero 11.versi. Et non solum poterit prædicta. idem probat Petr. de securitat.col.mihi 17.in principio versi.Ac sępenumero.& col.24. in quarta quæst.versicul. Sicque vt supra retuli, idem probat Iof.Ludoui.decis.Luca.15.numero 72.& seq. sequitur Farin.d.q.6.numero 22. Et verè qñ concurrũt remissio interesse partis,& vtilitas publica,te-
36 net † talis gratia, vtpotè quando pars consentit & cõplices occulti propalantur, vt latè prosequitur idem Farinac.d.q.6.nu.25.& ita euenit in casu isto.

Addatur non posse considerari qualitatem assassinij stante qualitate promissionis non acceptatæ, & quia homicidium conuentum non fuit executum,vt supra dictum est.

Ad secundum Respondetur, iam abundanter fuisse probatum Illustrissimum Gubernatorem optimè cõsiderasse delictum homicidij, & qualitatem assassinij,cum promiserit gratiã notificanti homicidium & qualitatem facti vt sup.dictum est in secundo fundamento. Idque
37 comprobatur ex illa copula [&] † quæ requirit vtrumque verum,id est, cõcursum vtriusq; copulati l. si hæredi plures. ff. condit.institut. §.si plures Insti.de hæred.institut.Roma.sing. 495.Ang.consi.16. Ias.in l.mancipia.C.seru.fug.Alex. consilio 10.in primo dub.in 3.& dixit Bimi.consilio 2.numero 67.Quod copula, &,auget non autem diminuit vel restringit,& vocat coniuncta seu copulata ad dispositionẽ, viriliter,& non simul. Vnde dicendum est Illustrissimum Gubernatorem etiam pluralitatẽ delictorum considerasse, dum dixit, *venendo à notificarlo, & à scoprir la verità del fatto.*

Prêterea potest dici imò vnicum fuisse delictum quia mandatum dedit causam [licèt remotam & culposam non dolosam]homicidio, & vnum consunditur per alterum,ideo dixi supra mandantem propter excessum mandatarij occidendo vnum pro altero, fore puniendum extra ordinem Iudicis arbitrio,non autem pęna ordinaria assassinij.

Ad tertium autem Respondetur statutũ loquens de assassinio non militare in hac facti specie,quia promissio fuit generica & incerta, non acceptata, & homicidium conuentum nõ fuit executum,sed aliud inopinatũ,cuius causa pœna ordinaria assassinij plecti nequit D. Morus mandans. vt supra probaui,non repeto. Et ideo nil interest quod in Proclamate illi non fuerit derogatum in specie vel in genere,cum non noceat.

Respondetur secundo, quod quando opus fuisset derogatione, attamen clausula derogatoria importans potestatis plenitudinẽ subintelligitur

telligitur ne alias dicatur Dominũ Gubernatorem voluisse facere actum nullum inualidũ captiosum vel delusorium sub clypeo fidei publicæ illaqueando homines illos decipiendo, ad hoc igitur vt promissio illa valeat, & non pereat ac sustineatur, dicendum est illam clausu-
38 lam † haberi pro apposita & inserta in calce dicti proclamatis, vt latè deducit Marsil. in Praxi. in §. quæritur. numero 16. versic. Et vltra omnes vsque ad fin. & sing. 84. vbi alios memorat concordantes. Rim. Iun. consil. 655. nu. 21. Cepha. consi. 235. nu. 5. Laus Deo.

Carol. Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si decesserit sine filijs, deficit per existentiam fœminarum, & verificatur etiam in vnica filia.*
2 *Masculinum concipit fœmininum in materia indifferenti.*
3 *Neptis ex filio non facit deficere conditionem, si decesserit sine filijs, quando testator exclusit proprias filias, & substitutus est de liberis, & descendentibus ipsius testatoris.*
4 *Testator præsumitur voluisse regulare suum testamentum & bonorum successionem iuxta normã legis municipalis.*
5 *Statutum exclusiuum fœminarum tendit ad conseruationem agnationis.*
6 *Testator censetur voluisse prospicere agnationi.*
7 *Dotes neptum deducendæ sunt de legitima parentum.*
8 *Masculinum non concipit fœmininum quando testator in testamento fuit discretiue loquutus de filijs, & de filiabus.*
9 *Masculinum licet concipiat fœmininum ex interpretatione talis tamẽ interpretatio cessat, vbi est coniectura in oppositum.*
10 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ in ea conditione, si decesserit sine filijs, quando cõstat testatorem in alijs partibus testamenti exprimẽdo nomen filiorum intellexisse de masculis.*
11 *Vna pars testamenti aliam declarat.*
12 *Masculinum non concipit fœmininum quando neptes ex filio nõdum erant natæ tempore conditi testamenti.*
13 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ quando testator pluries in testamento expressit istud nomen filiorum.*

ARGVMENTVM.

Neptes ex filio an faciant deficere conditionem (si decesserit sine filijs) in testamento appositam.

CONSILIVM CXXXXVIII.

Actiones meæ à Domino.

Nob. D. Christophorus Mussellus Veronensis in suo vltimo elogio, institutis prius duabus eius filiabus in certa quantitate eis danda per eius filios hæredes vniuersales pro dote quando nubẽt, tacitando illas pro eo omni & toto, quod ipsę petere & consequi possent in bonis & hæreditate ipsius testatoris & earum matris, &c. quacunque de causa, ex post instituit hęredes suos vniuersales Dominos Iacobum & Paulum fratres, & filios ipsius testatoris, æqualiter & æquis portionibus. & si vnus ex dictis filijs suis hęredibus vniuersalibus quandocunq; decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, &c. substituit alium fratrem superuiuentem, aut illo præmortuo eius filios, &c. vulgariter & per fideicommissum expressum.

Decessit Paulus superstitibus ex se duabus filiabus fœminis.

Quæritur an dictæ filię fecerint deficere cõditionem illam [quandocunque decesserit sine filijs] ita quòd præfatæ fœminæ neptes testatoris excludant eorum patruum ab hæreditate Domini Pauli eius fratris.

Et videtur dicendum dictas fœminas exclu-
1 dere patruum, quia † aliquo grauato sub conditione, si decesserit sine filijs, conditio deficit per superexistentiam fœminarum, & excludũt substitutum. l. 1. l. iusta. l. quisquis. ff. verb. sig. & ita plures referendo, omnes in toto iure concludere testatur Odd. de compend. par. 6. ar. 4. numero 2. in prima cõclusione, quem sequitur alios congerendo Honded. consi. 57. num. 24. & seq. in 1. vbi subiungit hanc conclusionem verificari etiam in vnica filia tantùm. Cephal. consilio 484. numero 25. Thesaur. decis. 248. numero 9. Peregri. de fideicom. art. 28. nume. 36. & 37. Petra. de fideicom. quæstione 9. nu. 159. Intriglio. de substit. centur. 3. quæst. 58. numero 1. & seq. vbi plurimos concordantes recenset.

2 Et † in materia indifferenti, prout est causa successionis bonorum liberorum & allodialiũ, masculinum concipit fœmininum. Butr. Cur. & alij, quos sequitur Soci. iun. consilio 10. numero 13. in 1. & de receptiori ac vsu approbata latissimè testatur Burs. consilio 300. nu. 17. Hond. consilio 92. numero 48. & consilio 12. num. 17. in 1. & in materia statutaria Cephal. consi. 53. nu. 85. & seq.

Nihilominus istis non attentis libenter descendo in contrariam sententiam in gratiam Domini

Domini Iacobi filij testatoris & substituti alteri fratri prædecedenti sine filijs, ex coniectu-rata mente testantis, qui voluit prospicere conseruationi agnationis, quæ nullatenus per fœminas conseruari potest. Et ideò cautum est in
3 puncto, † quòd quando testator voluit conseruare bona in familia vel agnatione, vtpotè qñ proprias filias exclusit ab hæreditate, illas simpliciter instituendo in re certa, iubendo illas amplius non petere, &c. tacitando illas, &c. tūc neptis ex filio non facit deficere conditionem [si decesserit sine filijs] ex quò cum testator excluserit proprias filias ab hæreditate sua, multo magis dicitur voluisse excludere neptes, ne alias dictæ neptes remotiores vel incognitæ et nondum in humanis existentes dicantur esse melioris conditionis, quam filiæ propriæ testatoris. & licet nonnulli pauciores contradicāt, attamen præfata conclusio est indubitata, qñ substitutus est de liberis & descendentibus ipsius testatoris, nō autem extraneis. Fulgos. Castr. & alij. in l. 1. in fin. C. condit. insert. optimè Castr. consil. 409. in 2. quem sequuntur Aret. Dec. Soci. Cur. Ias. Alexan. Barbat. Cato sach. Pute. Opiz. Corn. Crot. Albens. Rui. Soc. iun. Calcan. Port. Mazzol. Brun. Gozad. Bero. Grat. Paleot. quos recenset & sequitur Rolan. consil. 82. numero 33. in 3. & hanc verissimam communiorem & canonizatam sententiam testatur Odd. de compendios. par. 6. artic. 4. conclus. 7. Gabr. tit. de substit. conclus. 2. nume. 9. & 11. Bursat. consi. 64. numero 10. & seq. diffusè Decia. consilio 74. in 3. Cephal. cōs. 306. Meno. contraria tollens. consilio 95. num. 28. cum pluribus sequentibus, & lib. 4. præsumpt. 85. numero 8. Trentacinq. de subst. par. 4. cap. 7. numero 11. versi. Primus casus. & luculenter Mant. de coniect. vltim. volun. lib. 11. titu. 14. numero 22. Gab. consilio 97. numero 15. in 1. & hanc distinctionem communem & mirabilem enuntiat Rimin. iun. consilio 47. num. 14. & seq. & illam post plurimos probat Pedro. cōsilio 5. numero 87. versi. Octauò Crass. de successio. §. fideicommissum. quæstione 35. nu. 6. versic. Sed certè quamuis varij, quam sequitur etiam alios memorando Intriglio. de substitu. centur. 3. quæstione 58. numero 20. iuncto nu. 25. D. Surd. consilio 21. numero 5. & 6. Fachi. lib. 4. quæstio. cap. 57. decis. Mantu. 66. nu. 9.

Secundò extat in ciuitate Veronę statutum expressum & registratum in libro secundo statutorum cap. 82. incipit. Vt in successionibus parentum, quo cauetur [vt extātibus filijs vel nepotibus vel deinceps masculis per lineā masculinam descendentibus filiæ vel neptes vel deinceps fœminæ per vtranque lineam descēdentes, &c. non succedant patri, matri, auo, auiæ, nec alijs per vtranque lineam ascendentibus, si modò dictæ filiæ neptes & aliæ descēdentes personæ dotatę fuerint ab aliquo ex parentibus antedictis, de quibus dotibus contentæ sint, &c.] Cum igitur statutum illud exclu-
4 dat fœminas propter masculos, † testator censetur voluisse regulare suum testamentum & successionem bonorum iuxta normam sui iuris municipalis. Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. numero 4. ff. ad Trebell. vbi Ripa numero 75. Ias. in l. si quis id quod. nume. 18. ff. iuris. omn. iud. & nullo modo præsumitur testatorem voluisse disponere citra præcepta legis patrię suę. Paris. consilio 92. numero 24. 25. in 2. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 4. nume. 4. Hond. consilio 6. numero 28. & consilio 46. nu-
5 mero 22. in 2. Quocirca cùm † tale statutum tendat ad scopum agnationis conseruandæ, & in ratione conseruandi agnationem fundetur, vt de communi post Cur. testatur Brun. de statut. exclud. fœmi. art. 3. numero 12. & seq. con-
6 sequenter † testator censetur voluisse prospicere agnationi excludendo fœminas propter masculos, quo in casu masculinum non concipit fœmininum, nec sub nomine filiorum in conditione positorum fœminæ comprehenduntur. Alex. in l. Gallus. §. 1. numero 12. ff. lib. & posthum. Alciat. de præsumpt. reg. 3. cap. 32. in princ. & ita post prædictos & Ias. Brun. Corn. Soci. Grat. Gozad. Crott. Rui. Deci. Bero. Ceph. & Mandel. tradit Odd. de compend. d. art. 4. conclus. 6. vbi ait in hoc dissentientem non inuenire. Decia. consilio 84. numero 18. vsque 27. in 3. Meno. consilio 95. numero 60. & seq. Non. consilio 36. numero 12. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 14. numero 15. & sequentibus vsque 20. vbi argumenta contraria tollit. Menoc. lib. 4. præsumpt. 85. numero 11. & numero 24. Panciro. consilio 95. numero 10. & penè infinitos adducit & sequitur Intriglio. d. quæst. 58. nu. 19.

Nec dicatur statutum excludere neptes dotatas, & ideo non adaptari præsenti casui, cum neptes non sint dotatæ, quare exclusio testatoris circa filias dotatas conuenit cum statuto, non autem quò ad neptes.

Respondetur enim, quòd neptes suo tempore dotabuntur, quando nuptui tradentur, qui-
7 nimo † earum dotes ex legitima debita patri earum deducentur. Soci. iun. consilio 168. nu. 43. in 2. optimè Mantic. d. tit. 14. numero 20. versi. Neque ad rem facit, &c. vbi subiungit exclusionem filiarum factam per testatorem, nō fuisse propter dotem eis assignatā, sed propter sexum fauore conseruandæ agnationis, quæ ratio æquè militat in filiabus grauati.

Tertio testator optimè nouit terminos filiorum & filiarū, nec nō & terminos discretiuos vtriusque sexus, cum simpliciter & discretiuè in plu-

in pluribus locis testamenti loquendo de fœminis eas vocauit filias, & de masculis filios
8 denominauit, † quo in casu masculinum non concipit fœmininum. Ita Fulgos.consilio 34. numero 3. & dixit Soci.iun. consilio 128.numero 60. quòd licèt appellatione filiorum veniant fœminæ, tamen vbi testator in testamento facit mentionem filiarum, tunc appellatio-
9 ne filiorum non veniunt filiæ, quia cum † masculinum concipiat aliquando femininum ex interpretatione, non autem ex proprietate, talis interpretatio cessat, vbi est coniectura in oppositum. Sequitur Crau.consilio 964.nu.26. Deci.in l. fœminæ.in appendice, numero 5.in verf. Quintò limitatur.ff.reg.iur. Decia.consi. 26. numero 52. in 2. & consilio 64. nume.37. eo.volumine, & consilio 18.numero 362.in 1. & consilio 44. numero 33. & consilio 74. numero 48.& consilio 78.numero 29.in 3.Confert Gabr. tit. de verborum signifi. conclus.6. num.130.
10 Quartò satis colligitur † testatorem multoties in alijs partibus testamenti exprimendo nomen filiorum intellexisse tantùm de masculis. quò fit, vt in conditione illa, si sine filijs decesserit, verbum, filijs, non cõueniat filiabus. Bart.in l. Centurio.numero 25.verf. Prædicta vera.ff.vulg. Soci.iun. consi.186.numero 11. 12.in 2.& consilio 65.num.12.13. in 4.Mantic.de coniectur. vlt. volunt.lib. 11. tit.14.nu. 22. sequitur Intriglio.d.quæstione 58.nu.35. ex hoc enim colligitur qualis fuerit vsus lo-
11 quendi ipsius testatoris,† & vna pars testamẽti declarat aliam. D.Surd.consi.21.nu.8. Mantic.loco mox citato.

Quintò testator exclusit proprias filias iam natas, multò fortius igitur credendum est, quòd neptes nascituras ex filio sibi incognitas excludere voluerit, & quas minus dilexisse præsumitur, alias eius dispositio saperet absurditatem,
12 sed † tali in casu ad euitandum absurdum masculinum non concipit femininum, vt pulchrè admonet D.Surd.consi.21.num.9.vbi concordantes adducit.

Sextò non semel testator pronuntiauit in dicto testamento tale verbum, [filijs]. sed sæpe sæpius, prout fecit verbum femininum [filia-
13 bus] † ex qua quidem reiteratione dicitur cõstare de enixa & præcisa mẽte testatoris disponentis, quòd senserit de masculis, non autem de feminis. Ita post Deci.sensit Grat.consi.65. numero 11. & consilio 68. numero 28. in secundo confert dictum Soci.consi.100.num.6. in 4. Laus Deo.

Carol.Bardel.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Habitans extra territorium Mantuæ subditus secundum ius municipale incidit in pœnam confiscationis bonorum ipso iure.

2 Rei vindicatio competit venditori sibi reseruanti directe dominiũ in casu pretij non soluti per emptorem tempore conuento.

3 Rei vindicatio vbi competit, opus non est noua re traditione.

4 Rei vindicatio datur vero Domino rei vindicanda.

5 Rei vindicatio non stat sine dominio, & datur ad uersus nudum possessorem. ac detentorem.

6 Confiscatio bonorum stabilium comprehẽdit etiã ius directi per reseruationem in contractu competentis Domino bonorum confiscatorum.

7 Dispensatio strictissimè est interpretanda.

8 Vasallus, vel emphyteuta ob culpam priuatus emphyteusi, vel feudo & reinuestitus, ex gratia dicitur inuestitus de nouo feudo, & de noua emphyteusi, non de antiqua.

9 Contractus nouus inducitur ex noua causa habendi.

10 Dominium vt transeat in emptorem est de natura contractus venditionis.

11 Dominium transfertur in emptorem habentem tenutam prady.

12 Dominium transfertur in emptorem per clausulam constituti.

13 Venditori competit actio ad pretium, siue ad integrationem pretij non soluti.

14 Dominij reseruatio nihil operatur, quando reseruans non habet ius validum reseruandi, vel ius reseruatum postea defecit, seu ad nihil reductum fuit. num. 15.

16 Reseruationis natura est conseruandi ius in eo statu, in quo reperitur, non autem tribuendi ius de nouo.

17 Reseruatio nihil operatur data nullitate reĩ reseruata.

18 Reseruatio supponit ius adesse, & durare.

19 Præsuppositio non verificato corruit mandatum & qualibet alia dispositio

20 Præsuppositum nisi verificetur, dispositio vnum disponens, & aliud præsupponens locum non habet, nec sufficit quod pro parte verificetur, sed totaliter in omnibus verificari debet. nu. 21.

22 Cedens, vel concedens aliquid, seu omne ius quod habet in re nil dicitur tribuere, nisi probetur quale ius habuerit.

ARGVMENTVM.

Rei vendicatio cui, & aduersus quem competat.
Confiscationis bonorum extensio ad ius directum per reseruationem in contractu competens.
Dominij reseruatio quid, & quando operetur.
De qualitate, & conditionibus quibusdam præsuppositi.

CONSILIVM CXXXXIX.

ACTIONES MEAE à Domino.



DOMINA Adamans fuit optimè conscia ordinum Ducalium, mulctantium personas subditas Serenissimo Domino & habitantes extra territorium Mantuæ sine licentia, in bonorum stabilium confiscatione, nec non & priuantium fœminas subditas ac inmobilia possidentes forensibus se nubentes sine licentia, de dictis suis bonis stabilibus, prout ipsamet fassa est ante delictum in mandato procuræ ad vendendum, de quo in processu prætorio folio vigesimo primo, à tergo & post delictum in instrumento solutionis factæ per Dominam Bascheriam ipsi Dominę Adamanti, folio trigesimo primo, vbi enuntiat se fecisse compositionem cum fisco & obtinuisse gratiam a Serenissimo Domino de imputatione sibi data, quod non habitauerit Mantuæ debitis temporibus, & quod se nupserit viro alienigenæ, ex quo fuit incursa in pœnam bonorum confiscationis.

Qua ordinum scientia non obstante, ipsamet Domina medio procuratoris de anno millesimo quingentesimo nonagesimo, vendidit prædium controuersum Domino Bascheriæ, vt in instrumento, de quo in processu folio decimo secundo. In cuius calce, & in processu folio decimo septimo, a tergo venditor nomine Dominæ Adamantis reseruauit sibi directum dominium terrarum venditarum vsque ad integram pretij satisfactionem.

Celebrato dicto contractu præfata Domina nuptias contraxit cum Domino Galeatio Dondo nobili Patauino de anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, & in dotis assignatione inter cætera ipsi marito cessit ius exigendi aureos mille sexcentos a Domino Bascheria debiro re occasione terrarum emptarum a Domina Adamante seu ab eius procuratore, vt in instrumento dotis in processu folio septimo, vbi nulla legitur expressa cessio dominij reseruati, nisi generalis translatio omnium actionum & iurium illi competentium in forma.

Euenit ex post, quod de anno millesimo sexcentesimo quinto, Dominus Dondus dedit, cessit, ac renuntiauit Domino Moltono, de quo in Actis, directum dominium, actiones & iura quæcunque, quæ ipse habebat tam respectu directi dominij, quam iuris exigendi pretium & liuellos contra personam & contra bona Dominæ Bascheriæ prædictarum terrarum emptoris, vt in instrumento, de quo in processu folio secundo, a tergo, & sequenti, in cuius instrumenti fine, & in processu folio quinto, legitur mandatum a cancellaria derogatorium statuti de iuribus non acquirendis, in quo conceditur Domino Moltono impune posse acquirere dictum directum dominium & iura quæcunque &c. de quibus in instrumento.

Quibus omnibus sic se habentibus Dominus Moltonus cessionarius, vt supra, interpellauit Dominum Bascheriam ad sibi soluendum infra triduum in tot denarijs liuellos decursos & capitale mille sexcentos aureos, per ipsum Bascheriam debitos Dominæ Adamanti occasione emptionis terrarum &c. citra tamen præiudicium recedendi a præfata dominij reseruatione, vt in exordio processus folio primo. Qua solutione infra triduum non impleta per Bascheriam dictus Moltonus vti cessionarius, vt supra, instirit associari & poni ad renutam prædictarum terrarum cum expulsione Bascheriæ, vt in processu folio nono, a tergo.

Contra quam petitionem tenutæ fuit oppositum ex parte Bascheriæ, vt in scriptura folio decimo primo, & in altera folio quadragesimo primo, eodem processu prætorio, & tandem in alia scriptura edita in processu Senatorio folio tertio, a tergo, & sequenti omnino videndum.

In quá quidem facti specie non videtur
quoquo modo audiendus Dominus Molto-
nus in illius secunda prætensione, quatenus
vigore dicti dominii, sic vt supra reseruati,
illique respectu cessi petit sibi decerni ter-
ras venditas, quia potest solummodo age-
re ad pretium & ad interesse. Siquidem
Domina Adamans non ignara ordinum Du-
calium præcitatorum nihilominus illis con-
trauenit & incidit in pœnam amissionis seu
confiscationis bonorum stabilium, tam ante
venditionem illorum & nuptiarum contra-
ctum habitando Patauij sine licentia, quam
etiam post venditionem se nubendo alieni-
genæ.

Quo fit, vt reseruatio dominij facta illius
nomine nullius vnquam fuit ponderis.nam re
spectu contractus venditionis stante bonorũ
1 amissione † ipso iure incursa per habitationem
extra territorium ipse contractus & consequẽ-
ter reseruatio dominij fuerunt nulli & nullius
ponderis, & quatenus tunc temporis potuis-
sent esse aliquid, & aliquo modo subsistere,
vtique secuto matrimonio cum forensi dictum
pactum reseruatiuum dominij fuit illicò irri-
2 tum,cum illius rigore detur † rei vendicatio
venditori reseruanti in casum pretij non soluti
per emptorem in tempore conuento.l. procu-
ratoris.§.planè in fin.ff.tribut.actio. & tali in
3 casu non esse opus nouá † retraditione tradit
Afflictus.decisio.trecentesima trigesima octa-
4 ua, numero tertio in fine. Rei † autem ven-
dicatio datur vero domino rei vendicandæ. l.
in rem actio ff. rei vendic. cum concordanti-
5 bus.nec stat rei † vendicatio sine dominio, &
datur aduersus nudum possessorem seu deten-
torem. leg. officium. digestis rei vendicatio.
Ias. in lege naturaliter.paragrapho.nihil com
mune.columna prima & numero 25. in fine.
ff.acquir. poss. Modo si per confiscationem o-
rientem ex contractu matrimonij cum extera
ipsa Domina amisit bona stabilia, sequitur &
6 amisisse † reseruationem directi competentis
soli domino rerum immobilium,& consequen
ter cessio facta per ipsam Dominam Adaman-
tem suo viro in dotis assignatione non potuit
comprehendere reseruationem directi domi-
nij ipso iure tunc confiscati, cum nemo plus
transferat in alium plus iuris quam ipse ha-
beat,iuribus notis.

Quod quidem dominium & bona amissa
nunquam fuerunt recuperata per Dominam
Adamantem,vel per aliquem alterum, saltem
eo respectu,vt Dominus Moltonus vti cessio-
narius D. Dondi mariti D. Adamantis dicto
dominio reseruato valide vti possit in præsenti
iudicio aduersus Dominum Bascheriam. nec
id potest quoquo modo colligi ex tenore gra-
tiæ ducalis, de qua in calce instrumenti solu-
tionis per Bascheriam in processu pretorio fol.
38.taliter inquã cantat gratia: *contentãdosi S.
A. che del residuo del pretio de detti beni cosi &c.
venduti per lei à diuersi,& che si troua in mano de
cõpratori ella possa valersi,come meglio le piacerà.*
Vnde patet Principem gratiasse Dominam
Adamantem respectu consequendi pretium
residens in manus emptorum, non autem il-
limet Dominæ reseruauit facultatem vendi-
candi prædium vigore pacti reseruatiui, de
quo supra,quod non potest verificari in pretio
7 stante in manu emptoris,& † dispensatio stri-
ctissimè est intelligenda. Ias.cons. 127 ante fi.
in quarto Oddoardus consilio primo, numero
sexagesimo secundo. Quinimo per gratiam
prædictam,ille contractus venditionis recepit
nouam formam, & nouus contractus dicitur,
8 sicut in simili vassallus † vel emphyteuta ob
culpam priuatus emphyteusi vel feudo & rein-
uestitus ex gratia, dicitur inuestitus de nouo
feudo vel de noua emphyteusi,nõ de antiqua.
Clat.paragrapho,feudũ quæstione octaua,ver
siculo Sed pone vasallus. Beci.cõsilio quinqua
gesimo sexto, numero vigesimo quinto. Crau.
de antiqu.tempo.in fine numero vigesimo se-
cundo,& sequ. Bertaz. consil.ciuil.quinto, nu
mero 10. Fuit ergo restauratus seu restitutus
contractus emptionis ad commodum vendi-
tricis sub noua forma, nempe, vt ipsa possit a-
gere ad residuum pretij, non autem dicitur,vt
possit habere regressum ad bona, vt in primo
contractu. Imo Domina Adamans gaudet
beneficio pretij contractus dispensatione Prin
cipis, ideo dicitur noua venditio, quia noua
9 causa habendi nouum † contractum facit. Af-
flict.decisio.ducentesima quadragesima octa-
ua,numero octauo, Cacher. decisio. 23.nume
ro 22. Pic. consilio centesimo numero trige-
simo septimo,late D. Surd. consilio trecentesi-
mo quinquagesimo tertio, numero decimo, &
consilio trecentesimo quinquagesimo primo,
numero decimo nono,Non igitur habenda est
ratio directi dominij quo ad Dominam Ada-
mantem nec quo ad eius virum,vel ipsius viri
cessionarium, nec etiam vigore primi contra-
ctus annullati, sed tantummodo consideratur
actio ad pretium, prout sonant verba gratiæ,
& Princeps restituendo contractum vendi-
tionis dicitur illum restituere secundum sui
10 naturam, quæ est, vt † dominium transeat in
emptorem,lege cum manu fata. digestis con-
tra. emption. Magon.decisio. Floren. nonage-
sima secunda, numero decimo quarto, maxi-
11 me habentem † tenutam prędii,decisio. Man-
tic. 305. numero 2. vbi ait fortius idem esse
accedente

12 accedente solo † constituto. Quare dicen-
dum est directum dominium & vtile fuisse a-
pud emptorem secundum naturam contractus
13 venditionis,& † venditrici competere, & con-
sequenter dicto cessionario actionem ad pre-
tium seu ad interesse ratione pretij non soluti.
Iof.Ludo.decis.Perus.53.num.4.text. est in l.
in ciuile.C.rei vend. Suarez thesau.recep.sen-
ten.littera V.nu.26.Crot.cons.75.n.19.& ita
ex his liquido constat præfatam reseruationẽ
14 dominij nihil operari, quia nil agit † reserua-
tio, quando reseruans non habet ius validum
reseruandi. Natta cons.636.num.197. Domi-
nus Surd.cons.180.nu.14. Beci. consi.34. nu.
15 23.Pafet.cons.14.nu.11.vel quando † ius re-
seruatum postea defecit, seu ad nihil fuit redu-
16 ctum. Botta cons.21.nu.19. Natura † enim re
seruationis est conseruandi ius in eo statu, quo
reperitur, non autem tribuendi ius de nouo.
Paris.cons.102.nu.fin.in 3. D. Surd.cons.152
nu.29. Vnde dari nullitate seu defectu rei re-
17 seruatæ, nil inde operatur † reseruatio, quia im
possibilis reseruatio nullius est momenti Beci.
18 cons.74.nu.6. Et ideo operatio † reseruationis
supponit ius iam constitutum adesse & durare
Burs.cons.329.num 14. Nec vim facit enun-
tiatio illa directi dominij facta in mandato cã
cellariæ derogatorio statuti de iuribus non ac-
quirendis.

Quia in dicto mandato præsuppositum fuit
Dominæ Adamanti competijsse ius directi do
minij reseruati, quod tamen fuit erroneum, sed
19 † præsupposito non verificato corruit manda
tum ac quælibet alia dispositio Gl. in l.si man
cipia.C.seru.fugit. latè D.Surd.cons.150. nu.
78.& cons.329.nu.5.& 48.& cons.430. num.
20 17.vbi ait, quod † dispositio, quæ vnum dispo
nit & aliud præsupponit, non habet locum nisi
præsuppositum verificetur. Imo nec sufficit ve
21 rificari in maiori parte nisi † totaliter verifice-
tur in omnibus. Docto.in d.l. mancipia. Grat.
cons.63.num.16.in 1.Tiraqu.in l. si vnquam.
verb. Libertis nu.2.C.reuoc.donat. D. Surd.
cons.403.nu.28. His consequens est, quod ces
sio facta per D.Dõdum præfato Domino Mol
tono de directo dominio fuit nulla, falsa & er-
ronea, quia non potuit cedere quod non habe-
22 bat, & † cedens vel concedens aliquid seu
etiam omne ius quod habet, nil dicitur tribue-
re, nisi probetur, quale ius habuerit. Bart.in l.si
sic.vbi Castr.nu.5.Alex.nu.22. Iaf. num. 18.
ff.de leg.1.D.Surd.cons.127. num.29. & cõs.
135.num.48.& ita &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Licentia, seu ius hypothecandi bona feudalia pro restitutione dotis vxoris vasallo concessum tamquam personale, non autem reale, successorem concedentis non ligat.*
2 *Obligatio personalis non sequitur rem, sed personam.*
3 *Licentia hypothecandi feudum pro dotium restitutione ius reale non tribuit, ita vt ante Inuestituram hypothecaria agi non possit.*
4 *Finis, & consummatio actus, non illius initium attendi debet.*
5 *Hypotheca pro restitutione dotis in bonis feudalibus constituta vt subsistat duo requirit, licentiam, & vitam concedentis tempore mortis vasalli licentiati.*
6 *Licentia testandi data vasallo per prælatum non ligat successorem prædefuncto licentiante ante obitum ipsius vasalli.*
7 *Defectus personæ concedentis, seu efficientis irritat verbalem inuestituram, nec cogitur successor illam ratam habere.*
8 *Licentia verbalis simplex hypothecandi bona feudalia pro restitutione dotium, qua viuente licentia ante effectum sociari non potuit, irritatur.*
9 *Successor in prælatura factum præcessoris præstare, nec ratum habere tenetur.*
10 *Hypotheca est actio realis, & per eius obligationem ius in re constituitur.*
11 *Actio hypothecaria realis est quia nascitur ex iure, quod quis in re & possessione habet.*
12 *Hypotheca tribuit ius in re, facultatemq; apprehendendi, & retinendi possessionem, & dicitur titulus.*
13 *Ius hypothecandi bona feudalia pro dotium restitutione vti reale successiue prælati ligare videtur contra nu 14 & seq vbi late declaratur.*
14 *Hypotheca constituitur per conuentionem. cõtractum, vel obligationem, nec vere nascitur ex contractu, sed ex iure quod quis habet in re, & possessione rei.*
15 *Obligatio vel sola pignoratio sine traditione non facit incidere vasallum in pœnam priuationis feudi, ex quo talis contemptus vel iniuria domini nullum habeat effectum.*
16 *Obligatio simplex nil transfert. quando pignus, vel res hypothecata in bonis obligantis remanet.*
17 *Dominij causa per simplicem obligationem non mutatur, sed merum ius priuatum contrahitur.*
18 *Pignus, vel hypotheca non dicitur propriè alienatio licet per eam aliquando ad alienationem deueniatur, ideo per hypothecam quis non efficitur dominus.*
19 *Creditor verus non dicitur qui habet actionem realem, nec qui obligat bona dicitur verus debitor quia conuentus actione reali non conuenitur vt debitor, sed vt possessor.*

20 *Consuetudo præiudicialis non inducitur per actus ex pietate, & humanitate concessis.*
21 *Consuetudo dispositioni legis, & canonis contraria non probatur ex simplici obseruantia, nisi ostendatur, quod fuerit obtenta in contradictorio.*
22 *Præscriptio in tantum valet in quantum est præscripta.*
23 *Præscriptio in iuribus negatiuis præscribendis nō currit, nisi à die contradictionis.*
Libertate in præscribenda requiritur factum vētiti. & contradictio.

ARGVMENTVM.

Licentia hypothecandi bona feudalia pro restitutione dotis vxoris vasallo concessa, non ligat successorem in prælatura, quando Prælatus concedens prædecessit vasallo licentiato.

Consuetudo dispositioni legis, vel canonis contraria non inducitur ex actibus pietate, & humanitate concessis, nec probatur de simplici obseruantia subsequuta, nisi fuerit præscripta.

CONSILIVM CL.

Actiones meæ à Domino.



Rticulus propositus meo iudicio venit resoluendus in gratiam Illustris Domini Sachi, nulla habita ratione hypothecæ ex aduerso allegatæ. Constituo enim conclusionem, quòd licentia hypothecādi bona feudalia vasallo data pro restitutione dotis vxoris suæ nullo pacto liget Episcopum successorem præcedente Episcopo licentiante ipsi vasallo hypothecāti, & ita ante effectum hypothecæ, seu ante casum dotis realiter restituēdæ. Si quidem consensus ille Prælati nullum ius reale constituit ad commodum vasalli licentiati hypothecātis, nec ius aliquod in te ad fauorem vxoris obligationē acceptantis, quia licentia non fuit concepta impersonaliter, seu in rem, sed in personam ibi, [concessa est licentia Iacobo de Clericis obligandi, &c.] non autem fuit dictum [conceditur licentia, vt bona Iacobi de Clericis obligentur pro restitutione
1 dotis vxoris suæ, &c.] & ideo † ipsi Clerico fuit acquisitum ius quoddam personale simplex aduersus Episcopum licentiantem, vt ipsemet Episcopus tali assensui nequeat contrauenire, non autem aliquod ius reale, Bartol. in l. 3. §. opus quoque, numero 2. ff. alien. iudic. mut. caus. fact. & in proposito optime docet Gabr. consilio 83. numero 1. in 1. Corbul. de caduc. emphyt. ob alienat. ampliat. 6. numero 2. vers. Et induceat ex parte concedentis. Et consequenter ad successores in Prælatura, vel Episcopatu non transit, vt firmant præcitati pa-
2 tres, † obligatio, inquam, personalis non sequitur rem, sed personam. Idem Corbul. de caduc. emphyt. ob non solut. cano. ampl. 18. numero 11.

Nec ius aliquod in re ex parte vxoris dici-
3 tur acquisitum, quia † licentia ius reale non tribuit, sed sola inuestitura realis, & corporalis, & ideo ante talem inuestituram agi non potest hypothecaria, Bald. in l. 3. numero secundo, C. vt in possess. legat. Gabr. dicto consilio 83. numero vndecimo. Quo fit, vt talis licentia simpliciter tollat impedimenta quæque sint obstantia ipsi obligationi, non autem liberat feudum ob commodum creditoris ipsius vasalli obligantis. Non inquam dicitur perfecta totaliter, & consummata gratia per solam assensus præstationem, vt res valeat obligari pro dotis restitutione antequam vxor effectum dotis restitutæ sortita fuerit, ita vt inuestituram petere possit. Fuit enim licentia obtenta, & concessa ad illum solum finem, vt bona obligata in vxoris dominium transferrentur, in casum dotis restituendæ, qui effectus a partibus consideratus non potuit antea sequi.

4 At † finis actus, & consummatio debet attendi, non illius initium, vt perpendit Gabr. dicto consilio 83. numero 33. in fin. Quo fit, vt cum effectus obligationis conferatur post mortem viri, in idipsum tempus dicitur collatus consensus, & licentia domini. Vnde sequitur, quod si tempore mortis viri Episcopus, qui licentiauit vita functus est, illa licentia
5 non operatur, & consequenter hoc † in casu duo requiruntur per concursum, nempe domini licentia, & vita tempore mortis vasalli licentiati, vt post alios firmat Gabriel. consilio præcitato, numero 36. & seq. & numero 43. versic Nec refert, quod Prælatus, & per
6 totum, vbi doctissimè loquitur attestando † licentiam testandi datam vasallo per Prælatum non ligare successorem, prædefuncto Prælato licentiante ante obitum ipsius vasalli, & illum plene sequitur Corbul. de caduc. ob alien. ampliatione sexta, Ancharan. quæstione 82. numero vigesimosecundo, in 3. Quæ quidem ratio militans in tali licentia testandi æquè procedit in licentia obligandi non secuto effectu hypothecæ in vita Prælati consentientis actui hypothecandi, vt infra latius probabitur.

Con-

Confirmantur igitur prædicta ex eo, quod Prælatus non potest alterum inuestire de bonis vasalli viui, & possidentis nondum sibi deuolutis, si decesserit viuente primo vasallo inuestito, & si id fecerit, talis secunda concessio tempore successoris in Prælatura nullum effectum
7 consequitur, quia † defectus personæ concedentis, seu efficientis irritat verbalem inuestituram, nec cogitur successor illam ratam habere, vt per Bero. consilio 106. numero 39. in
8 1. Multo fortius igitur † irritabitur simplex licentia verbalis, quæ viuente Prælato licentiante effectum sortiri non potuit. Ita arguit Corbul. dict. ampliat. 6. numero 4. & id etiam prius clare firmauit idem Gabr. d. consilio 83. nume. 43. vers. Et quidquid in alia materia dicendum sit.

Addatur prædictis, quod Prælatus succedit Prælato non iure hæreditario, sed iure electionis. Ius inquam Prælati in simplici administratione consistit, illamque non per successionem, sed per electionem consequi dicitur. Quo fit, vt succedens in Prælaturã vigore electionis non minus dicitur succedere iure proprio, quã vigore successionis, & idcirco sequitur indubi-
9 tatum axioma, † quod talis successor factum præcessoris præstare, nec ratum habere tenetur, Glos. & doctor. in cap. 1. Qui success. tene. Alios adducit Vulte. de feud. lib. primo, capit. 10. numero 16. versic. Cuius distinctionis ratio. Hinc dixit in proposito post plurimos Rosent. de feud. capit. sexto, conclus. 16. numero decimotertio. Quod Prælatus in futurum disponere nequit in successoris præiudicium, nec illi præcipere ius quærendi, vel conferendi feuda, quæ tempore illius administrationis aperientur.

10 Nec prædictis vim facit, quod † hypotheca sit actio realis, §. item Seruiana, vbi Doctor. in stit. de actio. & quod per hypothecam, seu hypothecæ obligationem ius in re constituatur, vt per Rosent. de feud. capit. 9. conclus. 14. nu-
11 mero 10. † Hypothecaria enim actio realis est, quia nascitur ex iure, quod quis habet in re, & possessione. Gabr. consil. 8. numero 25. in fin. in 1. Ias. in d. §. item Seruiana, nume. 119. & 120. Negusan. de pignor. part. 1. nnmero 3.
12 † Hypotheca inquã dicitur titulus. Idem Negusan. vbi supra part. 2. membr. 3. numero 61. hinc dicitur hypothecam tribuere ius in re, & facultatem apprehendendi, & retinendi possessionem, Gram. decis. 58. numero 2. & 10. Eugen. consil. 58. numero 8. Quare videtur dicen-
13 dum † tale ius reale ligare successorem Prælati ad traditã per Gabr. d. consil. 83. Burs. consilio 29. 30.
14 Respondetur enim, † hypothecam constitui per conuentionem, contractum, vel per obligationem, non tamen vere nasci ex contractu, sed ex iure, quod quis habet in re, & possessione rei, vt explicite declarat Gabr. d. consilio 8. numero 25. in fin. At nullum ius in re respectu Prælati fuit concessum, & respectiue acquisitum in præsenti casu, vt supra diximus, quo loci etiam probauimus simplicem actionem personalem fuisse subortam ad illum solum finem, vt ipse Prælatus viuens concessioni nequeat contrauenire. non autem per talem licentiam potuit obligari persona succedentis in Prælatura, quando licentia non fuit consummata, & effectuata totaliter in vita Prælati licentiantis, vt supra probatum est; Siquidem in proposito, licentia simplex obligandi nullum ius tribuit in re nisi solum in spe, quæ spes est improbabilis, cum Prælatus licentians possit mori ante casum traditionis rei hypothecatæ, & idcirco per simplicem actum hypothecandi, seu per simplicem obligationem feudi factam per vasallum retinentem feudi possessionem penès se, feudum non amittitur,
15 quia † sola obligatio, vel pignoratio sine traditione non facit incidere vasallum in pœnam priuationis feudi, ex quo talis contemptus, vel iniuria domini nullum habeat effectum, Roland. consilio 51. numero 11. in 2. cum alijs congestis per Intrigl. de feud. artic. 5. numero 89. Clar. §. feudum, quæstione 31. Rosenr. de feud. cap. 9. conclus. 14. numero 2. & seq. & numero 11. Ratio est, quia per simplicem hypothecam, vel pignorationem non fit aliqua trãs-
16 latio iuris feudalis, cum † simplex obligatio nil transferat, quando pignus, vel res hypotheca in bonis obligantis remanet, Bald. in l. pi-
17 gnus, C. de pignorat. actio. Non † inquam mutatur causa dominij per talem simplicem obligationem, sed merum ius priuatum contrahitur, vt probat Corbul. de caduc. emphyt. ob alien. limitat. 33. numero secundo, & tertio.

18 Pignus † enim vel hypotheca non dicitur proprie alienatio, quamuis per eam aliquando ad alienationem deueniatur, & ideo per hypothecam quis non efficitur dominus, Amed. de Pont. de Laudem. quæstione trigesi-
19 materia, in princip. Hinc dicitur, † quod habens actionem realem non dicitur verus creditor, nec qui obligauit bona dicitur verus debitor, quia conuentus actione reali non conuenitur vt debitor, sed vt possessor. Gabr. consilio octauo, nnmero decimotertio, & numero vigesimosexto, in 1. & dixit Mandel. consilio 785. numero septimo, & octauo, quod translatio dominij pugnat cum pignore, & quod traditio possessionis non est de natura hypothecæ.

Quare cõcludẽdũ est, per simplicẽ obligatio-

nem bonorum ante traditionem non obligari Prælatum successorem, quando casus tradendi, vel restituendi non fuit consummatus tempore Prælati antecessoris licentiantis, seu assentientis ipsi obligationi.

Tandem non obest si dicatur, aliter seruari
20 de consuetudine, quia respondetur, quod † si aliquid contrarium fuit seruatum ex pietate, & humanitate, ideo ex talibus actibus non potest dici introducta consuetudo præiudicialis, l.final.ff.itin.actuque priua. Iason.in l. de quibus, colum.fin.ff. legib. Mandel.consilio 556. numero 23. Quinimo cum ex præallegatis sa-
21 tis constet † talem consuetudinem esse contrariam dispositioni Legis, & Canonis, non probatur ex simplici obseruantia in contrarium, nisi ostendatur, quod fuerit obtenta in contradictorio. D. Surd.consilio 393. numero 25.
22 Et † in tantum valet consuetudo in quantum
23 est præscripta, iuribus notis. At in † præscribendis iuribus negatiuis ipsa præscriptio non currit nisi a die contradictionis, quo fit, vt in præscribenda libertate soluendi requiratur factum vtentis, & contradictio, Riminal.consil. 31.num.50.Rimin.iun.consil.589. nume.49. D.Surd.consilio 127.numero 45.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Consignatio requirit realem oblationem, & depositum.*

2 *Lex vbi vltra oblationem requirit consignationem ad euitandum pœnam, & culpam, requiritur etiam depositum, & dimissio depositi apud depositarium, vel deputatum, & numero 57.*

3 *Oblatio verbalis non sufficit vbi fit ad aliquid ab altero consequendum, nisi aliquid offerretur, quod realiter offerri non possit, vt habetur num.11. in quo ponuntur multa exempla, & fit distinctio.*

4 *Oblatio verbalis non excusat debitorem a culpa, & pœna. vbi creditor audita oblatione illam acceptat, sed tantum quando illam recusat.*

5 *Oblatio verbalis non iuuat vbi offerens tenetur aliquid dare, nisi præ manibus rem dandam habeat, & certam in numero, pondere, vel mensura.*

6 *Oblatio verbalis sine re parata non sufficit, & nisi effectu habeat pecunias in marsupio, & illas de marsupio extromittat, & testibus ostendat, ac etiam illis numeret, vbi erit magna summa, vt num.8.*

7 *Oblatio debet fieri de tota, & integra summa.*

Et de eius essentia, nec minimus obolus deficere debet, vt num.9.

10 *Incirca dictio, denotat incertitudinem, & quod aliquid possit esse plus, vel minus quam fuerit expressum, nec verificari potest, nisi in quantitate minori.*

12 *Consignare verbum, aliquando impropriatur secundum subiectam materiam, & casuum contingentiam, vt verbalem consignationem importet, vel realem.*

13 *Moræ purgatio etiam Iudæis conceditur, illaque purgatur celeri satisfactione, & infra modicum tempus arbitrio Iudicis regulandum.*

14 *Moræ purgatio, vbi agitur de pœna legali, semper conceditur, dummodo ante sententiam, & iudicialem molestiam.*

Sed communis, & receptior est in contrarium, & quod lapso termino legali denegetur, vt num. sequenti.

16 *Terminus a iure statutus præsumitur fatalis, & præcisè peremptorius.*

17 *Moræ purgatio non admittitur post factam a parte monitionem quare non soluerit, seu non fecerit.*

18 *Moræ purgatio non conceditur post lapsum termini, quando lex, vel edictum de per se facit executionem pœna cōminata, vel pœnam ponit incurrendam ipso iure.*

19 *Statutum quando vlterius disponendo de tempore progreditur contrarium statuendo, non valet actus factus extra tempus, & re non integra, nec licet tunc purgare moram.*

20 *Lex, statutum, vel edictum dicitur facere executionem, quando illico priuat.*

21 *Pœna ipso iure dicitur inflicta, & per canonem latæ sententiæ, quando lex indicit pœnam pecuniariam. & vtitur verbis denotantibus tempus præteritum.*

22 *Edictum quando lapso termino inducit canonem latæ sententiæ, tunc prorsus tollitur purgatio moræ.*

Idem est quando imponitur pœna ipso iure, vel facto, vt ibi.

23 *Moræ purgatio non admittitur, quando propter moram a lege indictam fit deuolutio in alteram personam.*

24 *Moræ purgatio denegatur quando lex apponit certam diem. & certam pœnam, præcipuè si pœna incurratur ipso iure.*

25 *Moræ purgatio quando admittitur, illa debet purgari infra modicum tempus, & per celerem satisfactionem a die culpæ, vel omissionis Iudicis arbitrio moderandum.*

26 *Moræ purgatio fundatur de æquitate canonica, & in foro pœnitentiali, quæ in terris Ecclesiæ*

seruan-

seruanda est, non autem in terris Imperij.

27 *Mora purgatio in celeri satisfactione consistit, & in implemento debiti per morosum.*

28 *Mora purgatio in termino præfixo a lege post ipsius lapsum non conceditur, etiamsi adhuc non fuerit illata molestia moroso ab officialibus fisci.*

29 *Mora purgatio admittitur de æquitate canonica, quando pars aduersa propter eam nullum damnum passa est, quia interesse lucri cessantis in ea non attenditur cum iniuria alterius, sed tantum damni passi.*

30 *Lex Principis vti facit executionem de per se, & pœna incurritur ipso iure, per verba executiua, & de præterito; tunc ius dicitur irreuocabiliter quæsitum, & radicatum, quod æquiparatur damno passo.*

31 *Deliberatio in mente retenta dicitur cogitatio, & deliberatio abortina nondum in lucem producta, & reputatur vt posthumus existens in vtero.*

32 *Mutatio voluntatis, aut correctio numquam præsumitur, nisi expresse dicatur.*

33 *Contraria in eodem subiecto stare non possunt, neque inseri debent in lege Principis.*

Sed ad ea euitanda sunt facienda distinctiones, & conciliationes, vbi nu. 24.

35 *Dictio dopoi, denotat temporis ordinem, & interuallum.*

36 *Verba semper debent intelligi secundum communem vsum loquendi, & præcipuè quando agitur de intelligentia scripturæ vulgaris.*

37 *Verbum appositum ex abundanti nihil proficit, sed censetur appositum de consuetudine.*

38 *Iudex creditur motus ad iudicandum ex contētis in actis, non ab extra intellectis.*

39 *Iudex non potest iudicare nisi de illis, de quibus in iudicio fuit controuersum.*

40 *Scriptura petens productionem, dicitur illam in omnibus approbare, sicuti eam producens, vt illi amplius nequeat contradicere.*

41 *Apodixi vti volens, tenetur stare omni scripturæ in vtroque latere, ante, & a tergo positæ.*

42 *Lex postquam est condita, secundum ipsam, non de ipsa erit iudicandum.*

43 *Iudex sine causa non potest minuere pœnas a lege, statuto, vel consuetudine inductas, sed debet illarum merum rigorem seruare, & numquam æquitatem, nisi quæ scriptis legibus censeretur.*

44 *Conscientia legis seruanda est, non hominis, quia illa dicitur abusiua, quæ legum authoritate destituitur.*

45 *Iudex alterans pœnam legalem, dicitur infamis, & punitur, maximè si minoraret pœnam, etiam ex causa quando procedit ad instantiam accusatoris, secus si ex officio.*

Liber Secundus.

46 *Iudex non potest pœnam minuere, quando lex loquitur imperatiuè certam pœnam imponendo.*

47 *Iudex non debet amplecti æquitatem imaginariā, nudam, vel sophisticam, sed æquitatem legalem, & rationi coniunctam.*

48 *Princeps solus cognoscit, quæ lex dicatur rigorosa, & quæ æqua.*

49 *Aequitas non scripta non attenditur, sed dicitur iniquitas, illisque præferri debet rigor scriptus, & durus.*

50 *Dolosus dicitur spernens iussum superioris, nec obtemperans imperio Magistratus, aut non facit id, quod facere tenetur.*

51 *Causa vtcumque iustissima numquam excusat ab inobseruantia formæ statuti.*

52 *Delinquens numquam præsumitur iusta causa motus, nisi per probabiles coniecturas ita credidisse præsumatur.*

53 *Tempus constitutionis, vel edicti non obseruans, non dicitur eius formam seruare.*

54 *Causa iusta tantum excusat a pœnis latæ culpæ, non autem doli, præsertim in pœnis legalibus, & statutorum.*

Sicuti nec excusat a Iudicis contemptu, vt num. seq.

56 *Causa aliqua quando allegatur ab aliquo, vt excusetur a dolo, debet constare, quod motus fuerit propter illam causam.*

58 *Delictum quando est leue, & pœna grauis, Iudex debet minorare pœnam.*

Fallit quando proceditur ad instantiam accusatoris vt num. 59.

Fallit secundo, quando lex explicitè loquitur, vt num. seq.

60 *Lex explicitè loquens, quomodocumque dura sit, ad vnguem est seruanda.*

61 *Lex, vel statutum quando vniformem pœnam imponit, non habetur ratio personarum, sed pœna a lege scripta est imponenda, vt numero 63.*

62 *Arbitrium puniendi Iudici datum a statuto, non operatur in casibus, in quibus pœnam determinatam apposuerint statuentes.*

ARGVMENTVM.

An & quando oblatio verbalis sufficiat absque deposito, vel consignatione.

An & quando sit locus purgationi moræ.

An & quando Iudex minorari pœnam legalem possit.

CONSILIVM CLI.

Actiones meæ à Domino.

De anno præsenti 1610. sub die 19. Ianuarij fuit promulgatum edictum Serenissimi Domini, continens plura capita contra fabricantes, introducentes, tenentes, cõtrectantes, &c. folia lusoria, seu chartas a ludo, sub pœna aureorum quinquaginta, & sub alia pœna, prout infra.

Et inter cætera capita præfati edicti in proposita præsentis facti specie, hoc vnum legitur vernacula lingua descriptum, in hæc verba: *Sotto pena di cinquanta scudi per ogni volta che contrafarà, & eccedendo dodeci para di carte in dieci scudi per paro, oltre la perdita d'esse carte, & tarocchi; Et nella medesima pena vogliamo, che incorrino tutti quelli, che teneranno, &c. carte, ò tarocchi che non siano bollati co'l bollo, che da Noi sarà ordinato, &c.*

Successiuè etiam in quarto capite incipiente, *Che tutti quelli, che haueranno carte*, fuit sancitum, vt infra certum tempus quilibet habens apud se chartas tempore promulgationis edicti, illas consignet, vt infra, nempe: *Che tutti quelli, che haueranno carte delle sudette sorti non bollate siano tenuti consignarle alli Podestà, ò Giusdicenti delle Città, Terre, & luoghi, &c. nel termine di tre giorni dopò la publicatione di questa nostra, li quali vogliamo, che debbano pigliar el nome, & cognome di quelli, che consigneranno & la qualità, & quantità d'esse carte, & auisarne il Tisnasco fra il termine d'altri sei giorni, acciò il predetto Tisnasco possa andar, ò mandar a leuarle, mediante il pagamento, come si dirà più a basso; Et quelli, che sono nella Città nostra di Casale, siano obligati consignarle in mano del nostro Deputato fra due giorni dopò la publicatione d'essa grida, sotto pena come sopra.*

Quo quidem edicto stante, & sic vt supra publicato, in eadem die publicationis, sed post præfatam promulgationem, ac illius vigorem, quidam Hebræus cognominatus Luria se contulit domum Domini Ludouici Plebani Deputati ad tale munus acceptandi consignationem chartarum, & ad signandum illas bullo ordinato, & Luria Iudæus vice consignationis chartarum &c. illas eidem Deputato denunciauit in scriptis, dando illi schedulam scriptã manu propria ipsiusmet Iudæi, taliter cantantem:

Alli 19. Febraro 1610. in Casale.

4. Donzene Carte Mantouane in circa disbollate.

4. Donzene, e tre para Tarocchi grossi disbollate.

5. Para Carte francese bollate.

Questa è la consegna delle carte, che si troua in bottega.

Io Iosef Luria Hebreo.

Cui quidẽ schedulæ in eadem papyro, & in eadem faciata illico, & immediate reperiuntur descriptæ infrascriptæ declarationes, manu propria ipsius D. Deputati Plebani, nempe:

1610. li 19. Febraro, il sudetto Luria mi portò questa nota, il quale mi disse, se importaua à far bollar le Carte, sin che fosse passato li quattro giorni di Carneuale, & le risposi, che non poteua aggiongere, ne diminuire a quello, che commandaua S. A. & se le farà portare, che si faranno bollare, quando nõ facesse quello le piacesse, & questo è quanto, che per fede, &c.

Li 25. di Febraro 1610. il detto Luria fece portare vn baulo con Carte dentro, & esso tiene le chiaue, qual non si è aperto sino a quest'hora.

Il Plebano.

Facta igitur prænotata denuncia scripturali adhuc pertinax fuit Hebræus ad consignandum chartas infra biduum, ad formam edicti, sed sub die 25. Februarij detulit baulum clausum cum claue semper apud se retenta per ipsum Luriam, dimittendo baulum in domum Deputati. Qui baulus numquam fuit reseratus, nisi sub die 19. Aprilis subsequentis, de qua reseratione, & chartarum in eo repertarum inuentione, fuit facta descriptio, & adnotatio iudicialis, in hæc verba,

Adì 19. Aprile 1610.

Nota delle Carte, & Tarocchi, che si sono trouati nel baulo di M. Iosef Luria Hebreo.

Primo para 51. Tarocchi Milanesi &c.

Più Carte Mantouane para 48. cioè para 35. sine, & para 13. mezane.

Io Francesco Tisnasco hò fatto la presente descrittione con consenso, & interuenimento di detto Luria, auanti il Signor Ludouico Plebano Conseruatore, &c. al quale si è rimesso la chiaue, ch'era appresso di detto Luria, & aperto di presente. Che per fede mi sono sottoscritto, & sarà formata di mano del detto M. Iosef.

Io Francesco Tisnasco.

Io Iosef Luria Hebreo, &c. a nome di mio padre hò sottoscritto, Abram Luria Hebreo.

Io Carlo dal Ponte fui presente &c.

Modo super tali omissione consignãdi chartas in tempore limitato ab edicto, fuit compilatus processus, & fuerunt in iudicio productæ prænotatæ schedulæ. Prima (in quã) continẽs denunciam cum dictis declarationibus D. Deputati fuit producta per ipsum Deputatum ad instantiam Hebræi ita petentis in iudicio. Secunda autem fuit producta per ipsum Hebræũ instan-

instantem, illam in actis inseri, & de ea rationẽ haberi in expeditione causæ.

Tandem post nonnulla alia hinc inde deducta per Hebræum ex vna, & per Cameram Ducalem, & dictum Tisnascum ex altera, fuit condemnatus Hebræus Luria, ex quo non cõsignauit in tempore ad formam edicti, promulgati die 19. Februarij proxime præteriti, paria 51. tarochorum Mediolanensium, nec non & paria 48. chartarum a ludo Mantuanarum, ad soluendum scuta decem pro quolibet pari tarochorum, & chartarum, vt supra non consignatarum ad formam præfati edicti, applicanda iuxta normam præcitati proclamatis, &c.

Iudex, qui dictam sententiam tulit, motus fuit ex pluribus. Et primo, quia edictum non loquitur de oblatione verbali, sed de consigna
1 tione. At consignatio † requirit realem delationem, & depositum, text. est in l. acceptam, vbi Glos. & Doct. C. v sur. ibi, (offeras, ac si non suscipiant, consignatam in publico depone) alius textus in l. fideiussor, qui minori. ff. fideius. ibi, [Pecuniam obtulit, & in publico loco consignatam deposuit] concordat, l. si creditor. C. pignor. ibi, [consignato, atque deposito] plura alia congerit, & declarat Tiraq. de retract. lign. §. 7. Glo. 3. nu. 6. dicens, quod consignare vulgo accipitur pro deponere, & ideo dixit Prate. in suo Dictionario iuris in versic. Consignare, quod, consignare, idem est, quod obsignare, & in manibus deponere. Hinc in proposito dixit Boer. decis. 23. nume. 33. illum non dici consignasse, qui rem consignatam reassumpsit, & ita satis patet consignationem rei non verificari in simplici denuncia facta in scriptis, nec in oblatione merè verbali.

Secundo, edictum non fuit contentum de simplici termino consignandi, sed addicit *in mano del nostro Deputato.* Quomodo igitur dici potest fuisse satisfactum menti Principis, iubentis, vt chartæ non signatæ consignentur in manus Deputati, per solam oblationẽ schedulæ? requiritur ergo realis delatio chartarum, quia vbi facto opus est, verba non sufficiunt, &
2 quando lex † vltra oblationem requirit consignationem, & depositum ad euitandam pœnam, & culpa n, requiritur depositum, & dimissio depositi apud depositarium, vel Deputatum Caroz. de oblat. par. 1. q. 7. in titu. de obsignatione, num. 6. 7.

Tertio, edictum explicite prohibet sub pęna retentionem chartarum in Ciuitate vltra biduum a publicatione edicti. Necessario igitur fatendum est, solam oblationem verbalem, vel scripturalem non sufficere, cum per illam non euitetur retentio, sed solum per propriam consignationem, seu realem chartarum præsentationem in manus Deputati.

Quarto, aduertendum est, legem istam prohibitiuam retentionis chartarum, fuisse factã, non ad finem sciendi qualitatem, & quantitatem chartarum existentium in Statu, vel Ciuitate, sed ad finem, vt per Deputatum bullentur bullo ordinato a Serenissimo, & consequenter ne fiat fraus in datio chartarum, & ita vltra consignationem requiritur actus facti per Deputatum explicandi. Modo, quando quis vigore oblationis vult aliquid consequi ab altero,
3 † debet facere oblationem cum rebus, & factis, alias non releuat oblatio verbalis, nisi esset talis res, quę non potest offerri, vt puta quid stabile, ita Bald. in tit. si de feu. fuer. contr. inter dom. & agn. in princip. num. 1. Alexan. consil. 130. num. 11. in 4. Rolan. cons. 53. num. 34. in 1. Cornaz. decis. Lucæ 23. num. 4. Non (inquam) per consignare debentes possunt reportari chartæ bullatæ, nisi deferantur, & bullentur.

Quinto, Prætores, & Iusdicentes locorum, & Deputatus in Ciuitate Casalis, in actu consignationis debent describere super libris sibi pro tali munere assignatis, quantitatem, & qualitatem chartarum, ad hoc, vt certificetur Camera, quid, & quantum debeatur pro dario, ad formam quinti Capituli edicti, incipientis, *che detto Tisnasco sia tenuto*, ibi, *Per le Francese grossi sei il paro, per le Mantouane grossi sette, & per li Tarocchi grossi dieci.* In proposito igitur, quomodo talis quantitas, & qualitas chartarum, & euitatio fraudis datij fieri, & respectiue cautari poterit absque reali consignatione chartarum? Si enim aliud diceretur, sequeretur, quod Deputatus teneretur stare simplici verbo interessatorum, & daretur materia populo deridendi Principem, & illius legem.

Sexto, quando Luria Hebræus fecit denunciam in schedula descripta manu propria corã Deputato, requisiuit ipsum Deputatum, an stãte tali denuncia posset retinere apud se chartas per quatuor illos dies Carnispriuij, & constat Hebræum reportasse responsum, quod non, quia mens, & iussio Principis non poterat alterari, & ideo quod si deferret chartas, quod illas bullaret, sin minus, &c. Vt in fide ipsius Deputati legitur, adnotata post scripturam Luriæ, de qua supra. Dico igitur, quod (circumscripta veritate) sola oblatio verbalis potuisset excusare Luriam, a culpa, mora, & a pęna, attamen ex quo Deputatus non acquieuit soli oblationi, sed obtulit se paratum bullare chartas, admonendo Hebræum, vt illas deferret, dubio procul nullam meretur excusationem, quia dicitur in mala fide vera, ita Aret. in l. qui Romæ, in r. not. ff. verbor. obligat. vbi valde hoc commendat, dicens, quod oblatio † verbalis facta 4
per debitorem creditori, excusat debitorem a culpa,

culpa,& à pœna, & cõstituit creditorem in mora. At quando creditor audita oblatione illam acceptat, offerendo se paratum recipere, illa prima oblatio euanescit, & illico arctat debitorem ad soluendum omnino, alias excusatione indignus reputatur, sequitur Cotta memoriali, oblatio verbalis in fi. Neuiz. consil. 10. nume. 14. Caroz. alios congerens de oblatio. par. 1. quæst. 7. tit. de oblatio. verbal. in princip. numero 7. Consetuut tradita per Corbul. de caduc. ob non solut. cano. limitat. 37. nume. 4. & dixit Bursat. consil. 8. num. 44. & consil. 9. nume. 54. quod oblatio acceptata resoluitur, subdens oblationem verbalem factam in iudicio nihil operari parte illam acceptante, operatur igitur solum oblatio, quando pars recusat recipere, secus si se offerat paratum accipere, vt dixi; addo Surd. consil. 86. numero 29. Menoch. in addit. ad casum 232. numero 22. de iudic. stante igitur oblatione bullandi facta per Deputatum, euanescit præambula verbalis oblatio Luriæ,

Septimo, summopere aduertendum est, ob-
5 lationem verbalem nullius esse ponderis, † in casibus, in quibus offerens tenetur aliquid dare, (vt in casu isto) nisi habeat in promptu apud se præ manibus coram illo, cui fieri debet oblatio, rem dandam, & certam in numero, põdere, vel mensura, ita Bart. in l. prætor ait, §. si quis paratus, in fi. ff. oper. nou. nunciat. dicens, quod omnes leges, quę dicunt, paratus sum soluere, debent intelligi, quod debeat ire cum denarijs in manu. Quinimo docuit idem Bart. in l. cum seruus, num. 3. ff. de condit. & demonstr, non sufficere facere oblationem iudicialem in marsupio, vel in folle, nisi prius coram testibus, & Notario fuerit numerata pecunia, & ex post in marsupio recõdita, nisi enim certo sciatur quanta sit pecunia oblata, talis oblatio nõ curatur, idem probat Alex. consil. 130. numero 11. in 4. alios adducit, loquendo pariter de oblatione facta in iudicio, & sequitur Mathes. singul. 128. & comprobat Marsil. singul. 479. Pret. de interpret. vltim. volunt. fol. 517. numero 158. & seq. vbi ait, quod oblatio de dando rem, vt releuet, debet offerens habere promptam, & paratam rem, quam offert, late declarat Caroz. de oblat. part. 1. q. 7. de oblat. reali, in princ. num. & seq. Negusan. de pignor. in 2. parte tertij membri quintæ partis principalis num. 1. & seq. Roland. consil. 53. num. 36. in 1. Ios. Ludou. decis. Perus. 105. num. 1. & seq. vbi post Negusan. dicit, non sufficere oblationem
6 verbalem † sine re parata, in tantum, quod nec realis oblatio sufficiat, nisi offerens habeat pecunias in marsupio, & illas de marsupio extromittat, & testibus ostendat, illas postea reponẽdo in marsupio, idem dixit Plant. in l. quod te, lib. 3. num. 77. & seq. ff. si cert. pet. alias non constaret, quod offerretur, cum possit dubitari quid sit in marsupio, concordat Corbul. dicta lim. 37. nume. 4. Menoch. in dicta addit. ad casum 232. num. 27. Bertazol. consil. ciuil. 13. nume. 11. 12. Ratio istius conclusionis est, vt etiã obiter fuit tactum, quia pars, quæ debet acceptare oblationem, & cui debet dari res, vel pecunia oblata, debet esse certa de præcisa quantitate rerum dandarum, vnde cum ignoret, nõ
7 releuat oblatio, quæ debet † omnimodè fieri de tota, & integra summa, vt neobolus, nec quid aliud minimum dandum, vel debitum deficiat, l. 1. §. si cista. & §. si pecuniam, ff. depo sit. & infra latius deducetur, & declarat Menoch. vbi supra dicto num. 27. & ante illum omnes alij præcitati, & ita satis constat, oblationẽ in schedula nullius fuisse momenti, cum etiam si ab initio fuisset facta oblatio cum baulo clauso cum claue, & recondente chartas, non valuisset; Quinimo dixit Rom. consil. 352. num.
8 3. in tali casu requiri † realem numerationem coram testibus, in tantum, quod nec satis sit offerre magnam quantitatem pecuniæ, super tabula, vel tapeto absque reali numeratione videntibus testibus ad effectum, vt operetur oblatio verbalis facta debitori,

Confirmatur fundamentum ex eo, quod de
9 essentia † oblationis ad hoc, vt operetur, est, vt debeat fieri de tota, & integra summa, quod nec nummus quidem vnicus deficiat, vt post multos aduertit Menoch. dicta addit. nu. 28. Plant. in dicta l. quod te, lib. 3. num. 81. qui infinitos adducunt, & probatur in l. obligatione, ibi, [totius debiti,] C. solut. & in l. qui Romæ, in princip. vbi Doctor. ff. verbor. obliga. Si igitur hoc est verum, sequitur quod debet fieri oblatio cum rebus omnibus dandis, nõ autem in abscondito, & rebus, vel pecunia remotis a præsentia illius, cui fit oblatio, iuxta præcitata, & consequenter infertur, oblationem schedularem chartarum in baulo remoto abscondi tarum penitus esse floccipendendam.

Addatur insuper, præfatam oblationem fuisse incertam, cum in prima parcella schedulæ dicatur. *Quattro donzene Carte Mantouane in cir-*
10 *ca*, dictio illa *in circa*, † denotat chartas illas potuisse esse plus, vel minus, quam fuerit expressum, Menoc. de arbit. iud. cas. 46. Alex. cõs. 8. nu. 21. in 5. Galli. de verb. sign. lib. 5. cap. 20. nu. 95. & ignorantiam quantitatis etiam verificari in minori tradit Eugen. cons. 28. num. 40. 41. Quo fit, vt fatendum sit, Hebræum nõ fuisse certum de quantitate chartarum oblatarũ, & fecisse oblationem vagam, & incertam, & ita nullius mmomenti, vt supra dictum est, & vltra præcitatos, idem firmat Rota diuers. decis. 572. num. 4. par. 1.

Con-

Concludendum ergo est, oblationem illam primam schedularem, nec non & gestionem illam bauli clausi factam post sex dies a die publicarionis edicti nihil vmquam operari potuisse ad excusationem Iudæi, qui numquam reserauit baulum ad ostendendū chartas in eo reconditas, nisi trāsacto integro bimestri post publicationem proclamatis, & per consequēs rite, & recte potuisse ipsum Hebræum condemnari in pœnam legalem, vt supra cōminatam non consignantibus chartas infra biduum.

Cæterum contra prædicta nonnulli non iure, sed iniuria insurrexere plura adducendo, quæ tamen sigillatim recensebimus, illisque singulas singulis responsiones accommodādo.

Primo (inquam) adducunt, consignationem faciendam vigore edictorum Principum verificari etiam in simplici denuncia schedulari, & illius vigore pœnam euitari, prout in edicto de consignando blada in certo termino tradit Ofasc. decis. 71. cum alijs concordantibus.

Respondetur tamen, consignationem huiusmodi regulari, & verificari secundum subiectam materiam, & secundum casuum contingentias. Siquidem quando agitur de re stabi-

11 li, † & consequenter impossibilis asportationis de loco ad locum, vel de quantitate bladorum, seu de multitudine animalium, quæ sunt difficilis asportationis, seu sumus in aliquo casu, in quo lex est contenta simplici scientia, absque vlteriore actu facti, tunc fateor consignationem schedularem sufficere, & sat esse facere simplicem denunciam, absque vlteriore reali delatione, vt in casu præfatæ decis. 71. At quādo agitur de re facilis asportationis, & quando edictum non est contentum simplici scientia, sed requirit vlteriorem actum facti, vt in casu isto, in quo agitur de cōsignatione chartarum a ludo, ad hoc vt bullentur, ne fiat fraus dacio, & ne edictum Principis seruiat ludibrio, & cedat in derisionem, & tunc dico, requiri realem consignationem, prout supra probauimus abūdè per sex fundamenta, & ita distinguunt Glo. Bald. Salic. Castr. & alij in l. accepram, C. vsur. Bartol. in l. si mora, nume. 7. quem alij sequuntur, ff. soluto matrimon. Alex. consil. 130. num. 11. in 4. Bald. & alij adducti supra in quarto fundamento, Negusan. de pigno. in 2. par. tertij membri princip. nume. 3. Menoch. in addit. ad casum 233. de arbitr. iud. nu. 19. 20. Adeo

12 quod secundum subiectam materiam, † & casuum contingentias aliquando impropriatur istud verbum [consignare] sed non in casu nostro; Quinimo dico, quod quando etiam edictū Principis non contentaretur simplici scientia, sed requireret vlteriorem actum, etiam si ageretur de re impossibilis, vel difficilis asportationis, adhuc deberet fieri realis consignatio ad oculum, eo modo, quo fieri naturaliter potest, vtputa, si edictum iuberet annonam consignare ad hoc, vt mensuretur, vel quod animalia, & greges bullentur, ne extra Statum conducantur, vel ad hoc, vt prædia mensurentur, tūc enim simplex denuncia verbo, vel scriptis facta non sufficeret, & conferunt tradita supra in 4. fundamento.

Secundo, fortiter insistunt, licuisse Iudæo purgare moram, non obstante lapsu termini ab edicto præfixi, adeo quod cum gestauerit baulum chartas recondentem in domo Deputati post dies quatuor a lapsu termini legalis, sit venia dignus, & excusabilis ab omni culpa, & dolo. Datur (inquam) tale beneficium pur-

13 gationis moræ Iudæis † secundum Rip. in l. si insulam, num. 10. ff. de verb. oblig. & mora purgatur celeri satisfactione, & infra modicum tēpus iudicis arbitrio regulandum, l. 2. C. de iur. emphyt. c. Proprer sterilitatem, extra locat. l. si ita quis, §. Scia ff. verbor. oblig. Menoch. de arbitr. iudic. casu 7. num. 13. 14. Prer. de interpr. vltim. volunt. fol. 519. nume. 227. Rimin. iun. consi. 807. num. 17.

Confirmatur fundamētum ex eo, quod hic agitur de pœna legali, non autem conuentio-

14 nali, & idcirco licuisse purgare moram † ante sententiam, & molestiam iudicialem, cum res adhuc dicatur integra, & ius Cameræ non sit factum deterius, vt per Surd. consi. 450. nu. 9. & num. 12. vers. Quod vero.

Respondetur tamen multipliciter. Et primo, nullo pacto licuisse Iudæo purgare moram post lapsum termini ab edicto præfixi: Sane

15 (inquam) extat communis, & receptior † sentētia, moram purgari non posse aduersus terminum legalem, vel statutarium, licet enim detur purgatio moræ post terminum statutum a Iudice, vel ab homine; Attamen tale beneficium denegatur lapso termino legali, quia termi-

16 nus † a iure statutus præsumitur fatalis, & præcise peremptorius, Bald. in l. 2. num. 1. C. tempor. appel. cum alijs congestis per Surd. consil. 97. nume. 16. & seq. & hanc distinctionem adduxit Innoc. in cap. Cum in tua, colum. 1. vers. Item hic habent, vbi Abb. optime declarat, & alij ibidem extr. qui matr. accus. poss. & infiniti alij probarunt relati per Surd. dicto cons. 97. num. 29. vsque ad finem, & per totum illud cōsilium omnino videndum, & ex professo articulum istum disputantem, quia reprobat Cacheran. & alios contrariantes, & de communi opinione testatur; addo Solam optime loquentem supra nou. Constit. Pedemont. tit. de registr. in stit. Glos. 1. nume. 17. omnino videndum, quia loquitur in casu, antequam inobediens Notarius molestaretur a Fisco, & tamen denegar illi moræ purgationem post lapsum termini ab

edicto

edicto Principis limitati ad notificanda instru
menta per Notarios recepta, idem Sola in tit.
de modo,& form.supplic.&c.Glos.2.num.40.
41. vbi alios congerit concordantes, Caualc.
de brach.regi.par.6.num.532.& ita ex his pa-
tet,præfatum Surd.in consil.450. [inter consi-
lia per ipsum viuentem reiecta, licet per eius fi
lium post illius obitum recollecta] perperam
adduxisse Innocentium loco præcitato, & il-
lius sequaces pro opinione contraria, cum sit
falsum,quod Innocent.& alij præcitati dicant,
purgari moram in pœna,vel termino legali,se-
cus in conuentionali, quia imo contrarium as-
seuerat, vt scilicet denegetur purgatio ista,
post lapsum termini legalis, prout patere po-
test vnicuique legenti, & satis patet ex præci-
tatis.

Respondetur secundo,ex fide, vel attestatio
ne Deputati registrata immediate post denun
ciam schedularem factam per Luriam,satis cō-
stare de mala fide, pertinacia, dolo, & culpa
eiusdem Hebræi, qui admonitus a Deputato,
vt deferret chartas ad bullandum,non obstan-
te schedulari denuncia,talem delationem tran
scurauit in spretum edicti Principis: At post
17 monitionem factam † parti debitori, seu ali-
quid facere debenti ante purgationem,non da
tur amplius moræ purgatio, vt post Gozadin.
& alios firmat Botta.consi.9.num. 22. Tarret.
cons. 3.num.7.in 2.

Respondetur tertio, numquam concedi mo
18 ræ purgationem † post lapsum termini, quan-
do lex, vel edictum de per se facit executionem
pœnæ cōminatæ, vel pœnam ponit incurren-
dam ipso iure,Ias.in l.si insulam, num.31. vbi
Rip.num.81.& seq.nume.111.ff.verbor.obli-
gat.optime Boui.de statut.vrb.præscript. Glo.
2.num.10.Maluas.consil.vlt.in fi.nume.99.&
100.Rimi.iun.consil.124.num.50.& seq. vbi
declarat idem esse, quod lex faciat executionē
pœnæ,vel ipso iure incurratur, vel imponatur,
& in consil.807.nu.34.& omnium latius Mo-
desti.Pistor.consil.48. nume.31. vsque ad fin.
consil.vol.2. omnino videndus, & ibidem nu.
34. post Angel. quod incidens in commissum
non potest purgare moram. Ratio est,quia res
non dicitur amplius integra,& ideo in proposi
to dixit Mascard.iun.de interpret.stat. cōclus.
9.num.11. post Abb.& alios per eum allega-
9 tos, quod quando statutum † vlterius disponē
do de tempore progreditur contrarium statuē-
do, non valet actus factus extra tempus, & ita
re non integra, nec licet eo in casu purgare mo
20 ram; Tunc autem lex, † statutum, vel edictū,
dicitur facere executionem, quando illico pri-
uat,Anch.in cap.Quam sit,nume.3.vers.Item
nota priuationem,de electio.in 6.Boni.& Mal
uas.vbi supra. Sed in presenti casu edictum ne-
dum priuat inobedientem, & illum punit illi-
co lapso tempore præscripto,sed vlterius in ca.
6.applicat pœnam, illamque distribuit per ver
ba de præterito, & per verba executiua impor-
tantia canonem latæ sententiæ, adeo quod pœ
na illa dicitur incursa ipso iure, vt per Tiraqu.
in l.si vnquam,versic. Reuertatur,numero 71.
167.& 179.Peregrin.de iure fisc. lib.4. titu.5.
21 num.7.vbi ait, tunc pœnam ipso iure † dici in
flictam, & per canonem latæ sententiæ, quan-
do lex indicit pœnam pecuniariam, & vtitur
verbis denotantibus tempus præteritum, vt in
casu isto,vt exemplificando tradit Rimin. iun.
videndus consil.798.num.27. & explicatur in
cap. Sexto edicti,ibi: *Occorrendo che alcuno con-
trauenga alla presente grida, dichiariamo,che del-
le pene, nelle quali saranno incorsi li contrafacien-
ti, sia applicato vn terzo al denonciatore, & delli
altri due terzi, tre quarti alla Camera nostra, &
l'altro quarto al sopradetto Tisnasco.* Quando
22 enim lapso termino edictum † inducit canonē
latæ sententiæ, tunc prorsus tollitur purgatio
moræ,Glo.in cap.Cupientes, §.quod si per vi-
ginti,de elect.in 6.Rom.consil.352.num.6.Si-
cuti nec quoties ipso iure, vel facto pœna im-
ponitur non est locus pœnitentiæ, & ita nec
purgationi moræ,Bald.in auth.habita. colum.
penul.C.ne fil.pro patr.cum alijs congestis per
Rimin.iun.cons.124.nume.74.& consil.807.
num.27. cum plurib.seqq. Sed de hoc etiam
infra latius in declinatione alterius obiecti,
vbi agetur; an in casu isto ius actoris, seu Ca-
meræ, vel impresarij dicatur factum deterius.

Respondetur igitur & quarto,legem post la-
psum bidui indixisse pœnam aureorum decem
&c.illamque incontinenti applicasse impresa-
rio, denunciatori, & Cameræ, vt supra tetigi:
At quando propter moram alicuius a lege in-
23 ductam † fit deuolutio in alteram personam,
cessat tale beneficium,cap. Licet, de supplen.
negligen.prælat.cap.2.de concess.præbend.Ri
pa in dicta l.si insulam,in fi.Silua. de recognit.
feud.quæst.7.num.3. dicens, moram non pur-
gari, cum per eam ius in alium transferatur.
Alibi dicitur in simili per Grat. consil. 49. nu-
mero 23. in 1. non admitti purgationem mo-
ræ,quando propter inobseruantiam resoluitur
contractus.

Respondetur quinto,receptiorem stare sen-
tentiam dicentium denegari moræ purgatio-
24 nem, † quando lex apponit certam diem, &
certam pęnam, vt per Pret.de interpret. vltim.
volunt.fol.519.num.218.Amat.decis.70. nu-
mero 16.versic. Quartus, & eo maxime quan-
do dicta pena incurritur ipso iure,(vt hic.) Ias.
in d.l.si insulam,num.15.16. vbi Ripa nu. 37.
vsque 41. Silua dicta quæst.27.num.29. The-
saur.decis.77.col.1.

Respon-

Respondetur sexto, in casibus, in quibus cõceditur purgatio moræ, huiusmodi purgatio-
25 nem debere † fieri infra modicum tempus, & per celerem satisfactionem a die culpæ, vel omissionis, l. 2. C. de iur. emphyt. Ias. in dicta l. si insulam, num. 13. vbi Ripa num. 10. iudicis ar bitrio moderandum, Menoch. casu 7. de arbit. iud. Pret. fol. 519. num. 227. Rimin. iun. cons. 807. num. 17. Modo chartarum consignatio fieri debuit in termino duorum dierum post publicationem edicti; At Luria non consigna uit baulum recondentem folia illa lusoria, nisi sub die 25. Februarij, & post quatuor dies a lapsu termini bidui, quorum dierum quatuor nõ est habenda ratio ad inducendam moræ purgationem, quia maius, & longius esset tempus accessorium, cum sit duplicatum, quam tempus principale, quod esset ridiculum. Nam si quis mihi soluere deberet centum quolibet anno in festo S. Martini pro canone prædij emphyteutici, si emphyteuta morosus vltra annũ debiti, haberet biennium ad purgandam moràm, sequeretur quod teneretur soluere canonem in singulo triennio, non autem in annos singulos, quod quidem est absonum dictu; hoc enim non esset dicere purgari moram per modicum tempus, nec per celerem satisfactionẽ. Vnde dicendum est tali in casu, vix vnam diẽ potuisse concedi, ad purgandam moram causatam post lapsum bidui, & ideo sextam partẽ termini principalis non posse arbitrari a iudice tali in casu, post alios docet Ripa in dicta l. si insulam, num. 36. & dixit Thesaur. decis. 77. nume. 3. iudicem debere tribuere aliquod spacium cum temperamento, idem probat Roma. cons. 352. num. 5. dicens in casu suo, quod con siderata celeritate, quam ille actus desiderabat, non videtur posse purgari moram, cum nõ possit esse tanta paucitas temporis, quæ ratione subiectæ materiæ, de qua agitur, non inducat temporis prolixitatem. Consideret ergo bonus iudex qualitatem personæ, casus, & rei, de qua agitur, antequam arbitretur tempus ad moram purgandam, vt per Menoch. dicto casu 7. in fine, nam modicitas temporis, & celeritas satisfactionis refertur post biduum, & respectu ipsius bidui, & ita illa adiectio temporis refertur ad modicam quantitatem, respectu quantitatis temporis principalis, vt declarat Glo. in cap. fin. in ver. celeri. ext. locat. & ibi Doct.

Respondetur septimo, talem moræ purga-
26 tionem fundari in æquitate canonica; † debet ergo seruari in terris Ecclesiæ, non autem in terris Imperij, nec inter laicos, nec quando agitur de re prophana, ita Grat. consil. 49. nu. 21. in 1. Pret. dicto fol. 519. num. 219. Ias. consilio 82. col. 2. in 1. Surd. consil. 97. num. 31. & seq. Riminal. iun. consil. 807. nume. 35. vsque 44. Quinimo prædicta conclusio militat solum in foro pœnitentiali, non autem in contentioso, & ideo vbi non reperitur contrarium decisum de iure canonico, statur iuri ciuili, etiam in terris Ecclesiæ, idem Rimi. iun. post multos alios consil. 124. num. 69. & consil. 807. num. 39. & sequ. Pret. loco præcitato, qui prope infinitos adducunt.

Respondetur octauo, & vltimo, purgationẽ
27 moræ consistere, & exequi in celeri † satisfactione, cap. Propter sterilitatem, in fin. extra lo car. nec non & in solutione debiti, & in implemẽto debito per morosum, l. si quis ita, §. Seia. ff. verbor. obligat. & vbique passim notant Doctor. ac patet ad sensum. At supra probauimus pro satisfactione, & implemento edicti, debere fieri realem consignationem, & oculatam chartarum. Sed quomodo dici potest per gestationem bauli clausi cum claue ante istam gestationem in domo Deputati, & numquam aperti nisi post bimestre a die publicati edicti, fuisse factam celerem satisfactionem, & adimpletum debitum consignandi per illam gestationem, si numquam fuit visum quid reconderetur in baulo, nisi post dictum bimestre? Dicendum igitur est, asportationem bauli post quatriduum a die lapsi bidui nihil omnino releuare, ex late deductis supra in septimo fundamento, & ex retentione clauium bauli numquam aperti, nisi post bimestre, dicitur ipsius bauli, & rerum in eo recõditarum dominium, & possessionem semper per illud tempus remansisse apud Hebræum clauem habentem, non autem apud Deputatum, in cuius domo fuit delatus baulus, late Mascar. de proba. conclus. 1184.

Et quatenus dicebatur, moram posse purgari re adhuc integra. Respondetur, rem non esse integram, quando edictum post termini præfixionem apponit pœnam, nec quando lex, vel edictum facit executionem de per se, nec quando incurritur pœna ipso iure, nec quando propter moram incursam fit deuolutio iuris in alterum, vt patet ex prænarratis. Et dictum fuit etiam supra, quod in termino præfixo a lege
28 † non datur purgatio moræ post ipsius lapsum, etiam si adhuc non fuerit illata molestia moroso ab officialibus fisci, vt plene deducit Sola in nouis constit. Pedemont. titu. de registr. instrum. Glo. 1. nu. 17. vers. Videretur tamen.

Ad illud autem, quod ex aduerso dicebatur, ius Cameræ non fuisse factum deterius, videtur probari vltra deducta per Luriam, ex eo quod videtur dicendum, licuisse moram purgare de æquitate canonica dictante, quod mora
29 purgetur † quando pars aduersa propter dictã moram nullum damnum passa est, Bald. in l. si pacto quo pœnam, col. pen. C. de pact. Gozad. consil. 57. nume. 18. Ruin. consil. 133. col. pen. in 1.

in 1. Doct. in l. si quis maior, vbi Cagn. num. 155. C. transf. Quod argumentum etiam per nos comprobatur, ex eo quod Camera in casu isto, & impresarius dicuntur agere de lucro acquirendo, & in materia purgandi moram non attenditur interesse lucri cessantis cum iniuria alterius, sed tantum interesse damni passi. l. is cui. §. fin. ff. de furt. & post alios consuluit in terminis Decia. cons. 84. nu. 23. in 2. facit etiã Nat. cons. 338. num. 13. vbi ait, ex lapsu termini non dici quæsitum ius fisco irreuocabiliter, sed reuocabiliter, nẽpe nisi reus morã purget.

Respondetur tamen, nullã vim facere, quia vere si esset locus purgationi moræ, præfati Camera, & impresarius damnum paterẽtur, quia priuarentur iure sibi quæsito ex contrauentione Iudæi, & ideo non debet admitti talis purgatio, etiam de æquitate canonica, Paris. cons. 19. num. 283. in 2. optime Rimin. iun. omnino videndus cons. 124. num. 49. & seq. num. 62. & seq. Siquidem satis abunde supra fuit proba-
30 tum, edictum † & legem Principis fecisse executionem de per se, & pœnam fuisse incursam ipso iure, & impresario, & denunciatori, nec nõ & Cameræ adiudicatam fuisse per verba executiua, & de præterito, quo in casu ius dicitur irreuocabiliter quæsitum, & radicatum, quod æquiparatur damno passo, & ita in puncto docet Paris. videndus cons. 19. num. 244. in 2. Rimin. iun. consil. 124. num. 61. & sequ. vbi alios adducit, & latius cons. 807. num. 25. vsque 44. pariter videndus, quia distinguendo remouet omnem amaritudinem.

Et ideo dicitur declinatã doctrinã Deci. in oppositum adducta, quia in casu suo agebatur de lapsu termini conuenti, seu dati ab homine non de termino legali, vt in casu isto. Præterea agebatur de consecutione lucri vsurarij inhonesti, & a lege reprobati, vt se ipsum declarat Decia. in dicto consil. num. 73. 47. 48. & in discursu dicti consilij, quod etiam adnotauit Rimi. iun. consil. 643. vbi ait in casu Deciani agi de lucro inhonesto, vltra quod in casu præcitati consilij non agebatur de lucro quæsito, & radicato ipso iure, & irreuocabili, sed de quærendo totaliter, & ita nil obstat. Similiter confunditur dictum Nattæ, quod nihil nocet, quia in casu nostro multa concurrunt denotantia ius fuisse quæsitum Cameræ, & alijs irreuocabiliter, & lucrum fuisse radicatum, quod perinde est, ac si ageretur de damno passo, vt supra retuli, non repeto, imo Natta loquitur sine lege, & ratione, sed ex proprio Marte, & in tantum credendum est Doctori, quatenus mouetur lege, vel ratione, & non aliter, cap. Ego solis. 8. dist. Corset. in sing. in ver. Quadragesima.

Tertio, mihi fuit relatum, quod tuentes partem Iudaicam, fundant se in verbis capituli quinti præfati edicti, ità dicentis: *Che detto Tisnasco sia tenuto à tutte sue spese leuar le sudette carte, che saranno in detto nostro Stato, & consignate come sopra &c. mediante il douuto pagamento, qual dichiariamo, che sij &c. & ciò nel termine di sei giorni dopò fatta la detta consegna, & hauuto il sudetto auiso. Dichiarando però, che in caso, che li Padroni d'esse carte ricusassero di venderle, sia poi in loro facoltà di venire, ò mandare à farle bollare, & osseruare quanto è stabilito trà detta Camera nostra & detto Tisnasco per conto del bollo*; nempe vt sensus dicti capituli sit, iuncto sensu capituli quarti antecedentis, quod supra retulimus per extensum in principio in descriptione facti, & incipit: *Che tutti quelli*, quod (inquam) talis eorum verborum sensus sit, nempe, quod cũ edictum det terminum tridui, & bidui respectiue habentibus chartas ad illas cõsignandum &c. & Prætores locorum, ac Deputatus facta sibi consignatione chartarum, & descriptis illarum quantitate, & qualitate, teneantur admonere Tisnascum intra terminum dierum sex, ad hoc vt illas leuet, vel emat, mediante pretio declarato &c. Qui Tisnascus admonitus vt supra, terminum dierum sex à die consignationis, & admonitionis sibi factæ teneatur leuare chartas, mediante solutione pretij illarum &c. Cũ (inquam) dictum capitulum quintum in eius calce prosequatur dicendo: *Dichiarando però, che in caso li padroni d'esse carte ricusassero di venderle, sia poi in loro facoltà di venire, ò mandarle à bollare, & osseruar quanto &c.* sensus etiam sit, quod talis declaratio possit fieri per dominos chartarum post illos dies sex cõcessos Tisnasco ad leuandum chartas, & eo maxime cum vlterius dicatur, quod facta recusatione vendendi per dominos chartarum vadant postea ipsi, vel mittant ad faciendum bullare chartas, cum illud verbum, *Poi*, denotet ordinem temporis, adeo quod habentes consignare chartas realiter, & cum effectu, habeant terminum etiam illorum sex, seu duodecim dierum, vltra biduũ, & triduum antea taxatos. Quo in casu per cõsignationem bauli factam præuia dicta denuncia schedulari omnino tutus reddatur Luria à pœna edictali, cum re adhuc integra debitam consignationem fecerit.

Respõdetur enim, talem sensum vere pharisaicum, & proprium Iudaica interpretatione nullo pacto fore amplectendum, ex pluribus.

Et primo, quia si verum est, prout est verissimum, axioma supra firmatum in septimo nostro fundamento (vltra deducta in alijs antecedentibus nostris fundamentis) nempè, nequaquam sufficere oblationem rerum in pera, marsupio, vel baulo reconditarum, nisi de illarum certitudine prius, ac qualitate, & quantitate constiterit, & prout latius ibidem deduximus,

ximus,dubio procul fatendum est, Luriam nō posse gaudere beneficio dicti temporis dierū sex,vel duodecim,(quando etiam Iudaicus ille sensus admitteretur) quia de tali certitudine nunquam constitit Deputato, nisi post bimestre a die publicati edicti,vt supra dixi, & ex processu videre est.

Secundo aduertendum est, declarationem faciendam,seu recusationem venditionis chartarum pariter faciendam per illarum patronos necessario debere fieri tempore consignationis illarum faciendæ infra biduum, & triduū respectiue, vt dixi,non autem post sex dies cō cessos Tisnasco ad illas leuandum; Siquidem Deputati,habita consignatione chartarum, & facta descriptione consignantium, & quantitatis,& qualitatis chartarum tenentur admonere Tisnascum Appaltatorem; *Acciò il detto Tisnasco possi andar, ò mandar à leuarle mediante il pagamento,&c.* vt dicunt clarā verbā dicti capituli quarti. Si ergo Deputati debent admonere Tisnascum,ad hoc vt veniat cum pretio ad emendum chartas sibi ipsis consignatas,sequitur necessario, Deputatos tempore consignationis fore certificandos,an chartæ illę bullandæ sint venales,nec ne,& consequenter illarum patronos in actu consignationis,saltem instantibus Deputatis, illorum voluntatem declarasse,alias sequeretur absurdum, quod inanis reddi posset admonitio facta Tisnasco per Deputatos,quod non est dicendum;non tenetur enim emere Tisnascus nisi chartas consignatas Deputatis,nec tenentur Deputati admonere Tisnascum,vt vadat ad emendū chartas,nisi illas sibi prius in termino bidui, & tridui resp.ctiue consignatas,& venales, & tenetur Tisnascus accipere chartas illas venales per manus Deputatorum,qui receperunt chartas consignatas, non per manus dominorum chartarum,qui illas consignarunt, vt cautant dilucida verba edicti,& ex hoc sequitur verba illa: *Sia poi in loro facoltà di venire,ò mandarle à bollare,&c* debere intelligi vt facta recusatione per dominos in illorum proposito,vel idea, (datur inquam in iure iste terminus propositi,

31 & deliberationis in mente retenti, † nam dicitur cogitatio, & deliberatio abortiua nondum in lucem producta, & reputatur vt posthumus existens,in vtero.l.fin.C.hæred. instit. Bald.in l.1.nu.40.C.qui admit.Ias.in l.1. col. 2.vers. Gl.magna.ff.cond.cau.dat.) declaranda oretenus coram Deputatis,ipsi domini vadant,vel mittant illas ad bullandum,soluendo in actu voluntaris declaratæ coram Deputatis & factæ consignationis illud, quod debuisset soluere Tisnascus,si domini chartarum alias il lasmet chartas (per se retentas) Tisnasco venales remisissent; iste enim est genuinus, ac realis sensus præfatorum verborum.

Addatur, quod si Hebraica interpretatio admitteretur,Princeps, & illorum Consiliarij,& Proceres vti inconstantes,valde essent arguendi de contrarietate: Nam primo limitatur tēpus bidui ad consignandum, cum indictione pœnæ incurrendæ ipso iure irreuocabiliter in continenti,lapso biduo,per verba executiua, ac canonem latæ sententiæ importantia,& postea illico daretur terminus consignandi valde longior dierum sex,vel duodecim,quod nullo pacto est dicendum; tum quia mutatio vo-

32 luntatis † non præsumitur, iuribus notis, nec vnquam inducitur correctio,nisi expresse dicatur.l.sancimus.C.de testa.late Anch. iun. qu.

33 62.num.12.par.2.& in eodem subiecto † non possunt stare contraria.l.fin.§.fi.ff.pro empt.l. si ancillam.ff.pro suo.Dec.in l.non vt.num.2. ff.reg.iur.& in lege Principis nunquam debēt inseri contraria,vt in tit.de nou.cod.fac. in §. quibus,& in l.2.§.contrarium.C.vet.iur.enucl.& ibidem dicitur subtili ingenio, & animo

34 faciendas † esse distinctiones & cōciliationes, vt contrarietas euitetur, vt probat Butigel. in l.4.§.Cato.nu.76.ff.verb.oblig.

Respondetur tertio ex abundanti, tempus sex dierum currere,& considerari respectu personarum Deputatorum,& Appaltatoris tantū non autem respectu personarum debentiū consignare chartas,at ex diuersis non fit illatio, iuribus vulgaribus.Tempus (inquam) triplicis generis consideratur in edicto, & triplici personarum generi præfixum. Primum tempus bidui,seu tridui respectiue datum habentibus chartas ad illas consignandum.Secundum tēpus sex dierum datum Deputatis post consignationem chartarum, & illarum descriptionem ad admonēdum Tisnascum,ad hoc vt vadat cum pretio ad leuandum chartas consignatas. Tertium tempus aliorum dierum sex datum Tisnasco a die scientiæ, seu præfatæ admonitionis ad eundum pro leuandis chartis, prȩuia solutione pretij ab edicto præscripti.Talia (inquam) tempora distincta, & sigillatim diuersis personis distributa, non sunt confundenda, ad inducendam Principis inconstantiam,& eiusdemmet legis contrarietatem. Vnde illud verbum, *Poi*, nō importat ordinem alicuius temporis,nam aliud est dicere in proposito isto, *Poi*, & aliud dicere, *Dopoi*. nam ver-

35 bum,*Dopoi* denotat † temporis ordinem, & interuallum,Tiraq.in l.si vnquam, versic.Et postea.C.reuoc.donat.Bart. in l.3.§.1.ff. qui ex cau.maio. Thesau.decis.30.at verbum, *Poi*, seruit de vento,quia idem sensus,& vis eadē clausulæ adfuisset etiam remoto verbo *Poi*, nempe si dictum fuisset hoc modo: *Dichiarando però,che in caso li padroni d'esse carte ricusassero di venderle,*

venderle, sia in loro facoltà di venire, ò mandare à farle bollare, adeo, quod illud verbum, *poi*, fuit prolatum secundum communem vsum loquendi, qui solet apponi in orationibus alternatiuis, verbi gratia; *Và à dir à Carlo, se vuol venire, che venghi, se non vuol poi venire, che resti*, & multa, ac infinita exempla possunt accommodari tali vsui communi loquendi, in quo verbum, *poi*, seruit de vento, nec aliquid disponit. Et ver
36 ba † semper debent intelligi secundum communem vsum loquendi, Surd. conf. 151. num. 98. vbi hoc late exornat, & conf. 313. num. 87. & 319. num. 7. & præcipue quando agitur de intelligentia scripturæ vulgaris, Rim. iun. consilio 540. nu. 29. 30. & tali in casu semper præualet propriæ verborum significationi. Alex. conf. 131. num. 4. in 7. Dec. conf. 472. Rursus verbum positum ex abundanti nihil proficit,
37 † & quando nihil importat, dicitur appositũ de consuetudine, Pret. vlti. volunt. fol. 142. numero 55. & seq.

Quartò, vulgo fertur, Hebræum extraiudicialiter conqueri de fide præstatarum attestationum descriptarum per D. Deputatum Plebanum in calce schedulæ scriptæ manu ipsiusmet Hebræi, allegando, nullam fidem fore adhibendam præfatæ schedulæ in ea parte respiciente præfatas attestationes. Primo, quia dicit, se illam schedulã non produxisse in iudicio. Secundo, quia ante sententiam de prefatis attestationibus nullam habuit notitiam. Et licet iudex non debeat iudicare de his, quæ foris sunt, sed solum super allegatis, & probatis, iuribus notis: Hinc dicitur quod iudex credi-
38 tur † motus ad iudicandum ex contentis in actis, non ab extra intellectis. Surd consil. 324.
39 nu. 7. nec potest iudex iudicare, † nisi super illis, de quibus in iudicio fuit controuersum. Crau. conf. 819. nu. 17. quo fit, vt talibus querimonijs nullum deberet dari responsum; nihilominus ad totalem ipsius Iudęi confusionem, placet in scripta deducere.

Respondetur igitur, quod respectu productionis schedulæ, sat est quod ipse institerit, vt produceretur in iudicio per Deputatum, prout de illius instantia patet in scriptura per ipsum Hebræum producta, sub die 13. Martij 1610. & incipit: *Non potest non esse &c.* in fine, modo
40 nedum producens scripturam in iudicio, † sed etiam petens illius productionem, dicitur illã in omnibus approbare, vt illi amplius nequeat contradicere, Crau. conf. 275. nu. 2. & seq. cum concor. per decis. Maut. 199. nu. 6. quæ approbatio operatur tam respectu partis scriptæ manu ipsius Hebræi, quam etiam quo ad partem scriptam manu Deputati, cum vtraq; scriptura sit in eademet schedula, & dixit Ang. conf.
41 132. num. 3. & 4. quod vti volens apodixi, † tenetur stare omni scripturæ in vtroque latere apodixis, ante, & a tergo positæ.

Et respectu allegatæ ignorantiæ respondetur, hoc nihil esse ad iudicem, quia Hebræo est imputandum, si non petijt copiam scripturarũ, iudex (inquam) tenetur supplere, nec impartiri officium suum parti illud non imploranti, iuribus notis; Si (inquam) tali scripturæ nunquam fuit oppositum, tenebatur iudex illius rationem habere in iudicando.

Addatur, satis constare ex actis de aperto mendacio Hebræi, qui in eius scriptura producta sub die 5. Martij, incip. *Assignatus egregius Ioseph &c.* allegat fidem consignationis factam per D. Plebanum, & tamen nullam aliam vnquam fidem fecit ipse Plebanus, nisi præcitatam, ibi: *Et dictus Hebræus illas consignauit Mag. D. Conseruatori Plebano eademmet die publicationis dicti proclamatis, vt ab eodem D. Conseruatore fit fides, &c.* non igitur potest Iudæus negare, quod semel fassus est. Addatur insuper, post præsentationem schedulæ prædictæ factã per D. Plebanum dictum Hebręũ preces porrexisse Serenissimo pro expeditione causæ, dictasq; preces cum rescripto, & scriptura vna, incip. *Vobis Perill. D. Præsidi, &c.* in iudicio produxit, & in dicta scriptura fatetur, exhibitionem omnium actorũ, & prẹsertim schedulę prędictæ, ibi: *Pro cuius obseruantia exhibet acta, ex quibus constat, quod statim emanato proclamate consignauit D. Plebano folia lusoria, quæ etiam trãsmisit ad D. Plebanum, antequam molestaretur &c.* Cum igitur exhibuerit acta probantia assertã consignationem, & nullæ aliæ extent, nisi præcitatæ attestationes, sequitur illorum omnino notitiam habuisse.

Proinde quando etiam non constaret in actis de dictis attestationibus, tot & talia vltrà illas attestationes militant contra Hebręum, vt iure merito cõdemnationi fuerit subiectus.

Quinto, dicebatur, edictum esse rigorosum, & iudicem debuisse moderari pœnam, & amplecti æquitatem, maxime cum quælibet causa excuset a dolo.

Respondetur, legem quantumcunque durã seruandam esse vulg. iur. & postquam lex est
42 condita, † secundum ipsam, non de ipsa est iudicandum, Lanc. Gall. super consuet. Alex. in pręfat. 5. nu. 3. Fel. in c. Si quando. nu. 11. de tescri. & dici solet, quod rigor scriptus debet prępondérate ęquitati non scriptę, l. prospexit. ff. qui & a quibus. Vnde infero, iudicem sine
43 causa † non posse minuere pœnas a lege, statuto, vel consuetudine inductas, & ideo sine causa debere merum rigorem in puniendis delictis seruare, non autem veniam, clementiam, vel misericordiam, vt abundantissime probat Farin. q. crim. 17. nu. 5. Quo fit, vt sententia illa

dictaus

dictās, quòd summum ius summa iniuria est, ex Cic.lib.1.de offic. & altera de qua in l.placuit.C.de iud.vbi habetur, potiorem æquitatis, quam stricti iuris rationem haberi conuenire, non de qualibet æquitate, sed de illa demum intelligitur, quæ scriptis legibus continetur, d.l.Placuit, ibi: [Scriptæ æquitatis,]late Toming.decis.16.num.17. & seq. vbi subiungit, æquitatem, quam homines absque præscripto legum sibi comminiscuntur, æquitatis nomen non mereri, & ideo iudices sequi debere conscientiam ex legum fonte promanantem, non autem legibus aduersantem, quia cō
44 scientia legis longe † exuberat conscientiam hominis, cum illa dicatur conscientia abusiua quę legum authoritate destituitur, concordat in omnibus & latius exornat Laur.de iud. susp.c.9.nu.5.vbi probat, æquitatem, & consciētiam iudicis in iudicando debere esse a lege munitam, imo iudex alterans pęnam legalem
45 dicitur infamis, & punitur; maxime si minoraret pęnam, etiam ex causa, quādo procedit ad instantiam accusatoris (vt in casu isto) secus si procederet ex officio secundū Host.in c. In archiepiscopatu.extra de rapt.& ibi Abb.nu. 5. Bal.in sua margar. seu in suo repert. in verbo Pęna, in §.pęna legalis pōt ex causa, Afflic. in tit.quæ sint regal.in verbo Pęnarū, nu.12.Mar sil.in prax.crim.in §.cōstante, nu.83. in fin.& seq.Henriq.in opusc.3.nu.1.& 2.quia omnes vnanimiter attestantur, iudicē nequaquā posse minuere pęnam legalem, ēt ex causa, quando procedit vigore accusationis, vel ad partis instantiam. Alibi dicitur, quod iudex non pōt
46 pęnam minuere, † quando lex loquitur imperatiue certam pęnam imponendo (vt in casu isto.) Pereg.de iur.fisc.lib.5.tit.8.num.22.nec debet iudex amplecti æquitatem imaginariā,
47 † nudam, vel sophisticam, sed tantum æquitatem legalem, & rationi coniunctam.l.bona fides.ff.depofit.Bal.in rub.C.de const.pec. col. 2.& cons.101.in 4.vbi subdit, quod homo sequi debet æquitatem legis, non autem proprij capitis, & securius esse procedere per viam sigillatam, id est legum, idem probat Cab.mille loq.165.Rim.iun.cons.706.n.10. Hinc dixit Capibl.de iur.Baron.in pragm,6.nu.43 quod pęnæ tam legales, quam statutariæ, dummodo sint cohærentes delictis, commutari possunt, secus si ex causa extrinseca in actis nō apparēte, iudex vellet se mouere ad faciendā talē cōmutationē, non (inquam) id pōt sine Principis assensu: at de tali cā ī actis nō cōstat, ergo &c.
48 hinc fit, quod solus Princeps cognoscit † quæ lex dicatur rigorosa, & quæ æqua, Afflic. in titu.quæ sint regal.in prin. nu. 104. æquitas.n.
49 non scripta † non attenditur, sed dicitur iniquitas, illiq; præferri debet rigor scriptus, & durus, Bim.cons.50.nu.95.& 96. Quo fit, in proposito isto nullatenus fuisse locum diminutioni pœnæ edictalis, & potissimum nulla existente causa, cum constet aperte de culpa, dolo, & perfidia Hebræi admoniti, & pertinacis in omissione consignandi. Addatur supra satis probatum esse, isti Iudæo denegari moræ purgationem, quæ in æquitate fundatur: ideo nō est, quod denuo dicatur æquitatem in præsenti facti specie per Iudicem amplecti debere.

Ad illud autem, quod dicebatur, quālibet causam excusare a dolo. Respondetur, quod sicuti dolus non præsumitur in eo, qui paret prę cepto superioris; Farin.quæst.crim. 89. num.
50 64.ita dolosus dicitur spernens † iussum superioris, nec obtemperans imperio Magistratus, & qui non facit id, quod facere tenetur, secundum Mascar.de proba.conclu. 531. num. 24.52.71.89.& seq. At Luria vtcunq; admonitus ipso instante nō obediuit, ergo dolosus; & sicuti non datur purgatio moræ ex æquitate, sequitur tolli excusationem a dolo.

Respondetur secundo, quicquid dici possit cæteris in casibus, hoc esse absolutum, nullā
51 causam † vtcunque iustissimam excusare ab inobseruantia formæ statuti, late Becc. cons. 66.num.26.Surd.consil.437.num.25. & ibidem prius num.24. ait debere constare, quod ille qui petit se excusari, motus fuerit ex illamet propria causa, & dicit Bonacoss.quæst. crimin.part.1.in ver.Dolus, in fin. nunquam præsumi iustam causam mouere delinquentē,
52 † nisi per probabiles coniecturas ita præsumatur credidisse, concordat Seraph. de iuram. priu.132.num.50. At non obseruans tempus
53 † constitutionis, vel edicti, non dicitur illius formam seruare, idem Surd.post alios consil. 371.num.12.

Respondetur tertio, quod etsi quælibet causa excuset a pœnis doli, attamen sola iusta cau
54 sa † excusat a pœnis latæ culpæ, præsertim in pœnis legalibus, & statutorū. Ias.in l.iūste pos sidet.nu.30.ff.acqu.poss.vbi alios adducit, & sequitur alios congerendo Matthæus V. magnæ authoritatis Doctor, qui loquitur in terminis nostris cons.28.nu.47.in 1. dicēdo nec mulierem minorem excusari a lata culpa in pę nis statutorum vigore restitutionis in integrū ex capite minoritatis.

Respondetur quarto, aut iusta causa consideratur in Hebræo circa omissam consignationem legitime faciendam vigore denuncię schedularis, & dico non fore illum excusandum, quia ea non obstante fuit admonitus a Deputato, quod non poterat retinere chartas, & quod illas deferret ad bullandū, vt supra dictum est, quo in casu cum Iudæus spreuerit admonitionem sibi factam perseue-

rando in obedientia, & omissione dicitur dolosus. Mascard. dicta conclusio, 531, numero 53. & causa iniusta non excusat a contemptu
55 iudicis, Farin. q. crim. 90. num. 72.

Aut consideratur iusta causa ex gestatione bauli transacto tempore edicti, & dico id non relevare; nam ad hoc, vt quis propter ali-
56 quam causam excusetur a dolo, † debet constare, quod motus fuerit propter illam causam ad non consignandum, vt supra dixi, addo Decian. consilio 452. num. 11. Quo sic stante sequitur, quod cum talis causa non adfuerit ante incursum pœnæ per lapsum bidui, sed superuenerit, nullam præbeat excusationem, cum non possit dici, quod motus fuerit ex illa causa ad denunciandum in schedula, ita Decian. dicto cons. 452. num. 11.

Respondetur quinto, conclusionem procedere in persona simplici, non in versuta, vt est iste Hebreus apprime sagax. Seraph. de iuram. priuil. 132. num. 50.

Respondetur sexto, quamlibet causam non sufficere, sed iustam tantum ad excusandum a pœna legali, quando agitur de pœna pecuniaria, maxime quando statutum, vel edictum explicite non exigit dolum, vt in casu isto, Hondεd. conf. 105. numero 38. & sequ. in 1. Farin, quæstio. crimin. 90. num. 65. vsque 69. Perso, de adip. poss. num. 277. videndus, vbi plures adducit Baiar. post Plot. ad Clar. q. 60. nu. 79.

Sexto mihi etiam relatum fuit, quod tuentes iura Lutiæ, duo nouiter adducunt, primo cons. Bald. 34. in 5. ad ostendendum quod potuerit purgare moram; & doctrinam Alber. in l. Celsus. §. fin. ff. arbit. ad probandum, solam oblationem ad excusandum in debito legali sufficere, licet aliter dicatur in conuentionali.

Respondetur tamen, cons. Bald. quod sequitur Boss. titu. de frau. vectig. num. 12. 13. non meruisse allegari, quia probat intentionem nostram cōtra Hebræum: loquitur enim de illo, qui falso denunciauit vnam rem pro alia, & re integra durante triduo limitato ab edicto ad consignandum se retractauit denunciando veritatem; nam tunc potuit purgare moram, quod & nos admittimus, sed non facit ad rhombum, stantibus præallegatis.

Quo ad dictum Alber. respondetur primo, illum referre quatuor opiniones, & alio consilio illum dici reprobare primam, de qua supra, & approbare solum vltimam, Boer. decis. 69. num. 22. Iosep. Lud. decis. 29. num. 28. & 112. nu. 15. imo nullam illarum approbat, cū se referat ad scripta per eum in l. acceptā. C. vsur.

Respondetur secundo aduersus illam opin. primo loco relatam aperte contrariū firmare, Mathes. sing. 128. incipit, Nota quod vbi quis debet, in ver. Adde tamē quod oblatio verba-
57 lis, dicens oblationem verbalem † tollere pœnæ commissionem, quando agitur de pœna conuentionali, non autem de legali, nisi accedat cōsignatio, sed de hoc plene tetigimus supra, ex quibus constat dictam opinionem esse valde erroneam, non repeto.

Respondetur tertio, quādo etiam sufficeret sola oblatio, attamē debet habere requisita relata supra in fundamentis adductis pro Camera, & præcipue adducta in septimo fundamento, quæ tamen in casu isto omnimode desiderantur.

Septimo, tandem si diceretur hic agi de leui delicto, & de pœna graui, quo in casu iudex
58 † debet minorare pœnam, Henriq. opusc. 3. nu. 22. 23. dicens, etiam quod etsi propter rei moditatem nō receditur a iure communi, intelligitur in ciuilibus, non in criminalibus.

Respondetur, id non habere locum quādo
59 proceditur ad instantiam accusatoris, vt supra dixi, in prima responsione ad quintum fundamentum.

Respondetur secundo, non procedere quando etiam pro paruo excessu magna pœna expli
60 cite imponitur, † nam lex explicite loquēs ad vnguem est seruanda vtcunq; dura, quia non potest alterari; Contrarium potest admitti in lege indiffinite loquente, vt puta si dicat, quod fur puniatur pœna mortis, nam nō intelligitur pro paruo furto, secus si pro paruo furto lex clare puniret pœna mortis, & ita obiectum procedit quando casus diuersi, & difformes, & per fonæ diuersæ puniuntur eadem lege, non autē si eadē pœna; Sicuti dicitur in simili, quod de iure communi nobiles delinquētes mitius puniuntur pro eodemmet delicto, quam ignobi-
61 les, tamen quando a lege, vel statuto † vniformis pœna imponitur, vtputā si diceretur, vt homicida puniretur (non pœna mortis) sed pœna furcarū, non habetur ratio personarū, Fran. de cis. 240. nu. 6. vers. Sed nō prædicta, & nu. 7. Baiar. ad Clar. q. 60, nu 95. alias dicitur in simili
62 quod arbitrium puniendi iudici datum † a statuto non operatur in casibus, in quibus pœnā determinatam apposuerint statuentes, sed tantum in casibus, in quibus non sit præcise pœna affixa, ita Cast. i l. certo generi. §. si totus. in fi. ff. de seru. rust. prædio. Mazzol. cons. 18. nu. 67

Respondetur tertio, esse falsum, vt propter delictum commissum in re modica non detur
63 pœna ordinaria a lege præscripta, † prout colligitur ex late congestis per Galli. de verb. sign, lib. 10. c. 25. num. 12. cum pluribus seqq.

De his igitur satis; Ad plura paratus quatenus opus erit.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.
SVM.

SVMMARIVM.

1 *Euictio ex natura contractus diuisionis debetur etiam si non sit promissa.*

2 *Euictio debita ex contractu diuisionis regulari solet prout in alijs contractibus fuit promissa, vel debita.*

3 *Plura veniunt ex pacto, quae non veniunt ex natura contractus.*

4 *Euictio ex natura rei debetur, quando fuit promissa.*

5 *Euictio si fuit promissa, etiam si sequatur culpa partis debetur.*

6 *Pactum expressum operatur, quod comprehendit etiam casus, in quibus de iure communi non releuaret.*

7 *Euictio dicitur secuta quando per sententiã amittitur, vel abducitur res*

8 *Euictio non debetur, etiam si promissa fuerit, quã do secuta est culpa, & facto euicti.*

9 *Actio euictionis cessat quando res euincitur ex facto possessoris vel auctoris sui.*

10 *Euicta re facto emptoris qui debito tempore inuestiturã nõ accepit nõ datur regressus cõtra vẽd.*

11 *Damnum culpa socij non compensatur cum lucro ab eo societate acquisito, sed illimet imputari debet.*

12 *Emptor illicitus non agit de euictione sibi promissa, etiam si nuncupatim illam stipulatus fuerit.*

13 *Culpa stipulatoris ea quae committuntur, non tenetur indemnitatis promissio.*

14 *Promittere indemnitatem, & promittere euictionem paria sunt.*

15 *Retinendi iure non vtitur, qui est sibi ipsi causa priuationis: quia mera voluntas mera culpa.*

16 *Contractu rescisso ex dolo alicuius non potest, nec illius hares agere de euictione.*

17 *Contractus principalis non tenet, quando adest dolus nec promissio euictionis.*

18 *Obligatio nec ciuilis, nec naturalis oritur ex contractu, qui peccat in forma.*

19 *Annullatio poenitentialis contractus excludit naturalem obligationem, nec accessorie obligatio ligat.*

20 *Culpa partis in quaq; dispositione dicitur excepta*

21 *Omissa in stipulatione habentur funditus pro omissis.*

22 *Euictio culposa non debetur quando non fuit expresse, & indiuidue promissa.*

23 *Euictionis promissio reciproca intelligitur secundum naturam contractus.*

24 *Pupillus habet actionem contra tutorem obtinentem Decretum obreptitium a Iudice pro alienandis stabilibus ipsius pupilli.*

25 *Curator alienans bona minoris nulliter, ac sine debitis solemnitatibus, si ipse curator obligauit bona, & sequatur euictio, emptori competit hypothecaria in bonis Curatoris.*

26 *Procurator promittens de euictione ex persona propria fidem suam assignando, seu eius bona obligando ipsemet tenetur ad indemnitatem non alius & hoc procedit etiam in tutore.*

27 *Tutor, quo ad bona pupilli habetur pro vero Domino, quando recte administrat, ac vtiliagerit, secus si pupillum spoliet, vel damnificet.*

28 *Stipulator indemnitatis cum possit aliunde sibi prouidere, non debet agere contra promissorem.*

29 *Sententia lata contra auctorem mediatum, nocet successoribus singularibus ementibus, dum iudicium esset motum, etiam illis non citatis.*

30 *Sententia lata contra auctorem, nocet singularib. successoribus ementibus post Iudicium motum, quando habuerunt certam, plenam, ac expressã, scientiam iudicij moti.*

31 *Licentia continens expressum, & verum errorem est nulla omnino.*

32 *Licentia dicitur nulla, quando error patet oculis corporeis, secus quando reducitur ad mentem, et intellectum ad erroneam intelligentiam; quis tunc agitur de errore subandito, vel interpretatiuo, non de vero, & expresso.*

33 *Error dicitur patens oculis quando oculis legentis intellectus, ac cognitio legis adiungitur.*

34 *Sententia lata contra Ius notorium partis, dicitur notorie iniusta, licet error non sit expressus in sententia.*

35 *Sententia dicitur continere expressum Iuris errorem, quando est lata contra regulas Iuris.*

35 *Sententia est nulla quando lata est vigore licentiae, quae non admittit narrata in sententia.*

37 *Sententia retractatur quando titulus ad non titulum & causa ad non causam reducitur, licet in iudicatum transiuerit.*

38 *Senatus veritate inspecta secundum conscientiã debet iudicare de nouo, subtilitate reiecta.*

39 *Sententia est retractanda, quando causa deuenit ad non causam, & maxime quando subest aequitas.*

40 *Sentẽtia, ad hoc vt retractari possit sufficit, quod nullitas seu iniustitia detegatur ex Iuris allegationibus.*

41 *Sententia manifeste iniusta nunquam transit in iudicatum nec afficit.*

42 *Sententia nulla non dicitur sententia, nec potest exequi, nec confirmari.*

43 *Nullitas apparens, & euidens, perpetuo potest opponi nulla obstante praescriptione.*

44 *Actor, siue reus, qui patitur disputare de iniustitia & virtute, seu viribus alicuius sententiae, quae transiuit in iudicatum, non potest deinde opponere de re iudicata, sed Iudex debet plene cognoscere, & si est iniusta illam retractare quod procedit, siue tacite, siue expresse actor, siue reus passus fuerit disputare.*

45 *Iudex debet iudicare de ea re, de qua cognouit.*

46 *Sententia contra sententiã admittitur tunc, quã do prima fuit condemnatoria, & secunda absolutoria.*
47 *Sentẽtia cõtra sententiã lata, nõ valet, nec tenet.*
48 *Sententia secunda potest valide proferri contra primam quando prima est nulla, seu manifeste iniqua.*
49 *Sententia lata contra aliquem, qui non opposuit exceptionem repellentem aduersariũ, non tenet.*
50 *Sententia lata super cõtractu simulato vel ex partium collusione facto, potest rescriptum impetrari, & annullari sentẽtiam transitã in iudicatũ.*

ARGVMENTVM.

An euictio culposa, & dolosa veniat ex natura contractus diuisionis & vtilis prægnãtibus dicatur promissa, & quid in tutore.
An sentẽtia nulla notorie retractari possit a iudice, coram quo de illius virtute, & validitate disputatur, & controuertitur, & si pars hoc passa fuerit, an possit opponere de re iudicata, & in iudicatum transacta.

CONSILIVM. CLII.

Actiones mea à Domino.



FVIT facta reunciatio dimidiæ Curiæ Lebiolæ, & Sustinenti per Dominam Paulam pupillam Bonacursiam, seu mauis per illius tutorem ad commodum D. Iacobi de Sancto Marco; Quæ renunciatio vti insolemnis, & dolosa, ac falsis de causis, e manibus pupillæ extorta, fuit per Illustriss. Senatum irritata, ac pro nulla declarata, & ipsius pupillæ hæredibus restituta.

Quæ Curia cũ post renunciationem illã remãsisset cõmunis pro indiuiso dicto de Sãcto Marco, & D. Iacobo Guarisco, vti in solidũ de ipsa Curia a Venerabili Preposiura inuestitis conuenerunt illã diuidere, pro vt ex post Guarisco prædefuncto fuit, præhabita licentia Domini directi, & habilitatione, seu Decreto Principis, diuisa inter ipsum de Sãcto Marco, & Iacobum Guariscum iuniorem pupillũ medio, ac ministeri o eius tutoris.

In quo quidem diuisionis instrumẽto dicti de Sãcto Marco, & Ianinus tutor Guarischi reciproce promiserunt, & se obligarunt, nẽpe ille de Sancto Marco pro omnibus contẽtis, gestis, & cõclusis in illomet cõtractu diuisionis, Ianinus aũt tutor, & vti tutor Guarischi eius neporis respectu eorum omniũ, & singulorũ, quę fieri, & concludi potuerunt, ac possunt in præsenti contractu, vigore Decreti, & habilitationis: respectu vero aliorum non contentorũ in Decreto, &c. pet se, & hæredes suos, & ipse Ianinus ex persona propria se, & bona sua obligando, &c. obligando sibi ipsis ad inuicẽ, &c. omnia contenta, &c. rata grata, &c.

Insuper adest pactũ in ipsamet diuisione, ita cantans; & casu quo sibi ipsis aut eorum hæredibus euincęretur portio aliqua bonorum, vt supra diuisorum, & obuentorum vna pars teneatur, & ita promisit, altera e contra indẽnẽ, eiusq; hæredes, & bona indemnes, & indẽnia conseruare pro dimidia damni, quod oriri possit, & causari occasione euictionis prædictæ.

Euenit, quod portio, seu dimidietas Curiæ obuenta Domino de Sancto Marco, (post diuisionẽ prædictã) fuit illi euicta per sententiã Senatoriã declarantẽ, nullã fuisse, & esse dictam renũciationẽ, vti factã sine solẽnitatibus requisitis, ac alijs de causis ex processu resultatibus.

Quæritur modo, An Domini Fratres, de S. Marco nepores, & hæredes dicti D. Iacobi de Sancto Marco eorum aui paterni, possint agere pro euictione prædicta ad indemnitatẽ conuentam in diuisione, vt supra, aduersus Guariscũ, seu eius bona, & seu cõtra tertios possessores dictorũ bonorũ, & consequẽter molestare D. Cersarios emptores dictorũ bonorũ a quodã Benoldo, q. prius illa acquisiuerat a Guarisc.

Et videtur quod sic. Quia Curia illa primordialiter erat cõmunis pro indiuiso inter Sctũ Marcũ, & Guariscũ, quæ fuit ex post inter eos diuisa, & ex natura diuisionis rei cõmunis, etiam sine expressa promissione periculum euictionis † debetur, l. si cum venditore, §. si. ff. cuius 1
cti. Mazzol. cons. 75. nu. 5. Et quidẽ iure actionis, cum diuisio non testatoris iudicio, sed partium consuentione fuerit secuta, Bart. in l. cum patre, §. euictis, ff. leg. 2. Surd. cons. 311. nu. 26
2 Quæ euictio † ex contractu diuisionis debita regularur eo modo, quo regulari solet euictio promissa, vel debita ex alijs cõtractibus, Ias. in §. quædã, Inst. actio. Papon. Arest. 3. tit. 4. li, 11

Et si hoc euenit ex tacita promissione causata a natura cõtractus, multo fortius si explicite & indefinite fuerit promissa euictio nã ad hoc vt expressio aliquid operetur, dẽt intelligi promissa ẽt in casibus, in quib. regulariter de iure
3 cõmuni non deberetur, & plura † veniũt ex pacto, quę non veniũt ex natura contractus, late Surd. cõs. 34. n. 24. cũ plur. seqq. Quo fit, vt dicatur ẽt promissa in casibus, in quibus sequa-
4 tur euictio † ex natura rei, ad tradita per Magõ. dec. Flor. 62. nu. 10. dicẽs, ob diuisionis cõtractum promissionem euictionis non deberi, si sequatur euictio ex rei natura, nisi sit expressè in eũ casum stipulata, & tradit Becc. cõs. 24. nu. 31. 32. Felicius de Societ. c. 40. nu. 36. Sicu
5 ti regulariter non dẽt exequi euictionis † promissio, si fuerit secuta culpa partis, vel emptoris, nisi

ris,nisi fuerit ēt in illū casum promissa, Alex. cōſ.67.in fi.in 2.nu.19.Surd.conſ.441.nu.39 Cacher.conſ.18.nu.65.Turett.conſ.69.nu.9.
6 in 3. Et ita vt dixi,ad hoc,vt pactum † expreſſum aliquid operetur,dicendū eſt,talē promiſſionē comprehendere ēt casus, in quibus de iure communi non releuaretur, Surd.d. conſ. 34. nu.24.& ſeqq.& declarat Rim.conſ.274. nu.
7 5.& 6.Nec ambigitur tunc dici rem † euictā, quando per ſententiam amittitur, vel abducitur,Surd.deciſ.Mant.165.num.7.

Contrarium tamē verius eſt,maximè in caſu iſto,in quo euictio partis Curiæ fuit euicta e manibus Sancti Marci,ob culpam,factum,& dolum Iacobi de Sācto Marco,authoris D. de S.Marco modernorū,qui colludendo cū tutore puellæ malis,ac dolosis artibus illā ſeducendo,Curię partem extorſit,ſpoliando pupillam bonis proprijs,vt plene cōſtat ex conſ.meo 58 & ex ſnia Senatoria inde ſequuta ſub die 22. Martij anni 1603.in actis Bignami,declarante,Renūtiam illam fuiſſe,& eſſe nullam,vti factam a minore ſine debitis ſolemnitatibus, alijsq; ex cauſis ex actis reſultantibus, cuius cōtractus nulli,& ſniæ prædictæ euictio fuit ſequuta:& clariſſimū eſt in iure,promiſſionē euictionis † non habere locū, qñ euictio ſequitur ex culpa,vel facto ipſius euicti,l.fundum.in fi.
8 l.hoc iure,ff.euictio.l.ſi rem quam,§.ſi duplæ. l.ſi mancipiū,ff.eo.Crau.conſ.716.nu.17.late Surd.dec.22.col.1.& cōſ.15.n.24.vbi in propoſito dicit,idem eſſe,quod res euincatur culpa emptoris,vel ſui authoris,idē ꝓbat Peregr.
9 conſ.66.nu.7.in 3.dicens, ceſſare actionem † de euictione,qñ res euincitur ex facto poſſeſſoris,vel auctoris ſui,& nu.11.Maraſc.li.2.reſol. 19.nu.36.& ſeq.Seſſe deciſ.14.nu.15.dicens, hoc eſſe iniquum,& diabolicum. Pedro. conſ. 13.nu.26.Rim.iun.cōſ.1.n.44.&ſeq. vbi ſub
10 dit,non dari regreſſum cōtra vēditorē re † euicta facto emptoris,qui debito tempore inueſtiturā non accepit,Becc.conſ.24.n.31.Rol.cōſ. 51.nu.14.in 4.Roſent.de feud.c.8.concl. 31.
11 nu.5.Hinc dicitur,quod damnum † culpa ſocij non compenſatur cū lucro ab eo ſocietati acquiſito ſed illi met dēr imputari. Rom.conſ. 414.n.7.8.Natt.conſ.260.col. 1.Mant.de tacit.conu.li.6.tit.21.n.5.& nu. 14.Nā illicitus
12 † emptor non agit de euictione ſibi promiſſa, latè Tiraq.de retra.lign.g.in fi.n 46. ſequitur Paſet.conſ.3.nu.4.ēt ſi illā fuerit nuncupatim ſtipulatus Cyn.in l.ſi fundū.C.euict. Vaeſem. conſ.199.n.43.& latius conſ.194.nu.108.Et
13 ad illa,quæ culpa ſtipulatoris † cōmittūtur,nō tenetur indemnitatis promiſſor.Alc.cōſ. 114.
14 nu.3.in 3.Surd.conſ.64.nu.9.Par(inquam) † eſt promittere indemnitatē,& promittere de euict.Borgn.dec.9.n.10.in 1.Soc.iun.conſ. 94 nu.17.in 3.Nec tōnis eſt, vt illi ſubueniatur, qui culpa conuincitur,Crau.conſ.716.n. 17. ꝑ l.ſi iō,l.ſi dictū,§.ſi cōpromiſero,l. Herenius in fin.ff.euict. & dixit Garzoni. de laud. meri Iut.par.2.gl.4.nu.2.poſt Ang. & alios, quod qñ quis eſt ſibi ipſi cā priuationis,nō vtitur iu
15 re † retinendi,quia mera voluntas mera culpa. Aldoui.conſ.74.n. 10.Reſciſſo ergo cōtra
16 ctu prędicto ex dolo,& culpa † S.Marci aduerſarij,non potuit,nec illius hęredes poſsūt agere de euictione,Paponi.areſ.5.tit.4.lib.11.Et
17 qñ principalis contractus † nō tenet,quia dolo,ita nec euictionis promiſſio,vt poſt Aſſli. & alios tradit Gramat.dec. 102. nu. 105. & ſeq. plene Magon.deciſ.Flor.137.col.1.& ſeq. Cōtractus (inquā) ille originalis renuntiæ factæ per puellā de ſua parte Curiæ fuit inſolēnis,& doloſus,& factus lege reſiſtente,& ēt cōtra ius municipale expreſſe reſiſtēs,vt pulchre declarat Surd.conſ.115.nu.27.vſq; ad fi.Lāberteg. de cōtractib.mulier.mino.gl.1.n.121.cū plur. ſeqq.adeo quod nec ciuilis,nec naturalis obli
18 gario † ex illo vnquā oriri potuit,cū actus peccet in forma,vt dixi conſ.58.n.22.& per totū.
19 Et qñ annullatio † principalis cōtractus excludit ēt naturalē obligationem,dubio procul nec ligat obligatio acceſſoria, Bar.in l. cū lex. nu.3.vſq; 8.ff.fideiuſ. vbi loquitur in terminis cōtractus bonorū minoris annullari, quē in pū cto euictionis,ſeu indēnitatis promiſſæ refert, & ſequitur Fab.de Mont.de empt.q.6.n.53.& 55. Et vere ſi rectè conuentionē prædictā cōſideremus,quæ eſt promiſſio ſimplex,non eſt veriſimile,vt Guariſcus,vel eius tutor tutorio nomine euictionē culpoſam incluſerit in illa promiſſione,quia in quacūq; diſpoſitione ſemper
20 intelligitur excepta culpa † partis,l.ſi merces, §.culpa,ff.loca.late Surd.conſ.64.nu.8.& ſeq. vbi poſt Soc.ſubdit,quod promiſſio indemnitatis a quacunq; lite mouēda , non extenditur ad litem mouēdam culpa partis, & ibidē Sur. hanc concluſionem pluribus exornat.

Addatur,promiſſionem indēnitatis ſemper fore interpretandam contra ſtipulantem,ſtri
21 ctiq; iuris eſſe,taliter quod omnia omiſſa † in illa habentur funditus pro omiſſis,idē Surd. conſ.150.num.69.& 70.vbi alios adducit.

Contraria non obſtant: Nā admittimus ex pacto cōuēto poſſe agi de euictione cōtra promiſſorem,dū tñ euictio non cauſetur facto, vel culpa partis,vel ex natura bonorū, maxime ſi explicite verbis expreſſis nō fuerit facta ꝓmiſſio in caſū euictionis ſequēdæ ex natura bonorum,vel ex culpa partis ſtipulantis , vt optimè declarār adducti in obiecto,qui dicūt his in ca
22 ſibus requiri indiuiduā,† & expreſſam promiſſionem,quæ tamē in caſu iſto omnino deſideratur, & ita etiam declarat Surd.dec.243.nu. 4.& Rim.

4.& Rim.cõſ.274.in oppoſitum adductus, idẽ
Surd.conſ.67.num.53.& conſ.70.nu.17.Ma-
ſcar.lib. 2. Reſolut.19.num.39.

Vltra prędicta non ab re viſum eſt, animad
uertere, D.Ianinũ tutorem in celebratione prę
fatę diuiſionis ſe geſſiſſe tutoris nomine reſpe
ctu contẽtorum in Decreto, habilitatione, vel
licentia diuidendi; Reſpũ vero non contẽtorũ
in Decreto obligaſſe ſe, hæredes, ac bona ſua
ex perſona propria circũſcripto munere tuto-
ris, vt ex Inſtrumento diuiſionis videre eſt. At
in Decreto non datur licentia promittendi cõ
ſeruationẽ indemnitatis in caſum culpoſæ, vel
doloſæ euictionis ex facto aduerſarij ſtipulãtis
ſed bene datur licentia faciendi, & exequendi
diuiſionẽ iam ordinatã a Guariſco ſeniore præ
defuncto, & patre Guariſci pupilli. Et licet ex
23 diuiſione reſultet reciproca promiſſio † indẽni
tatis in caſum euictionis, attñ huiuſmodi pro-
miſſio intelligitur ſecũdum naturã contractus
diuiſionis, Surd.conſ.150.n.65. Sed de natura
diuiſionis non eſt, vt in tali ſimplici promiſſio-
ne comprehendatur euictio cauſanda ex natu
ra rei, culpa, vel facto partis, aut ex præordina-
tione authoris, vt ſupra ſatis abunde probaui-
mus. Quo circa fatẽdũ eſt, quod aut Dñi de Sã
cto Marco non merentur audiri penitus; Aut
ſaltem omiſſa vexatione poſſidẽtiũ terras Gua
riſci, debeãt ſolũmodo agere aduerſus Ianinũ
tutorem, vel eius hæredes, ac bona, vigore obli
gationis factæ ex perſona propria reſpectu cõ-
tentorũ in inſtrumento nõ enuntiatorũ in De-
24 creto: nam in ſimili videmus, pupillum † habe
re actionem tantum contra tutorẽ obtinentẽ a
Iudice Decretum obreptitiũ pro alienãdis ſta-
bilibus ipſius pupilli, tex.in l.magis puto.§.ma
net.ff.reb.eorum, quẽ ad hoc adducit Menoc.
conſ.387.nu.2. Ita ẽt videmus, quod qñ cura-
25 tor prædium † minoris nulliter, ac ſine debitis
ſolemnitatibus diſtraxit, ſi ipſe curator bona
propria obligauit, prædiũq; euincatur, illi em-
ptori competit hypothecaria in bonis Curato
ris, l.& ſi is, C.præd.min.& late aduertit Crau.
de indemn.mulier.n.19.vſq; 22.& proprius in
terminis adducitur tex.in l.procurator, qui ꝑ
26 euictione, ff.proc. vbi procurator † promittens
de euictione ex perſona propria fidẽ ſuã aſtrin
gendo, ſeu eius bona obligando, ipſemet tene-
tur ad indemnitatem, non alius, & ita illũ tex-
tũ in tutore ẽt procedere, qui bona ſua obliga-
uit, firmat Viu.dec.24.n.3.Cab.milliloq.235.
27 Confirmatur concluſio, quia tutor † quoad bo
na pupilli non habetur pro vero domino, niſi
qñ recte adminiſtrat, ac vtiliagerit, ſecus ſi pu
pillum ſpoliat, vel dãnificat, l.qui fundum, §. ſi
tutor, ff.pro emp.l.ab agnato.l.fi.C.cur. furioſ.
Monta.de rut.c.31.nu.5.& nu.21. Debent igi
tur Dñi de Sãcto Marco relinquere in pace poſ
ſeſſores bonorum Guariſci, (qui vr̃ indemnita
tem pręnarratam promiſiſſe) conueniẽdo tuto-
28 rem vel illius bona, quia qñ ſtipulator † indem
nitatis poteſt ſibi aliunde prouidere, nõ debet
agere contra promiſſorem, Alex.conſ.114.n.2
in 3.Purp.conſ.447.nu.18.Benint.dec.81.n.
14.idem probauit Ruin.conſ.187.n.4.in 1.di
cens, huiuſmodi promiſſionem reſtringi ad ca-
ſum, qñ damnum abſq; aliquo alio modo vita-
ri nequit, ſubdẽs, incumbere hoc in caſu ſtipu-
lanti onus ꝓbandi, dãnũ aliter euitari nõ poſſe.

Nec prędictis vim facit ſñia alias lata ſub die
22.Auguſti 1584. ꝑ tũc quon. D. Cõmiſſariũ
Præpoſituræ in iudicio ſecundi decreti bonorũ
quon. Dñi Iacobi Guariſci, in cuius ſñiæ capi-
te ſecundo (reſeruatis prius iuribus) Dominis
Fratribus de Bonacurſijs litigãtibus aduerſus
Dños Fratres de S.Marco, ſuper prædicta par-
te Curiæ renũtiatæ vt ſupra, (& nulliter a puel
la ex poſt matre ipſorũ de Bonacurſijs) Dño Ia
cobo de Sãcto Marco auo paterno dictorũ fra-
trũ prenominatorũ de Sãcto Marco, fuit dictũ.

Quod in eodẽ capite, & loco, in euentũ, quod
Bonacurſij euincerent, vel etiam aliæ perſonæ
euincerent dictam partem Curię renuntiatę il
lis de Sancto Marco in diuiſione obuẽta facta
ſub die 14.Martij 1551. ſint reſeruata iura di-
ctis de Sancto Marco conſequendi dimidium
damni, quod paterentur ob huiuſmodi euictio
nem, ex nũc, prout ex tunc illos prætulit pro
dictis damnis, & expẽſis pro dimidio in ſupra-
dicta lite de Bonacurſijs hucuſq; factis.

29 Quæ quidem ſententia lata † contra Dñum
Guariſcum authorẽ mediatũ Dñorum de Ce-
reſarijs nocet prima facie præfatis Dñis Cere-
ſarijs ſucceſſoribus eius ſingularibus ẽt tunc tẽ
poris non citatis, qui Curiam ab illo poſſeſsam
acquiſiuerunt poſt iudicium motum per Bona
curſios Dñis de Sancto Marco habentibus re-
greſſum pro eorũ indemnitate contra bona di
cti Guariſci, vt in ſententia ad late tradita per
Surd.conſ.189.n 8.& nu.46.& dec.256.nu. 2

Reſpondetur enim, non conſtare, quod Dñi
Cereſarij habuerint certam, plenam, ac expli-
citam ſcientiam Iudicij moti per Bonacurſios
aduerſus de Sancto Marco habentes pactũ in-
30 demnitatis, quod eſt neceſſe ad hoc, vt ſñia † cõ
tra authorẽ noceat ſingulari ſucceſſori, vt ple-
ne colligitur ex deductis per eundem Surd. d.
conſ.189.nu.46.vſq; 53.omnino videñ.Crau.
conſ.845.nu.2.Houded.conſ.28.nu.28. in 1.

Reſpondetur ſecundo, ſentẽtiam illam fuiſ-
ſe, & eſſe apertiſſime vitioſam, vti continentem
expreſſum iuris errorem, vt patet ex præallega
tis; Dicitur (inquam) in ſentẽtia, Bonacurſios
mouiſſe litem fratribus de Sancto Marco, quæ
fuit lis continens iudicium nullitatis cõtractus
doloſi cum pupilla geſti, & poſtea vti talis de-
clarati

clarati ex altera nouissima sententia in calce dicti Iudicij subsecuta; Vnde cum sententia illa prima reseruauerit, imò tribuerit ius consequendi indemnitatem dictis de Sancto Marco, dato casu euictionis sequendæ ob litem motam per Bonacursios, & consequenter habendi indemnitatem ob euictionem eorum proprio dolo, & culpa subsequutam, dubio procul dicitur cótinere expressum iuris errorem, cum Ius omnino deneget euictionis damnū resarciri ei, qui eius culpa, vel dolo euictionem sibi causauit, vt abundanter supra deductū fuit, non repeto.

31 Sententia († inquam) continens expressum errorem iuris, omnino nulla est, l.2.C. quand. prou. non est necess. c.1. extra re iudic. etiam si in ea fuerit adiecta aliqua causa vera, Marsil. de Bannit. in vers. Sententia, §.6. num.17. facit tex. in l. si expressim, ff. de appellatio, Bald. consil. 274. in 3.

Et licet necesse sit, vt t lis error oculis corporeis legatur ad hoc, vt nulla dicatur senten-

32 tia † per expressum errorem, cum non sufficiat, vt ex mente, vel intellectu possit reduci ad erroneam intelligentiam, vel sensum, quia tunc ageretur de errore subaudito, vel interpretatiuo, non de vero, & expresso, vt per Innoc. c. P. & G. nu.3. de offi. deleg. Ias. in l.1. num.10. C. error. calcul. Natt. cons. 524. num.18. diffuse. Surd. cons. 223. num.17. vsq; 26.

Attamē in præsenti casu aperte constat de er rore notorio, & expresso oculis corporeis, patente ex facie, & lectura ipsius sententiæ, cum talis error ex alio, quam ex verbis solius sententię probari nequeat: Si enim fuit dictum in sententia, fratribus de Sancto Marco ius competere ad indemnitatem pro euictione sequēda ob litem motam contra illos per Bonacursios, qui contractum nullum vti dolosum, ac insolenmē extortum a pupilla in Iudicio illo petierant. Satis concludenter fuit dictum, illos fore conseruandos a damno ex facto, & euictione occurrē da eorum dolo, & culpa, quod tamē est contra

33 ius, vt supra dictū est. Et ita dicitur error † patens oculis corporeis, quando oculis legentis, intellectus, ac cognitio legis adiungitur, vt docte, ac singulariter pluribus fundamentis, exéplis, ac doctrinis in puncto docet Crau. omnino vidēdus, quia vt dixi singulariter, & omnibus alijs melius loquitur, cons. 680. num.25. Hinc dixit Surd. cons. 324. nu.5. quod senten

34 tia † lata contra notorium ius partis dicitur notorie iniusta, licet error nō sit expresus in sen-

35 tentia. Alibi dicitur, tunc sententiam † dici cōtinere expressum iuris errorem, quando est lata contra regulas iuris, Dec. cons. 8. col.1. Bec. cons. 135. num.21.

Addatur, quod ipsa sententia habet relationem ad licentiam datam a Reuerendiss. Prępo sito de diuidendo Curiā, cū pactis, & clausulis opportunis. Et tñ supra probauimus, pactū indemnitatis nō extendi ad culposam euictionē, nisi explicitè per extēsum talis obligatio legatur, quę tñ hic nō legitur. Quinimo nec tale pactū potuisset sustineri in damnū pupilli, vti impertinens, ac perniciosū pupillo. Si ergo licētia

36 hoc nō admittit vtiq; sñia † illa est nulla, idem Surd. cons. 223. nu.4. & 18. vbi alios adducit.

Respondetur etiam, semper retractari senrē

37 tiā, † qñ titulus ad non titulū, & cā ad nō causam reducitur, licet in iudicatum transiuerit, l. in commodato. §. fi. ff. cōmod. l. si fullo. ff. cond. sin. caus. cū concordantibus per Surd. cōs. 268. nu.14. & nu.26. vers. His ergo decis. Māt. 289. nu.18. Modo contractus renunciationis factæ per puellā ad cōmodū fratrū de Sancto Marco fuit pro nullo, & inualido pnūciatus, & ex cōtractu nullo nō debetur euictio, maxime si prouenit ex facto, culpa, vel dolo eius, q sibi prouidit de euictione, cū in illū casū indēnitatē spēliter sibi nō fuerit stipulatus, vt satis sup. dix.

Addatur, causā agi corā Senatu, Principis personā sustinente, quo in casu ēt si per pactū expressum esset præclusa via opponēdi contra tam magnam, tanquè apertā iniquitatē sñiæ,

38 Senatus † ipse tali iniqtati ressistere, ac occurrere dēt, & veritate inspecta secundum cōscientiā iudicare de nouo, subtilitate reiecta, vt i ter minis post Ane. Bat. Gui. Pa. & alios exclamat seruādū fore Cra. vidēdus oīno cōs. 680. n. 12.

Et iō dixit Surd. d. dec. 289. n.18. post mul-

39 tos ab eo citatos, sñiam † fore semper retractādam, qñ cā deuenit ad non cām, vt quia venditio fuit detecta nulla, maxime qñ subest æquitas, ne quis cum aliena iactura locupletetur.

40 Et sufficit in proposito constare ex iuris † allegationib. vt ex illis detegatur iniustitia sñiæ ad probandū illius nullitatē, & retractationē Bald. & alij quos sequitur Gab. cōs. 43. n. 44. & 47. in 1. Honded. cons. 79. num. 42. in 2.

41 Porro non vr omittendum, sñiam † manifeste iniustā nunquā in iudicatum transire, & nō afficere, Surd. cons. 61. n.50. & dec. 160. n. 30. late Cont. in l. vni. C. si de mom. poss. lim. 9. n. 41. cū plurib. seqq. & illius nullitatē semp posse opponi, Surd. cons. 354. n.14. Merito dr, sñiā

42 † nullā non dici sñiam, nec posse exequi, dein Surd. cōs. 360. n.41. nec posse cōfirmari, Gail. lib.1. obser. 127. n.3. vbi Greu. in add. n.8. latè & optime Cab. mill. 715. Ceph. cōs. 442. n.45. & seq. Et qñ agitur de nullitate sñiæ apparēte, seu euidente (vt in casu isto iuxta pr allegata)

43 perpetuo potest opponi nullitas, † nulla obstā te præscriptione, cū nūquā transeat in iudicatū, nec aliquo tēporis cursu possit confirmari, Bald. de præsc. p.4 pa. quartæ principalis, q.3 1 nu.4. & 5. vbi alios adducit, &c.

Tandem pro totali victoria Dominorū de Ceresarijs, aduertendum est, iam fuisse disceptatum coram Senatu de subsistētia, & viribus præfatę sententiæ sic vt supra promulgatę per Dominum Commissarium, scientibus, ac patientibus Dominis de Sancto Marco, adeo quod in præsentiarum intempestiua esset exceptio rei iudicatę; Quia quando quis obtinuit sententiam transitam in iudica-
44 tum, & ex post patitur † de illius iniustitia, & virtute, seu viribus controuerti, ac disputari, non potest deinde opponere de re iudicata, sed Iudex debet plene cognoscere, ac illam retractare, si sit iniusta, ita Innoc. in c. Cum dilecta. de Rescrip. quem comprobando sequitur Aret. cons. 73. nu. 4. alios adducit Io. de Amic. cons. 26. num. 3. & sequ. & consilio 33. num. 35. & post plurimos idem firmat Sur. cons. 160. nu. 51. vbi post Corne. & alios extendit conclusionem procedere, siue expresse, siue tacite pars passa fuerit fieri huiusmodi cognitionem, subdens hanc esse rationem: Quia Iu-
45 dex † debet iudicare de ea re, de qua cognouit, iuxta tex. in l. de qua re. ff. de re iudi. idem probauit Peregr. cons. 17. num. 13. in tertio, & ita per audientiam Regiam fuisse iudicatum testatur Viui. decis. 52. num. 3. dicens, quod vbicunq; de partium consensu, medio compromissi, vel pacti, vel conuentionis, seu quouis alio modo de iustitia, vel iniustitia sententiæ, quæ transiuit in iudicatum cognoscitur tunc potest contra illam pronuntiari per aliam sententiam, imo dicit Zuccard. cons. 46. num. 4.
46 tunc admitti sententiam † contra sententiam, quando prima fuit condemnatoria, & secunda absolutoria, & testatur de receptiori sententia.

Confirmatur conclusio, Nam licèt videa-
47 mus, quod sententia † contra sententiam lata nō valet, nec tenet, c. Bonæ. il primo de elect. Vanti. de Nullit. tit. de nullit. ex deffec. process. num. 125. Natt. cons. 524. num. 4. Ruin. consil. 62. nu. 11. & cons. 124. num. 5. in 5.

Nihilominus, si illa prima sententia est nulla, seu manifeste iniqua, potest valide proferri
48 secunda sententia † cōtra primam, vt post Archid. Bald. Felin. Vant. & alios tradit late Surdus cons. 160. num. 49. & seq. At de nullitate, & aperta iniquitate talis sententiæ constat abunde ex prænarratis.

Quinimo nec videtur in proposito omittendum, quod si aliquis passus fuerit, se vinci
49 per sententiam, † & non opposuerit exceptionem repellentem aduersarium, vt puta, quod contractus fuit vsurarius, vel aliter non tenuit, quia aderat prohibitio alienandi, vtique illa sententia non tenet, textus est in ratione sui, in l. si Sponsus, §. si Vxor. il secundo C. donat. inter Vir. & Vxor. quem perpendit Bald. in l. cū allegas, num. 11. C. vsur. Cotta. in memoriali sententia, quæ lata est, Roman. sing. 312. Tu scis, quod donatio, vbi extendit illum textum ad omnem sententiam latam pro eo, cui donari aduersarius prohibetur, sequitur Tiraqu. de retract. conuent. § 1. glos. 2. nu. 34. Ioan. de Ar non. in Soliloq. 74. Caballi. millil. 745. dicens
50 per illum textum, quod si sententia † est lata super contractu simulato, vel ex partium collusione facto, potest rescriptum impetrari, & annullari sententia transita in iudicatum.

Et ita satis vndique patet; quantum sit floccipendenda præfata illa sententia nullo pacto toleranda, &c.

Laus Deo,

Carolus Bardelonus I.V. D.

SVMMARIVM.

1 Nullitas ex defectu iurisdictionis potest semper allegari, etiam post tres conformes.

2 Potest semper allegari etiam notoria resultans ex actis maxime excipiendo.

3 Iudex Episcopatus non potest cognoscere causam aduersus laicum nullum negotium habentem cū episcopatu, maxime vbi agitur de commodo bursali ipsius episcopatus.

4 Iudex ex officio tenetur repellere agentem sine actione, etiam parte non opponente, alias facit litem suam, & tenetur parti ad interesse.

5 Exceptio qua demonstratur actionem non competere ipso iure expellit actorem & impedit litis contestationem.

6 Actoris intentio debet fundari in iure proprio nō in exclusione iuris rei.

7 Ius metitur ex persona actoris non rei, quo non probante reus absoluitur, licet nihil præstiterit.

8 Ius possessoris non curatur si non constat de iure petitoris.

9 Reus sponte pati non potest vt carens actione contra illum agat.

10 Sententia nulla non debet exequi, licet de partiū consensu fuerit confirmata.

11 Oblatio vt valeat debet fieri coram Iudice non in actis coram Notario.

12 Nullitas sententiæ non potest sustineri ex nouiter deductis.

13 Nullitates multa nequeunt suppleri in confirmatione sententiæ.

14 Nullitate vnica proposita coram secundo Iudice debet super ea particularia pronuntiari, alias dicitur facta iniustitia proponenti.

15 Nullitas respiciens solam sententiam potest reformari.

16 Respiciens vero processum nullo pacto potest confirmari.

17 Nullitas

17 *Nullitas sententia potest cognosci,licet fuerit cõfirmata,quando a cõfirmatione fuit reclamatũ.*
18 *Sententia nulla non est sententia, nec transit in iudicatum.*
19 *Est nulla nedum parte non citata, sed etiam citata,& promulgata ante relationem nuntij.*
20 *Est etiam nulla lata pendente termino ad opponendum, & non dato termino petito ad probandum, ac ad iura, & probationes aduersarij oppugnandum.*

ARGVMENTVM.

Nullitas ex defectu iurisdictionis, & etiam notoria resultans ex actis potest semper allegari,etiam aduersus tres conformes ad impediendam illarum executionem.

CONSILIVM. CLIII.

Actiones mea à Domino,



COMMISSIO per vim emanata aduersus Dominum Lupũ nullo pacto est exequenda, quidquid ex aduerso prætendatur sub clypeo trium conformium obtentarum aduersus præfatum Dominũ Lupum,stante actorum , processus, & sententiarum nullitate. Nec potest in dubium reuo-
1 cari,quin † nullitas, & præcipue procedens ex defectu iurisdictionis,possit sẽpet allegari post tres conformes.Gloss.in Clemen. 1.de sequest. poss.D.Surd.cons.301.num.18.cum concordantibus per Becci.cons.40.num.7.sicuti etiam
2 † nullitas notoria, quæ constat euidenter ex actis,semper,& maxime excipiẽdo contra executionem trium conformium, potest allegari Rui.cons.131.num.13.in 4.Soci.iun.cons. 45. num.20.in 1.Rimin.iun. cons. 467. num. 12. Meno.cons.510.num.13. Magon. decis. Flor. 104.num.17.

Quæ nullitas ex defectũ iurisdictionis satis colligitur ex eo,quod fuit litigatum coram iudice venerabilis Episcopatus, non autem corã
3 ordinario,& tamen† iudex Episcopatus non potest cognoscere causam , in qua vltra exercitiũ iurisdictionis,agitur de ipsius Episcopatus cõmodo bursali aduersus laicum , nullum negotium habentem cum Episcopatu.late D. Surd. cons.286.

Nullitas euidens ex actis patet,quia Dominus Commissarius commisit grauamen pignoris contra D.Lupum ad instantiam DD. Clerici & Sorraneæ,qui tamen vnquam non ostenderunt, quo iure id peterent; & consequenter fuit commissum ad instantiam personarum actionem non habentium,saltem de quã constat
4 ret in actis, & tamen † iudex tenetur ex officio repellere actorem agentem sine actione, etiam parte non opponente, alias facit litem suam,& tenetur parti ad interesse.Meno. de arbitr.iud.q.16.Magon.decis.Luca.8. num. 17. & decis.17.num.18.non obstante aliqua pęna, vel iuramento.Roma.cons. 42. Milanens. dec. 2.num.137.in 2.Grass.de exceptio.cap.20.nu
5 mero 8.Hinc dicitur,quod † exceptio, per quã demonstratur, actionem non competere, ipso iure repellit actorem a limine iudicij, & impedit litis contestationem; quia dicitur exceptio litis finitæ.D.Surd.cons.214.num.10. & quãdo fertur sententia ex non deductis, est nulla. Cacher.decis.142.num.5. Nec dicitur sanata præfata nullitas ex oblationibus D.Lupi,stan-
6 te earum qualitate ; Imo † intentio actoris debet fundari in iure proprio , non in exclusione iuris rei sub quouis prætextu.Bal.in l. cum mulier.col. 10.vers. De tertio dubio.ff. solut.matr. Rui.cons.48.num.12.in 4.D.Surd.cons. 160.
7 num.64.quia † ius metitur ex actoris persona, non rei,nimirum si illo non probante reus absoluitur etiam qui nihil præstiterit.l. qui accusare. C.eden. D. Surd.d.cons.160.num.63.Be-
8 cius.cons.67.num.7.quia † nõ curatur ius possessoris,si non constat de iure petitoris,ideo inspiciendum est,an actor fundauerit suam intẽtionem,non autem,an & quid reus probauerit Dec.in d.l.qui accusate.num. 14.Idem D. Sur
9 dus cons.214.num.7.& seq. Imo fortius † nec potest reus sponte pati,vt carens actione agat contra illum,vt post Bar.notat Alex.cons. 136
10 num.9.in 2.Ita in simili dicitur † sententiam nullam non debere exequi,etiam si de partium consensu fuerit confirmata.Decia.cons.499.in fin. Addatur ex abundanti, ex tali oblatione non fuisse ius quęsitum agentibus absentibus, & præcipue cum fuerit facta,& pluries reiterata sine causa, cuius causę defectus non potest
11 dici suppletus ex calore iudicii, quia † dicta oblatio non fuit iudicialis,vtpotè quia facta in actis coram Notario non corani iudice. Marã. in prax.par.6.vers. confessio num. 30. Mascar. de probat.conclus.44.num.7.& 8.

Quibus sic stantibus, non potuit dicta nullitas sanari in iudicio secundæ instantię sub prętextu deductorum de nouo,vt dicitur in sentẽ-
12 tia admodum R.Domini Vicarij,quia † nullitas sententię non potest sustineri ex nouiter deductis Inno.in c. Prudentiam.num.6.de offic. deleg.Rota decis.221.num.5.par.2.in nouiss. & præcipue ſtante multiplicitate nullitatum,
13 quia † in confirmatione sententiæ multæ nullitates suppleri nequeunt.Achill. Grass. decis.
14 270.num.4. Quinimo si † vnica nullitas fuit specialiter opposita [vt in casu isto] coram secundo

cundo iudice debuit super eā pronuntiari particulariter, alioquin dicitur facta iniustitia parti nullitatem proponenti. Cæsar Graff. de-
15 cis. Rot. 37. num. 8. Addatur, quod † nullitas respiciens solam sententiam potest reformari:
16 At † nullitas respiciens processum (vt in casu isto) nullo pacto potest per iudicem appellationis confirmari, late Rolan. cons. 41. nu. 20. 39. 40. in 1. decis. Auenio. 68. num. 4. 5.

Nec dicatur, non licere amplius cognoscere de nullitate sententiæ, quando semel fuit confirmata, quia, vt dixi, hic etiam agitur de nul-
17 litate processus, vltra quod præfata † conclusio non procedit, quando a sententia confirmatoria fuit reclamatū, late Mandel. cons. 714

Et ita ex his patet, nequaquam posse dici
18 fuisse latas tres conformes, quia † sententia nulla non est sententia, nec transit in iudicatum, ac nomen sententiæ non meretur, iuribus notis, stante maxime nullitate etiam tertiæ sen-
19 tentiæ latę sine citatione, quia † nedum sententia est nulla; parte non citata, sed etiam citata, & promulgata ante relationem nuncij missi ad citandum. Neuiz. consil. 61. num. 26.
20 Lanfran. decis. 489. & † etiam lata pendente termino ad opponendum, & non assignato termino petito ad probandum incumbentiā, & ad iustificandum iura sua, & ad oppugnandū contra iura, & probationes aduersarij, vt in casu controuerso. Ita post Bellam. Cassado. Lap. & alios aduertit Menoch. cons. 345. numero 29. & 31.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Demens, insanus fatuus, mente captus, & furiosus cum careant iudicio, & intellectu quoad nullitatem per eos gestorum æquiparantur.*
2 *Vti a mente alieni non possunt testari.*
3 *Quod procedit etiamsi testamentum legatur rite, & solemniter conditum.*
4 *Et id tanto magis quando testamentum est indiscretum, & num. 18. 29.*
5 *Probatio coniecturalis, & per signa admittitur vbi agitur de dementia, stultitia, & furore.*
6 *Dementia filij probatur ex reputatione patris.*
7 *Probata dicitur, quando pater instituit filios inæqualiter ratione dementia vnius eorum.*
8 *Probatur etiam quando pater curauit filium inscribi in foro publico iustitia in matricula dementium.*
9 *Probatur pariter quando socer, & propria vxor habuerunt generum, & expresse maritum pro demente, & catena dignum.*
10 *Probatur etiam quando per viam, villam, & Ecclesias publice deridenda quis loquitur.*
11 *Probatur quando sine præcedenti causa, inconsulto, extra rem, & data opera in alterum lapides proijcit.*
12 *Demens dicitur expuens in faciem alterius sine causa, ioco, & data opera.*
13 *Dicitur etiam ille qui pudenda publice ostendit, & obscæna loquitur.*
14 *Dicitur qui factu, & inconsiderate extra rem loquitur.*
15 *Dicitur qui ægrotus spernit medicamenta, & opportuna remedia.*
16 *Dicitur etiam qui bona extra rem dissipat.*
17 *Fatuitatem arguit mixtura actorum, quæ a viro sana mentis fieri non solent.*
19 *Testamentum excludens descendētes & proprios fratres carnales, & extraneorum institutionem continens dicitur factum contra pietatem, & naturalem charitatem, & nu. 29.*
20 *Demens & omnino insanus dicitur, qui testamentum contra pietatem, & naturalem charitatem condit.*
21 *Notarij assertio non probat dementem fuisse sana mentis tempore conditi testamenti, maxime quādo fatuitas & dementia fuit probata & nu. 22.*
22 *Neganti testatorem tempore testamenti fuisse sana mentis incumbit onus probādi, declara vt numero 25.*
24 *Mens, & qualitas disponentis colligitur ex qualitate dispositionis.*
25 *Testatorem fuisse sana mentis tempore conditi testamenti allegans probare debet quando constat illum fuisse dementem.*
26 *Fuisse mente captum tempore conditi testamenti præsumitur quando apparet per tempora ante factionem testamenti talem fuisse.*
27 *Dementes regulariter per tempus successiuum aliquādo verba homini sana mētis conuenientia proferunt, & signa prudentia faciunt, & tamen in insania perdurant, & num. 31.*
28 *Actus licet sit rite gestus præsumitur ab insano factus quando non apparet illum habuisse dilucida interualla.*
30 *Matrimonium non potest contrahi nisi ab habente legitimum consensum.*
31 *Contractus matrimonij, non sufficit ad præsumptionem sana mentis quando constat de urgentiori præsumptione dementia.*
33 *Matrimonium contractum per fatuum indiscretum non tenet.*
34 *Testes singulares admittuntur ad probandum insaniam, seu dementiam in genere, licet secus in probatione certi actus particularis.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum ab eo, quem constat ex pluribus signis fuisse dementem, est omnino nullum, præcipue si sit indiscretum.

CONSILIVM. CLIIII.

Actiones meæ à Domino.

1 DEMENS, † insanus, fatuus, mentecaptus, & furiosus æqui parantur, quo ad nullitatem gestorum per eos, quia carent iudicio, & intellectu, vt late probat Boer.decis.23. nu. 42. & seq.Paris.cons.87.col.1.& sequ.& cons. 88. col.1.in 3.Ceph.alios congerens cons.753.nu me.8.Menoch.lib.6.præsumptio 45.nu. 17.&

2 præcipue † quo ad testamenti factionem, quia nemo illorũ potest valide testari. Omnes enim qui sunt alieni a mẽte, sunt intestabiles.§.preterea vbi Doct.Instit.quib.nõ est permiss. fac. testa.& multis comprobat Cur.iun.cons. 151. num.9. Corn.cons.216.col.1.in 3.& cons. 22. nu.5.6.7.15.in 4.Pari.d.cons.88.col.1.Ceph. d.cons.753.col.1. Pret. de interpr. vlr. volun. fol.83.num.10.11.Decian.in l. in negotijs.ff. regu.iur.

3 Hæcq; † procedũt etiamsi testamentum legatur rite, ac solemniter factum, cum id attribuatur casui, non ingenio.d.§.præterea. Dec. post alios in l.furiosum.num.14.C.qui testam. fac. poss.Pret.vbi supra,num.10.

4 Tanto † magis igitur, quando testamentum est indiscretum, vt in præsenti casu, vbi vxor, & alij extranei fuerunt præpositi nepotibus, & fratribus proprijs, vt optime declarat Affli&.decis.143.num.4. Pret.d.fol.83.num.10.Confert Corn.cons.73.nu.9.in 1.& infra dicetur.

Probatur autem dementia, stultitia, & furor ex signis exterioribus, cum sit difficilis probationis, non cadens sub sensibus hominum; est

5 enim quid inuisibile, merito † probatio coniecturalis, & per signa admittitur in præsenti materia. Meno.cons.82.u 211.& seq. Mascar.de probat.conclus.502.num.1.& seq. & conclus. 824.num 2.3.& seq.

At in præsenti facti specie multa signa dementiæ fuerunt probata concludenter, ex quibus, omni amaritudine semota, liquido patet de nullitate testamenti.

Primum signum est: Quod pater vsque ad eius obitum semper tenuit, & reputauit Dominum Bartholomæum eius filium pro demente, insano, ac totaliter mente capto, & penitus iudicio, & intellectu orbato, & inepto ad gubernium sui, & rei familiaris, prout clare deponũt plurimi testes, & concludenter super vnoquoque signo, prout ex processu videre est.

6 Ex tali † enim reputatione patris dementiã filij optimè probari firmat Dec.in l. furiosum. nu.29. vers. Tertiò si probatur.C. qui testam. fac.poss.Boer.decis.23.num.80.Mascar. alios adducens conclus.826.num.5.Menoch.lib.6. præsumpt.45.num.45.

Secundum signum est ex eo, quod ipse pater volebat dictum Dominum Bartholomæũ priuare hæreditate, demptis alimentis, tamquam non valentem administrare bona aliqua, nec incumbere negotijs. Quandocunque

7 † enim pater inæqualiter instituit filios ratione dementiæ, & fatuitatis vnius eorum, insipiẽtia dicitur probata.l.humanitatis.vbi nor.Do cto.C.impub.& in l.ex facto.ff.vulg.Paris.consil.88.num.69.in 3.Mascar.de probat. conclus. 502.num.11.Nisi enim repentina morte fuisset præuentus, & a Domino Ioanne altero filio, nec non & ab amicis suis fuisset dictus pater a tali proposito dissuasus, vtique id ordinasset, vt apertè deponunt nonnulli testes. Merito ex tali proposito patris apertissimum dementiæ filij signum colligitur.

8 Tertium signum est,† quia pater volebat illum in foro publico iustitię in matricula demẽtium inscribi curare, vt deponunt quinque tęstes, quo in casu ipsi taliter descripto bonorum administratio interdicitur, carceri etiam mancipatur, & etiam compedibus secundum contingentias detruditur, adeo quod vera dementia inde probatur ex Bal.in l.congruit.§.furiosi.ff.offi.Præsid.Mant.de coniect.vlt.volun. li. 2.tit 5.num.12.vers.Quintum est signum.Menoch.de præsumptio.d.præsump.45.num. 27. Mascar.conclus.826.num.2.& licet pater cum effectu non curauerit talem descriptionem, id euenit ex dissuasione alterius filij, & amicorũ, & ob inopinatam mortem, vt pariter pręfati testes asseuerant.

Quartum signum colligitur, quia nedum a patre, sed communiter ab omnibus domesticis consanguineis, vicinis, necnon ab omnibus illius notitiam habentibus semper fuit tentus, habitus, & reputatus pro totaliter mente ca-

9 pto, Quinimo pro † tali a proprio socero hærede substituto fuit pro demẽte, & catena digno reputatus, & præcipue post secutum matrimonium cum eius filia. Pariter & a propria vxore fuit habitus semper pro vero stulto, vt plene per testes. Tali enim in casu indubitate probari stultitiam decidunt Bal. in d.§. furiosi.ff. offic.Præsid.Mascar.conclus.826,num.3. & conclus.502.num.10.Paris.cons.87.num.7. in 3.

Ferret.

cundo iudice debuit super eâ pronuntiari particulariter, alioquin dicitur facta iniustitia parti nullitatem proponenti. Cæsar Graff. de-
15 cif.Rot.37.num.8. Addatur, quod † nullitas respiciens solam sententiam potest reformari:
16 At † nullitas respiciens processum (vt in casu isto) nullo pacto potest per iudicem appellationis confirmari, late Rolan.conf.41.nu. 20. 39.40.in 1.decif.Auenio.68.num.4.5.

Nec dicatur, non licere amplius cognoscere de nullitate sententiæ, quando semel fuit confirmata, quia, vt dixi, hic etiam agitur de nul-
17 litate processus, vltra quod præfata † conclusio non procedit, quando a sententia confirmatoria fuit reclamatû, late Mandel.conf.714

Et ita ex his patet, nequaquam posse dici
18 fuisse latas tres conformes, quia † sentêtiâ nulla non est sententia, nec transit in iudicatum, ac nomen sententiæ non meretur, iuribus notis, stante maxime nullitate etiam tertiæ sen-
19 tentiæ latę sine citatione, quia † nedum sententia est nulla, parte non citata, sed etiam citata, & promulgata ante relationem nuncij missi ad citandum. Neuiz.consil.61.num. 26.
20 Lanfran.decif.489. & † etiam lata pendente termino ad opponendum, & non assignato termino petito ad probandum incumbentia, & ad iustificandum iura sua, & ad oppugnandû contra iura, & probationes aduersarij, vt in casu controuerso. Ita post Bellam. Cassado. Lap. & alios aduertit Menoch. conf. 345. numero 29. & 31.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Demens, insanus fatuus, mente captus, & furiosus cum careant iudicio, & intellectu quoad nullitatem per eos gestorum æquiparantur.*
2 *Vt i a mente alieni non possunt testari.*
3 *Quod procedit etiamsi testamentum legatur rite, & solemniter conditum.*
4 *Et id tanto magis quando testamentum est indiscretum, & num.18.29.*
5 *Probatio coniecturalis, & per signa admittitur vbi agitur de dementia, stultitia, & furore.*
6 *Dementia filij probatur ex reputatione patris.*
7 *Probata dicitur, quando pater instituit filios inæqualiter ratione dementiæ vnius eorum.*
8 *Probatur etiam quando pater curauit filium inscribi in foro publico iustitiæ in matricula dementium.*
9 *Probatur pariter quando socer, & propria vxor habuerunt generum, & expresse maritum pro demente, & catena dignum.*
10 *Probatur etiam quando per viam, villam, & Ecclesias publice deridenda quis loquitur.*
11 *Probatur quando sine præcedenti causa, inconsulto extra rem, & data opera in alterum lapides proijcit.*
12 *Demens dicitur expuens in faciem alterius sine causa, ioco, & data opera.*
13 *Dicitur etiam ille qui pudenda publice ostendit, & obscæna loquitur.*
14 *Dicitur qui factu, & inconsiderate extra rem loquitur.*
15 *Dicitur qui ægrotus spernit medicamenta, & opportuna remedia.*
16 *Dicitur etiam qui bona extra rem dissipat.*
17 *Fatuitatem arguit mixtura actorum, quæ a viro sanæ mentis fieri non solent.*
19 *Testamentum excludens descendêtes & proprios fratres carnales, & extraneorum institutionem continens dicitur factum contra pietatem, & naturalem charitatem, & nu.29.*
20 *Demens & omnino insanus dicitur, qui testamentum contra pietatem, & naturalem charitatem condit.*
21 *Notarij assertio non probat dementem fuisse sanæ mentis tempore conditi testamenti, maxime quãdo fatuitas & dementia fuit probata & nu.22.*
23 *Neganti testatorem tempore testamenti fuisse sanæ mentis incumbit onus probãdi, declara vt numero 25.*
24 *Mens, & qualitas disponentis colligitur ex qualitate dispositionis.*
25 *Testatorem fuisse sanæ mentis tempore conditi testamenti allegans probare debet quando constat illum fuisse dementem.*
26 *Fuisse mente captum tempore conditi testamenti præsumitur quando apparet per tempora ante factionem testamenti talem fuisse.*
27 *Dementes regulariter per tempus successiuum aliquãdo verba homini sanæ mêtis conuenïêtia proferunt, & signa prudentiæ faciunt, & tamen in insânia perdurant, & num.31.*
28 *Actus licet sit rite gestus præsumitur ab insano factus quando non apparet illum habuisse dilucida interualla.*
30 *Matrimonium non potest contrahi nisi ab habente legitimum consensum.*
32 *Contractus matrimonij, non sufficit ad præsumptionem sanæ mentis quando constat de urgentiori præsumptione dementiæ.*
33 *Matrimonium contractum per fatuum indiscretum non tenet.*
34 *Testes singulares admittuntur ad probandum insaniam, seu dementiam in genere, licet secus in probatione certi actus particularis.*

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum ab eo, quem constat ex pluribus signis fuisse dementem, est omnino nullum, præcipue si sit indiscretum.

CONSILIVM. CLIIII.

Actiones meæ à Domino.

1 DEMENS, † insanus, fatuus, mentecaptus, & furiosus æquiparantur, quo ad nullitatem gestorum per eos, quia carent iudicio, & intellectu, vt late probat Boer.decis.23.nu.42. & seq. Paris.cons.87.col.1.& sequ.& cons.88. col.1.in 3.Ceph.alios congerens cons.753.nume.8.Menoch.lib.6.præsumptio 45.nu. 17.&
2 præcipue † quo ad testamenti factionem, quia nemo illorũ potest valide testari. Omnes enim qui sunt alieni a mẽte, sunt intestabiles. §.prę terea vbi Doct.Instit.quib.nõ est permiss. fac. testa.& multis comprobat Cur.iun.cons. 151. num.9.Corn.cons.216.col.1.in 3.& cons. 22. nu.5.6.7.15.in 4.Pari.d.cons.88.col.1.Ceph. d.cons.753.col.1. Pret. de interpr. vlt. volun. fol.83.num.10.11.Decian.in l. in negotijs.ff. regu.iur.
3 Hæcq; † procedũt etiamsi testamentum legatur rite, ac solemniter factum, cum id attribuatur casui, non ingenio.d.§.præterea. Dec. post alios in l.furiosum.num.14.C.qui test.am. fac. poss.Pret.vbi supra,num.10.
4 Tanto † magis igitur, quando testamentum est indiscretum, vt in præsenti casu, vbi vxor, & alij extranei fuerunt præpositi nepotibus,& fratribus proprijs, vt optime declarat Afflict. decis.143.num.4. Pret.d.fol.83.num.10.Confert Corn.cons.73.nu.9.in 1.& infra dicetur.

Probatur autem dementia, stultitia, & furor ex signis exterioribus, cum sit difficilis probationis, non cadens sub sensibus hominum; est
5 enim quid inuisibile, merito † probatio coniecturalis, & per signa admittitur in pręsenti materia. Meno.cons.82.u 211.& seq. Mascar.de probat.conclus.502.num.1. & seq. & conclus. 824.num 2.3.& seq.

At in præsenti facti specie multa signa dementiæ fuerunt probata concludenter, ex quibus, omni amaritudine semota, liquido patet de nullitate testamenti.

Primum signum est: Quod pater vsque ad eius obitum semper tenuit, & reputauit Dominum Bartholomęum eius filium pro demente, insano, ac totaliter mente capto, & penitus iudicio, & intellectu orbato, & inepto ad gubernium sui, & rei familiaris, prout clare deponũt plurimi testes, & concludenter super vnoquoque signo, prout ex processu videre est.

6 Ex tali † enim reputatione patris dementiã filij optimè probari firmat Dec. in l. furiosum. nu.29. vers. Tertiò si probatur. C. qui testam. fac.poss.Boer.decis.23.num.80.Mascar. alios adducens conclus.826.num.5.Menoch.lib.6. præsumpt.45.num.45.

Secundum signum est ex eo, quod ipse pater volebat dictum Dominum Bartholomæũ priuare hæreditate, demptis alimentis, tamquam non valentem administrare bona aliqua, nec incumbere negotijs. Quandocunque
7 † enim pater inæqualiter instituit filios ratione dementiæ, & fatuitatis vnius eorum, insipiẽtia dicitur probata.l.humanitatis.vbi not.Do cto.C.impub.& in l.ex facto.ff.vulg.Paris.con sil.88.num.69.in 3.Mascar. de probat. concl. 502.num.11.Nisi enim repentina morte fuisset præuentus, & a Domino Ioanne altero filio, nec non & ab amicis suis fuisset dictus pater a tali proposito dissuasus, vtique id ordinasset, vt apertè deponunt nonnulli testes. Merito ex tali proposito patris apertissimum dementiæ filij signum colligitur.

8 Tertium signum est, † quia pater volebat illum in foro publico iustitię in matricula demẽtium inscribi curare, vt deponunt quinque testes, quo in casu ipsi taliter descripto bonorum administratio interdicitur, carceri etiam mancipatur, & etiam compedibus secundum contingentias detruditur, adeo quod vera dementia inde probatur ex Bal. in l.congruit.§.furiosi.ff.offi.Præsid.Mant.de coniect.vlt.volun. li. 2.tit 5.num.12.vers.Quintum est signum.Menoch.de præsumptio.d.præsump.45.num. 27. Mascar.conclus.826.num.2.& licet pater cum effectu non curauerit talem descriptionem, id euenit ex dissuasione alterius filij, & amicorũ, & ob inopinatam mortem, vt pariter pręfati testes asseuerant.

Quartum signum colligitur, quia nedum a pãtre, sed communiter ab omnibus domesticis consanguineis, vicinis, necnon ab omnibus illius notitiam habentibus semper fuit tentus, habitus, & reputatus pro totaliter mente ca-
9 pto. Quinimo pro † tali a proprio socero hæredem substituto fuit pro demẽte, & catena digno reputatus, & præcipue post secutum matrimonium cum eius filia. Pariter & a propria vxore fuit habitus semper pro vero stulto, vt plene per testes. Tali enim in casu indubitate probari stultitiam decidunt Bal. in d.§. furiosi.ff. offic.Præsid.Mascar.conclus.826,num.3. & conclus.502.num.10.Paris.cons.87.num.7. in 3.

Ferret.

Ferret.consi296.num.3. Menoch.d.præsump. 45.nu.45.& 46.& in consf.82.nu.231.

10 Quinto † per viam, villam, & Ecclesias publice more insanorum deridēda loquebatur, & proferebat. De hoc enim est tex.in l.ob quę vitia.in prin.ff.ędil.edict. Pret.de interpret.vlti.volun.fol.83.num.8.Mascar. conclus. 502. num.4.& conclus.826.num.26.Mant.d. titu. 5.num.10.Menoch.d.præsumpt.45.num. 24. vbi alios adducit.

Sextum signum patet ex offensionibus grauibus factis morsibus multis personis, fingendo illas deosculari, & postea easdem dentibus

11 faciem mordendo grauiter offendere. Sicuti † enim quis demens, vel furiosus probatur, quādo sine aliqua præcedenti causa, inconsulto, extra rem, & data opera in alterū lapides proijcit l.2.C.Iudæ.Mant.d.tit.5.nu.10.Mascar. d.conclus.502.num.5.& 829.num.32.Meno. dicta præsumpt.45.num.25. Iste pariter demens omnino probatur ex morsibus, cum sint actus necessario dementiam importantes maxime facti in faciem matris, vxoris, seruorum & domesticorum sine causa, ex improuiso, solo intuitu offendendi. Confirmatur conclusio,

12 quia † expuens in faciem alterius, data opera absque ioco, vel causa dicitur omnino demēs. Corn.consf.22.num.8.in 4.Mantic.d.tit. 5. n. 12.vers.Tertium est signum. Mascar. conclus. 826.num.29.Menoc.d.præsumpt.45. nu. 58. ergo multo fortius alterius faciem morsibus lædens, stultus, vel furiosus debet reputari.

Septimum, & vrgens signum colligitur, eo quia Dominus Bartholomæus pudenda, nempe membrum virile, & anum in præsentia mulierū honestarū, & etiam virginum patefaciebat spurcissima, ac inhonestissima verba proferendo, sine aliquo proposito, & iniurias absque ratione, vel causa in personas præsentes, & absentes effundendo, vt asserunt plures te-

13 stes. Qui † enim talia ostendit, & loquitur, penitus demens dicitur. Gramma.consf.crim.16. num.78.Mascar.conclus.502.nu. 8. & concl. 826.num.30.Boer.decis.23.num. 52. Ceph. consf.753.num. 48. Meno. dicta præsumptio. 45.num.39.& 47.

Octauum signum depromitur ex inordinatis sermonibus ipsius D. Bartholomæi regulariter, extra rem, & sine proposito loquentis, ex trauagantes responsiones etiam dando inter-

14 rogantibus. Qui † enim fatue loquitur, & inconsiderate extra rem respondet, dicitur demens, quia fatuus fatua loquitur. ca. Legimus. 93.dist.Boer.d.decis.23.nu.58.cum alijs, de quibus Ceph.d.cōsf.753.nu.48.Mascar. dic. conclus.826.nu.30.Meno.consf.82.nu.230.

15 Nonum signum patet, ex quo licet † ægrotus non obediebat medico, & vigore dementiæ spernebat medicamentā, & opportunā remedia recusabat, imo fuit ligatus in lecto causa applicandi medicamina. Hoc (inquam) modo probatur dementia teste Mantic. d.titu.5.num.12.vers.Sextum est signum. Mascar. d.conclus.826.num.23.24.Meno.d. præsumptio.45.num.37.

16 Decimum signum exurgit † ex bonorū dissipatione extra rem. Ita Corn.consf.69.nu.31. in 1.& post Paris.tradit.Meno.d.præsump.45 num.57.

Vndecimo multos alios actus manifestam stultitiam denotantes in dies agebat, vt puta molestare extra rem, & ex improuiso, seu in cōfusionem ponere domesticos, & laboratores, omnia sursum & deorsum reuoluendo, ac ex improuiso blasphemando, panem alta voce sępissime, & continuatim petendo, & clamando cum vicinorum fastidio, molestando etiā seruos, & taliter quod fuerunt coacti e domo penitus, & a seruitute ob eius dementiam discedere. Inuitabat etiam altā voce clamando mercenarios in via publica transeuntes, nec nō & sæpe sæpius minabatur vxori de saliēdo super eam, induebat subuculam præpostere, linteolos lacerabat sine causa, ac cœtera id genus, de quibus per plurimos testes in processu. Ista

17 enim † mixtura actorum fatuitatem arguit, cū a viro sanæ mentis nequaquam fieri soleant, nimirum si fatuus fatua dicit, & fatua facit, vt dixi. Menoch.dicta præsumpt.45. num.58. & consf.82.num.221.& seq.

Duodecimum signum resultat ex qualitate testamenti controuersi, in quo postposita naturali charitate, omni pietate semora proprios descendentes ex filia vnigenita exclusit, & ex clusis etiam proprijs fratribus carnalibus, vxo

18 rem, socerum, & sororium substituit, † indiscretum testamentum celebrando, & omnino dissonans ab homine sanæ mentis Affli.dec.143 num.4.Pret.de vlt.volun.fol.83.num 10. fuit

19 † enim testamentum aperte factum cōtra pietatem, & charitatem naturalem.l. cum auus. ff.condit.& demonst.& l. cum acutissimi. C. fideicom, quæ leges sunt fundatæ in pietate, & charitate erga liberos, seu descendentes institutorum, vt in illis occulate legitur. Qua-

20 propter † dementem, & omnino insanum, & morbo cerebri affectum esse, qui tale testamētum fecit, optime post alios probat Soci. iun. consf.59.num.13. in 3. eum concordantibus per Mascar.conclus.826.num. 22. & idcirco istud tale testamentum non bene olere, stantibus maxime aliis præallegatis, aperte testati sunt nonnulli testes.

Quibus sic se habentibus, concludendum est, nullam esse habendam rationem huiusmodi testamenti tamquam facti alieno insufflāte spiritu

spiritu, vel mero casu,& fortuna, non autem sensu, vel ingenio testatoris penitus ingenio, mentisque sanitate priuati.

Nec obstat, quod in testamento legatur, ipsum Dominum Bartholomæum fuisse sanæ mentis, quod etiam præsumitur præsumptione naturæ, vt etiam infra dicetur.

22 Respondetur enim, † talem assertionem notarij nullam fidem facere, quia de sanitate mētis non fuit rogatus notarius. vt post Bal.& Salic. firmat Corn.cons.69.num.33.in 1. Alexa. cons.147.nu.21.in 7.& cons. 86. num. 11. in 2. Mascar.d.conclus.502.num.13.Menoch.d. præsumpt.45.num.65.in fi. Maxime cum ex aduerso fuerit ipsius testatoris fatuitas, & dementia diuturna pluribus signis, & testibus probata, vt etiam aduertit Menoch.cons.311. num.11.& 12.

Nec releuat, si dicatur, quemlibet naturali-
23 ter præsumi sanæ mentis, ideo † onus probandi contrarium spectat ad negantem, scilicet, quod tempore testamenti testator non fuerit sanæ mentis.c.fin.de success.ab intest.late ampliando Mantic.d.tit.5.num.1.& sequētibus Mascar.concl.1353.num.4. & conclus. 824. num. 5.vsque 10.Imo cum tale testamentum sit sustentabile de iure, & solemne, debet ab omnibus approbari pro rite, & recte facto, quia testamentum rite factum etiam a vero demente, habente dilucida interualla, sustineri
24 debet, quia † ex qualitate dispositionis colligitur mens, & qualitas disponentis. Ita post plurimos scribit Mant.dicto tit.5. num. 7. sequitur Ios.Ludo.conclus.14.illar.193.

Respondetur enim, in præsenti casu fuisse abundanter probatum pluribus signis, & testibus dementiam, & insaniam Domini Bartholomæi fuisse ex tempore successiuam, & semper a cunabulis, vsque ad tempus mortis continuo, & quotidie perdurasse, prout de tali cōtinuatione, & successiua diuturnitate arrestantur pene infiniti testes. At quando constat, aliquem per tempus successiuum fuisse mente captum, vel furiosum, actus per illum gestus dicetur factus tempore furoris, vel insaniæ, etiā si fuerit solitus aliquando habere dilucida in-
25 terualla, & ideo tali in casu † onus probandi pertinet ad eum, qui asserit illum fecisse actū in tempore sanæ mentis. Ita post alios tradit Alex.cons.147.num.7. & sequentibus in 7. & per tot.cons.& cons.86.num.12.in 2. Dec. in l.furiosum.num.25.C. qui testa. face. poss. late Gramm.cons.crimin.16.num.7.8.9. optime Cur.iun.cons.151.num.7.8. 9. cum alijs collectis per Ceph.cons.753.num. 27. Meno.
26 cons.82.nu.220. sufficit † enim apparere quē per tempora ante testamenti factionem fuisse mente captum, adhoc vt talis etiam præsumatur tempore conditi testamenti. Pret.de vlt.
27 volun.fol.83 num.8.in fin. & num.9. Quia † regulariter dementes per tempus successiuum aliquando verba homini sanæ mentis conuenientia proferunt, & signa aliqua prudentiæ faciunt, & tamen sunt dementes, ac in insania perdurant. Ita late multos adducens Cepha. cons.753.num.28.vsque 35. & hanc conclusionem probant Mascar.de probat. conclusio. 824.num.10.vsque 14 & num.17. & sequ.& conclus.825.num. 1.& 7.& per totam.

Prædictaque tanto magis militant in præsenti casu, in quo non fuit ex aduerso probatū Dominum Bartholomæum fuisse solitum ha-
28 bere dilucida interualla. Nam licet † actus sit rite gestus, præsumitur ab insano factus constito de diuturnitate insaniæ, & nullibi apparēte agentem habuisse dilucida interualla sanæ mentis, vt declarat Ceph.d.cons.753.num.46 Pret.de vlt.volun.fol.83.num.9.10. Mascar. conclus.825.num.15.16.Meno.d. præsumpt. 45.num.63.66.& 68.& cons.311.num.7. sed
29 vere † ex lectura testamenti apparet, testatorem fuisse insanum, cum contra pietatem, & naturalem charitatem illud celebrauerit, vt satis supra probatum est, & clare deciditur in l. cum auus.ff.condit.& demonstr.& in l. cū acutissimi.C.fideicom.cum authoritatibus in hoc proposito supra deductis in vltimo signo, & ideo ex actu tali non sanæ mentis tunc temporis fuisse clare probatur, vt pariter supra probaui.

Non etiam dicatur, Dominum Bartholo-
30 mæum contraxisse matrimonium, quod † non potest contrahi nisi ab habente legitimum cōsensum.c.dilect.de sponsal.ca.neque furiosus. 30.quæst.7.Bocr.decis.23. num. 68. Cephal. cons.753.num.9.& seq. Vnde sequitur illum dici non posse insanum &c.

Respondetur enim, id non releuare, quia hoc non obstante clare patet ipsum fuisse totaliter mente captum, & ante, & post matrimonium contractum, & præcipue fuit reputatus insanus totaliter post matrimonium a suis socero, socera, vxore, & cæteris domesticis. Nec
31 est mirum, † quod insanus quandoque sana faciat, licet in insania duret (vt supra dixi) & ideo ipsemet eius socer substitutus in testamēto semper tenuit, & reputauit dictum suū generum pro inhabili, & demente, ac totaliter mētecapto qui ad contrahendum, & testandū nō
32 sufficit Quēcūq; † enim constat de maiori, & vrgentiori præsumptione dementiæ, contractus matrimonij non sufficit ad præsumptionem sanæ mentis, vt in specie declarat Cephal.d.cōs.
33 753.num.42.& sequ. Addatur, † aliquando contrahi dici posse matrimonium per fatuum sed tamen non valet, sed irritatur, quia non consistit,

consistit, si fatuus sit indiscretus. c. dilectus. de spons. Purpur. cons. 225. nu. 4. & 304. n. 5. & 6.

Tandem si diceretur, in probatione signorum dementiæ testes esse singulares, aduerten
34 dum est † hic agi de probatione furoris, vel in saniæ, seu dementiæ in genere, non de probatione actus parricularis, merito admittuntur testes singulares. Alex. cons. 147. num. 20. in 7. Mascar. conclus. 827. num. 8. vsque 11. Menoc. cons. 82. num. 214. Farin. de testib. q. 65. num. 261. & ita &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Alimenta filij sunt deducenda de vsufructu vxori relicto, licet non sufficeret pro alimonia ipsius, & matris. quia verisimile est testatorem potius consulere voluisse filio quam vxori.

2 Alimenta matris non sunt arctāda quando filius ex alijs bonis, vel sua industria, & aliunde viuere potest.

3 Alimenta filio debentur in bonis patris ex æquitate Iudicis officio, quod silet quando aliunde habet vnde se alat, licet secus vbi deberentur Iure actionis.

4 Legitima detrahi non potest per filium stante legato vsusfructus vniuersali, præcipue si sit institutus in portione legitimam excedēte, cōtra n 6

5 Legitima filij nullum patitur onus & integra debetur in bonis patris, tam ratione vsusfructus, quam proprietatis, declara vt num 7.

7 Filius, qui fuit vltra legitimam honoratus in legitima grauari potest, quando pater specifice, & expresse legitimam grauauit, licet secus si simpliciter disposuit.

8 Legitima nunquam includitur in aliqua dispositione, nisi de ea fiat indiuidua mentio & n. 16

9 Legitima in generali institutione, & hominis dispositione non continetur.

10 Legitima cum sit æs alienum non censetur ablata in generali prætteritione.

11 Legitima non dicitur exclusa, licet sit exclusa successio.

12 Dispositio, vel derogatio generalis nō tollit ius singulare.

13 Legitimæ abrogatio nō continetur in generali statuto, vel pacto nisi fiat indiuidua mentio.

14 Legitima filio debetur iure naturæ, & ex prouidentia legis non Iudicio testatoris.

15 Parentes regulariter non possunt facere quin filij suam legitimam consequantur.

17 Vsusfructus vxori relictus non extenditur ad legitimam, quando testator in testamento de ea expressam mentionem non fecit.

ARGVMENTVM.

Alimenta filij non detrahuntur de vsufructu vniuersali vxori relicto quando filius ex alijs bonis, vel sua industria commodè viuere potest.

An legitima filio debeatur in bonis patris non obstante vsufructu vniuersali vxori relicto, etiamsi fuerit institutus in maiori portione, quam capiat ipsa legitima.

CONSILIVM CLII.

Actiones meæ à Domino.



TESTATOR iure institutionis, & legati reliquit vxorē suam dominam, patronam, & pleno iure vsufructuariam omnium, & quoruncunque bonorum, mobilium, & immobilium ipsius testatoris toto tempore eius vitę &c. Postea instituit suos hæredes vniuersales ipsiusmet testatoris filios legitimos, & naturales susceptos ex prædicta eius vxore, &c.

Vnus ex dictis filijs hæredibus petit alimē ta in bonis prædictis, non obstantre legato vsusfructus facto matri, & casu, quo sub aliquo prætextu a petitione alimentorum iuridice excludi debeat, prætendit posse petere legitimā sibi de iure naturæ debitam, non obstante dicto vsufructu omnium bonorum matri relicto. Quæritur quid iuris.

Quo ad alimenta videtur prima facie dicendum, ipsi deberi, etiam si vsusfructus hæreditatis non sufficerent pro alimonia ipsius, & ma-
1 rris, † cum prius sint deducenda alimenta filij cui verisimile est testatorem porius consulere voluisse, quam vxori, vt post Barbar. & alios tradit Ios. Ludo. decis. Perus. 46. in 3. dub. Surdus de alimen. tit. 1. quæst. 97. nu. 1. & seq.

2 Attamen cum filius iste sit vxoratus cū dote condecenti, & industriosus, adeo † quod aliunde commodè viuere potest ex alijs bonis, vel ex sua industria, non debent arctari alimēta matris, & filius a limine iudicij arceri meretur, vt in simili tradit Lamber. de iur. patr. lib. 3. quæst. 3. princip. art. 4. num. 2. & explicite firmat Lancell. Gall. in consuet. Alex. vers. Sodidos. num. 153. sequitur. Surd. d. quæst. 97. in
3 fi. Ratio est, quia † filio debentur alimenta in bonis patris ex æquitate, iudicis officio, quod quidem iudicis officium silet, quando filius habet vnde se possit aliunde alere. l. si quis a liberis. §. 1. ff. liber. agnos. Surd. de alimen. titu. 1. quæst. 108.

quæst.108.num.4.& tit.3.quæst.1.per discur
sum, secus esset si alimenta filio deberentur
iure actionis, vt quia illi fuissent a patre in te-
stamento relicta. late Noni.cons.85. Ios. Lu-
do.decis.Perus.92.num.5.& 6.

4 Respectu autem legitimæ, quod scilicet †
stante dicto legato vsusfructus vniuersali illã
non possit detrahere, scribit Ang. in §. prohi-
bemus.supra Glo.primam.auth.de trien. & se
miss.vbi docet, patrem ad fraudandum filium
legitima, nempe, vt illum simpliciter instituat
hæredem vniuersalem, relinquendo alteri vsũ-
fructum omnium bonorum, & hoc pro caute-
la notat Cepol.caut.21.Pater volens, num.2.
Hocque absolute procedit quando filius fuit
institutus in maiori portione, quam capit sua
legitima, quia tunc pater potest filium in legi-
tima grauare, quando illum instituit in quan-
titate excedente legitimam. Ita Bald.Cuma.
& alij, quos refert, & sequitur Ceph. cons. 16.
num.56.Diffuse Surd.decis.Mant.21.nu. 20.
Addo Pedroch.cons.6.num. 41.vbi plurimos
recenset, late tuetur, ac comprobat D.Surd.de
alimen.tit.2.quæst.15.num.179.

Cæterum in hac facti specie arbitror, filiũ
posse detrahere legitimam non obstante dicto
5 legato, quia † legitima filij nullũ patitur onus,
& idcirco filius debet habere legitimam inte-
gram in bonis patris, tam ratione vsusfructus,
quam proprietatis.Glo.in auth. nouissima. C.
inoff.testa.& in l.quoniam in prioribus.C.eo.
tit.vbi Roder.Suar.in 3.ampliat.col.1. & seq.
6 Merito in terminis, quod † non obstante vsu-
fructu omnium bonorum vxori relicto debea-
tur integra legitima filio in sola, ac nuda pro-
prietate hærede relicto. Ang.reprobato, & se-
quacibus decidit Ias.in auth.nouissima. num.
44.C.inoff.testa.Roder.d.ampliat.3.num. 2.
vbi ait, Ang.inconsiderate locutum, & com-
munem, ac veram testatur Vasq. de success.
creat.lib.2.§.20.par.3.num.288.Rimin. iun.
cons.510.num.37.38.& de communiori, secũ
dum quam ita fuit iudicatum; firmat Gab.tit.
de legit.conclus.1.num.5.addo Rimin. consil.
165.num.6.cum alijs relatis in dicta decisio.
Surd.Mant 21.num.8.& per eundem d.quæs.
15.num.178.

Quibus sic se habentibus, contraria non ob
stant, quia satis patet, opinionem affirmatiuã
esse magis receptam, & vere in facto proposi-
7 to nullam vim faciunt, quia supposito † quod
filius in legitima grauari possit quando fuit vl
tra legitimam oneratus, id tamen militat quã
do pater specifice, & expresse grauauit legiti-
mam, adeo quod voluit grauamen impositum
extendi ad legitimã, secus si simpliciter dispo-
suit, & ita in simili sensit Deci.cons.687. Du-
ran.de art.testam.tit.5.caut.31. num.6. Soci.
iun.cons.122.num.89.in 1.Ceph. cons. 153.
num.44.Curt.iun.cons.159.nu.5. Medic. de
acquir.poss.part.1.Glo.2.num.55.Cach.de le
git.ver. Legitima nullum grauamen admittit.
num.29.Marzar.de fideicom.quæst.50.Pere-
gr.de fideicom.art.36.num.62.Surd.Decisio.
Mant.21.nu.20.Turret.cons.1.in 2. Hi enim
omnes loquuntur in casu, in quo testator spe-
cialiter grauauit legitimam filij. Hocq; con-
8 firmatur, quia † nunquam includitur legitima
in aliqua dispositione, nisi de illa fiat indiui-
dua mentio.l.si quando.§.generaliter.C.inof.
testa.Surd.de alim.tit.2.quæst.15.num. 188.
9 Et ideo † in generali institutione non contine
ri legitimam testatur Rimi iun.cons.793.nu.
11.& generaliter in dispositione hominis le-
gitimam non includi firmat Honde. cons. 10.
num.20.in 1.Turret.cons.5.nnm.24.in 1. Ali
10 bi dicitur † in generali præteritione legitimã
ablatam non censeri, cum sit æs alienum, & de
bitum patris. Vuesembe.cons.17.num.26. Pa
11 riter † exclusa successione non dicitur exclusa
legitima. Ratio est, quia alio iure debetur le-
12 gitima, & idcirco † in generali dispositione,
vel derogatione non tollitur ius singulare.l.de
curionibus.Orsilen.lib.12.vbi Glo. Vuesemb.
cons.24.num.9.& per tot.vbi in specie in nu.
13 5.7.& seq.probat, † legitimæ abrogationem
non contineri in generali statuto, vel pacto, ni
si fiat indiuidua mentio. Idem probat Turet.
14 cons.5.num.21.23.in 1.Siquidem † legitima
filio debetur iure naturæ, & ex prouidentia le-
gis, non iudicio testatoris D. Surd. cons. 394.
num.17.& cons.401.num.9.& cons. 422. nu.
6.Vnde non est dicẽdum, quod testator volue
rit derogare dispositioni legis, de illa mentio-
15 nem non faciendo, maxime † cum parẽtes re-
gulariter non possint facere, quin filij suam le-
gitimam consequantur D.Surd.cons.422.nu.
16 19.& quod † per verba generalia absque in-
diuidua mentione non censeatur grauata legi
tima. etiamsi filius fuerit vltra legitimam one-
ratus, late defendit Ruin.cons.52.num.5. &
6.in 2.Magon. decis. Luca.85. num.3. 10. &
seq.subiungens, quod in legitima non præsu-
mitur onus appositum, etiam in casu quo ap-
poni potuisset vtcunq; vnita cum reliquo pa-
trimonio, nisi de illa fiat specialis mentio. Tan
17 dem in indiuiduo, † quod si non apparet, te-
statorem voluisse vxoris vsumfructum extẽdi
etiam ad legitimam, vt puta quando in testa-
mento non fecerit expressam mentionem de
legitima, ipsam legitimam in dicto vsufructu
includere non voluerit, post Aret.admonet D.
Surd.d.tit.2.quæst.15.num.188.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I.V.D.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ex publico iudicio efficitur infamis siue fuerit processum via ordinaria, siue per inquisitionem extraordinarie.*
2 *Damnatus publico iudicio, etiamsi ciuiliter fuerit damnatus est infamis.*
3 *Damnatus, & famoso crimine omnia beneficia, et honores amittit.*
4 *Infamis in tãtum perdit militia priuilegia, quod repellitur a pugna, & duello cum persona honorabili.*
5 *Infamis doctorari non potest, nec illi aduocari permittitur.*
6 *Aduocatus, & Notarius efficiũtur infamis si de falso fuerint damnati ipso iure intelliguntur e matricula deleti.*
7 *Causa damnationis, non autem pœna irrogat infamiam.*
8 *Iudicia publica aliquando sunt capitalia, aliquã do pecuniaria sed infamiam arrogantia.*
9 *Infamia remanet apud infamem extenta causa infamia.*
10 *Infamia criminis numquam per Principis indulgentiam remittitur sed pœna, nisi in gratia specialiter infamia abolitio expressa legatur.*
11 *Miles non producens licentiam militia ante sententiam non gaudet tali priuilegio expensarum.*

ARGVMENTVM.

Miles condemnatus publico iudicio efficitur infamis, & amittit priuilegium militiæ, ita vt teneatur ad totum salariũ, nec censetur restitutus ad omnia, nisi hoc in gratia Principis expresse legatur, & si nõ produxerit licentiam militię non gaudebit priuilegio expensarum.

CONSILIVM. CLVI.

Actiones mea à Domino.



PRIVILEGIVM concessum a Serenissimo Domino militib. de soluendo dimidium salarij tã tum debitum fiscalibus, procedit in delictis militaribus perpetratis per descriptos in catalogo militiæ, secus in delictis, seu criminibus resultantibus ex publico iudicio, talibus (inquã) in casibus cessat priuilegium.

1 Siquidem damnatus † ex publico iudicio efficitur infamis. l. infamem. ff. publ. iudic. siue fuerit processum per accusationem via ordinaria, siue per inquisitionẽ extraordinarie. Clar.
2 in prax. q. 72. vers. damnatus † publico iudicio etiamsi ciuiliter fuerit Damnatus secundum Imol. d. l. in famem. Baiard. ad Clar. præcit. ver sic. num. 20. Huiusmodiq; infamia priuilegia declinat militaria, ex quo infamis militiam
3 perdit, & damnatus † ex famoso crimine omnia beneficia, & honores amittit. l. 2. §. miles, vbi Bal. & alij. ff. his qui not. infa. vbi præcise Bald. id declarat procedere etiam si ad hoc actum non fuerit, & in sententia non fuerit expressum, quia talis priuatio militiæ non dicitur pœna criminis, sed venit cõsecutiue ad criminis pœnam. Et intantum priuilegia militiæ
4 perdit † infamis, quod repellitur a pugna, & duello cum persona honorabili. Ferett. cons. 15. num. 3. & 5. & de Duell. n. 82. per text. in l.
5 1. C. vbi senat. vel clariss. Ita nec doctorari † possunt, nec illis aduocare permittitur. Beni.
6 de priuil. Doct. cap. 64. nu. 1. & si Aduocatus, † vel Notarius efficitur infamis, vtputa si de falso fuerunt damnati, ipso iure e matricula intelliguntur deleti. Aug. in l. quod ait. §. miles. ff. infam. idem ergo dicendum est in milite, qui Doctori æquiparatur. Nec inspicitur genus pœnæ inflictæ damnato ad dignoscendum in-
7 famiam, sed causa, quia causa † ipsa, non autẽ pœna irrogat infamiam. leg. ictus fustium. vbi Bal. & alij. ff. his qui not. infa. Quandocunque igitur descriptus fuerit damnatus ex iudicio publico, beneficium soluendi dimidium salarij tantum amittit, alias sequeretur absurdũ, quod scilicet milites damnati crimine assassinij, rebellionis, & læsæ maiestatis gauderent priuilegio prædicto, & tamen omnibus iuris priuilegijs dicuntur priuati, ideo tale priuilegium militat in delictis militaribus, non in irrogantibus infamiam.
8 Publica autem † iudicia aliquando sunt capitalia, aliquando pecuniaria, sed infamiam irrogantia. §. capitalia dicimus. Instit. de publi. iudic. Hæcque procedunt non obstante gratia Principis facta infami sic vt supra damnato, tum quia gratia dicitur facta sine præiudicio tertij, iuribus notis, tum etiam quia mera gratia non tollit infamiam, ac honoris maculam,
9 cum semper infamia † remaneat apud infamẽ extincta causa infamiæ, vt post Glos. tradit Mars. sing. 173. & nunquam per Principis in-
10 dulgentiam remittitur infamia † criminis, sed sola pœna, nisi in gratia specialiter infamiæ abolitio expressa legatur. l. fin. C. general. abolit. Rolan. cons. 45. col. 1. in 4. Alciat. in l. plus est num. 9. ff. verbo. signif.
11 Aduertatur etiam, quod si miles † non produxerit licentiam militiæ ante sententiam, nõ gaudet tali priuilegio expensarum ad trad. per Felin. in c. Exceptionem. in princ. extr. de except.

except. Deciā. tract. crim. tom. 2. lib. 4. cap. 9. num. 115. in fin. Farin. lib. 1. q. crim. 8. nu. 16. vers. Limita hanc septimam.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Verba confessionis in schedula apposita, licet sæpe videantur sonare in factum de præterito, tamen vere referuntur ad tempus confessionis.*

2 *Quotiescunque vltra simplicem confessionem aliquid additur, declarans confessionem non emanasse sub spe futuræ numerationis, dicitur facta vigore præteriti contractus.*

ARGVMENTVM.

Quid in confessionibus de recepta pecunia operetur causa addita de præterito, temporis interuallum importans.

CONSILIVM CLVII.

Actiones mea à Domino.



CONTRA iam allegata in gratiam Montalbotti Bancherij vim facere videtur Quod verba † illa apposita in schedula confessionis, nempe *Confesso hauer hauuto & riceputo &c.* licet videantur sonare in factum & causam de præterito, attamen vere referuntur ad tempus cōfessionis. Quo fit vt ex illis nequaquam inferri possit ad numerationem præambulam ex interuallo. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. vers. Superest. vbi Bar. nu. 3. Iaf. n. 16. ff. vet. oblig. decis. Mant. 246. num. 13. 14. & consequenter debitore probante tunc temporis nullam factā fuisse numerationē, militare dicatur exceptio non numeratę pecuniæ.

Cæterum adhuc persisto in priore sentētia, tali exceptioni locum non esse in casu controuerso, attenta qualitate cōfessionis, siquidē nō versamur in casu simplicis cōfessionis receptionis pecuniæ, sed vlterius addita fuit causa de præterito tēporis interuallum importās: Adeo quod obiectū militāt, qñ quis simpliciter confitetur habuisse & recepisse pecuniā, & illā reddere promittit, vt declarat Iaf. loco præcitato. sed in casu nostro vltra confessionē habitę quātitatis aureorū centū & nonaginta vnius fuit additā cā de præterito, temporis interuallū importans, ibi *& questi sono per tanti hauuti in contanti dal loro banco.* quotiescunq; n. vltra simplicem † confessionem aliquid additur, per quod declaratur illā confessionē nō emanasse sub spe futuræ numerationis, dicitur facta vigore præteriti contractus. vt optime declarat Rui. cōs. 19. nu. 10. in fi. & nu. 1 t. in 4. & in terminis terminātibus declarat Bertaz. cōs. ciuil. 49. n. 55. & seq. dec. Genu. 196. n. 5. Quinimo ex tenore schedulæ cōfessioni s iūcto examine testis, qui dictæ apochæ se subscripsit, apparet nedū causam de præterito, sed ēt locū distātiam interuenisse, quia inscriptio apochæ fuit facta in loco signatarum in domo propria Domini cōfitentis, & tñ numeratio præterita enūtiata in schedula dicitur facta ad Bancū ipsius Hebræi, quod est in castro Quistelli. Vnde negari nō pōt, quin temporis interuallum non interuenerit, & per cōsequens actus & cā de præterito exprimatur. Addatur ēt prædictis, vt in prioribus allegationibus fuit deductum, schedulam non continere cōfessionem pecunię habitæ & receptæ, sed declarationem debiti iam antea contracti, cum in ea Reuer. D. Michael declaret se verum & legitimū debitorem, &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Notificatio transmissa, vt notificatus soluat, vel quid aliud faciat, non inducit scientiam præiudicialem, nisi etiā intimetur scriptura cōtractus*

2 *Id tamen non procedit quando persona notificata aliunde scit veritatem facti.*

3 *Idoneitas vti qualitas extrinseca debet probari.*

4 *Quod procedit parte tantum opponente.*

5 *Fundus quilibet præsumitur liber, securus, & idoneus, alio non constito.*

6 *Dictio e contra non simplicem ordinis conuersionem, sed contradictionem in casibus & effectuū contrarietatem importat.*

7 *Proprietas alicui Curiæ subiecta, vel pacto de retrouendendo idonea non dicitur & nu. 9.*

8 *Proprietas non se compatitur cum vtili dominio.*

10 *Fundum esse idoneum, & securum aliud est, & aliud esse liberum.*

11 *Idoneitas potest cadere in fundo obnoxio recognoscente dominum directi.*

12 *Idoneus dicitur qui est diues vel soluendo.*

13 *Consequētia nō tenet, Fūdus est suppositus Curiæ, ergo non est idoneus.*

14 *Tex. in l. fen & ibi Bald ff de euict explicātur.*

15 *Crau cōs 222 n 25. loquitur de fundo nō libero.*

16 *Hypotheca, & fideiussio exigitur pro securitate, quæ securitas cadit in bonis magni valoris pro modico hypothecatis.*

17 *Obligatus dare fideiussorem dicitur obligatus dare in loco contractus, & secundum morem regionis, ac de hominibus loci.*

18 *Promissor facti alieni faciendo possibilia excusatur etiamsi adsit clausula cum effectu. & promissio sit curata, & num. 20.*

19 *Allegans negligentiam promittentis in non curādo implementum facti alieni, tenetur probare.*

21 *Promittens excusatur quando promisit pro persona quam verisimiliter sperabat adimpleturam.*

22 *Minor restituitur in integrum aduersus pactū, vel obligationem in instrumento dotali factam in eius, seu suæ vxoris læsionem.*

23 *Renuntiatio stabilium a minore sine decreto factam non tenet.*
24 *Morosus debitor dici nequit a die oblationis realis, & iudicialis.*
25 *Verba non sufficiunt vbi opus est facto.*
26 *Mora debitoris non excluditur per oblationẽ quã do creditor obtulit se pecuniam accepturum.*
27 *Oblatio realis plura copulatiue requirit remissiue*

ARGVMENTVM.

Protestatio incitatoria operatur, & inducit scientiam præiudicialem, licet non fuerit transmissa scriptura debiti, vel contractus, quando notificatus aliunde habebat scientiam veritatis facti.

Pactum quod quis teneatur inuenire proprietatem idoneam, in qua implicentur pecuniæ, non procedit nisi parte opponente.

Terræ licet sint suppositæ alicui Curiæ non tamen desinunt esse idoneę.

Promissum factum vxori, & sic alienum faciendo possibilia excusatur, imo si talis promissio sit facta a minore, & contineat propriam, vel vxoris læsionem competit aduersus illam in integrum restitutio.

Oblatio verbalis in sacculo non liberat debitorem a mora, quando creditor iam se obtulerat paratum solutionem recipere.

CONSILIVM CLVIII.

Actiones mea a Domino.



PLVRA deducuntur aduersus Dominum Zanardum ad tutelã Bernæ eius socrus, quæ tamẽ patiuntur iuridicas responsiones. Primo (inquam) dicitur per testationem transmissam Bernæ per Zanardum absque vlteriori certificatione
1 nullum ei patrare præiudicium, quia † notificatio transmissa non intuitu solius admonitionis, sed ad finem, vt notificatus soluat, vel aliquid aliud faciat, non inducit scientiam præiudicialem, nisi etiam intimetur scriptura debiti, vel contractus, ex quo non est standum simplici partis assertioni. Alex. cons. 222. num. 17 in 2. cum concordantibus post Bar. in l. non solum. §. morte. num. 48. ff. op. nou nunt. addo ego Odd. cons. 79. num. 26.

Respondetur tamen, satis constare ex testium dictis, Bernam ante protestationem, & tempore contractus initi inter Zanardum & Mingardum venditorem terrarum, de quibus in causa ipsiusq; contractus, & qualitatis terrarum plenam scientiam habuisse, quo fit, vt non fuerit necesse Bernam iam certam amplius certifica-
2 re. Ista (inquam) † protestatio incitatoria operatur, quando persona protestata est in probabili ignorantia facti alieni, quia non tenetur credere asserenti, secus quando persona incitata aliunde scit veritatem, nam, vt dixi, certus non est certiorandus. Ita in puncto declarat Rip. in c. Cum M. Ferrariensis. num. 164. extr. de constit. Hoc (inquam) in casu sciens dicitur sufficienter interpellatus ex solis verbis in citatorijs absque alia intimatione. Felin. in c. Cum contingat. num. 7. 8. ext. Rescrip. optime Bologn. in d. §. morte. num. 190. 191.

Secundo obijcitur, Zanardum fuisse obligatum ad duo, nempe ad inueniendum proprietatem, in qua denarij debiti per Bernam forẽt implicandi; Secundo ad ostendendum idonei
3 tatem ipsius proprietatis, quæ quidẽ † idoneitas, cum sit qualitas extrinseca, debet probari Burs. cons. 113. num. 22. cui addo in terminis decis. Mant. 320.

4 Respondetur, † obiectum procedere parte opponente; tunc etenim fuissent partes Zanardi probare idoneitatem, sed cum id nunquam per Bernam plene informatã de qualitate terrarum istarum fuerit dubitatum circa securitatem terrarum, non fuit opus, vt Zanardus incũ
5 beret huiusmodi probationi, maxime † cum alio non constito quęlibet res, ac quilibet fundus præsumatur liber, securus, & idoneus, iuribus notis.

Respondetur secundo, in proposito promissionis dotis, & conuentionum initarum inter Bernam & Zanardum duo principaliter separatim, & de per se contineri, nempe propositiones Bernæ, seu ipsius Bernę nonnulla pacta proposita ex vna, & e cõuerso ex altera obligationes Zanardi, & licet Berna proposuerit inter cętera, vt denarij controuersi per eam numerandi forent inuestiendi in proprietate idonea, id tamen onus nõ reperitur acceptatum, nec extensum inter obligationes Zanardi, qui facta obligatione restituendi dotem secundũ casuum contingentias, promisit, se curaturũ, vt illius vxor renuntiabit. &c. & nihil vltra, vt ex ipso instrumento videre est, in quo quando etiam incipiunt obligationes Zanardi fuit di-
6 ctum (e contra d. D. Ioseph) quæ † dictio, e cõtra, non simplicem ordinis conuersionem, sed contradictionem in casibus importat, nec non & effectuum contrarietatem, vt late post Alber. Port. & alios declarat optime Bologn. in l. 3. §. e contrario. num. 33. 34. ff. acquir. possess. Vulpell. de aduerb. in verb. Econtra.

Tertio

7 Tertio opponitur, † terras emptas per ipsum Zanardum non fuisse idoneas, cum sint subiectæ Curiæ Hostiliæ, quarum etiam pars apparet supposita pacto retrouenditæ.l.pen.vbi Bal.ff.euictio.l.si creditores in princ.ff.separat.Crau.conf.222.num.25.Imo cum debuerit Zanardus implicare pecuniam in vna pro-
8 prietate, † proprietas autem non se compatiatur cum vtili dominio.Rui.conf.41.num.34.
9 in 1.sequitur,quod † per emptionem taliũ terrarum suppositarum Curiæ,non dicatur inuenisse proprietatem,ex quo solũ vtile dominiũ apud ipsum Zanardum remansisset,& non esse idoneam propter obligationem retrouenditæ concludit Aret.conf.14.num.2. post Bald. in Rubrica.C.contr.emptio.

Respondetur,vt supra dictum est, Zanardũ non fuisse obligatum ad implicãdas pecunias in stabilibus,licet id fuerit propositum a Berna socru.

Respondetur secundo, tuentes iura Bernæ
10 æquiuocare,& confundere terminos;nam† aliud est fundum esse idoneum,& securum, &
11 aliud esse liberum; Quia † idoneitas, potest cadere in fundo obnoxio recognoscente domi num directi: nam esse idoneum exponitur, id est,tutum,& securum,& aptum ad æquiualen tiam pecuniæ implicandæ,vel esse soluendo. si
12 cuti † dicitur idoneus qui est dîues vel soluẽdo.l.patri.§. si minor.ff. minor.l. si mandauero tibi.ff.mand.at.l.eum qui §.1.ff.acquir. hęr. Hinc tota die videmus,prædia feudalia,& emphyteutica præuia licentia domini directi, cadere in obligationem,& hypothecam, & præ-
13 cipue in dotis cautionem,& securitatem†non igitur tenet consequentia,fundus est suppositus Curiæ,ergo non est idoneus, & ideo non
14 vim faciunt opposita,quia † tex.in l. penul, & ibi Bal.ff.euictio.non faciunt ad rem, quia loquuntur de fundo obligato oneri seruitutis,& consequenter de fundo non libero,non autem
15 de non idoneo, & † Crau.d.conf. 222. num. 25.similiter loquitur de fundo libero, sicuti et Aret.& Bald. in locis deductis loquuntur de fundo non libero,id est,obligato creditori, vel domino fundi.

Respondetur tertio, suppositionem Curiæ non excludere idoneitatem,quia talis suppositio non separat proprietatem ab vtili dominio, ex quo Curia non habetur loco domini directi, nec illi præstatur recognitio vigore vtilis dominij residentis apud recognoscentem,prout in casum emphyteusis, vel feudi, sed ipsi Curiæ solum præstatur certa modica pars fructuum, granorum, & vuæ collectorum ex fundis tantum, non autem lignorũ, fęni, vel similium, vt est notissimum, & pro notorio allegatur, adeo quod deducto onere illo modicæ præstationis annuæ, prędia illa dicuntur libera,& idonea prorsus,nec illud onus fructuum soluendorum aliquid potest detrahere idoneitati,quia minori pretio vendũtur,adeo quod fundus valens 50. sine onere, vendi solet pro 40. respectu oneris, & ideo consequitur fundum pro illis 40.esse apprime idoneum, imo & liberum,vt patet ad sensũ, & experientia patefacit. Quocirca alio non consilio terrę istæ dicuntur idoneę, quidquid ex aduerso excipiatur. sicuti in simili dicimus, quod debitor vel fideiussor habens bona sua alteri hypothecata, dicitur idoneus, quando hypotheca, & creditum est longe inferius, & debilius valore bonorum hypo-
16 thecatorum. nam † hypotheca, & fideiussio exigitur pro securitate, quæ securitas cadit in bonis magni valoris pro modico hypothecatis, vt optime tradit Purpur. consilio 168.numero septimo, & sequ. Et tanto magis hæc militant, ex quo pene vniuersa prædia in loco Hostiliæ sunt supposita Curiæ, quo fit, vt fit verisimile, partes, seu Bernam sensisse, vt denarij illi implicarentur in terris
17 sitis in loco contractus,sicuti videmus,† quod obligatus dare fideiussorem dicitur obligatus dare in loco contractus, & obligationis, & secundum morem illius regionis, & de hominibus illius loci. Vini. opin. 297. numero primo Surrez. thesau.recept.senten.littera F, numero 158.Roland.consilio 58.numero 19. in prima.

Quarto dicitur, solutionem fieri debere in casum finis factæ per Dominam Catharinam filiam Bernę, & respectiue vxori Zanardi ad formam instrumenti, quam recusat facere ipsa Domina Catharina, & ideo stante correspectiuitate pactorum,cessante fine, non esse locum prætensæ solutioni.

18 Respondetur enim,Zanardum † alienum factum scilicet vxoris promisisse, qui cum fecerit possibilia, excusari debet.l. stipulatio ista ff.verbor. obligatio.late Eugen. conf. 90. numero 44.45. 46. vbi de veriori, ac receptiori restatur, etiam si fuisset addita clausula, cũ
19 effectu,& ibidem subiungit, partes † esse negantis probare negligentiam promittentis in non curando implementum facti alieni promissi. Idem Eugen. consilio duodecimo nu-
20 mero 98. vbi † id extendit ad promissionem iuratam, & ibidem numero 105.& 109. post
21 multos ait, † promittentem excusari debere, quando promisit pro persona, quam ipse promittens verisimiliter sperabat ratificaturam, & promissionem adimpleturam, vt in casu isto, vbi sponsus pro vxore promisit, & in terminis ita firmat Rip.in l.quod te.num.46 ff.si cer.pet.

Respondetur Secundo, quod Zanardus mi
nor non obligatur ex dicto pacto in illius, seu
22 vxoris suæ læsionem redundante, quod † pa-
ctum, vel obligatio vtcunque in instrumento
promissionis dotis facta non excludit restitu-
tionem in integrum, vt latissime probat per
plura iura, rationes & authoritates Calder. de
restit. in integr. ver. Cum non ab similis. num.
37. vsque 43.

Nec vim facit Curt. iun. cons. 168. num. 17
in oppositum adductus pro Bernar.

Quia imo Curtius concedit restitutionem
in integrum data læsione occasione dotis con
stitutæ, & illum sequitur Gabr. cons. 20. nu.
8. in 2. De læsione autem satis constare dicitur
ex quo agitur de renuntiatione iurium in bo-
nis maternis paternis, &c. iuribus notis, & præ
cipue cum agatur de renuntiatione iurium in
23 bonis stabilibus, quę † renuntiatio non tenet
absque decreto, vt est notissimum, & tradit
Gabr. cons. 20. num. 11. in 2. Lamberteng. de
contr. mulier. Glo. 21. num. 11. & per totam.

Tandẽ quinto loco ex aduerso dicitur, Ber-
24 nam † non dici morosum a die oblationis rea-
lis, & iudicialis de soluendo dictos denarios.
Natt. cons. 631. num. 2. Capic. decis. 16. in fi.
quo in casu cessat interesse prætensum Crau.
cons. 89. num. 4. 5.

Sed respondetur, satis ex Actis constare, &
præcipue ex protestatione, seu interpellatione
per Zanardum transmissa, ipsum non fuisse re-
cusaturum accipere pecuniam, imo illam eni-
xe ac libentissime fuisse accepturum, cum in-
terpellatio contineat incitationem ad reali-
ter, & cum effectu exbursandum pecuniã, &c.
quo in casu non sufficit oblatio verbalis in sac
25 culo, vel bursa, quia † vbi opus est facto, ver-
26 ba non sufficiunt, nec † hoc in casu excluditur
mora, vel pœna debitoris non numerantis, vt
probe post multos tradit omnino videndus
Corbul. de caduc. ob non solut. cano. lim. 37.
num. 1. vsq; 7. nec ambigitur oblationem Ber
27 næ fuisse verbalem, † cum ad realem oblatio
nem, seu re ipsa factam plura copulatiue requi
rantur, de quibus optime, ac luculenter apud
Plau. in l. quod te. li. 3. nu. 77. vsq; 93. ff. si cer.
pet. quę omnia in pręsenti casu desiderantur.
Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Possessor regulariter non tenetur docere ac osten-
dere titulum suæ possessionis.*
2 *Possessor si declarat quo titulo possideat tenetur
allegatum titulum probare ad hoc vt per actorẽ
inspiciatur an sit validus, nec ne.*
3 *Possessionis datio mulieri non conceditur nisi sit
verę prægnans tempore, quo petit possessionem,
& fuerint seruata requisita necessaria.*
4 *Mulieri non creditur asserenti se esse grauidam
alio non probante.*
5 *Possidens contra formam iuris tenetur probare
& ostendere titulum suæ possessionis.*
6 *Possessio non potest stare sine titulo.*
7 *Præsumptio aliqua contra possidentem ipsum obli
gat ad docendum & ostendendum titulum suæ
possessionis.*
8 *Possidens auctoritate iudicis non seruatis seruã-
dis ac spreta forma iuris dicitur iniustus pos-
sessor.*
9 *Possidens ex iudicis decreto minus recte inter-
posito occupat cum vitio.*
10 *Reus nõ probans titulum allegatum priuatur pos
sessione quando actorum fuit probata intentio.*

A R G V M E N T V M.

Possessor declarans quo titulo possideat, tenetur titulum probare, & ostendere. Mulieri asserenti se prægnantem non est credendum, si seruata non fuerunt necessaria requisita ad inspiciendum ventrem.

C O N S I L I V M. CLIX.

Actiones meæ à Domino.



N præsenti iudicio petitionis hę-
reditatis intentato aduersus Do.
Paulum Turrem, qui interroga-
tus declarauit possidere bona cõ
trouersa curatorio nomine vẽtris
prægnantis D. Lauinię filię ac a-
lijs iustis, & legitimis titulis, tenetur idemmet
Turris iterato interrogatus ostendere, ac pro-
1 bare titulum suæ possessionis, quia & si † regu-
lariter quis non teneatur docere, ac ostendere
titulum suæ possessionis. l. fi. C. rei vẽd. l. cogi.
2 C. pet. hær. Attamen quando † conuentus pe-
titione hęreditatis dixerit se titulo possidere,
vt in pręsenti casu, vbi dixit possidere curato-
rio nomine ventris pręgnantis, talẽ titulũ tene
tur ostendere ad hoc vt per actorẽ inspiciatur,
an sit validus, nec ne. Ita post Iaco. de Are. tra
dit Albe. in d. l. cogi. col. 3. vers. Sed quęrit Iac.
de Aret. An qui dicit se titulo possidere vbi
Bal. num. 9. vers. Si autem allegauerit & Sali.
num. 6. vers. Ibi compote mentis. Castr. num.
10. vers. Si vero dicit, quod possidet titulo, &
Ioan. Sichar. in fin. C. petit. hæred.

Præterea talis possessio habet legem resi-
stentem, seu est contra dispositionem, ac for-
mam iuris communis. Siquidem non tenet
3 † datio possessionis bonorũ, nisi mulier sit omni
modo,

modò,ac vere prægnans tempore mortis mari
ti,& tempore, quo petit mitri in possessionẽ.
tex.in l. 1. §. prægnantem esse mulierem. vbi
Doctor.ff. ventr. in possess. mitt. Modo adhuc
non constat de ventre prægnanre, nec hucus-
que fuerunt seruata necessaria requisita ad in
spiciendum ventrem, de quibus in l. 1. §. si mu
4 lier mortuo marito. ff. ventr. inspic. quia † nõ
creditur mulieri asserenti, se esse prægnantẽ,
alio non probato, nec tali ventri danda est ali-
qua bonorum possessio, late Bertaz. cons. ciuil.
5 100. num. 9. & seq. At † possidens contra for-
mam iuris tenetur ostendere, ac probare titu-
lum suæ possessionis, vt post Glos. & alios do-
cet Alber. in d. l. cogi. col. 1. vers. Et quoad hoc
opinio Canonistarum. Abb. in c. Licet Heli. in
fin. vers. Puto limitandum, vbi Felin. nume. 8.
vers. Secundo limita, & num. 15. vers. Quarto
limita extr. de Simon. Mascar. de probat. con-
6 clus. 1372. num. 10. & 25. Quia cum † posses-
sio habeat ius resistens, non potest stare sine
titulo, vt post Balb. Didac. & alios firmat Bi-
mi. cons. 12. num. 42. Alibi dicitur, quod quan
7 do militat aliqua iuris † præsumptio contra
possidentem ipse tenetur ostẽdere titulum suæ
possessionis. Rolan. cons. 89. num. 23. in 2. Ri-
min. iun. cons. 31. num. 54 Pedro. cons. 3. nu.
124. Mascar. d. conclus. 1372. num. 32. Nec
quidquam releuat, quod Turris fuerit decre-
tus curator ventri ab Excell. Domino Prio-
re Collegij: Quia adhuc dicitur iniustus pos-
sessor, & a possessione eijciendus est alio non
8 constito, ex quo † possidens authorirate iudi-
cis interposita non seruatis seruandis, ac spre-
ta forma iuris, dicitur iniustus possessor. Bart.
& alij. in l. iuste possidet. ff. acquir. poss. Mand.
9 cons. 287. nu. 55. nec † excusari potest aliquo
pacto missus in possessionem ex decreto inua
lido. Bar. in d. l. iuste in fin. & cons. 91. in quæ-
stione. vol. 1. late Borell. alios adducens cons.
10 8. num. 10. vbi subiungit, quod † talis possi-
dens ex iudicis decreto minus recte interposi-
to, dicitur occupasse cũ vitio, ideo in tali pos-
sessione non est manutenendus, & quod ali-
quis repertus in possessione cum vitio capta
in ea non debeat manuteneri, nec defendi, dif
fuse probat Honded. cons. 18. num. 28. & seq.
in 2. cum possessio inualida, & vitiosa nemi-
ni prodesse debeat, vt præter alios scribit Ri-
min. iun. cons. 573. num. 18. & cons. 626. nu.
37. Bimi. d. cons. 12. num. 43. vbi etiam dicit,
explorati iuris esse, quod possessio acquisita
non tantum sine titulo, sed in vim tituli inua
lidi iniusta est, & per consequens fieri non po
test, vt qui in ea est, dicatur habere intentio-
nem fundatam, cum possessio iniusta nemi-
ni prodesse possit, & paria sint in iure habere
possessionem iniustam, & nullam possessio-

nem habere, & alios adducit concordantes.
11 Tandem quod in petitione hæreditatis † reus
non probans titulum allegatum priuetur pos-
sessione, maxime iam probata actorum inten-
tione firmat Salic. in d. l. cogi. num. 7.

Quare concludo D. Turrem debere osten-
dere, & probare titulum suæ possessionis per
eum allegatum, alias &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Mora remittitur per dissimulationem, per receptionem rei, vel partis rei danda, absque protestatione aliqua, & per dilationem.

2 Mora per nouam expressam stipulationem dicitur remissa, & omnia conuenta iterato in suo robore permanent.

3 Nullitas sanabilis per solum consensum ratificantis, ratificatur per consensum superuenientem ratificantis.

4 Mora tacita semel remissa non potest iterato induci absque noua interpellatione, etiam in casibus in quibus posset reuiuisci.

5 Mora illi non imputatur, qui impletis implendis per alterum contrahentem se offert paratum soluere, vel rem promissam tradere.

6 Morosus non dicitur, qui potest se aliqua exceptione tueri.

7 Mora creditoris & debitoris compensantur.

8 Interpellatio qua non fuit facta cum aliquo temporis temperamento arbitrio Iudicis taxando non perficit moram, maxime quando agitur contra absentem.

9 Protestans non costante protestatione ex post acquiescens illa protestatio redditur nulla.

10 Prouocans ad iudicium dicitur moram purgore.

11 Debitor non dicitur morosus, quando creditor nõ se transtulit ad locum destinatum solutioni tẽporibus præscriptis.

12 Debitor non dicitur morosus etiam si non probauerit se fuisse paratum tali die in loco destinato ad rem tradendam quãdo creditor non se trãstulit ad locũ destinatum temporibus præscriptis.

13 Debitor non dicitur morosus etiam si iurasset tali die, & tali loco tradere, vel soluere.

14 Debitori satis est reperiri in loco destinato, & licet non soluat illico non per hoc dicitur morosus absq; interpellatione.

15 Promissor nunquam dicitur in mora constitutus etiam si sit debitor ex Instrumento quarentigiato nisi fuerit a creditore interpellatus.

16 Protestatio facta absque formali interpellatione secundum Curiam seu Ciuitatem nil operatur cum non clam, sed palam fieri debeat.

P 3 17 Pro.

17 *Protestatio facta coram testibus absente parte non tenet nisi concurrente metu, nec debitor efficitur morosus.*

18 *Interpellatio extraiudicialis nō tenet regulariter*

19 *Interpellatio incerta vel incongruo loco facta nil operatur.*

20 *Debitor offerens se paratum adimplere perinde est ac si adimpleuisset, nec creditor recusare potest adimplementum ex parte sua.*

21 *Creditor recipiens ratam aliqualiter præter tempus conuentum dicitur approbare contractum, illumq; omnino ratificare.*

22 *Creditor recipiens extra tempus, dicitur implementum accipere vt minus perdat, & hoc quando contractus est meticulosus.*

23 *Creditor recipiens dicitur recipere implementū virtute contractus veri vltro, citroq; obligatorij, & originaliter sponeanei vel voluntarij.*

24 *Protestatio cantraria facto nihil operatur, quia sunt incompatibilia.*

25 *Actum faciens contrarium protestationi, ab illa dicitur recedere.*

26 *Deponens frumento nomine alicuius apud aliquem illud frumentum semper dicitur esse illius, cuius nomine depositum fuit licet alterius ministerio.*

27 *Fideiubens ad instantiam alterius in aliquo contractu dicitur necessario approbare ipsum contractum.*

28 *Fideiussor dicitur fateri nullum ius habere cum illa re, pro qua fideiussit, & sibi totaliter præiudicat.*

29 *Exceptiones quæ non prosunt principali reo nec fideiussori prodesse possunt.*

ARGVMENTVM.

An per dissimulationem, & receptionem remittatur mora commissa, & quid si creditor non se transtulit ad certum, & destinatum locum temporibus præscriptis.

An fideiubens in aliquo contractu dicatur approbare contractum, & dans fideiussorem dicatur remisisse moram commissā dicitur affirmatiue.

CONSILIVM. CLX.

Actiones mea à Domino.



ONTROVERSIA vertens inter D. Nigronum Ciuem Ariminensem, & DD. Fachettum, & Furgam, facilem patitur decisionem, si temporum diuisionem iuridice computabimus.

Videamus igitur quid iuris, ante diem 26. Ianuarij 1609. in qua fuit celebratum Instrumentum dationis fideiussionis per D. Fachettum, fideiussorisq; principalis, & in solidum animo nouandi debitum, & obligationem in se, extitit D. Furga, vt ex dicto Instrumento in actis reg. fol. 9.

Aduertēdum namq; est, D. Nigronum fuisse obligatum tradere salmas tritici 85. per totam diem. 15. Decembris, & totidem ad festa Natalitia immediate subsequentia: Dedit tamen Salmas 85. in die 20. Decembris prædicti, differendo secundam ratam vsq; ad diem 6. Februarij 1609. Et ita D. Nigronus prima fronte dicitur fuisse morosus quo ad tempus primæ ratæ, & etiam quo ad dationem secundæ, quia duas ratas nempe 170. tenebatur dare ante diem præcitati Instrumenti fideiussorij, Cuius Nigroni contumaciam dicitur accusasse Fachettus in loco Ariani, quo se contulerat iussu, & cum litteris dicti Nigroni, directis fratribus de Tabarinis, vt colligitur ex protestatione facta coram Pretore Ariani, intimata dictis Tabarinis, vt in processu fol. 27.

Sed vere de tali mora non est curandum, cum Dom. Fachettus illam remiserit formaliter, & expresse, nempe, per dissimulatio-
1 nem, † per receptionem rei, vel partis rei dandæ absque protestatione aliqua, per nouam dilationem, vt per hæc, & alia exempla probat Decis. Genuæ 27. numero 11. Magon. Decis. Luca. 62. nume. 22. 23. & dicitur specialiter remissa, & explicite in casu isto, ex producta fideiussione data. Nam Fachettus non tenebatur dare fideiussionem conuentam, nisi ad instantiam, & requisitionem Nigroni pro manutentione contractus, ita cantant capitula conuentionis, & ideo Fachettus, absente Nigrono, vigore tamen litterarum ipsius Nigroni datarum sub die 2. Ianuarij 1609. volens cautare Nigronum respectu conuentorum inter ipsos, prout ex scriptura capitulorum facta sub die 28. Nouembris 1608. ibidem exhibitis, & de verbo ad verbū lectis &c. pet se, & hæredes suos, ac vna cū eo D. Furga principaliter, & in solidum &c. animo nouandi totum debitum, & omnem obligationem in se &c. promiserunt ipsi Nigrono absenti &c. & Domino Pauesio pro illo acceptanti, manutenere, obseruare, & adimplere omnia, & singularia inter eos conuenta in dicta capitulorū scriptura &c. Et in litteris Nigroni registratis in calce Instrumenti fideiussorij, (in quarū executione Fachettus fideiussit,) apertissime legitur, Nigronum non tradidisse secundam ratam frumenti in tempore cōuento propter inanem fideiussionem darā per Fachet-

Fachettum, quam ipse Fachettus reuocauit, & nouam sufficientem dedit, vt in prænotato Instrumento videre est. Ex quibus omnibus apparet, Nigronum non fuisse morosum, & qua-
2 tenus fuisset, illimet † per nouam expressam stipulationem fuisse remissam, & omnia conuenta iterato in suo robore permansisse, Bart. in l. quoties, ff. nouat. & in l. eum qui ita §. fin. vbi cæteri notant ff. verb. oblig. Non inquam potuit dari illa noua fideiussio pro manutentione conuentorum, citra animum approbandi dictas conuentiones, vt patet ad sensum. Quinimo fortius actus nullus procedens dicitur omnino ratificari per consensum ratificantis
3 superuenientem, quando nullitas † est sanabilis per solum consensum ratificantis, Surd. Decis. 70. num. 18. & num. 27. vers. Minus, & De-
4 cis. 245. & mora † tacite semel remissa non potest iterato induci absq; noua interpellatione etiam in casibus in quibus posset reuiuisci (qd tamen fieri nequit stante expressa remissione in casu isto) ita Bart. in l. item illa nu. 11. vers. Quæro quid erit. ff. const. pecun. Socin. 126. num. 5. Meno. conf. 1013. num. 9. 10.

Insuper ex litteris productis Nigroni extensis in calce Instrumenti fideiussionis, & consequenter approbatis a Fachetto constat, ipsum Nigronum iure merito denegasse traditionem secundæ ratæ tritici promissi, ex quo sufficientem fideiussionem non dederat, offerendo seipsum traditurum illud granum conuentum data sufficienti fideiussione pro totali manuten-
5 tione contractus antea initi; At illi mora † non imputatur, qui impletis implendis per alterũ contrahentem se offert paratum soluere, vel rem promissam tradere, l. si maior annis. C.
6 trans. Pacian. conf. 97. num. 3. & morosus † non dicitur, qui potest se aliqua exceptione tueri Menoch. conf. 611. num. 27. Cornaza. Decis. Lucæ. 73. nu. 7. Surd. Decis. 179. num. 15. Pedro. conf. 1. num. 233. & 235. Quinimo dato quod etiam Nigronus fuerit morosus, attamẽ etiam vltima mora Fachetti nocet, vel saltem
7 creditoris, & debitoris moræ † compensantur, Surd conf. 374. num. 5. Rimin. iun. conf. 281. num. 34.

Insuper nec releuat protestatio facta in loco Ariani, transmissa fratribus de Tabatinis, tum quia non afficit Nigronum absentem, tũ
8 etiam quia interpellatio † inchoat quidem, sed non perficit moram, nisi cum aliquo temporis temperamento, arbitrio Iudicis taxando, l. si quis filium, §. fin. ff. collat. bono. maxime quando agitur contra absentem, late Plauti. in l. qd te, in præfatio. num. 20. vsque 25. ff. si cert. petat. Ioseph Ludouic. Decis. Perus. 90. num. 32 33. Rimin. Iun. conf. 304. nu. 18. & conf. 533. num. 9. 11. Becc. conf. 105. num. 22. Quæ taxatio dandi frumentum intra opportunum tẽpus non legitur in dicta protestatione transmissa: Imo cũ protestatio fuerit facta sub die 17. Decembris 1608. & frumentum fuerit protestanti traditum die 20. eiusdem mensis, dicitur purgata mora intra breue tempus, & con-
9 sequenter cum protestans † non obstante protestatione ex post acquieuerit, illa protestatio redditur nulla, Ioseph Ludo. Decis. Perus. 50. num. 10.

Quo autem ad alias ratas salmarum tritici distributas in menses diuersos, nulla mora, nulla culpa potest Domino Nigrono aliqualiter imputari: Quia non constat, Fachettum vnquam legitime fuisse conquestum de ipso Nigrono, a quo Fachettus semper salmas frumenti pro certo tempore traditi benigne recepit, adeo quod Nigronus fuit coactus medio iuris sibi prouidere aduersus Fachettum reluctantẽ conuentis temporibus vlterioribus residuum frumenti leuare, illiusque pretium tradenti exarare: Quo fit, vt nullatenus morosus iudicetur Nigronus, & si fuisset, moram purgasse di-
10 ceretur, quia prouocans † ad iudicium dicitur moram purgare, l. merito. ff. vi & vi arma, Plauti d. l. quod te lib. 4. nu. 61. & seq. ff. si cert. pet.

Præterea nullibi constat, ipsum Fachettum se contulisse, præcipue post receptionem primæ ratæ, ad locum Pontis obscuri destinatum ad frumenti conuenti traditionem, temporibus præscriptis ad traditionem, & ideo nõ
11 potest Nigronus dici morosus, † tex. in l. Item illa verba. ff. const. pecun. vbi habetur, quod si quis promisit tradere rem in certo loco, nunquam intelligitur esse in mora constitutus, nisi creditor iuerit ad illum locum, & in illo præciso tempore, quo traditio fuit destinata sanatus ad recipiendum rem promissam, vt declarat Bart. in d. l. illam num. 10. vers. Quare pone quod solutio, subdens, hoc procedere etiamsi
12 debitor † non probauerit, se fuisse paratum illa die in loco illo destinato ad rem tradendã, quem sequitur Fulgos. ibi in fine, Corn. Ang. Aret. & alij quos sequitur Pacia. conf. 112. numero 84. & seq. post Serap. de Iuram. priuil. 47. num. 8. & seq. limit. 4. late Onde. conf. 36. num. 12. 13. & 18. & num. 26. 27. in secundo
13 dicens id procedere etiam si debitor † iurasset tali die in tali loco tradere, vel soluere, Menoch. conf. 650. num. 8. & conf. 1153. numero 27. Quinimo vltra prædicta requiritur quod creditor perueniens in tempore conuento ad
14 locum destinatum interpellet debitorem, † cui sat est debito tempore reperiri in loco destinato, & licet non soluerit illico non per hoc dicitur morosus absque interpellatione, vt firmat Faber in §. loca. Institutor. de verborum obligat. Bartol. & Seraphin. vbi supra

Pacian.dicto cons. 112.num.78.79. vbi num. 581.subdit, Promissorem † nunquam dici in mora constitutum, nisi fuerit a creditore inter pellatus, etiam si de credito constet per Instrumentum guarentigiatum, maxime quando tractatur de annullatione contractus per implementum non secutum, quia tūc necessario debet præcedere monitio, cōcordat Surd. Decis.211.num.9. At de prædictis non constat ex actis, & hoc fundamentum, meo iudicio, valde stringit;

Nec iuuat, quod extraiudicialiter Fachettus aliquando conquestus est de tarditate Nigroni in tradendo triticum, vt nonnulli testes

16 videtur asserere, quia talis protestatio, † absq; formali interpellatione, secundum stylum Curiæ, vel Ciuitatis, nil operatur, cum non clam, sed palam fieri debeat, Afflict. Decis. 282 nu. 8. Rugeri. cons. 35. num.70. in 1. & coram te-

17 stibus absente parte facta † non tenet, nisi cō currente metu, vnde cons. 29. num. 53. & seq. in 2. alias per eam quis non efficitur morosus, vel contumax, Pedro. cons. 1. num. 270. Alibi

18 habetur, quod interpellatio † extraiudicialis regulariter nō nocet, late Schrader. cons. 131.

19 num.52. in 2. imo interpellatio † in certa, vel in congruo loco facta nil operatur Gallia. cōs. 71. num. 2.7. & 17. vbi alios adducit. Cessante

20 igitur mora cum Nigronus obtulerit † separatum implere, perinde est ac si impleuisset, & alter nempe Fachettus, vel Furga implemētū ex parte illorum recusare non possunt, ita Ceph. cons. 492. col. 1. & 2. Rimin. iun. cons. 538 num. 35. 36.

21 Addatur insuper, quod Fachettus † recipiē do alias ratas post præstitam fideiussionem, licet aliqualiter præter tempus conuentum præcisum, dicitur approbasse contractum, illumq; omnino ratificasse. Natt. cons. 341. num. 4. Deci. cons. 480. in fine, diffuse Montan. de Tutel. c. 33. num. 537. vsque 549. Surd. cons. 43. num. 6. Mascar. de probatio. conclus. 1255. n. 37. & seq. Lanari. cons. 25. num. 12. cum plurib. seqq.

Nec fortasse replicetur, Fachettum recepisse illas ratas non animo approbandi contractum, sed potius dicitur recepisse implementum, vt minus perderet, & maius damnū euitaret, licet (inquam) sponte soluens vigore contractus præambuli dicatur contractum ratificare; Attamen aliud dicendum est in reci-

22 piente, qui implementum dicitur recipere, vt minus perdat, prout distinxit Inno. in cap. Super hoc. col. 2. vbi Butr. Imo. Zab. & alij de Renuntiat. alios addit, & sequitur Lanar. cons. 33. num. 11.

Respondetur (inquam,) obiectum procedere in recipiente vigore contractus violēti, vel meticulosi per eum ante a gesti cum adhuc dicatur durare metus, vel vis primitus illata, se-

23 cus si vigore contractus † veri, vltro citroque obligatorij, ac originaliter spontanei, vel volū tarij, ita Bart. in l. si ob turpem num. 2. ff. cond. ob turp. caus. vbi Fulgos. num. 6. & Iaf. num. 3. in fine secundæ limitationis, & hoc declarant Bart. Castren. & alij in l. 4. C. his quæ vi met. caus.

24 Præterea protestatio † contraria facto nihil operatur; nam accipere triticum, & protestari, se nolle, vel non teneri illud accipere, sūt incompatibilia, Surd. cons. 143. num. 9. ergo non afficit talis protestatio, cum nō vitiet, sed

25 vitietur: Nam faciens actum † contrarium protestationi, ab illa dicitur recedere, late in terminis Surd. cons. 136. num. 43. 44. vbi subdit post Angel. quod protestans aduersario, se non obseruaturum contractum, nisi aduersarius quoq; obseruet, dicitur illius contractus dissolutionem remisisse.

Nec releuat exceptio falsitatis opposite cōtra Sonzonium, qui prius dixerit, frumentum apud se depositum fuisse a Nigrono, & in responsione data præcepto sibi transmisso dixisse fertur frumentum illud fuisse apud se depositatum a Gratiadeo Vita; Quia, Vita habuit in mandatis a Nigrono consignandi frumentum illud Fachetto, & ideo illud prius depositauit ad Sonzonium, adeo quod Vita præbuit nudum ministerium in faciendo tale depositū frumenti Nigroni, Quid (inquam) interest, an meum frumentum per me depositetur, vel per alterum intuitu meo? Quocirca bene se gessit Sonzonius in vtroq; eius dicto, quia tra dens nomine meo, vel consignans frumentum

26 seu illud deponens † apud aliquem, perinde est, ac si ego illud depositassem, quia vtroq; casu frumentum est meum, licet depositum fuerit factum alterius ministerio: Mago. Decis. Florent. 43. num. 13, 14. Ioan. de Amic. cons. 124. num. 7. Ceph. cons. 740. in fine. Sed circa hoc vlterius non immoror, cum abunde fuerit satisfactum isti exceptioni per Excellētiss. D. Patrimonialem in suis doctissimis lucubrationibus.

Quatenus etiam obijceretur, adhuc remanere D. Furge fideiussori ius opponendi cōtra Nigronum, vltra iam obiecta per Fachettum, ex quo illi competunt exceptiones competentes principali debitori, & ius fuit quæsitum ipsi fideiussori aduersus Nigronum non implentem ex sui parte.

Respondetur, satis constare ex præallegatis nullum ius validum fuisse quæsitum Fachetto aduersus Nigronum, sed bene Nigrono cōtra Fachettum, & quo ad gesta, vel omissa ante cō tractum fideiussionis omnia dicuntur fuisse

appro-

approbatã,& respectiue remissa per ipsum fi-
27 deiussorem quia fideiubens † ad instantiam alterius in aliquo contractu dicitur necessario ipsum contractum approbare l.1.§.sed & si ser ui.ff.quod iussu,Surd.cons.114.num.26. qui-
28 nimo † dicitur fateri,se nullum ius habere cũ illa re pro qua fideiussit Barzi.Decis.70.n.25. & sibi totaliter præiudicat Bertaz. de Instru. clauf.39.Glos.2.num.4.& si ex parte Fachetti nil validum fuit oppositum,nec denuo opponi possit,multo minus opponi potest per Furgam,qui nil aliud potest opponere contra Ni grouum vltra iam adducta per Fachettũ, quę tamen sunt nullius ponderis,maxime cum defecerint ambo Fachettus, & Furga in eorum
29 salutari,vt dixi,& quod † principali reo non prodest,nec fideiussori prodesse potest, Bart, in l.si unus §.pactus ne peteret ff.de pact,

Laus Deo,

Carolus Bardelonus I.V. D.

ARGVMENTVM.

Mater potest dare tutorem in Testamento filijs institutis, existentibus in potestate aui paterni, & prohibere etiam quod aui, vel viri non habeant participium in dictis bonis, & hoc super bonis dictis filijs relictis,dempta legitima.

CONSILIVM. CLXI.

Actiones meæ à Domino.

SVMMARIVM.

1 *Mater non potest dare tutorem suis filijs in potestate aui paterni existentibus.*
2 *Mater non potest dare tutorem filijs sub potestate aui paterni respectu personarum,nec etiam respectu rerum.*
3 *Mater potest disponere,quod pater filiorum insti tutorum, vel quilibet alius habens illos in potestate nullum penitus habeat participium in bonis filijs relictis.*
4 *Mater potest tutorem dare filijs institutis.*
5 *Mater potest extraneo relinquere administratio nem bonorum relictorum suis filijs existentibus in potestate aui, & etiam aperte priuare potest auum dicta administratione.*
6 *Inhabilis ad accipiendum tutelam potest esse administrator bonorum testoris relictorum filio impuberi iuxta formam Testamenti.*
7 *Mater vidua potest disponere ad libitum de bonis suis excepta legittima.*
8 *Tutor Testamentarius relictus a matre confirmari debet per Iudicis Decretum.*
9 *Tutores in confirmatione promittant vtilia tantũ facere & inutilia prætermittere, nec aliquid vltra expresse promittant.*
10 *Tutor legitimus per omissionem defensionis pupilli, & alia similia cassatur à tutela, & cura.*
11 *Clausula obligatoria existens in testamento,scilicet quod tutor teneatur facere omnia, quæ de Iure tenetur,addito iuraměti vinculo sufficit.*


EQVISITVS quid sentiã circa dationem tutorum & curatorum factam per quondam Illustrem D. Marascam Illustr. Dominis suis filijs, an scilicet subsistat nec ne.

1 Arbitror illam subsistere.nam licet mater † non possit dare tutorem filijs suis,existentibus maxime in potestate aui paterni. l.1. ff. testa. tutel.§.fin. Instit.de patr.potest.l.1.ff.tutel. & late probat Thom.Docci.cons.69.col.1.Monta.de tuto.cap.8.num.38.nedum respectu personarum ipsorum filiorum ,'sed nec etiam re-
2 spectu rerum † vel bonorum,vt per eund.Docci.vbi supra.num.4.

Attamẽ in præsenti casu cum Domina Marasca vidua dictos filios suos sibi hæredes vniuersales instituerit,illisque certos tutores,curatores,& administratores,respectu scilicet bonorum,& hæreditatis ipsius testatricis , dederit,eosdemq; tutores in codicillis etiam confirmauerit,expresse prohibendo,ne Dominus Garzotus auus paternus dictorum filiorum vl lo pacto possit se ingerere in administratione præfatorum filiorum,& nepotum respectiue, respectu bonorum,& hæreditatis ipsius codicillantis,dubio procul in eam deuenio sententiã , ꝙ (legitima prædictis filijs debita ad summum excepta) præcitata tutorum datio valeat,& præcipue accedente iudicis confirma-
3 tione.Quia mater † potest disponere , vt pater filiorum per eam institutorum vel quilibet alius habens illos in potestate , nullum penitus habeat participium in bonis per eam relictis dictis filijs,tex in auth.vt liceat matri, &
4 auiæ,in princ. Potest (inquam) mater † filio per eam instituto tutorem dare , quia dicitur potius dari rebus quam personæ.l. pater hære di.ff.testa.tutel.l.mater testamento,C.testam. tutel.Clemens de patr.potest. effectu 14. nu. 5.Montan.de tutor.cap.8.num.38.& sequ. &
5 matrem † posse relinquere extraneo bonorum admi-

administrationem relictorum filijs suis existētibus in potestate aui, ipsumq; auum aperte priuare dicta administratione, tradit Socin.
6 iun.cons.59.num.34.in 3. Siquidem non † valens accipere tutelam formalem, potest tamen suscipere administrationem bonorum testatoris relictorum filio impuberi ad formam testamenti, latè D.Surd.cons.428.num.14. in secūda quæstione.num.14. vsque ad fin. vbi in specie num.21. post Din. Bar.& alios, ait, actum dandi tutorem, & administratorem esse diuiduum, quia quis potest esse administrator, nō autem tutor, ex quo tutela data ab extraneo minori habenti alium tutorem resoluitur in administrationem, vt in casu isto.

Nec dicatur, bona matris ad filios spectare ex dispositione iuris municipalis titulo, de dote per maritum lucranda, quo cauetur, bona dotalia descendere in filios post mortem matris, quo in casu non videtur sustinēda matris dispositio circa illorum bonorum administrationem.

Quia respondetur, statutum illud non ar-
7 ctare viduam, quæ † eo non obstante potest, saltem excepta legitima, pro libito disponere de bonis suis, vt per Burs.cons.164.num.28.
8 Non etiam releuat si dicatur, tutorem † testamentarium a matre relictum debere confirmari per iudicis decretum, cum fragile sit matris consilium, vt post alios firmat Monta. de tuto.cap.8.num.38.& confirmationem istam
9 esse nullam, quia tutores † in confirmatione promiserunt vtilia tantum facere & inutilia prætermittere, non autem exprese promiserunt pupillos defendere, nec vnquam illos indefensos relinquere l.fin.§.omnem. vbi Doct. admin.tuto.Bar.in l. legitimos. ff. legit. tutel.
10 vbi ait † ex tali omissione vidisse cassari, & irritari plures tutelas, & curas, sequitur alios adducendo Rimin.iun.cons.247.num.10.vsque 17.& cons.437.num.72.& seq. Anguil. cons. 46.num.18. Idem Rimin.cons.656.num.17. & cons.809.num.89.
11 Quia respondetur, sufficere adesse † clausulam obligatoriam faciendi alia omnia, ad quę tutores de iure tenentur, addito iuramenti vinculo, vt in præsenti casu, vt per Rotam decis. 373.num.3.par.1.in nouiss.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Minor a Principe habilitatus ad omnes actus, cōtractus, & distractus non alienat stabilia sine decreto, nisi ad inhabilitationem exprimatur.*
2 *Venia ætatis tollit quidem restitutionem in integrum non autem actus nullitatem.*
3 *Minor habilitatus ad vendendum certum prædium tenetur coram Iudice iustificare causam illud vendendi.*
4 *Habilitatus ad vendendum feudum tenetur seruare cæteras solemnitates.*
5 *Monachus dispensatus ad testandum arctatur ad solemnitates testamentarias seruandas.*
6 *Licentia data patri alienandi bona filij intelligitur seruatis solemnitatibus, & cum Iudicis decreto.*
7 *Ratificatio non validat actum nullum, vbi non cōstat ratificantem habuisse notitiam nullitatum.*
8 *Quod nullum est ratificari nequit maxime vbi nullitas consistit in substantialibus.*
9 *Nullitas ex defectu solemnitatum per solum superuenientem consensum non sanatur.*
10 *Ratificatio est triplicis generis, expressa, tacita, & mista.*
11 *Præsumptiones duæ eiusdem facti vnico ritu dari non possunt.*
12 *Ratificatio valida vt inducatur requiritur scientia in ratificante iuris, & facti.*
13 *Actus nullus nullam virtutem, effectum, nec executionem habet.*
14 *Consensui nil magis est contrarium quam error.*

ARGVMENTVM.

Ratificatio actus nulli non inducitur quandō ratificans non habuit scientiam iuris, & qualitatum actus ratificati.

CONSILIVM. CLXII.

Actiones meæ à Domino.



PVNCTVS controuersiæ vertentis inter Illustres Dominos fratres de Gazijs, & D. Octauiū de Vbertis reducitur; Quod inuestitura bobulcarum sexdecim in quibus continentur bobulcæ sex controuersæ, & si nulla fit, tamquam facta sine solemnitatibus statutarijs requisitis in cōtractibus minorum. Attamen cum fuerit ratificata a dictis DD. Fratribus vigore cuiusdam cessionis per eos factæ de iure exigendi annuā præstantiam a dicto D. Vberto, ipsi D. Fratres illas consequi non valeant tamquam eorum præcipuas.

Id tamē nequaquam vim facit ex pluribus.

Primo dicta cessio continet ius exigendi, quod respicit dominium directum; & consequenter non potest verificari respectu sex bobulcarum terræ assignatarum Dominis Fratribus pro liuellis debitis decursis, & non solutis a D.

tis a D. Vberto, quæ quidem assignatio fuit facta super vtili dominio, non autem super directo, vt constat, ergo.

1 Secundo quia † impetrans veniam ætatis a Principe ad omnes contractus, & distractus &c. non potest alienare stabilia sine decreto, nisi id in habilitatione specifice exprimatur. Dec. cons. 403. num. 10. Bertaz. cons. ciuil. 12. num. 20. vbi multos adducit. Quod procedit nedum si Princeps ad vnicum actum, sed indifferenter, & in omnibus & per omnia dictũ minorem habilitauerit Contard. in l. vnic. limit 8. num. 18. C. si de momen. possess. Cald. de restit. in integr. verb. Implorat. in integr. re-

2 stit. num. 49. quia † venia ætatis tollit quidem restitutionem in integrum, non autem actus nullitatem. Monta. de tuto. cap. 33. num. 76. & seq. vbi ampliat etiam constito de versione pecuniæ in rem minoris, cum hoc non validet alienationem rei stabilis. Quinimo fortius etiã si Princeps habilitasset minorem ad vendendum specialiter certum prædium minoris, quo

3 in casu decreto opus non est, † adhuc tenetur minor habilitatus iustificare causam legitimã vendendi illud prædium, coram iudice. Azo in summa. C. tit. quand. decret. opus non est. n. 1. Glos. & Salic. in l. 2. C. eo. tit. late decis. Rotæ Romanæ 84. num. 4. & seq. par. 2. in nouissimis omnino videnda, in qua etiam subiungitur; Quod si minor tali in casu causam iustam vendendi expresserit in precib. Principis porrectis pro obtinenda habilitatione, adhuc talis expressio non sufficit, nisi idem coram iudice probetur, cum talis expressio seruiat pro iustificatione licentiæ de vendendo non autem pro supplendis solemnitatibus a iure requisi-

4 tis. Ita in simili dicimus † habilitatum ad venditionem feudi teneri seruare cæteras solem-

5 nitates, & † monachum dispensatum ad testamenti factionem arctari ad solemnitates testa-

6 mentarias seruandas, sicuti † licentia data patri, vt possit alienare bona filij intelligitur seruatis solemnitatibus, & cum iudicis decreto, de quibus omnibus Menoch. de recuper. possess. remed. 6. num. 24. & seq.

Tertio inuestitura facta dictarum terrarum Domino Vberto fuit nõ simpliciter nulla, sed omnino, & totaliter nulla, tamquam facta a falso Curatore: Nullibi enim constat, nec constare potest, D. Franciscum Aliprandum fuisse Curatorem generalem dictorum Dominorum Fratrum, nec specialem ad illum actũ inuestiendi, seu concedendi dictas terras in em-

7 phyteusim D. Vberto. Cum † igitur ex tali defectu huiusmodi inuestitura sit omnino nulla, non potuit dici medio dictæ cessionis ratificata, maxime cum nullibi constet, dictos Dominos Fratres tempore cessionis habuisse notitiam qualitatum, nullitatum, & defectum dictæ Inuestituræ, vt præcise post Gabr. notat Mascar. de probat. conclus. 1255. nu. 50. Hinc

8 in proposito dicitur, † quod nullum est ratificari nequit, maxime quando nullitas consistit in substantialibus, de quibus partes non pos-

9 sunt disponere, vt in præsenti casu, † vbi nullitas non consistit in defectu consensus, sed solemnitatum, & ideo per solum superuenientẽ consensum non potest sanari Natta cons. 262 num. 10. D. Surd. cons. 183. num. 35.

10 Quarto aduertendum est, † dari triplex genus ratificationis. Prima est expressa, claris, & specificis verbis enuntiata. Secunda est tacita ex solo temporis cursu resultans. Tertia est mixta, quæ ex aliquo facto præsumptiue inducitur, de quibus diffuse Meno. de recuper. pos. remed. 15. num. 112. & seq & cons. 561. num. 19. & seq. Quarum duæ posteriores nunquam operantur, nec iuridice inductæ censentur, nisi aperte constet, ipsum ratificantem notitiã habuisse contractus, vel actus ratificandi, cum omnibus suis qualitatibus, alias non subsistit:

11 quia † sequerentur duæ præsumptiones eiusdem facti vnico ictu, nempe quod sic faciendo præsumeretur ratificare actum præcedentem, & quod illius actus & omnium eius qualitatũ scientiam habuisse credatur, quod est absonũ, late Menoch. d. cons. 561. num. 19. & 20. vbi multos adducit. & num. 40. vers. Non enim

12 ex eo. Hinc dicitur † ad inducendam validã ratificationem requiri in ratificante scientiã iuris, & facti Bal cons. 322. num. 1. vers. Præterea. in 2. fin. Pret. cons. 3. num. 21. Quo fit in proposito, vt cum Domini fratres non cognouerint qualitatem, & defectus dictæ inuestituræ, nullius sit ponderis præfata præsumptiua ratificatio. Quinimo crediderunt illam subsistere, cum in cessione dicatur, illos facere dictam cessionem virtute, & in executionem antecedentis Inuestituræ, ex quibus verbis colligitur, illos pro certo tenuisse, illam esse validã,

13 quia † actus nullus nullam virtutem, effectũ, nec executionem habet. c. Nõ præstat. de reg. iur. in 6. l. 4. §. condemnatum. ff. re iudic. late Hond. cons. 32. num. 85. & seq. in 1. Vnde sequitur, quod cum crediderint illam concessionem tenere, & veram esse, quod tamen est erroneum, non possit dici, aliquam ratificationẽ

14 ex tali cessione resultare, cum † nil sit magis contrarium consensui, quam error. Ita firmat Corn. cons. 293. num. 19. vers. Et insuper non habuerunt in 3. Meno. d. cons. 561. num. 40. vers. Ita etiam vere loquuntur.

Non etiam videtur omittendum, assignationem istarum bobulcarum sex fuisse factam die 14. Iunij 1586. cuius ignorantiam habuit D. inuestiens, nec ipsi fratres vnquam scientiam

tiam habuerunt talis assignationis, nisi hinc post paucos dies, & post dictam cessionem, vt etiam suo iuramento probare parati sunt, vltra quod eorum ignorantia præsumitur, merito nullius est ponderis dicta inuestitura, nec illis officit dicta cessio.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Creditor chirographarius posterior habens appocham tribus testibus subscriptam præfertur priori habenti schedulam nullo teste munitam.

2 Creditor instrumentarius posterior præfertur anteriori habenti chirographum non subscriptum, & ibi de ratione.

3 Creditor instrumentarius posterior præfertur anteriori habenti simplicem scripturam, licet ex post fuerit adiuta publico instrumento.

4 Scriptura solemnis, vel publica non tollit fidem priuatæ, quando constat priuatam esse veram.

5 Præsumptio cedit veritati.

6 Suspicione scripturæ purgata fides illius remanet illibata.

7 Chirographi veritate fides, & virtus potest probari testibus de veritate contentorum in ea deponentibus, seu de substantia contractus.

8 Anterioritas, vel hypotheca non requirit de necessitate scripturam, sed solo consensu contrahitur, & testibus probatur.

9 Scriptura priuata, vt tertio præiudicet debet probari tribus testibus de tempore præciso attestantibus, contra tamen quod duo tantum testes sufficiant num. 10.

11 Iudæi in contractibus contra Christianum testificari possunt, præcipue in Ciuitate Mantuæ ex ordine patria.

12 Hebræorum attestationibus regulariter statur vbi talis extat consuetudo, præcipue si sint proxenetæ, & concurrant aliæ præsumptiones, & adminicula.

13 Mercatorum controuersia iuris apices reÿciunt.

14 Scripturis simplicibus inter mercatores de consuetudine plena fides datur.

15 Scriptura priuata vbi probat inter mercatores, probat etiam contra tertium.

16 Scriptura simplici mercatoris integri, & fidelis indubitata fides adhibetur.

17 Præsumptiones multæ simul iunctæ satis iuuant ad inducendam fidem scripturæ priuatæ.

ARGVMENTVM.

Creditor chirographarius posterior virtute apochæ trino teste munitæ non præfertur anteriori habenti simplicem scripturam, quando aliunde probatur priuatam esse veram.

CONSILIVM. CLXIII.

Actiones meæ à Domino.



DVBIVM facere videtur aduersus Dominum Norsam,
1 quod † creditor chirographa
rius vigore apochæ a tribus
testibus subscriptæ vtcunque
posterior præfertur alteri cre
ditori chirographario habenti schedulam sim
plicem nullo teste munitam. per text. in l. scri-
pturas. C. qui potio. in pign. talis (inquam) te
stiũ subscriptio dat robur schedulæ, ac si esset
instrumentum publicum, & efficitur scriptura
solemnis. Vnde habens huiusmodi chirogra
2 phum præfertur, sicuti † præfertur creditor po
sterior instrumentarius præcitato creditori an
teriori d. l. scripturas. Negus. de pignor. 2. mẽ-
br. quintæ partis num. 30. Rip. in l. priuilegia.
num. 24. ff. priuil. credit. Magon. decis. Floren.
122. num. 1. & seq. Decis. Genuæ 13. num. 31.
Ratio est, ob fraudem, seu periculum antidatę
ne sit in arbitrio debitoris colludere cum ali-
quo, & tollere ius quæsitum vero creditori. An
char. cons. 28. col. 1. Bal. cons. 198. nu. 4. in 1.
Magon. d. decis. 122. num. 3. & nouissime Ca-
3 ball. cons. 121. num. 4. Idque † procedit etiam
si talis scriptura simplex fuerit ex post adiu-
ta per instrumentum publicum, vt post Anch.
tradit Rip. d. num. 24.
Vere tamen prædicta non faciunt negotiũ
contra dictum Norsam, constito de veritate il
lius chirographi, & consequenter cessãte frau
4 de, & collusione debitoris, quia † scriptura so-
lemnis, vel publica non tollit fidem priuatæ,
quando constat priuatam esse veram. Siqui-
dem tex. in d. l. scripturas. C. qui potio. in pig.
habe. fundat se in præsumptione, nempe quod
scriptura publica, vel solemnis sit verior, &
5 credibilior, † præsumptio autem cedit verita-
ti. Ita in puncto tradit Bald. d. cons. 198. num.
5. in 1. Tiraq. de retr. conuent. Glo. 7. num. 55.
56. Mago. d. decis. 122. num. 5. Bursat. consil.
103. num. 3. Caball. cons. 150. num. 19. dicẽs,
6 † qđ suspicione scripturæ purgata fides illius
remanet illibata. Decia. cons. 11. num. 140. &
seq. in 1. Menoch. cons. 787. nu. 6. & 7. Papou.
cons. 48.

cons.48.num.25.Thesau.iun.quæst.89.num.4.vers.Tertio facit.

7 Veritas † autem, fides, & virtus chirographi potest probari per testes deponẽtes de veritate contentorum in schedula, seu attestantes de substantia, & veritate cõtractus in schedula contenti, vel enuntiati Bal. d. cons. 128. num. 5. Magon. d. decis. 122. num. 11. 12. Bur. d. cons. 103. num. 2. & 6. vers. Non obstant. Franc. decis. 95. num. 6. & 7. dicens par esse, vt fiat probatio per testes subscriptos, vel aliunde, dummodo constet de veritate, & fraus cesset.

Idque militat etiam quoad anterioritatem vel hypothecam in præiudicium aliorum creditorum, quia † anterioritas, vel hypotheca non requirit de necessitate scripturam, sed solo consensu contrahitur, merito testibus probati potest, l. 1. ff. pignor. actio. l. contrahitur. ff. pignor. Odd. cons. 100. num. 86. & seq. Anch. q. 10. num. 4. 5. in 1. Caball. cons. 121. nu. 2. Burs. d. cons. 103. nu. 2. & seq. Thesaur. iun. quæst. 89. per totum. Dummodo tamen † attestentur de tempore præciso ipsius scripturæ, & hypothecæ in ea cõtractæ, adeo quod aperte constet, illam fuisse contractam ante aliam scripturam solemnem, vel publicam, alias talis probatio non præiudicaret tertio. Odd. d. cons. 100. num. 89. Burs. d. cons. 103. num. 2. Thesau. iun. quæst. 89. num. 8. & saltem sint tres testes id asseuerantes, cum agatur de præiudicio tertij, vt placuit Odd. d. cons. 100. nu. 87. & seq. Thesau. d. q. 89. num. 6.

8

9

10 Quinimo † duos testes sufficere, etiam in præiudicium tertij, deponentes de veritate scripturæ, plures tenuerunt, & est communis opinio, vt elicitur ex adductis per Decis. Geu. 188. num. 4. Tiraqu. de retract. conuent. §. 1. Glos. 7. num. 59. Anch. quæst. 10. per totam. par. 1. Ctau. de antiqu. tempo. par. 1. Sectio, quæritur. nu. 8. Gabr. tit. de probat. conclu. 10 num. 1. & 2. iuncto num. 9. Burs. cons. 103. nu. 2. vbi alios adducit Ios. Ludo. decis. Perus. 7. num 13. Felin. in c. 2. col. 2. vers. Tertia declaratio. de fid. instrum.

11 Etiam si illi testes essent Iudæi, quia † in cõtractibus Iudæi contra Christianum possunt testificari. Viui. opi. 982. num. 12. Mascard. de probat. conclus. 944. num. 11. Burs. cons. 285. num. 17. maxime in ciuitate Mantuæ, stante ordine patriæ Mantuanæ, teste Burs. d. cons.

12 385. num. 31. vers. Eodem iure † statur (inquam) regulariter attestationibus Hebræorum in locis, in quibus talis extat consuetudo Farin. de testib. quæst. 56. num. 235. & præcipue si tales testes fuerint proxenetæ, ad tradita per eundem Farin. quæst. 60. num. 419. & etiam concurrentibus alijs adminiculis, & coniecturis, de quibus infra, Mascar. d. concl. 944. num. 14.

Addatur ergo prædictis, in præsenti casu agi de contractu gesto inter mercatores, inter quos deciduntur causæ ex æquitate, cum inter

13 illos agatur sub bona fide, & ideo † iuris apices in illorum controuersijs reijciuntur. Bald. cons. 198. num. 5. in 1. Decis. Genuæ 153. nu. 8. & in puncto Burs. cons. 103. num. 7. 8. vbi

14 post alios dicit, † talibus scripturis simplicibus inter mercatores celebratis plenam fidem de consuetudine dari. Idem probat Meno. lo-

15 co mox citando in vers. Quinto accedit. & † quando datur fides scripturæ mercatoris, seu scripturæ priuatæ confectæ inter mercatores, illa etiam probat contra tertium. vt plene docet Menoch. cons. 787. num. 5. vbi alios adducit.

Et plurimum iuuat integritas dicti Domini Norsæ, qui semper, vt est notissimum, fuit

16 mercator integer, & fidelis, vnde † scripturæ isti simplici indubitata fides debet adhiberi. Decian. cons. 11. num. 136. in 1. & num. sequ.

17 vbi subdit † multas præsumptiones simul iunctas multum iuuare in materia ista. vnde non est cur dubitetur de illius bono iure, stantibus prænarratis.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Dotare filiam est munus paternum, non autem maternum.

2 Mater diues nõ tenetur alere filiam inopem aliũde habentem alimenta.

3 Dotare non tenetur, qui alimenta præstare cogi non potest.

4 Dos & alimenta non recipiunt reiterationem.

5 Dotare filiam quotiescunq; tenetur mater, dotem quantitati alimentorum correspondere sufficit

6 Ob causam quicquid percipitur, secundum illam causam moderari debet.

7 Maritus tenetur alere vxorem siue dotatam, siue non etiam si fructus dotis constituta sibi ab vxore non sufficiant pro alimentis.

8 Alimenta quæ debentur a matre filia egena iudicis officio, & ex æquitate debentur.

9 Pater tenetur alere filiam Iudicis officio.

10 Mater alens filiam egenam dicitur subintrare locum patris.

11 Alimenta vbi quis aliunde percipit, cessat Iudicis officium, & æquitas.

12 Dos aureorum quinque millium est diuitis mulieris.

13 Mater

33 *Mater non tenetur dotare filiam, cessante necessitate, & quare. num. 14.*

35 *Mater diues tenetur dotare filiam inopem ex causa probabili, & qua dicatur causa probabilis. num. 16.*

17 *Mater in subsidium, & quando pater non est soluendo tenetur dotare filiam; etiam quando filia fuisset ab auia, vel ab alio extraneo dotata. num. 18 & quando hoc procedat. num. 20.*

19 *Filia dotata ab extraneo congrua dotis constitutionem de bonis paternis petere potest.*

21 *Auia paterna non tenetur dotare neptem, qua in casu dotis constituenda dicitur persona extranea. num. 22.*

23 *Dos data ab auia dicitur aduentitia non autem profectitia.*

24 *Dos data ab auia non imputatur nepti in legitimam.*

25 *Argumentum ab alimentis ad dotem procedit affirmatiue, non autem negatiue sed praecipue quando num 26.*

27 *Pater non tenetur alere filiam diuitem sed quidem illam dotare.*

28 *Mater tenetur dotare filiam pauperem, & nuptam, vel saltem supplementum congrua dotis praestare non habita ratione alimentorum sed competenter ad ratam legitima, & quare. num. 29.*

30 *Mater quando ob inopiam patris tenetur dotare filiam dicitur subrogata a lege loco patris.*

31 *Pater tenetur dotare filiam ne dum vt nubere possit sed quia est pater.*

32 *Filia potest petere dotem in bonis maternis, & si ab extraneo dotata, quando contemplatione sui ipsius dotata fuit, & quare. num. 33.*

34 *Pauper dicitur ille, qui ne dum caret rebus necessarys ad vitae sustentationem, sed etiam qui non habet conuenientia ad conditionem sui status.*

35 *Pauper dicitur, & quis egere intelligitur quando secundum dignitatem personae, & familiae non potest viuere.*

36 *Vxor incompetenter dotata non dicitur diues, licet maritus sit diues.*

37 *Vxori pauperi datur quarta in bonis mariti.*

ARGVMENTVM.

Filia nobilis pauper dotata ab auia de bonis ipsius auiae intuitu ipsius dotatae petere potest ne dum supplementum dotis, sed dotem integram vsque ad legitimam sibi debitam in bonis matris diuitis.

CONSILIVM. CLXIV.

Actiones meae à Domino.



QVAESTIO proponitur: An mater diues teneatur ad supplementum congruae dotis dandę filiae pauperi, & ex patre paupere, dotatae tamen ab auia pater na in aureis quinq; mille, supposito, quod dicta dos aureorum quinque mil lium non sit condecens ipsi filiae nobili, habita ratione temporum, consuetudinis ciuitatis, qualitatis mariti, & natalium ipsius filię & do tium alijs foeminis eiusdem familiae alias constitutarum.

Et videtur dicendum, nequaquam matrē, vtcunq; diuitem, teneri ad supplementum cō
1 gruae dotis, quia † dotare filiam est munus paternum non maternum. l. neq; mater. vbi Doctor. C. iur. dot. maxime quando filia est nu-
2 pta & dotata. Nam qua ratione † mater diues non tenetur alere filiam inopem, aliunde tamen alimenta habentem ad tradita per D. Surd. de alimen. tit. 1. quaest. 14. ita nec eam do
3 tare dotatam, quia qui non tenetur alere, ad † dotandum cogi nequit. D. Surd. d. q. 14. num.
4 12. & dos † & alimenta non recipiunt reiterationem. Alex. conf. 134. num. 9. in 6. & dato, quod aliquo in casu mater teneatur dotare fi-
5 liam, attamen huiusmodi dos † tenetur respō dere quantitati alimentorum, & ideo sat est, quod ad alimenta sufficiat, & non vltra, secundum Alex. post Bar. in l. 1. num. 21. vers. Item satis tolerabile. ff. solut. matr. Nam quidquid
6 † ob causam pręcipitur, debet secundum illā causam moderari, vt in proposito tradit Bald. in d. l. neq; mater num. 3. C. iur. dot. Quo fit,
7 vt cum † maritus teneatur alere vxorem, siue dotatam, siue indotatam, & siue habeat alimē ta aliunde, siue non, & etiam si fructus dotis cō stitutae sibi ab vxore non sufficiant pro alimē tis, vt diffuse probat D. Surd. de alimen. tit. 1. quaest. 32. vtique ad praefatum supplementum
8 non tenetur mater, quia talia † alimenta (iuxta quae dos danda à matre reduci solet) debē tur a matre filiae egenae iudicis officio ex aequi-
9 tate. Siquidem pater † tenetur alere filiam iu dicis officio. l. si quis a liberis. in prin. ff. lib. agnos. late D. Surd. de alimen. tit. 3. quaest. 1. num. 1. ergo & mater tenetur ad dicta alimen-
10 ta iudicis officio, cum † ipsa in tali casu pietatis subintret locum patris, & mariti respectiue. Idem D. Surd. d. quaest. 14. num. 9. in fin. & seq. At iudicis officium, & aequitas praedicta
11 cessat, nec datur ei, qui aliunde † alimenta percipit. d. l. si quis a liberis. §. 1. ff. lib. agnos. D. Surd.

Surd.vbi supra tit.1.q.108.num.4.& q.112. num.31.Ergo nec potest militare respectu dotis dandæ dotatæ,& ita arguit Coras. in l. qui libertos.num.53.vers. Ego vero quandoq; ff.
13 rit.nupt. Addatur, filiam dotatam † in aureis quinq; millibus esse diuitem,& consequenter matrem non posse cogi ad dotandum,quia & si aliquando mater teneatur dotare filiã, qua-
13 tenus adest necessitas,cessante † necessitate nõ
14 tenetur. nam talis coactio est † subsidiaria, non regularis.Ita in terminis tradit Rip. in d. l.1.num.80.vbi Bologn.num.125.ff. sol. matr.D.Surd.de alimen. d.tit.1.q.14.num.16.

Diligentius tamen considerando,arbitror, matrem diuitem teneri ad dictum supplementum congruæ dotis filiæ inopi assignandæ:
15 Quia † mater diues tenetur dotare filiam inopem ex causa probabili.d.l.neq; mater. vbi
16 Doct.C.iur.dot.quæ quidem probabilis† causa verificatur in egestate filiæ habentis patrẽ
17 non soluendo,nam in † subsidium tenetur mater diues ad illius dotationem Bald.Salic. & alij in d.l.neq; mater.Bart. ac cæteri scribẽtes in d.l.1.ff.solut.matr.& de communiori multos adducendo testatur D.Surd. de alimen.d. tit.1.q.14.num. 12. & seq. Idq; procedit etiã
18 † si filia ab auia,seu ab alio extraneo fuerit dotata,quia nihilominus dotis congruæ supplementum in bonis maternis petere potest. Nã
19 sicuti filia † dotata ab extraneo potest petere a patre constitutionem dotis congruæ de patrimonio patris. Bal.Nouel. in l.1. num. mihi 108.ff.solut. matr. vel saltem supplementum congruæ dotis.Idem Bal.Nouell.de dot.par.6 priuil.48.in fin.Ita etiam de bonis maternis,
20 maxime † quando extraneus filiam non dotauit contemplatione matris,vt post eundẽ Bal. Nouel.firmat Mandel.conf.456.num.5. vt in casu isto,in quo matris contemplatio fuit expresse exclusa,stante reseruatione iurium sibi facta per filiam in actu dotationis contra bona matris,& in præsentia auiæ dotantis,vt mi
21 hi supponitur in facto. Vltra quod † auia paterna nullo in casu tenetur dotare neptem,&
22 dicitur persona † extranea in materia ista, & consequenter non potest dici,quod dotem dederit contemplatione matris.Alexa.conf. 31. num.5.in 4.& conf.138.num.3. in 5. Menoc. conf.151.num.11.& conf.183.nu.14.& ideo
23 talis † dos dicitur aduentitia,non autem profectitia. Alex.Menoch.vbi supra.Crass. de success.§.legitima.q.24.num.2.ex quibus infero, quod præfata dos data nepti ab auia,tamquã
24 aduentitia eidem non † imputatur in legitimam.Mandel.conf.558.nu.5.Crass. alios congerens d.q.24.num.1.& seq. Alex. & Menoc. locis mox citatis. Vnde videtur dicendum, ipsam matrem nedum in hoc casu teneri ad supplementum congruæ dotis,sed in totum teneri competenter dotare filiam, habita ratione quantitatis legitimæ,vt infra dicam in declinatione obiectorum,in qua legitima sibi debita in bonis maternis non debet quoquo modo imputari dos data ab auia.

25 Non obstant modo contraria. Nam † argumentum ab alimentis ad dotem valet quidem affirmatiue, vt obligatus alere teneatur dotare, non tamen absolute procedit negati-
26 ue,maxime † quando militat diuersa ratio, & quando contrarium reperitur in iure cautum.
27 Ideo videmus † filiam diuitem a patre non alendam,nihilominus a patre dotandam esse.l. fin.vbi Glos.Bal.Ang. & alij.C. dot. promiss. Euerar.in centur.cap.29.col.pen.vers. Et procedit hæc argumentatio.D.Surd. de alim. tit. 1.q.14.num.14.& latius tit.fin.q.1.num. 10. & seq.vbi late explicat, quando procedat argumentum de alimentis ad dotem. Hoc vnũ
28 est in casu isto,matrem † filiam pauperem, & nuptam teneri dotare, vel saltem supplementum congruæ dotis præstare, non quidem habita ratione alimentorum,vt voluit Alex. d.l. 1.nu.21.sed competenter ad ratam legitimæ,
29 nam † ex quo mater illi oneri obligatur in defectum patris, eodem modo tenetur dotare, quo pater cogebatur. Ita præcise concludit Ripa in d.l.1.nu.79.vers. Sed ego dubito. sequitur Bologn.ibidem num. 124.ff.solut.matrim. D.Surd.d.tit.1.q.14.num.16.Quibus nõ obstat,quod dictum est,scilicet dotem non recipere reiterationem,quia hic non agitur de noua dote integraliter constituenda, sed de supplenda dote ad congruitatem,vt declarat Bal. Nouel.de dote par. 6. priuil.48.in fine.Quini
30 mo dico,quod † mater in casu isto subrogatur a lege loco patris.d.l.neq; mater. Et ideo sicu-
31 ti pater † tenetur dotare filiam,nedum vt nubere possit,sed quia est pater,vt probat in proposito Ruin.d.l.1.num.131.ff.solut.matr. Coras.in l.qui liberos.num.55.ff.rit.nupt.Ita mater tenetur dotare filiam pauperem, quia ma-
32 ter,adeo quod † filia ista potest petere aliam dotem in bonis maternis,licet fuerit ab extranea persona dotata contemplatione sui ipsius iuxta Gl.in l.ea lege.§. obligamur.ff.act.& oblig.& dicta per Mandel. conf. 456. num.5. nã
33 ex † contemplatione personæ, cuius intuitu dos constituitur, regulatur dotis reiteratio, Merito si ab extraneo dotatur mulier contemplatione ipsius dotatæ,non autem dotantis,datur reiteratio dotis,vt in casu isto,alias secus,quod etiam placuit Ruin.d. l.1.nu. 131.in fin.ff.solu.matr. Hinc fit,vt dixi,quod dos data ab extraneo contemplatione dotatę, illi in legitimam non imputatur,& consequenter nec in dotem congruam loco legitimę eidẽ debitam

debitam in bonis patris vel matris dotare debentis.

Quatenus autem fuit dictum, mulierē istā nobilem in aureis quinq; millibus dotatam esse diuitem, & ideo cessare rationem ll. neq; mater. C. iur. dot. Respondetur, illam nedum
34 † pauperem dici, qui caret rebus necessarijs ad vitæ sustentationem, sed etiam qui non habet conuenientia ad conditionem sui status. Bal. in l. si quis ad declinādum. col. 2. vers. Circa tertium. C. Episc. & Cler. Alios adducit, & sequitur Narta cons. 590. num. 14. & pauperē
35 intelligi inspecta qualitate personę, cum† egere dicatur, qui secundum dignitatem personę, & familiæ viuere non potest, post Dec. & alios testatur Ceph. cons. 564. num. 9. Nec diuitiæ
36 mariti faciunt, vt vxor † incompetenter dotata dicatur diues, vt probat Crau. cons. 164. nu. 3. & seq. Idq; optime colligitur ex auth. præterea. C. vnd. vir. & vxor. vbi † vxori pauperi da
37 tur quarta in bonis mariti diuitis, quæ prouisio non fuisset necessaria, si mariti facultates, & diuitiæ dicerentur communicatæ vxori. Idē Crau. vbi supra. num. 5. Vltra quod reperi potest, quod supra dixi, nempe diuitias resultantes ex dote data ab extraneo contemplatione dotatæ, non autem dotare debētis, non excludere reiterationem doris debitæ in bonis obligati ad dotandum.

Concludo igitur ex prædictis, filiam nobilem pauperem dotatam ab auia de bonis ipsius auiæ intuitu ipsius doratæ posse petere nedum supplementum congruæ dotis, sed etiam dotem integram vsque ad quantitatem legitimæ sibi debitæ in bonis matris diuitis.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Soror semel exclusa ab hæreditate patris, perpetuo non durat exclusa ab hæreditate patris contra num 4.*

2 *Causa testati facit silere causam intestati.*

3 *Fideicommissarius dicitur succedere testatori, non grauato.*

4 *Fœmina non succedit in emphyteusi, ecclesiastica nisi expresse fuerit inuitata in primordiali concessione. Decis. Surd. 95 reprobatur.*

5 *Fœmina non succedit in emphyteusi ecclesiastica nisi sit concessa pro se, & hæredibus.*

6 *Emphyteusis in dubio interpretatur concessa pro masculis tantum.*

7 *Consortes dicuntur illi, qui coæqualiter & eodem temporis ictu participant de dominio rei.*

8 *Consortium, participatio seu societas, alio non cōnstito sunt quid personale.*

9 *Causa testati dicitur reducta ad causam intestati, vbi successio nullum commodum affert.*

10 *Lucro hæreditatis ex testamento cessante, ob recusationem hæredum, res reducitur ad causam intestati.*

ARGVMENTVM.

Fęmina semel exclusa ab hæreditate patris perpetuo durat exclusa, improbata Decis. Surdi. 95.

Fęmina non venit ad emphyteusim ecclesiasticam etiam in defectum masculorū, nisi fuerit vocata in concessione per verba indifferentia apta comprehendere tam masculos quam fęminas.

CONSILIVM CLXV.

Actiones meæ a Domino.



IN causa Grapella dubium facere videtur aduersus Venerabilem Præpositurā, quod in præsenti casu agitur de emphyteusi paterna, & extat † soror fratrum defunctorum, quæ licet
1 fuerit semel exclusa ab hæreditate patris, non tamen perpetuo durat exclusa ab hæreditate fratris, prout alias fuit decisum a Perill. Senatu decis. Surdi 95. in fine.

Augetur difficultas, quod prefata soror fuit exclusa non virture statuti, sed vigore testamēti paterni eam excludentis temporaliter, (extantibus scilicet filijs & eorum filijs,) non autem simpliciter & perpetuo, adeo quod ipsius sororis vocatio dicitur potius suspensa quam exclusa, & consequenter cessante causa exclusionis, illius successio admitti debet, nec est dubitandum, standum esse dispositioni testamentariæ & paternæ nulla habita ratione iuris mu
2 nicipalis ex regula, † quod causa testati facit silere causam intestati, adeo quod dicta soror videtur admittenda tamquam filia & hæres
3 fratris ex alia vulgata regula, Quod † veniens ex fideicommisso dicitur succedere testatori non grauato. Hæc inquam sunt verbā motiui excitati a Perill. Senatu.

Non tamen hucusque puto audiendam esse dictam sororem in præiudicium Venerabilis Præpositurę bonum ius fouentis in præsenti causa, prout alias fuit abunde probatum in præcedētibus iuris allegationibus, adeo quod superest tantummodo præallegata obstacula remouere.

Seruato

Seruato igitur ordine motiui dicitur non esse tutam omnino opinionem relatam in dicta decis.95. Quatenus dicitur fœminam esse de sui natura capacem emphyteusis ecclesiasticę, & idcirco semel exclusam non durare in perpetua exclusione. Quia multi non infimi nominis Doctores audacter, & probabilibus funda
4 mentis probarunt † fœminam nequaquam posse capere emphyteusim Ecclesiæ, nisi ad illam verbis explicitis & specificis fuerit inuitata in ptimordiali concessione (de qua vocatione nō constat in præsenti facti specie.) Ita post pluri mos asserit Corbul. de caduc. emphyt. ob lin. finit. nu. 6. & seq. late Anguil. cons. 100. Zoannet. lib. 3. rer. quotid. cap. 3. & diffuse Rimin. iun. cons. 764. num. 9. & seq. & per tot. Qui omnes vltra per eos relat i attestati sunt non sufficere verba implicita & communia seu indifferentia ad comprehensionem fœminæ in huiusmodi successione.

Præterea circunscripta veritate præsentis quæstionis, id absolute ab omnibus receptum
5 est † fœminam nūquam capere emphyteusim Ecclesiæ, nec in subsidium seu in defectum masculorum, nisi saltem ad illa fuerit vocata per verba insita in cōcessione, indifferentia ac cōmunia, ac de sui proprietate apta comprehendere tam masculos quam fœminas (prout in concessione pro se hæredibus, quia verbum, Hæres, æquè conuenit masculis sicut fœminis vt in casu præcitatæ decisionis num. 12. & per tot.) alias secus, vt post Berō. aduertit Clar. in §. emphyteusis. q. 32. vers. Hæc tamen conclusio intelligenda. Idq; admittitur in prædicta decis. 95. num. 13. cum alijs pluribus concordantibus per eundem D. Surd. cons. 100. nu. 15. & seq, & cons. 140. nu. 21. & seq. & declarat optime Anguill. cons. 100. num. 43. & seq. Rosent. de feud. cap. 7. conclus. 36. num. 8. At de talibus verbis nullibi constat. Quinimo in
6 dubio † semper interpretatur concessionē fuisse factam pro solis masculis tamquam minus Ecclesiæ onerosam, & vt citius finiatur. Menoc. cons. 111. nu. 42. in fine. & larius in terminis Rim. iun. cons. 764. nu. 22. & seq. Borgni. dec. 31. nu. 308. in 2. & clarius in dec. 45. nu. 20. & nu. 43. in 1. Ios. Ludo. dec. Luca. 29. num. 30.

Nec prædictis vim facit quod legitur in inuestitura Dominorum de Sancto Marco, fuisse cessum ius exigendi certam, annuam pensionem a consortibus de Grapellis, quia ex hoc non colligitur fœminas fuisse comprehensas in primordiali cōcessione emphyteusis pręsūptę, de qua in antecedentibus iuris allegationib.

Præterea ex abundanti dicitur verbum illud (consortibus) nullo pacto in hac facti specie fœminis conuenire: Quia † illi dicuntur cō
7 sortes, qui coæqualiter & eodem temporis ictu participāt de dominio rei, adeo quod paria sūt dicere consortes & participes seu ēt socij, ex l. 1. vbi Doc. C. con sort. eiusd. lit. Bal. in l. dudū in fi. vbi Salic. in prin. C. contrah. empt. decis. Genuæ 14. nu. 23. D. Surd. cōs. 441. n. 28. cum igitur legatur solos masculos fuisse cōsortes & participes concessionis istius, non pōt dici in illorum defectū admitti fœminas, quæ antea nō
8 participarunt, quia † consortium & participatio seu etiam societas sunt quid personale alio non constito, merito non potest dici participationem masculorum successiue secundum casuum & temporum contingētias fore fœminis communicandam maxime in materia stricta, & ad Ecclesiæ præiudicium, conserunt tradita per Rimin. iun. cons. 764. num. 24.

Ex prædictis igitur patet non esse curandū de testamento patris, qui non potuit ex sui libiro alterare præsumptam concessionem emphyteusis minus onerosam Ecclesiæ & solis masculis conuenientē, quo fit, vt testamentū illud nil lucri afferre poss't præfatæ mulieri non valenti succedere ex sui naturā in tali emphy-
9 teusi, & consequenter, † respectu istius successionis nullū commodū afferentis, causa testati dicitur redacta ad cām intestati, vt ēt admonet Pret. de vlri. vol. fol. 126. col. 2. nu. 4. quia cessante lucro hæreditatis ex testamento res reducitur ad cām intestati ob recusationē hæredū. Inst. de leg. Falc. in prin. & consequenter tollitur ēt ex hoc altera regula, quod. s. in fideicommisso succedatur testatori non grauato, quia tali in casu cessat prorsus successio testatori ex parte mulieris non comprehensæ in cōcessione emphyteusis Ecclesiæ. Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Donans non censetur dare animo compensandi, cū donatia sit debitum voluntarium.*
2 *Legatum est donatio.*
3 *Legatum imputatur in quartā uxori inopi debitā*
4 *Quarta uxori inopi debita in bonis viri diuitis dicitur debitum legale, & necessarium.*
5 *Quarta debetur vxori inopi, prædecedente marito testato, vel intestato, cum illius detractio nequeat prohiberi.*
6 *Legatum dicitur relictum animo compensandi quando procedit debitum necessarium.*
7 *Debitum voluntarium vbi præcedit legatum, cessat voluntas compensandi.*
8 *Donatio inter viuos non compensatur cum debito necessario.*
9 *Donatio facta vxori a marito, non compensatur cum dote in testamento a viro confessata.*
10 *Obligatus ex necessitate legis, vel statuti legando dicitur habere animum compensandi, secus vero si*

rositeneatur voluntaria quia id nō præsumitur
nisi fuerit expressum & num. 13.

11 *Compensatio non fit de debito, & credito ex diuersis causis, nec de debito, & credito diuersarū personarum.*

12 *Quarta vxori debita in bonis viri debetur iudicio legis, donatio autem iudicio hominis.*

13 *Compensatio non admittitur de specie ad quantitatem, maxime in vltimis voluntatibus, & vbi agitur de debito voluntario.*

14 *Compensatio censetur exclusa quando testator legat vxori quartam portem bonorum suorum.*

ARGVMENTVM.

Donatio inter viuos facta per maritum vxori ante contractum matrimonij, non imputatur in quartam ipsi vxori inopi debitam in bonis viri.

CONSILIVM CLXVI.

Actiones meæ à Domino.



IN quæstione proposita; An in quartam vxori inopi debitā in bonis viri imputetur donatio qningentorum aureorum inter viuos facta dictæ mulieri ante cōtractum matrimonium, & simpliciter absq; intuitu, seu contemplatione matrimonij.

Alias dixi, & nunc repeto, dictam quartam dictæ vxori de iure spectantem, ac iure legati illi iuet a marito relictam, eidem absolure deberi vna cum quantitate antea donata, ex quo
1 † donatio est debitum voluntarium, & consequenter non censetur legasse animo compensandi, vt late post alios probat D. Surd. consil. 112. nu. 42. & nu. 63. vers. Non obstat itaq; & num. seq.

Nec vim faciūt pertinaciter allegata per D. Battainum. Nam pace tanti viri non faciūt ad rem, nec merentur responsum, excepto tantū-
2 modo primo fundamento, vbi ait, quod † legatum est donat. Inst. leg. in prin. s. legatū. ff. leg.
3 1. Vnde cum † legatū relictū vxori imputetur in dictam porrionē Auth. preterea. in fi. C. vnd. vir. & vxor. Idem dicendum est in donatione prædicta. sed vere nec istud facit ad rhombū, vt mox patebit in infrascriptis responsionibus, quarum singulæ seruient etiam pro fundamētis præsentis conclusionis.

4 Respondetur. n. primo, † huiusmodi quartā esse debitum legale, & necessariū. Turret. cōs.
5 10. n. 3. in 2. † quia debetur vxori inopi, marito prædecedente restato, vel intestato, ac eo inuito. Cels. Vgo. cons. 4. nu. 3. cum nec illius detractionem possit aliquo pacto prohibere. Bertaz. cons. ciuil. 79. nu. 31. Sim. Pret. de inrerpr. vlt.
6 volun. fol. 135. nu. 32. Nimirum igitur, † si legatum imputetur, quia cum præcedat debitum necessarium, legatum illud dicitur relictū animo compensandi. Ita Ias. in d. Auth. præterea. nu. 18. Alex. cons. 7. nu. 16. in 6. vbi optime lo-
7 quitur in proposito isto. Hinc dicitur, † quod si debitum voluntarium pręcedit legatum, cessat voluntas compensandi, secus si subsequatur. Bal. in l. si cum dotem. §. si pater. nu. 4. ff. solut. matrim. Idem igitur dicendum est in donatione præambula legati.

Respondetur, secundo, aliud esse in legato, aliud in donatione. Siquidem etsi legatum tāquam quid præcedens ex actu vltimæ voluntaris dicatur relictum animo compensandi cum debito necessario, secus tamen in donatione
8 inter viuos, † quia non etiam compensatur cū tali necessario debito, vt post Soc. firmat Med. de compensat. par. 1. q. 31. num. 4.

Respondetur tertio: legatum quartæ prouenit ab vltima voluntate, donatio autem a contractu, modo inter talia debita cessat compen-
9 satio, & merito † donatio facta vxori a marito non compensatur cum dote a marito in suo testāmento confessata. Alex. cons. 7. nu. 16. in 6. Ideo dixit Ias. cons. 123. in 2. dub. in prin. iūct. ver. Tertio pro ista parte, in 4. Quod quidquid caueatur in Auth. præterea. talis est doctrina
10 omnium scribentium, † vt obligatus ex necessitate legis, vel statuti, tunc si legat, dicitur habere animum compensandi: Ratio est, quia in necessitatibus nemo liberalis existit. At quando quis tenetur voluntarie, & ex proprio contractu, legando, non dicitur compensasse, nisi id expresse affirmauerit: alios adducit & sequitur D. Surd. cons. 112. nu. 42.

Respondetur quarto: huiusmodi quartam deberi isti mulieri vxori testatoris legantis, donationem autem deberi tamquam personæ extraneæ, & vti simplici donatariæ, & consequenter prædicta debentur ex diuersa causa & tam-
11 quam diuersis personis. At † de debito & credito ex diuersis causis non fit compensatio, vt præter alios scribit Borgni. de tuto. num. 220. Burs. cons. 106. num. 2. Pedro. cons. 28. num. 15. Confert Turrett. cons. 10. nu. 15. 16. in 2. nec de debito & credito diuersarum personarum, vt in optimo simili probat Menoch. cons. 195. num. 14. & sequ. sequitur Pedro. d. cons. 28. num. 11.

12 Respondetur quinto, † quarta debetur iudicio legis, donatio autem iudicio hominis, non igitur compensantur cum proueniant a diuerso fonte. Ias. in d. auth. Præterea. num. 13. Rui. cons. 75. num. 21. & seq. in 2.

Respon-

Respondetur sexto. Legatum consistit in specie, & in quota bonorum, donatio autem
13 in quantitate. Modo † de specie ad quantitatem non admittitur compensatio. Rimin. in d. auth. Præterea. col. fin. late in proposito Turret. consil. 10. num. 13. in 2. maxime in vltimis voluntatibus, & quando agitur de debito voluntario compensando, nisi constet de expressa mente disponentis. late D. Surd. consi. 112. num. 61. & seq. & num. 100. & seq. vsq; ad fin. Menoch. consil. 162. nume. 24. Medic. de compensat. par. 1. quæst. 3. & in puncto d. par. 1. q. 32.

Respondetur septimo ex abundanti, quod
14 si † testator legando dixit, se relinquere vxori quartam partem bonorum suorum, vel quartam partem in bonis suis, censetur exclusisse compensationem, quia bona dicuntur deducto ęre, & lucro alieno. l. subsignatum. §. bona. ff. verbor. signif. clare Bald. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matrim. Medic. de compens. par. 1. quæst. 32. num. 4. vers. Quarto fallit. diffuse Turret. consil. 10. num. 18. in 2.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Alueus derelictus incremento, aut est a naturali aquarum cursu, vel hominis facto euenit, primo spectat ad Principem, secundo ad subditum.*

2 *Alueus derelictus facto hominis spectat ad Principem, secus si habita fuerit licentia a Principe, vel id factum fuit ob publicam vtilitatem.*

3 *Alueus derelictus ex facto mero priuatorum, efficitur Principis imperantis, & non subditorum ibidem prædia adiacentia habentium.*

4 *Alueus vetus derelictus facto priuatorum inscio Principe, spectat ad Principem.*

5 *Alnei derelicti incrementum, facto hominis, acquiritur vicinis, quando illud opus legitime factum sit.*

6 *Flumen Olei est nauigabile habēs acquarum cursum perennem & perpetuum, & est publicum.*

7 *Flumina omnia reputantur publica, nisi priuata probentur.*

8 *Flumina publica inter regalia Principis reseruata numerantur.*

9 *Flumina publica dicuntur propria Principis per cuius territorium discurrunt.*

10 *Priuato non licet aquam a solito cursu diuertere.*

ARGVMENTVM.

Alueus derelictus facto hominis non habentis licentiam à Principe, nec ob publicam vtilitatem spectat ad Principem imperantem, cum sit de regalibus Principis.

CONSILIVM CLXVII.

Actiones meæ à Domino.



Dubitatur a Perillustri Magistratu aduersus Serenissimam Cameram alueum antiquum fluminis Olci, de quo in causa, vtcunque etiam à dicto flumine derelictum facto, ac industria hominis, acquiri priuatis personis prædia dicto alueo derelicto adiacentia habentibus, non autē Principi, ex quo leges tractantes de tali aluei de-
1 relicti incremento † nullatenus distinguunt, an id à naturali aquarum cursu, vel hominis facto euenerit, prout in puncto fuit decisum per Cassiod. decis. vlt. tit. de acquir. rer. domi. part. 2. Alciat. consil. 119. Mandel. consil. 82. & Matt. consil. 55. quib. addo ego Brun. cons. 55. Bero. consil. 140. nume. 18. & sequ. in 3. & Aymo. de alluuio. lib. 1. cap. 9. in princ. Curt. iun. cons. 250. in 3.

Ego tamen in præsenti facti specie descendo in contrariam sententiam; nam circunscripta veritate dictorum per Cassiodor. & seque-
2 ces, de quibus supra, cum contrarium † late probauerit post Glo. Ioan. Fab. & Aret. Curt. sen. consil. 72. col. penult. vers. Aduertat etiam dignitas vestra, quod ruptum Padi, & col. fin. in addit. vers. Quoties enim opere, & diffuse, ac omnino videndus Veggi. consi. 1. num. 37. vsque ad fin. quem sequitur, ac late comprobat Socin. iun. consil. 28. num. 23. & per totū, in 4. vbi etiam num. 31. de magis communi te statur. Certe omnes hinc inde precitati in hoc vnum concurrunt, quod si huiusmodi derelictio aluei facto hominis executa, fuerit facta absque licentia, iussu, vel authoritate Principis, nec ob publicam vtilitatem, sed tantum-
3 modo ex facto mero † priuatorum, efficitur dictus alueus Principis imperantis, & non subditorum ibidem prædia adiacentia habentiū. Ita enim declarando distinguit Cassiod. d. decis. vlt. nu. 11. vers. Nec obstat d. l. 1. & nu. seq. Idem ait Natt. d. cons. 55. nu. 3. vers. Et hoc accedente indulgentia Principis. Sicuti etiam admonet Mandel. d. cons. 82. nu. 1. in fi. vers. Proueniente facto hominis, scilicet licito. & nu. 4. vers. Ex eo etiam patet. & nu. 5. vers. Tūc accedente consensu Principis. & vers. Dummodo interueniant cætera habilia. Ita etiam declarat Cur. iun. d. cons. 250. nu. 16. vers. Vnde etiam tenendo. & nume. 32. vers. Non obstat etiam dum diccbatur. & pariter late tradit Bero. d. cons. 146. nu. 23. 24. & 39. Concordat sic vt supra distinguendo latissime Curt. iun. Veggi. d. cons. 1. nu. 85. in fin. vers. Et quantū ad propositum. & nu. 89. vers. Et quod in casu

nostro.& nu.90.vsq; ad fin.quem sequitur sic
distinguendo Soc.iun.d.cons.28.nu.18.& 22
& seq.& nu.25.vers.Non autem procedunt di
cta iura.& nu.31.vers.Vel secundo si vis intel
ligere dicta iura,& vers.Potest etiam tertio di-
ci.& nouiter post multos ita latissime aduertit
Aymo.d.c.9.§.1.& 2.Cum igitur talis incisio,
seu diuersio fluminis intuitu proprio, & ad pri
uatum commodum,inscio Principe facta fue-
4 rit,nequaquam dici potest dictũ alueum † vete
rem effici proprium priuatorum, sed Principis
remanere,vt explicite docet Curt.sen. d.cons.
72.in locis præcitatis,quem nũcupatim sequi
tur Veggi.d.nu.73.& seq.Soc.iun.d.num.21.
Confirmantur prędicta ex eo,quod alibi di
5 citur,nempe incrementum aluei † derelicti o-
pera hominis acquiri priuatis vicinis,intelligi
debere dummodo illud opus sit legitime factũ
l.fi.C.alluuio. vt tradit Vegg.d.cons.1.nu.80.
vers.Et similiter ratio naturalis dictat. non tñ
legitime,seu licite fuit facta præfata diuersio,
cum non cõstet de Principis authoritate,& de
6 vtilitate publica,vt dixi.Siquidẽ flumen † Olci
est nauigabile,habens aquarum cursũ perẽnẽ,
& perpetuũ,ergo est publicum.l.1.§. non autẽ
vbi Gl.l.quo minus.vbi Doc. ff.flum. Vegg.cõ
sil. 1.nu.1.& seq. Bero.cons.140.nu.8.in 3. &
7 oĩa flumina † reputantur publica, nisi priuata
probentur.Bero.d.cons.140.n.16.Merito igi-
8 tur flumina † publica inter regalia Principi re
seruata numerãtur.c.1.tit.quę sint regalia. Ro
lan.cons.97.in 3.Broch.de feud.titu.de regal.
9 nu.30.& talia flumina † dicũtur propria Prin-
cipis,per cuius territoriũ discurrũt.l. fluminũ.
§.& planc.vbi Cast & alij.ff.dam.infec.Vegg.
d.cons.1.nu.3.Bero.d.cons.140.nu.32.cũ cõ-
cordantibus per D.Surd.cõs.347.col.1.nõ igi
tur esse dẽt in potestate priuatorũ regalia Prin
cipis pro libito,ipso Principe incõsulto, manu
mittere,ac de illis ad placitũ disponere. Alias
sequeretur inconueniens,quod.s. vnicuiq; pri
uato ad sui ipsius vtilitatem liceret alio flumi-
nis cursum diuertere in vicinorũ detrimẽtũ, ꝙ
est absonum,quia continuo deueniretur ad ar
10 ma,iõ fuit sancitũ,non licere priuato † aquam
a solito cursu diuertere l. Præses.l. manifeste.
.C.seru.& aq. D.Surd. d. cons.347.num.10.
Quare intrepide cõcludo,alueũ conuersũ,a-
lio nõ cõstito,Ser.Camerę fuisse & esse ꝑcipuũ.
Laus Deo.
Carolus Bardelonus I.V. D.

S V M M A R I V M.

1 Fideiubens dicitur male vti substantia sua.
2 Fideiussores perperam vtuntur bonis suis.
3 Fideiussor propriè debitor appellatur.
4 Fideiussor suo nomine, non ex contractu debi-
toris primarij conuenitur.
5 Fideiussorũ cõditio miserabilis,& calamitosa est.
6 Prohibitus alienare,dicitur etiam prohibitus fa-
cere actum,per quem sequi possit alienatio.
7 Prohibitus alienare,nõ põt fideiubẽdo se obligare.
8 Fideiussio etiam in vita fideiubentis dicitur nul
la quando adest expressa testatoris prohibitio.
9 Fideiussio tamquam nulla nedum potest reuocari
a filijs prohibiti sed ẽt ab ipso contrauenient e.
10 Frustra petitur quod statim restituẽdum est, sicut
frustra expectatur quod profuturum non est.
11 Filius statim secreta patris contrauẽtione admit
titur patre excluso ẽt ab vsufructu, licet in cõsẽ
nenti prohibitus alienationem reuocaret.
12 Filius hæres institutus non potest retenta legiti-
ma repudiare patris hæreditatem, sed debet illã
totam cum onere iniuncto acceptare.
13 Filius acceptando hæreditatem dicitur illam a-
gnoscere cum onere annexo.
14 Onus de non alienando non dicitur legitime iniũ
ctum quando pater de bonis suis,excepta legitẽ-
ma in alium disponere valens voluit bona omnia
filio dimittere.
15 Trebellianica non detrahitur vbicunque priuatio
inducitur a lege,ita vt hæres contrauenient præ-
cepto testatoris illam deducere nequeat.
16 Pœna dicitur quicquid per testatorem sua prohi-
bitioni additur.
17 Nullitatis additio dicitur pœna,cum qualibet re
scissio seu annullatio actus pœna sit.
18 Datum sub vna conditione sub contraria censetur
ademptum.
19 Testatoris mandata non seruans illius hæredita-
te priuatur.
20 Testator expresse prouidens certo casu,nedum cen
setur velle cessare prouisionem in casu omisso,
sed etiam in eo vendicare locum contrariam pro
uisionem.

A R G V M E N T V M.

Hæres grauatus fideiubens contra prohibitionem testatoris priuatur commodo hęreditatis,quæ defertur substitutis in pœnam contrauentionis.

C O N S I L I V M CLXVIII.

Actiones meæ a Domino.

DE duobus principaliter dubitatur aduersus filios D.Stephani Bellinzani circa eorum prætensionem respectu fideicommissi,de quo in Actis.

Primo,quod nondum venerit casus fideicõmissi importantis ex sui natura bonorũ prohibitam alienationem,& consequenter quod impediri nequit bonorum distractio, saltem saluis iuribus fideicommissi.

Secundo

Secundo, quod nec etiam venerit ille casus vigore fideiussionis factæ per Dominum Stephanum expresse prohibitum fideiubere a testatore, cum omni in casu talis fideiussio subsistat pro importautia legitimæ, & Trebellianicæ. Pro residuo autem non fuit imposita pœna priuationis, adeo quod reducimur ad 1. caput.

Quæ quidem motiua apparenter admodũ vrgere videntur, patiuntur tamen iuridicam resolutionem, attenta præcipue præsentis facti specie.

Siquidem bonorum distractio ex aduerso prætensa originem trahit a fideiussione facta per D. Stephanum alterum ex filijs ipsius fideicommittentis, contra tacitam, & expressã ipsius patris testantis prohibitionem. Nã Dominus Lucas testator fecit strictum fideicommissum in tota eius hæreditate ad commodũ masculorum ex eo descendentium in infinitũ, quia mens, & firma intentio ipsius fuit, & est, quod hæreditas illius stare, & permanere debeat in eius descendentes masculos, vt supra. In quo quidẽ fideicõmisso cõtinetur tacita bonorũ distractio, & consequenter etiam tacita prohibitio fideiubẽdi, seu obligandi bona occasione fideiussionis. Vtrobiq; n. militat eadẽ

1 ratio, quia † fideiubendo quis dicitur male vti substantia sua. Aug. in l. in personam. §. qui pecuniam. in prin. ff. pact. Hinc inoleuit adagiũ, Spopondisti, præsto noxa est. Quare nõ sine cã

2 multi dixerunt, † fideiussores perperam vti bonis suis. Franc. de fideiuss. in proœm. n. 9. & 10.

3 Nimirum & † fideiussor proprie debitor appellatur. l. 4. ff. solut. Doct. in l. 1. ff. si cer. pet. Hartman. lib. 2. practic. obseru. tit. 29. cap. 1. & id-

4 circo † suo nomine non autem ex cõtractu debitoris primatij conuenitur. l. 2. l. omissis. C. fideiuss. Fran. de fideiuss. c. 4. nu. 68. & nu. 124.

5 & c. 5. nu. 140. Vbi † miserabilem, ac calamitosam esse fideiussorum cõditionem testatur. Quo fit, vt in prohibitione alienandi continea tur prohibitio fideiubendi, per quam de facili

6 ad veram distractionem peruenitur, ex quo † prohibitus alienare, dicitur ẽt prohibitus dare occasionem alienandi, seu facere actũ aliquẽ, per quem sequi exinde possit alienatio. Glo. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. verb. obli. Bal. in l. quoties. la 1. nu. 1. C. fideiuss. Soc. cõs. 26. n. 2. vers. Nã ille, qui non potest. in 3. Deci. cons. 445. n. 24. & seq. & cons. 479. nu. 4. Id (inquam) est regulare, vt non valens alienare, nec actũ facere possit, per quẽ ad alienationem possit perueniri Nat. cons. 110. nu. 11. Crau. cons. 170. nu. 9. Paris. cons. 12. nu. 43. in 2. Ceph. cõs. 175. n. 5. Beci. cons. 25. nu. 2. D. Surd. cons. 5. nu. 40. & seq. Alias esset in potestate grauatorum prohibitorũ voluntates subuertere testatorũ, quod nullo pacto ferendũ est, vt in proposito aduertit Rugger. cons. 8. nu. 67. & nu. 74. in 1. Nil. n. interest, vtrum quis alienet, vel actũ faciat causantẽ alienationẽ, l. codicillis, §. matre vbi Bar. ff. leg. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glo. 14. D. Surd. cons. 276. nu. 13. Quare in proposito

7 dico, quod † prohibitus distrahere, non potest fideiubẽdo se obligare, vt late post Bal. & alios probat Tiraq. de leg. connubial. Glo. mihi 3. q. 8. nu. 97. & seq. Lambert. de contr. mulier. Gl. 1. quæst. 20. Boccat. super constit. Piceni. Glo. 8. num. 30.

Cum igitur testator, vltra præfatam tacitã prohibitionem legalem, addiderit ẽt ipsiusmet testatoris expressam prohibitionem de se obligando pro fideiussione, dubio procul fideiussio Domini Stephani prohibiti ab initio fuit nulla, nec vnquam tenuit, & consequenter potest semper & omni tempore, etiam adhuc viuente D. Stephano, dicta fideiussio reuocari, & peti, illam nullam declarari, Nam etsi ex sola tacita prohibitione legali talis fideiussio sustineretur vsq; ad mortẽ fideiubentis, nec tali in casu posset dici venisse casum fideicommissi ante mor-

8 tem fideiussoris: Attamen † cum ẽt fuerit addita expressa prohibitio testatoris, nõ ẽt tenuit fideiussio in vita fideiubentis, sed dicitur nulla, & est reuocãda ad cõmodũ filiorũ præfati D. Stephani, sicuti idem dicitur in casũ expressæ prohibitionis alienandi (in qua cõtinetur prohibitio fideiubendi, vt dixi) Ita Glos in l. cũ pater. §. liberti vbi Castr. nu. 4. ff. leg. 2. cũ plurib. concordantib. per Bec. cons. 97. nu. 6.7. Petra de fideic. q. 3. nu. 2. & seq. & q. 6. n. 30. & q. 8. nu. 254. Ceph. cons. 272. n. 53. D. Surd. cõs. 116. nu. 18. & seq. Rugger. cons. 9. nu. 18. in 1.

9 Quinimo † nedum filijs datur talis reuocatio, & petitio annullandi fideiussionẽ, viuente prohibito contraueniente, sed ẽt ipsi contraueniẽti, vt post Bal. Tiraq. Ceph. & alios firmat D. Surd. cons. 116. nu. 20. late Magon. decis. Floren. 92. nu. 30. & decis. Luca. 59. nu. 11.

Non igitur deueniẽdũ est ad aliquã bonorũ distractionẽ vigore dictæ fideiussionis, ex quo, vt dixi, dato concursu dictarũ prohibitionũ, tacitæ, & expressæ, legis. s. & hominis illico fuit

10 reddita nullã, & ideo † frustra petitur ex aduerso, quod statim restituẽdũ est, iurib. notis & vere frustra expectatur, cuius euentus nõ est profuturus. dec. Mant. 183. n. 8. Sicuti. n. facta bonorũ alienatione contra expressã testatoris prohibitionẽ, illico sine mora admittũtur illi, qui

11 actui nõ cõsenserunt, adeo q † si pater contrauenit, statim admittitur filius, nec patri tali in casu acquiritur vsusfructus. Alc. cons. 141. n. 6. & 7. in 5. cũ cõcordãtibus per Perr. de fideic. quæst. 14. num. 216. & seq. & quæst. 3. num. 6. Natt. consil. 144. nume. 13. Bero. consil. 129. nu. 15. in 2. Etiamsi in continenti prohibitus

dictam alienationem reuocaret, quia statim
facta contrauentione fuit ius quæsitum filijs.
Natt.d.num.13.& consil.145.num.18.Petra
de fideicom. quæst.8.num.16.& num.62. Ita
pariter debent succedere statim facta fideius-
sione contenta in prohibitione tacita, & expli
cite enunciata in dicta expressa prohibitione
fideiubendi.

Nec respectu, seu pro rata legitimæ, & Tre
bellianicæ potest sustineri præfata obligatio
fideiussionis, stante præallegata expressa te-
statoris prohibitione de nō fideiubendo. Quia
quo ad legitimam D Stephanus ita contraue
nit menti testatoris obligando se pro impor-
tantia legitimæ, sicuti si se obligasset vltra le-
gitimam. Licet enim testator non possit impo
nere onus legitimæ, tamen facit filium incide
re in pęnam amissionis hæreditatis, si contra-
12 uenit, ex quo enim † pater instituit D. Stepha
num hæredem vniuersalem, ipse non potuit re
tenta legitima repudiare hæreditatem, sed de
buit (prout fecit) acceptare totam hæredita-
tem cum onere iniuncto. Cyn. Bal. & Salic. in
l. hæres instituta. C. impuber. Vnde fit, quod
onus istud de non valendo se obligare, non di
13 citur impositū legitimæ, sed hæreditati, † quā
filius acceptando dicitur implicite agnouisse
cum hoc onere tanquam connexo, & insepa-
rabili. l. neminē. ff. leg. 2. & ideo dicitur, quod
etsi alienatio facta contra prohibitionem va-
leat in præiudicium alienantis, & alienans pri
14 uetur hæreditate, (onus illud de non alienan-
do non dicitur iniunctum legitimæ, quando
pater, qui excepta legitima libere poterat di-
sponere de bonis suis in quencūque alium vo-
luit bona omnia filio dimittere, Soc. iun. cons.
87. num. 6. & seq. in 3. Cephal. cons. 153. nu.
90. & seq. latissime D. Sur. videndus cons. 215
num. 16. & per totum consilium, vbi optime
decidit præsentem articulum quoad legitimā,

Respectu vero Trebellianicæ etiam dico, quod
contrauenicns præcepto testatoris priuatur
omni commodo, ideo nec detrahit Trebellia
15 nicam. Quandocunque † enim priuatio indu-
citur a lege, non detrahitur Trebellianica, &
ideo fit, quod hæres veniens contra præceptū
testatoris, & contra illius prohibitionem non
potest deducere Trebellianicam. Rui. cons. 47
num. 17. & 48. num. 18. in 2. Pret. de vlt. volu.
fol. 367. num. 30. latissime omnium satisfaciē-
do omnibus contrarijs tuetur Dom. Surdus
omnino videndus cons. 342. qui locus est co-
piosus, ideo sufficit allegari.

Nec dicatur in præsenti fideicōmisso pęnā
aliquā non fuisse impositā a testatore importā
tē priuationē hęreditatis ī casū cōtrauētionis.
16 Respondetur enim, quod † quando testator
aliquid addit suæ prohibitioni, illud additū di
citur pęna. Ias. in l. talis scriptura. n. 16. ff. leg.
17 1. & ideo † additio nullitatis dicitur pęna, ma
xime cum quælibet rescissio, seu annullatio a-
ctus dicatur pęna. l. Senatus. ff. contr. emptio.
Rui. cons. 70. nu. 3. in 1. Meno. cons. 165. n. 12
& 169. nu. 15. Mandel. cōs. 152. nu. 3. Quę qui
dem pęna nullitatis sapit priuationē, maxime
cum etiam, circumscripta dicta nullitate, insur
18 rexerit priuatio de sui natura, quia † datū sub
conditione aliqua, dicitur sub contraria condi
tione ademptum. l. si legatum pure. l. legata
inutiliter. ff. alim. leg. D. Surd. cons. 294. nu. 8.
19 Quilibet † enim non seruans mandata testato
ris priuatur illius hæreditate, & successione.
Sim. Pret. de vlt. volun. fol. 480. nu. 38. late Pa
ris. cons. 19. nu. 55. & seq. in 2. Morot. cons. 68
nu. 5. Rolan. cons. 70. nu. 68. & seq. in 3. Gom.
in l. Tauri 40. nu. 88. Ideo si testator instituit
D. Stephanū cū pacto expresso, quod non fide
iubeat, dicitur ipso iure priuatus, si fideiusserit
20 ex quo † quādo testator expresse prouidit cer
to casu, nedum censetur velle quod cesset pro
uisio in casu omisso, sed etiam censetur voluis
se in eo vendicare locum contrariæ disposi-
tioni, Alexan. cons. 158. n. 9. vers. Quinto quia
in 6. D. Surd. d. cons. 294. num. 8. & ideo cōclu
do, D. Stephanum dici omnino priuatum hæ-
reditate ad commodum eius filiorum in con-
tinenti succedentium, dato casu contrauētio-
nis, vt supra probatum est. Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter potest testificare de gestis coram eo.*
2 *Arbiter admittitur in testem quando ex eius te-*
stificatu non potest resultare neq; laus, neq; vi-
tuperium circa laudum latum, vel gesta per eū.
3 *Redditio rationis supponit administrationem.*
4 *Arbitro creditur super eis, in quibus non iudica-*
uit, quia cessat affectio.
5 *Arbiter potest esse testis.*
6 *Iudex debet se informare summarie in causis dif*
ficilis probationis.
7 *Arbiter admittitur ad examen in subsidium.*
8 *Arbiter admittitur ad examen quando alia con-*
iectura concurrunt.
9 *Arbitri dictum quando testis esse non potest ha-*
betur tanquam iudicis instructio.
10 *Arbitri testimonium potest esse tale, quod plene*
probet.

ARGVMENTVM.

Arbiter potest esse testis in eis, in quibus nō
iudicauit, quando neq; laus, neq; vitupe
rium ex eius dicto resultat, & ei creditur.

CON-

CONSILIVM CLXIX.

Actiones mea a Domino.


QVAESTIO est; An arbiter post laudum latum, possit examinari coram alio iudice, illiusque assertioni standum sit.

Et conclusiue loquendo dico, illius dicto dandam esse fidem, maxime attenta praesenti facti specie.

Primo: quia in compromisso facto per Illustres Dominos Fratres de Capilupis ex vna, & Illustrem Dominam Lauiniam Picã ex altera occasione administrationis, de qua in causa, fuit data ampla, libera, & absoluta potestas Perillustribus Dominis arbitris decidendi, terminandi, ac sententiandi, tam de iure, quã
1 de facto, quo in casu statur † assertioni arbitri etiam de gestis coram eo. Ita post Butt. tradit. Alex. in l. sciendum. num. 25. vers. Et ibi dicit, eandem rationem. ff. verbo. obligat. Marcabr. cons. 66. num. 282. & seq.

2 Secundo: quando ex arbitri † testificatu illi non potest resultare laus, vel vituperium circa laudum latum, vel gesta per eum, dubio procul admittitur in testem, & illi creditur. Abb. in c. Cum a nobis. col. 3. in fin. vers. Sed concorda. extr. testib. Campeg. de testibus. concl. 60. in 4. repulsa. diffuse. Farin. de testib. quaest. 60. num. 147. At depositio super actu administrationis gestae per quond. Illustr. Dominum Alphonsum communem patrem Dominorum fratrum collitigantium non concernit validitatem, vel nullitatem laudi, nec arbitri decus, vel dedecus: Quia laudum consistit super qualitate administrationis, non super actu administrandi. Fuit namq; supposita in compromisso, & laudo gestio administrationis, seu administrationis actus substantia, & quidditas, cum fuerit in compromisso remissa terminatio, ac decisio litium, ac controuersiarum, quae oriri possent occasione administrationis vna cum annexis, & dependentibus a dictã administratione. [Taliter (inquam) cantant verba compromissi] non igitur fuit tunc dubitatum an Dominus Alphonsus administrauerit, sed
3 qualiter administrauerit, quia † redditio rationis supponit praeambulam administrationem, & qualitas non potest stare sine subiecto. Do. Surd. cons. 34. num. 13. nec solet deduci qualitas, nisi supposita probatione substãtiae. Bal. cons. 465. in princ. in 4. Crau. cons. 21. num. 5. At examen istud respicit substantiam, & actum administrationis, non autem illius qualitatem: merito illi danda est fides, quia cum non laudauerit super actu administrationis, cessat iustificatio laudi in praesenti depositione
4 Et quando † quis testificatur super eo, in quo non iudicauit, cessat affectio, & consequenter illi creditur. Abb. in d. c. Cum a nobis col. 3 vers. Aut nullum interesse, Campeg. & Farin. locis praecitatis. Hinc post Bal. dixit Lanfranc. in c. Quoniam contra Rub. Testium depositio num. 69. de probat. in vers. Interdum iudex producitur. Quod aliquãdo iudex producitur in testem in ea causa, in qua non iudicauit, & potest esse testis. At hic non iudicauit, an Do. Alphonsus administrauerit, sed reddita ratione per haeredes illius iudicauit qualiter administrauit, & in quantum euasit debitor, vel creditor occasione administrationis.

Nec dicatur, ex negatione substantiae administrationis reddi laudum nullum, tamquam latum sine fundamento, vnde cum examen respiciat quidditatem administrationis, in cõsequẽtiã agitur de validitate, vel nullitate laudi, quo in casu arbiter repellitur a testificãdo.

Respondetur enim, talem negatiuam factã in praesenti iudicio non officere laudo, cum in compromisso, & in instantia compromissoria fuerit supposita administrationis subsistẽtia, vt supra late deduxi, & idcirco laudum subsistit, stantibus rebus prout stant, vnde sequitur examen istud nequaquam posse concernere validitatem, vel nullitatem laudi illius.

Respondetur secundo, dato, non tamen admisso, quod ex tali negatiua probaretur nullũ, attamen cum dicta nullitas fuerit causata facto, vel negligentia partis supponentis administrationis subsistentiam, nõ autem culpa ar-
5 bitri, nec ipsius arbitri causa, non † prohibetur in testem admitti, vt post Butr. Menoch. Aemilian. Mascar. & alios probat Farin. de testibus q. 60. num. 109.

Tertio considero actum familiatis administrationis, tamquam non omnibus de sui natura cognitũ, esse difficilis probationis, & nõ ita de facili aliter haberi posse veritatem, nisi a cõsanguineis, domesticis, vel affinibus regulari-
6 ter a testificãdo reiectis. Quo in casu † iudex debet se informare summarie, an aliter veritas haberi possit. Abb. in c. Super eo. in fi. ext. de testib. cogen. qui inspecta qualitate negotij, & personarum arbitrari debet. Plot. de in litem. in lit. §. 2. nu. 8. Mascar. de probat. conclu. 1403.
7 nu. 2. Modo† arbiter admittitur ad examen in subsidium. Meno. de arbitr. iudic. quaest. 73. num. 31. Mascar. de probat. conclus. 124. nu. 41. Farin. d. q. 60. num. 128.

Quarto dicitur, absq; amaritudine in testẽ
8 recipi † arbitrum, quando cũ eius dicto cõcurrit aliqua verisimilitudo rationis, vel alia coniectura, seu adminiculum, vt post Anch. Arc. & alios testatur Crau. cons. 54. num. 13. Menoc.

de recuper.possess.remed. 15. nu. 355. Farin. d.q.60.num.127.vbi alios adducit. At hic nō vnica verisimilitudo rationis, sed plures concurrunt.

Prima, minor ætas filij, & nurus.

Secunda, alij testes idem affirmantes.

Tertia, coniunctio sanguinis, familiaritas, ac mutua testis conuersatio cum administratore.

Quarta, liber seu codex rationum priuatus manu administratoris conscriptus.

Quinta, quod actus administrationis non fuit in controuersiam deductus in iudicio arbitrali.

Sexta, qualitas, ac probitas veneranda personæ ipsius Domini arbitri, illiusq; dignitas, & religio.

Septima, paritas affectionis, & affinitatis ipsius D.arbitri in nepotes, quam in materia testis examinati respectu illius fidei considerat D.Surd.cons.112. nu. 78. & 79.

Octaua, confessio oris proprij facta per D. negantem, de qua in præcitato compromisso.

Quinto ex abundanti cōsidero, quod in casibus, in quibus arbiter non recipitur in testē,

9 attamen † illius dictum habetur tamquam iudicis instructio. Abb. in d.c. Cum a nobis. col. 2. in fin. vers. Possent tamen haberi dicta eorū extr. testib. & licet tali in casu regulariter arbitri dictum non faciat plenam probationem, at

10 tamen † posset esse talis, quod plene probaret, merito id iudicis arbitrio relinquitur, vt per Blanc. de compromiss. q.8. num. 25. Farin. d. q.60. num.143. An autem talis sit iste perill. ac Venerabilis Senex, arbiter, & testis declaret admodum Illustris. D. Præses Iudex delegatus cui me summopere commendo.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

S V M M A R I V M.

1 Iudæi quoad honores, & onera, ac quoad pœnas, & beneficium ligantur statutis Ciuitatis in qua morantur.

2 Statutum puniens adulterium, vel stuprum committentes, comprehendit etiam Iudæos.

3 Pœna a particulari decreto indicta standum est, quidquid disponat ius commune vel municipale, & vtcunq; pœna capitalis mutetur in pecuniariam idq; communiter & generali consuetudine seruatur præcipue, vbi adest clausula derogatoria.

4 Lex, statutum vel decretum loquens de simplicib. non comprehendit casum mixtum.

5 Crimen adulterij est grauius simplici fornicatione, & ideo maior pœna imponitur.

6 Statutum loquens de simplicibus in odiosis non comprehendit casum mixtum.

7 Dictio aliqua est vniuersalis & comprehēdit omnia, quæ excogitari possunt.

8 Dictio aliqua verificari potest in qualibet re, & casu minimo vel maximo & indistincte etiam in materia stricta & odiosa.

9 Statutum minuens pœnam impositam de iure cōmuni pro adulterio si vtitur verbis facti, includit etiam adulterium cum incestu, licet reducat pœnam corporalem ad pecuniariam.

A R G V M E N T V M.

Hebræus adulterium committens cū Christiana punitur tantummodo pœna statuti, seu decreti simpliciter loquentis de copula carnali commissa per Hebrǫos cum Christianis, si verba sonent vniuersaliter & in factum, non autem si loquatur per verba Iuris.

Statutum simpliciter loquens an comprehēdat casum mixtum.

C O N S I L I V M CLXX.

Actiones mea a Domino.



INTER cetera contenta in statuto criminali Rubr. de adulterio. &c. cauetur in §. si vero mulier maritata &c. Quod in crimine adulterij vlterius non procedatur per iudicem, nisi ad mulieris, vel illius patris, seu fratris &c. accusationē, instantiam, & petitionem proponendam infra trimestre a die scientiæ perpetrati delicti &c.

Quo fit, vt circumscripta veritate adulterij commissi per Hebræum detentum cum Christiana nupta, non sit locus vlteriori processui adhuc non constito de accusatione criminis. Debet (inquam) Hebræus ita gaudere beneficio statuti, sicut ex ipsius statuti dispositione alias regulariter foret plectendus pœna ibidē adulteris comminata. Viuunt enim Iudæi more Romano quo ad statuta, forum, & pœnas, & pro ciuibus reputantur in omnibus, &

1 per omnia, & idcirco † ligantur statutis ciuitatis, in qua morantur, quoad honores & onera & quoad pœnas & beneficium, prout in puncto censuit Alex. cons. 99. in 6. & cōs. 13. in 7. Corn. cons. 114. in 1. late Marsil. cons. 101. n. 41. vsque ad fin. Auch. q.27. par. 2. Rolan. cōs.

2 35. per discursum. in 2. quo loci demonstrat † statutum puniens adulterium vel stuprum cō mittentes

mittentes comprehendere etiam Iudæos. Sequitur Baiar. ad Clar. §. adulterium. num. 85. & copiose post alios Decia. tract. crim. tom. 1. lib. 5. cap. 12. num. 20. omnino videndus.

Vlterius cessat omnis quæstio attento particulari decreto concesso a Serenifs. Domino istimet Hebræo, eiusq; patri, familię &c. taliter cantante: *Che ritrouandosi veramente che alcuni di detti Hebrei, o della famiglia, hauesse conosciuto carnalmente qualche Christiana, siano puniti per ogni volta in scudi cinquanta, non ostante cosa alcuna in contrario:* Non (inquam) ambigitur

3 standam esse pœnæ impositæ a particulari decreto, nulla habita ratione pęnæ indictæ a iure communi, vel municipali, vtcunque etiam pęna capitalis mutetur in pecuniariam. Bald. in l. data opera. num. 12. 13. C. qui accus. non poss. vbi ait, etiam fatuum esse iudicem aliter iudicantem. & secundum hanc sententiam foro iudicandum, vti magis communem, & in communi praxi seruatam testatur post plurimos Bursat. cons. 94. num. 4. & illam totū mūdum seruare, & generali consuetudine approbatam esse firmat D. Surd. cons. 33. nu. 17. Illamq; sequitur Bertaz. cons. crim. 35. num. 23 in 1. Purpur. cons. 465. col. 1. vbi subiungit id sine dubio procedere, quando in decreto, vel statuto adest clausula derogatoria, vt in præsenti decreto, ibi: *non ostante cosa alcuna in contrario &c.*

Tota igitur vis residet, an verba decreti simpliciter loquentia de copula, per Hebræū habita cum aliqua Christiana, comprehendant coitum adulterinum, vel alias qualificatum,

4 & videtur quod non, quia † lex, statutum, vel decretum loquens de simplicibus, non comprehendit casum mixtum. l. vim passam. §. pręscriptione. ff. de adult. † Crimen (inquā) adul

5 terij est grauius simplici fornicatione, & ideo congruit, vt maior pęna illi imponatur. Soc. in l. 2. col. 1. ff. verbo. oblig. Vnde dicendum est, statutum puniens leuiter adulterium, non cō-

6 prehendere adulterium incestuosum. Quare † cū materia sit odiosa, statutum loquens de simplicibus, non comprehendit casum mixtum, vt in proposito tradit Purpur. d. cons. 465. nu. 4. vsque 7.

Nihilominus istis non attentis, arbitror reuerà decretum loquens de copula carnali simpliciter comprehendere adulterinos amplexus: siquidem decretum loquitur vniuersali-

7 ter, ibi *qualche Christiana* † Dictio enim (aliqua) est vniuersalis, & omnia comprehendit. Glo. in Clemen. 1. de for. compet. & sub ea veniunt omnia, quæ excogitari possunt. Cephal. cons. 347 num. 14. Diffuse D. Surd. loquēs in terminis statuti pęnam delicti ordinariam moderantis cons. 33. num. 20. & sequ. concordat Pedro. cons. 39. num. 51. Beci. cons. 12. nu. 65.

8 & † verificari potest in qualibet re, & casu tam minimo, quam maximo sine vlla distinctione, aut restrictione, etiam in materia stricta, & odiosa. Beci. loco præcitato. Bertaz. cons. ciuil. 99. num. 54. & tract. de claus. instrum. claus. 26. Glos 12. num. 1. Pedroch. cons. 36. nu. 256 & cons. 39. num. 52.

Præterea aduertendum est, decretum loqui per verba denotantia factum, ibi *ritrouandosi che alcuno &c hauesse conosciuto carnalmente &c.* non autem per verba denotantia ius, vel effectum, seu nomen delicti (vt puta quando dicitur si quis commiserit adulterium. vel stuprū, & cætera id genus) Vnde sequitur quod loquente decreto per verba in factum resonantia, tunc quomodocunq; illud factum (id est, cognitio carnalis cuiuscunque generis) contigerit, dicitur comprehensum in decreto, & consequenter sub statuto simpliciter loquente, non per nomina iuris, sed per nomina facti, comprehenditur casus mixtus. Quocirca dici

9 tur in proposito, quod † si statutum minuat pęnam (alias impositam de iure communi) pro adulterio, includit etiam adulterium cum incestu, vtcunque reducat pœnam corporalem ad pecuniariam, quando vtitur verbis facti. Ita Corn. cons. 19. num. 4. in 4. sequitur Boss. tit. de pœn. num. 15. in fin. clare & optime more suo D. Surd. cons. 33. num. 24. vers. His vero non aduersatur, & num. seq. & vere istud axioma sufficit pro victoria præsentis controuersiæ.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Laudum approbatum per Iudicem sine expressione æquitatis, potest dici iniquum in petitione pœnæ.

2 Sententia confirmatoria nullum verbum faciens de æquitate præsumitur lata ex eo, quod nō fuit probata iniquitas laudi.

3 Confirmatio simplex laudi, non tollit eius iniquitatem.

4 Verbum, bene, habet eundem effectum, ac si diceret, rite, vel recte.

5 Sententia condemnans reclamantes cōtra laudū in expensis illud approbat vti iustum & aquū, secus si liberat ab expensis.

6 Victus non potest docere de eodem, quod nō fecit in priore iudicio.

7 Victus non potest in iudicio reductionis, vel in iudicio reuisionis, nec in iudicio pœnali, obijcere laudi iniquitatem.

8 Nullitas

8 *Nullitas & iniustitia laudi non excusat à pœna comminata in compromisso, quando appositum est pactum de parendo laudo, nec reclamare, nec appellare & alia similia & sub pœna 10.*

9 *Victus petens reductionem vel alia similia prohibita per pactum, dicitur laudo contrauenisse & incidisse in pœnam, licet laudum sit iniustum.*

ARGVMENTVM.

An quæstio iniquitatis laudi cesset si sententia confirmatoria condemnet reclamantes contra laudum in expensis.

An supplicans vel petens reductionem ad arbitrium boni viri, vel alia similia contra expresse conuenta in Instrumento compromissi, incidat in pœnam ibi comminatam, licet laudum fuerit iniustum.

CONSILIVM CLXXI.

Actiones mea a Domino.



LAVDVM latum ad commodū Bertazoni contra Dominos Morbiolos fuit postea a Perillustri Senatu approbatum in hæc verba [Inhærendo &c. cēsuit bene fuisse, & esse laudatum, & arbitratū ad fauorem suprascripti de Bertazonis, & male appellatum per prędictos Dominos Morbiolos, victosque victori in expensis condēnauit.)

Quibus sic stantibus, sequitur, quod in præsenti iudicio pęnali non datur locus probationi iniquitatis laudi lati in iudicio principali: Quando enim iudex recursus approbat laudū tamquam iustū, ac iuste latum, in petitione pęnæ cessat quęstio iniquitatis laudi, si sententia confirmatoria trāsiuit in rem iudicatam, alias de directo contraueniret sententiæ senatoriæ, seu sententiæ iudicis recursus laudum approbantis. Quod secus esset si Perill. Senatus, aut reum absoluisset, aut simpliciter laudum confirmasset, absq; alia expressione æquitatis laudi, vt quia incumbentia non probauit, tunc etenim non diceretur venire contra sententiā, si ageretur in iudicio petitionis pœnæ de pro-
1 batione † iniquitatis laudi, quia possibile est, quod laudum fuerit iniquum, licet non fuerit probatum. Ita magistraliter docet Bar. in l. Iulianus verum debitorem. num. 8. vers. Veritas est. ff. condic. indeb. & ibi post Bal. Ang. Imol. Castr. Fulgos. & Abb. de communi, & vera opinione, & communiter secuta à Legistis, & Canonistis testatur Ias. num. 22. vers. Secūda principalis est opinio. optime Imol. cons. 5. num. 3. & in c. Quintauallis. num. 62. vers. Tu potes dicere concordando opiniones. extr. iureiur. vbi Alex. de Neuo nu. 213. vers. Venio nunc ad octauam. Idem attestatur Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres num. 15. vers. Secunda principalis. ff. verbo. oblig. vbi Rip. nu. 14. ver. Quarto declara. & ibidem magis communem enuntiat Bolog. nu. 64. & nu. 67. in fine.

Nec vim facit, si dicatur in sententiā confirmatoria nullum verbum fieri de æquitate
2 laudi, vnde † præsumitur lata ex eo, quod non fuit probata iniquitas laudi, non autē, vt quia fuit iustum (quidquid dicat Ripa d. n. 14.) secundum Crot. in d. §. duo fratres. nu. 22. vers. Secundo fallit ista conclusio, vt etiam supponit Bologn. ibi num. 67. vers. Secus autē si fuerit dubia, & diffuse probat Alex. de Neuo d. c. Quintauallis. num. 214.

Respondetur enim, obiectum procedere, si
3 fuisset facta simplex † confirmatio vt declarat Bal. in l. eos. num. 4. vers. Item posset iudex. C. appell. at in præsenti casu constat fuisse dictū, Bene fuisse, & esse laudatum, & arbitratū &c.
4 Vnde perinde † est, ac si fuisset dictum, iuste fuisse & esse laudatum, & arbitratum, cum in proposito, (Bene, & iuste,) idem sit, & eiusdem effectus. Præterea idem est dicere (Bene,) & dicere (Rite, & Recte.) c. Ius dictam. extr. de verb. signif. Glo. in §. exhæredatos. verb Iuste. vbi Ang. in authen. de hæred. & Falcid. Ias. in Rub. ff. acquir. possess. n. 17. 18. vbi Bolog. nu. 61. & in terminis declarat Bal. in l. eos. nu. 4. in fin. C. appellat. quem cæteri præællegati sequuntur & licet Bal. ibi videatur aliud sentire in verb. (Male) vt scilicet idem in totum non operetur in oppositum, quod denotat verbum Bene, attamen id non admittitur, sed aliter declaratur per Bolognet. d. num. 61.

Confirmantur prædicta, ex quo Perill. Senatus condemnauit reclamantes contra laudum in expensis; nam per consequens dicitur
5 approbasse † laudum vti iustum, & æquum. nam si dicti fratres reclamantes habuissent iustam causam reclamandi, illos ab expensis liberasset. l. qui solidum. §. etiam. ff. leg. 2. Doct. in l. properandum. §. alterutra. C. iudic. late Asin. in praxi. §. 32. cap. 2. limitatione prima.

Respondetur secundo, quod etsi fuisset facta simplex confirmatio, attamen rationi non
6 est consentaneum, vt victus † possit de eodem docere, quod in priori iudicio non fecit. nam si id verum esset, posset dari via fraudibus, & testium subornationibus. Ideo in proposito dicitur, quod victus in iudicio reductionis, seu
7 in iudicio † rescissionis laudi, rursus in iudicio pœnali non potest obijcere ipsius laudi iniquitatem, secundum Alex. in l. properandum. §. & si quidem col. 3. vers. Et si dicatur. C. iudic.

Leon.

Leon. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 165. & num. 173. ff. de verbor. obligat. vbi nu. 174. id ampliat etiam superuenientibus nouis causis, & probationibus. sequitur Cioff. consil. 111. colum. prima, & secunda, num. 2. & 3. in primo.

Respondetur tertio, dato etiam, sed non admisso, quòd laudum esset verè nullum, vel iniustum, ac de ipsius iniquitate doceri posset in iudicio pœnali, attamen id nil releuat, nec excusat a pœna. Nam commissio pœnæ conuentæ in compromisso causatur ex contrauentione compromissi, non autem ex robore, seu ex validitate laudi; siquidem in compromis-
8 so pacti sunt † DD. Morbioli, ac promiserunt de parendo, ac obediendo laudo, nec reclamare, vel appellare, vel reductionem arbitrio boni viri petere, nec supplicare, nec læsionem allegare, nec rescripti impetrare, impetratisque non vti, &c. & hæc omnia attendere, & obseruare sub pœna aureorum 500. auri in auro. Quo in casu dicta promissio pœnæ respicit nudum factum, & nō factum partium promittentium simpliciter, consequenter ex nudi facti contrauentione dubio procul dicitur commissa pœna, siue laudum fuerit iniquum siue nullum, siue æquum, siue validum, & ideo cū promissio pœnalis non ad ius, vel iustitiā laudi, sed ad merum factum fuerit directa, supplicando, ac petendo reductionem, aliaq; similia peragendo, dicitur ventum contra nudum factum, merito pœna commissa dicitur, cui non
9 prodest laudi † robur, vel iniquitas, vt optime probat Cioffi. d. conf. 101. videndus num. 5. vers. Respondetur enim deueniendum, & numeris sequentibus.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis est fortior exceptione iniquitatis & paria iudicantur, licet sint essentialiter diuersa.*

2 *Laudum iniquum potest executioni mandari, secus de laudo nullo.*

3 *Laudum nullum sustinetur in vim pacti vel conuentionis vel taciti compromissi.*

4 *Approbatio laudi non reiterat stipulationem pœnalem in primordiali compromisso initam.*

5 *Exceptio nullitatis prouenientis ex defectu iurisdictionis opponi non potest post lapsum tempus statutarium.*

6 *Laudum latum a non habente iurisdictionem, si confirmatur a maiori magistratu, vel a iudice habente iurisdictionem habetur pro veritate nō obstante exceptione nullitatis.*

7 *Nullitas prouenient ex defectu iurisdictionis remitti non potest a partibus.*

8 *Iudicium reductionis est diuersum a iudicio nullitatis.*

9 *Iudicium reductionis supponit consistentiam laudi & e contra nullitatis.*

10 *Laudum semel approbatum amplius reprobari non potest.*

11 *Restitutio in integrum denegatur minori, qui semel contractum antea inualide gestum approbauit.*

12 *Nullitas est ius.*

13 *Pœna conuentionalis non respicit ius, sed factū.*

14 *sententia nullo constito de bono iure partis confirmari debet.*

15 *Prohibitum ad tempus, illo transacto dicitur cōcessum.*

16 *Rescriptum productum a parte probat plene contra producentem.*

17 *Rescriptis Principum volens vti debet seruare ad vnguem.*

18 *Rescriptum est inductiuū iuris noui, in eo quod retorqueri potest contra vtentem.*

19 *Renunciatio generalis expressa continet sub se exceptionem nullitatis.*

20 *Laudum nullum sustinetur in vim pacti & conuentionis.*

21 *Sententia lata post cursum instantia valet, si verba delegationis seu compromissi, sint directa in personam iudicis tantum.*

22 *Iudex habens facultatem & arbitrium terminādi, laudandi, & sententiandi secundum conscientiam, & voluntatem, & etiam in procedendo nō tenetur seruare instantiam.*

ARGVMENTVM.

Nullitas opponi non potest, quæ fuit deducta in iudicio, contra laudum confirmatum a maiori magistratu, etiam si prętenderetur ex defectu iurisdictionis.

CONSILIVM CLXXI.

Actiones meæ a Domino.



VDIO ex parte Dominorū fratrum de Morbiolis denuo in præsenti iudicio pęnali vim fieri super nullitate laudi, quę
1 † exceptio videtur fortior exceptione iniquitatis, de qua in prioribus allegationibus. Quia etsi sententia nulla, & iniqua tamquam paria iudicentur, vt post Specul. tradit Marsil. de bannit. verb. Nullitas. num. 41. Pret. conf. 152. nu. 18 sunt

sunt tamen essentialiter diuersa, & durior est exceptio nullitatis, quia sententia, vel laudum nullum non est laudum, iniquum tamen lau-
2 dū, laudum est, & † laudum iniquū potest executioni mandari, secus dicitur de laudo nullo. l.4.§.condemnatum.vbi Doct.ff.re iudic.& in tātum declinatur laudum nullum, maxime in
3 proposito pœnæ conuentionalis, quod etsi † vigore ratificationis dicatur sustineri in vim pacti, vel conuentionalis, & in vim cuiusdam taciti compromissi, vt plene Meno.cons.381.nu.
4 15.16.& sequentibus. Attamen † in dicta approbatione nequaquam dicitur iterata pœnalis stipulatio in primordiali insita compromisso. Roma.cons.155.in 4, dub. Tiraqu.in l. Boues.§.hoc sermone. in princ.vers. Quinquagesimo quarto. Anch.q.26.num.7.in 1.sequitur Borgni.decis.25.nu.36.in 2.

Cæterum adhuc persisto in præsenti casu non esse locum huiusmodi exceptioni nullitatis ex pluribus.

Primo vigore statuti in Rub.de tempor.appell.interpon.&c.dictantis, quod lapso triduo tollatur nullitas a sententia, vel laudo interponenda, quod tempus lapsum est, ergo.

5 Nec dicatur, talem † exceptionem prouenientem ex defectu iurisdictionis perpetuo excipi posse, non obstante tali statuto, diffuse Beci. cons.40.num.6.7.& cons.99.nu.32. maxime excipiendo, vt in præsenti quæstione. Cacher. decis.142.nu.31. Vnde cum laudum sit nullū, tamquam latum perempta instantia, illi nō officit præallegatum ius municipale.

Respondetur enim laudum fuisse latum die prima Februarij 1596.& sub die 18. eiusdem mensis fuisse allegatam ipsius laudi nullitatē, tamquam notoriam, nec esse locum pœnæ conuentæ, vt in precibus Dominorum de Morbiolis, de quibus in processu fol.60.a tergo. & tamen dictū laudum a Perillustri Senatu fuit approbatum, & confirmatum, non obstante tali allegatione nullitatis. Vnde sequitur conclu-
6 sio, quod † laudum latum a non habente iurisdictionem, si confirmatur a maiori Magistratu, vel a iudice recursus habente iurisdictionē, talis confirmatio reconualidat laudum præcedens, & habetur pro veritate, taliter quod in posterum non est amplius locus nullitatis exceptioni. Innoc.in c.1.circa med.vers. Item nō videtur, quod possessori sit actio. extr. confir. vtil.vel inutil.late Alex.in l. de pupillo.§. qui opus.num.6.ff.oper.no.nunt.clare Ias. in l. 4. §.condemnatum.nu.16.& 17.ff.re iudi.& cōs. 191.col.fin.vers. Item illud, quod dictum est quod nunquam.in 4. Felin.in Rub.de for.compet.num.4. Gabr.tit.de statut. conclus. 3.nu. 25. Vant.de nullit.tit.fi.nu.25.& in terminis terminantibus quod laudum latum a non habentibus iurisdictionem, & ita lātum extrā tēpus compromissi, ac a superiori iudice confirmatum per hæc verba (bene fuisse laudatū, & male appellatum) vt in præsenti casu, subsistat & valeat, non obstante præallegata nullitate testatur Alex.cons.111.in 5.vbi num.6.id extendit procedere etiam si generaliter, ac indistincte fuerit allegata nullitas absque alia expressione qualitatis ipsius nullitatis, maxime cum vitium cadat in solo laudo, non autem in substantialibus processus. Alex.cons.79.nu.1. in 3. Gabr.cons.49.num.5.& seq.in 1. etiamsi
7 † tale vitium non sit a partibus remissibile, vt post alios idem Gabr.vbi supra num.5.

Secundo considero, quod fratres contra laudum reclamantes petierunt causam cognosci super meritis a Perillustri Senatu iudice recursus, quod quidem iudicium reductionis respicit laudi iniquitatem, & consequenter laudi
8 qualitatem, quia † iudiciū reductionis est valde diuersum, imo contrarium iudicio nullitatis, cum vno supposito alterum tollatur, quia vt dixi, respicit qualitatem laudi, non autē ipsius laudi essentiam, vel substantiam; Vnde in proposito infero, quod cum qualitas non possit esse sine subiecto D.Surd.cons.34.num.13 nec possit deduci qualitas, nisi supposita probatione substantiæ. Bal.cons.465.in princ. in 4. Crau.cons.21.nu.5.sequitur necessario, quod prædicti fratres voluerint laudum valere, & te
9 nere, quia natura † iudicij reductionis supponit laudi consistentiam. Bal.in l.arbitror 1.nu. 3.C.arbitr. Ideo volens, ac prætendens dicere de nullitate, non debet petere reductionem, vt post Abb.aduertit Magon.decis.Luca.98.nu. 7. Modo cum dicti fratres vigore talis iudicij semel laudum pro laudo approbauerint, non debēt impræsentiarum audiri ipsius laudi nul
10 litatem allegantes, quia † semel approbatum amplius reprobari nequit Beci.cons.3.nu.39. decis.Mant.288.num.5. & quia renuntiantibus iura sua non datur regressus iuribus notis.
11 Hinc in simili videmus denegari † restitutionem in integrum minori, qui semel contractū antea inualide gestum approbauit. Rom.sing. 99. Alex.ad Bar.in l.non solum.ff.in integr. restit.mino. Odd.de resti.in integrum. q.50.art. 1.num.18.& seq.

Tertio facit, quod exceptio nullitatis con-
12 cernit ius, quia † nullitas est Ius, quod aliquādo iudicis officium, aliquando actionem, vel exceptionem tribuit. Vant.de nullit.in princ.
13 col.1. Rimin.iun.cons.720.num.13. At ista † pœna conuentionalis non respicit ius, sed factum, & ita non fuit apposita intuitu essentiæ, ac validitatis, vel nullitatis laudi, sed habita ratione contrauentionis faciendæ laudo promulgando. text.in l.4. §. Cato. in princip. ibi (pœna

(pena certæ pecuniæ promissa,si quid aliter factum sit)&l.cum quid.& in l.qui Romę.§.duo fratres.ibi (& si contra quis fecisset , pœnam alter alteri promisit.ff.verb.oblig. Vnde sequitur,dato non tamē admisso,quod nullitas laudi deberet attendi , attamen id procederet respectu meritorum laudi , & causæ , non autem respectu pœnæ,cum, vt dixi, pœna concernat inobseruantiam,& merum factum,vel non factum,non autem quidditatem laudi,& ita perpendit in proposito isto Cioffi.omnino videndus conf.101.num.6.in t.Non igitur in præsenti iudicio locus est exceptioni nullitatis.

Quarto, cum ex actis actitatis tam coram Dominis arbitris,quam coram Perillustri Senatu,tam respectu meritorum causę , quam ēt pęnæ conuentæ ex notoria inobseruantia Dominorum Morbiolorum,liquido constet de bono iure Cameræ,& Bertazoni , sequitur nullā habendam esse rationem à Perillustri Senatu de tali nullitate causata ob defectum iurisdi-
14 ctionis,†cum bonum ius partis apud rectos iudices suffocare soleat huiusmodi exceptionē, vt post Alex.& alios firmat Vant. de nullitat. Rub.fin.num.132.optime Bimi.conf. 79. nu 20.21.vbi alios adducit, & admonet iudices vt oculos habeant ad bonum ius partis,spr allegatione nullitatis istius ob defectum dictionis.

Quinto considero Morbiolos produxisse rescriptum super meritis causæ cognoscendis coram Perillustri Senatu suspensa executione pęnæ per bimestre.Quod quidem rescriptum relaxat pęnæ executionem lapso dicto bimestri
15 quia † prohibitum ad tempus, illo transacto dicitur concessum.l.Imperator.vbi Bar.ff. de postul.Cum igitur fuerit productum tale rescriptum dubio procul dicuntur producentes , se subiecisse erogationi pęnæ in casum succumbē-
16 tiæ,& finito bimestri, cum † productio talis operetur consensum , & approbationem etiam in contra se facientibus. Dec. in c. Cum venerabilis.num.90.extr.exceptio.Pasét.conf.124 num.5.Beci.conf.3.num.38.& acceptās rescriptum dicitur acceptare cum omnibus suis qua-
17 litatibus.D.Surd.conf.60.num.27. & quod † in licentia,seu rescripto Principis debeant seruari omnia in eis expressa tradit D. Surd. cōs. 371.nu.21.& seq.nec illius pars potest agnosci,& altera refutari,Tiraq.de retr.conuent.in fin.nu.9.D.Surd.d.conf.60.nu.27.& sequ. & conf.152.num.19.& volens vti rescripto, debet seruare omnes illius qualitates , cum censeantur traditæ pro forma,idq; apertius dignoscitur,quando rescriptum limitat,seu modificat petitionem,vt in præsenti casu. Rui. conf. 104.num.7.in 5.Pasét.conf. 194. non igitur sunt audiendi hodie reluctantes contra pœnæ solutionem sub clypeo nullitatis laudi .

Quinimo dico,quod mysteriosa est in proposito talis mentio pœnæ in rescripto,cum ex illa dicatur ius quæsitum Cameræ, & parti actrici,ac obseruanti . Nam aut circumscripto rescripto debetur pœna ob inobseruantiam, & cessat quæstio,aut remoto rescripto non debe-
18 batur;& tunc dico,quod cum tale,† rescriptū sit iuris noui inductiuum,ex illius impetratione,& vsu dicitur acquisitū ius aduersario, cui tali in casu competit retorsio rescripti aduersus illo vtentem,ad tradita per Ias. in l. si quis iniquum.num.12.vbi Cur.iun.num.8.& 9.ff. quod quisq; iur.Quo fit vt lapso bimestri pars illa,quæ tali vsu est rescripto , cum succubuerit,ad pœnam tenetur.

Sexto dicitur,quod Domini Morbioli renūtiarunt iuri,ac beneficio nullitatis, vt patet in compromisso in processu fol.21.fac.1.in fin.vbi præcedente renuntiatione speciali multorū
19 beneficiorum subsequitur † generalis expressa renuntiatio cuiuscunq; beneficij legum, ordinum,& statutorum,in qua generali renūtiatione continetur exceptio nullitatis, vt in puncto post Bar.tradit Castr.conf.260.num.2. ante fin.verf.Demum pro hoc facit.in 1.cum cōcordantibus per Rimin.iun.conf.720.nu. 13. & seq.Qua renuntiatione,stante solemni stipulatione vallata,non operatur allegatio nulli-
20 tis,quia tale † laudum,vtcunq; nullum, sustinetur saltem in vim pacti,& conuentionis.l. 2 vbi Docto.C.com.vtri.iudic.late alios adducens Rimin.iun.d.conf.720.num.17.

Septimo aduertatur , talem cursum temporis,seu instantiæ lapsum non officere laudo,stāte qualitate compromissi,in quo facta nominatione arbitrorum subiungitur (qui ambo Magnifici Domini &c.videre,decidere, terminare,sententiare,& iudicare habeāt omnes &c.) quæ verba sunt simpliciter directa in arbitros iudicare debentes tantum,& ideo lapsus instātiæ non nocet : nam idem videmus in statuto
21 dirigente † verba in personam iudicis tantū; tunc enim tenet sententia post cursum instantiæ lata. Bar.in l.properandum. num. 6. verf. Si vero tempus statuitur iudici.C.indic.Alios congerit Dec.conf.550.num.5.Parif.conf.67 num.9.in 1.Sola in nou.constit.Pedemo. par. 2.tit.de sent.Glo. 1.num. 3. Cioffi.conf.26. n. 17.& 18.in 1.& in terminis compromissi testatur Rim.iun.conf.71.num.23.vbi alios recenset concordantes.

22 Octauo in compromisso nedum † data est facultas terminandi,& laudandi , seu sententiandi tantum iuxta ipsorum arbitrorum arbitrium,conscientiam,& voluntatem, sed etiam illis fuit datum arbitrium in procedendo , vt in processu fol.21.fac.prima quo in casu nō tenentur

nentur seruare instantiam. Bart. in l. si lege. in princ. vbi Castr. ff. locat. Alios cumulat, & sequitur Alex. consil. 50. num. 5. in 2. late Marsi. in praxi. §. constante. num. 19. Afin. in prax. in princ. cap. 3. num. 3. num. 33. Cauagnol. ad decret. Montisferr. 7. §. 2. num. 128. & seq. Contraria tolluntur ex præcitatis. Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Vassalus non potest absq; assensu Domini de feudo valide disponere per viam testamenti.*

2 *Vassalus non potest disponere de feudo, sine assensu Domini, etiam pro anima.*

3 *Vassalus non potest dare in dotem propria filia feudum sine assensu Domini.*

4 *Dominium, & possessio rei data in dotem filia transit ab ipso dante ad maritum.*

5 *Vassalus non potest in dotem dare feudum æstimatum absque consensu Domini.*

6 *Vassalus prouidens bona allodialia non dicitur alienare feudum, necessarie ideo indigent placito Domini.*

7 *Consuetudo Mantuæ adest alienandi feuda, etiã in præiudicium vocatorum in Inuestitura adhibito solo assensu Domini.*

8 *Datio in solutum facta in executione legati, sapit naturam legati, & vltima voluntatis, & debet iudicari, ac si esset vltima voluntas.*

9 *Datio in solutum facta per modum cõtractus, sed contemplatione vltima voluntatis, habetur pro vltima voluntate,*

10 *Consuetudo Mantuana non militat in actibus gestis in vltima voluntate: sed tantum in simplici alienatione facta inter viuos.*

11 *Actus consideratur secundum tempus principij.*

12 *Consuetudo correctoria Iuris communis feudalis strictissimi Iuris est, & anguste, & strictissime est interpretanda.*

13 *Consuetudo contra Ius scriptum, tamquam odiosa, non attenditur, sed necessario coarctatur, & restringitur.*

14 *Consuetudo ita debet explicari, vt Iuri communi feudorum minus deroget, quam sit possibile.*

15 *Consuetudo habet tantum de potentia, quantum de vsu simpliciter & non vltra.*

16 *Consuetudo non extenditur de vna persona casu vel re ad aliam.*

17 *In consuetudine nihil debet suppleri vltra solitam obseruantiam.*

18 *Consuetudo semper debet probari cum sit quid facti.*

19 *Consuetudo debet probari specialiter in casu controuerso, de quo agitur, vel disputatur.*

20 *Consuetudo probanda est in eadem specie, concurrentibus eisdem qualitatibus, de quibus in facto controuerso,*

21 *Consuetudo est probanda per veras, & proprias probationes, non autem per præsumptiones, & coniecturas, alias non diceretur legitimè probata, & staretur Iuri communi.*

22 *Consuetudo alienandi feuda in præiudicium vocatorum &c. est odiosa & contra Ius, licet seruetur in simplici, & parua venditione.*

23 *Consuetudo alienandi quæ non extenditur ad dationem in solutum.*

24 *Consuetudo contra Ius, & alteri onerosa non extenditur ad casus similes, etiam maiorem rationem habentes.*

25 *Consuetudo militans in emptione, non habet locum in permutatione.*

26 *Licentia alienans stricte interpretatur, & solum habet locum in casu expresso.*

27 *Consuetudo circa vnum modum alienandi, non extenditur ad alium.*

28 *Consuetudo disponẽs de vna specie, ad aliam speciem non extenditur.*

29 *Consuetudo secuta in actu inter viuos, non militat in vltima voluntatis dispositione, nec in datione in solutum.*

30 *Datio in solutum est ficta solutio.*

31 *Datio in solutum est impropria, non autem vera venditio.*

32 *Consuetudo contra Ius commune debet intelligi in casu vero, non autem trahitur ad fictum.*

33 *Statutum loquens de venditione, non sibi vendicat locum in datione in solutum,*

34 *Pretium est substantiale venditionis,*

35 *Datio in solutum, absque mentione pretij dici nõ potest propria emptio.*

36 *Datio in solutum facta pro dote de fundo æstimato ad solum effectum vt sciatur illius valor, non est proprie venditio.*

37 *Concessio, seu dispensatio alienationis feudorum ex priuilegio aliquo intelligitur in subsidium, non extantibus allodialibus.*

38 *Mulier dotata, vel dotanda, si vult aspirare ad bona feudalia, debet probare non adesse allodialia.*

39 *Assensus Domini directi, datus ad alienandum feuda intelligitur iniuncta clausula in subsidium allodialium.*

40 *Eligens semel, non potest amplius pœnitere, nec variare.*

41 *Eligendi facultas non extinguitur, sed licet variare quando ab initio electio fuit inualida.*

42 *Eligisse ad hoc vt quis dicatur oportet, vt prouisio vel electio fuerit facta cum effectu, non nulliter.*

43 *Electio ex falsa causa, vel iniusta, non tenet.*

ARGVMENTVM.

An Datio in solutum facta in executione legati, dicatur facta contemplatione vltimæ vo-

mæ voluntatis, & de illa iudicetur ac si esset vltima voluntas.

An consuetudo alienandi feuda in præiudicium vocatorum in Inuestitoris cum assẽsu Domini, & in subsidium allodialium quæ militat Mantuæ in actibus inter viuos; habeat locum in actibus in vltimis voluntatibus, & in datione in solutum facta contemplatione vltimæ voluntatis, cum sit contra Ius commune.

CONSILIVM CLXXIII.

Actiones mea a Domino.



ERILLVSTRIS quon. D. Hippolytus Amorrotus legauit dotem per Illustr. Dominę Fuluię filiæ suæ his verbis, nempe, *vt vendantur tot de bonis suis feudalibus, seu allodialibus hereditatis ipsius Testatoris, ex quibus extrahi possint ducati ter mille, & de pretio eorum satisfiat D. Fuluia, &c.* non autem voluit, vt tot bona feudalia darentur in dotem præfatæ Dominæ.

Quia cũ Testator ipse vasallus testatus fuerit, & legauerit absque consensu Domini directi, nõ potuit disponere de ipsismet bonis feu-
1 dalibus, ex quo vasallus † non potest absq; cõsensu Domini valide disponere de feudo per viam testamenti, c. 1. de success. feud. Clar. §. feudum, quæst. 40. Ruin. cons. 143. in fi. in tertio, Alex. cons. 30. nu. 11. in primo, Gabr. cons. 83. nu. 31. in 1. Surd. cons. 305. nu. 34. & cons. 382. nu. 39. & 40. qui extendunt conclusionẽ,
2 vt nec etiam talis testamentaria dispositio † sustineri queat pro anima vasalli testantis: Etiã si talis dispositio concernat dotem dandã propriæ filiæ, cum feudum non possit per Vasallũ
3 dari in dotem † propriæ filiæ absque placito Domini. tex. in §. donare, tit. qual. olim feud. pote. alien. vbi Bal. Aluar. Præpos. Afflict. & alij, Schrad. de feu. par. 8. cap. 1. nu. 32. 33. & veriorem, ac in Camera Imperiali seruatam sententiam testatur Mynsing. cent. 4. obseru. 86. nu. 3. Menoc. cons. 700. nu. 10. Broch. de feud. cap. 8. nu. 38. Vulte. de feud. cap. 10. nu. 46. Decian. cons. 117. num. 70. in tertio, Clar. §. feudum, quæst. 36. & plurimos enumerat Rosental. de feud. cap. 9. concl. 8. nu. 1. dicens, id fieri non posse citra amissionis iacturam, etiam si pater illud daret pro filia, quia rei in dotem da-
4 tæ dominium, & possessio † ab ipso dante transit in maritum, idem probat Sola. in antiq. Cõstit. Pedemont. tit. de feud. decret. Yolant. Gl. 1. secundæ partis, nu. 7. & ita satis patet, sententiam contrariantium esse penitus erroneam, &
5 potissimum quando feudum † fuisset æstimatũ quia talis datio est omnino prohibita absq; consensu Domini, Rosental. d. concl. 8. in fin. Vulte. de feud. cap. 10. nu. 46. in fin. Mozzi. de feud. Rub. vltima, nu. 144. in fin. Menoch. lib. 4 præsumpt. 189. nu. 173.

Et tanto magis prædicta procedunt, quan-
6 do vasallus † etiam possidet allodialia, vt in casu isto, quia tunc talis datio non diceretur alienatio necessaria, & consequenter indigeret placito Domini, Crau. cons. 2: 5. nu. 17. Purp. cõs. 119. nu. 21. Corbul. de caduc. emphir. ob alie. limit. 20. Mozzi. dicto nu. 144. vers. Vel tertio posset, Sola. in d. Gloss. 1. nu. 9. Menoch. dicta præsumpt. 189. nu. 173.

E conuerso autem incaute se gessit Perill. q. D. Amorottus filius præfati testatoris, quatenus in executionem voluntatis paternæ, & pro satisfactione legati prædicti, non seruãdo formam sibi a patre præscriptam, bona ipsa feudalia æquipollentia summæ prædictorum ducatorum ter mille in solutum assignauit sororio pro dote sororis in præiudicium Illustrissimi Domini Comitis Hieronymi antiquitus vocati ad dicta bona feudalia vigore antiquarum Inuestitutarum, & etiam virtute præcitati testamenti.

Nec dicatur, imo potuisse D. Amorottum talem dationem in solutum facere cum cõsensu Domini in agnatorum præiudicium de con-
7 suetudine † notoria Mantuæ. Cuius vigore possunt vendi feuda in præiudicium vocatorũ in Inuestitura adhibito solo consensu Domini directi.

Respondetur enim huiusmodi assignationem in solutum fuisse factam occasione, & cõtemplatione legati paterni antecedentis, vt expresse dicitur in Instrumento dictæ assignationis, de quo in processu fol. 109. a tergo, ibi: *Quia sibi expedit huius modi assignationem facere pro satisfactione infradicendi legati.* & infra fol. 110, ibi, *necessarius vero cum ad huiusmodi legatum soluendum ex testamento paterno teneatur, quia est hæres testatoris, vnde venit casus, propter quem tenetur soluere legatum* & latius, fol. 111. fac. 1. ibi, *& hanc in satisfactionem ducatorũ triũ millium in causam dotis legatorum Mag. Domina Fuluia prædicti D. Ioannis Baptistæ vxoris, antedicti D. Amorotti sororis, ex testamento per antedictum quon Dominum Hippolytum facto*, & in licẽtia Domini directi, fol. 114. tergo, ibi, *in satisfactionem legati ducatorum trium millium, & in causam dotis ipsius Domina Fuluia.* Quo in casu prę-
8 fata datio in solutum † sapit naturam legati, & vltimæ voluntatis, & debet iudicari, sicuti esset vltima voluntas, vt docet Bart. in l. fin. ff. solut. Bal. in l. mandatum, num. 15. C. mand.

Dec in

Dec.in l.singularia,nu.25.ff.si cer.pe. optime, & late Ruin.consi.61.nu.7.8.9.10.11.in 2.& in puncto pluribus comprobat Surd.cons.382 num.69. & 70.dicens, quòd datio in solutum
9 † facta per modum contractus, sed contempla tione vltimæ voluntatis, habetur pro vltima voluntate,optime Torniol.consi.47.nu.24.

10 At dicta consuetudo † nõ militat in actibus gestis in vltima voluntate, sed tantum in simplici alienatione facta inter viuos, Curt. iun. cons.171.nu.10.vsque ad fin.Gabr. consi.83. nu.58.in 1.& consi.81. nu.25. vsque 71. in 2. Natt.cons.502.nu.38.Mozi.de feud. Rub.ex quibus caus.feu.amitt.n.171.in fi.vers. Adde alium casum,Rosent. de feud. cap.9.q.58. nu. 43.& ita Mĩtuæ seruari tradit Burs.cons.178. n.26.& cons.295.n.16.Surd. cons.382. n.66. 67.68.& cons. 577.col.1. & hoc admittit loquendo in terminis nostris, Gozad. consi.90. nu.5.iuncto n.21.vers.Ad quartum dico,quatenus dicit,consuetudinem istam non procedere in actu facto contemplatione vltimæ voluntatis, & ad dignoscendum an quid sit factum contemplatione vltimæ voluntatis,debere inspici causam primam,& haberi necessariam re
11 lationem ad principium, & actum † considerari secundum tempus principij,licet in casu suo neget actum illum fuisse factum contemplatione vltimæ voluntatis,& magis explicite Surd. cons.382.nu.68.vers.Parum etiam.

Respondetur secundo, talem consuetudinẽ
12 † esse odiosam,iuris communis feudalis correctoriam,& strictissimi iuris, ac anguste, & strictissime interpretandam, vt in indiuiduo loquens de tali consuetudine, tradit Rosent. de
13 feud.c.9.nu.19. quia consuetudo † contra ius scriprum,tanquam odiosa non extenditur, sed necessario coarctatur, & restringitur, vt post Inno. Bal.& alios tradit Molin. de Primogen. lib.2.cap.6.nu.21.Ideo dixit post mulros Rosent.de feud.cap.7.q.40.num.8. quòd consue
14 tudo † ita debet explicari,vt iuri communi feudorũ minus deroget, quã sit possibile, Schrad. de feud.par.10.sectio.20.nu.165.sanè(inquã)
15 dici solet,consuetudinem † habere tantum de potentia, quantum de vsu simpliciter, & non vltra,l.1.§.si quis hoc interdictum, vbi Bar. ff. itin.actuque priu.decis. Mant.111. nu.8. quo
16 loci dicitur non fore † extendendam de vna persona,casu,vel re,ad aliã,concordat Schrad. d.sect.20.nu.166. Et dixit Bald. consi.275.in
17 fin.in secundo, in consuetudine † nil debere suppleri vltra solitam obseruantiam, sequitur Surd.consi.371.nu.3. & ideo infertur consue-
18 tudinem † semper debere probari, cũ sit quid facti, Corn.cons.174.nu.1.in 2. Rimin. consi. 307.n.16.Surd.cons.354.num.24.Schrad.de feud.par.10.sectio.9.nu.243.& debet proba-
19 ri † specialiter in casu controuerso,de quo agitur,vel disputatur,Oldra.consi.273. cum concordantibus per Surd.d.cons.371.n.2.& deci.
20 Mant.311.nu. 8. dicens, probandam † esse in eadem specie concurrentibus eisdem qualitatibus,de quibus in facto controuerso,& hoc tradit Schrad.dicta sectio.20.num.176. Idem ait Borgni.decis.11.n.46.in 1. Et quidem per ve-
21 ras,& proprias † probationes, non autem per præsumptiones,& coniecturas, alias non diceretur legitime probata, & staretur iuri communi,vt diffuse firmat Schrad.de feud.par.10. sectio.9.nu.243.sed de tali probatione non con-
22 stat. Cum igitur,vt dixi,talis consuetudo † alienandi feuda in præiudicium agnatorum sit odiosa,& contra ius, licet seruetur in pura, & simplici venditione,Paris.cons.13.nu.38. vol.
23 1.non debet † extendi ad dationem in solutũ, (quicquid Dec.Paris.& Gozad. senserint, de quibus per Burs.cons.50.nu.30.)Quia consue
24 tudo † contra ius,& alteri onerosa non extenditur ad casus similes,etiam maiorem rationẽ habentes,Natt. cons.435.nu.22. vbi testatur de communi,concordat Minado. in repe.constitutionis Regni,in aliquibus,in 2.no.n.105. & 106. dicens consuetudinem iuris communis correctoriam esse stricti iuris, & quando est contra legem scriptam, nunquam extendi ad alium casum ex maioritate rationis, sequitur Georg.alleg.25.n.2.subdens,talem consuetu-
25 dinem † militantem in emptione non comprehendere permutationem, quia est stricti iuris, & regulariter vbi rollitur impedimentum iuris prohibitiui,seu vbi fit dispẽsatio iuris prohibitiui non tenet argumentum ex maioritate rationis,Corbul.de cadu.ob alien.q.6. nu.10.
26 inferens ex eo, quòd licentia † alienandi strictè interpretatur, & solum habet locum in casu expresso,idem probauit Vulte. de feud.li.1. cap.10.nu.92.vers.Hoc autem casu, vbi loquẽdo de tali consuetudine alienandi feuda, dicit non fore extendendam, etiam si maior subsit ratio,ita igitur est dicendum in casu isto,vt cõsuetudo solita obseruari in venditione feudorum non extendatur ad dationem in solutum,
27 quia consuetudo † circa vnum modum alienãdi non extenditur ad alium, Ruin. consi. 108. nu.30.in 2.Surd.consi.382.nu.66.67.68. Menoch.cons.1.nu.133.Borgnin. decis. 36. num.
28 305. in 3. sicuti nec consuetudo † disponens de vna specie ad aliam speciem extenditur, Schrad.de feud.p.10.sectio.20. nu.169. Hinc
29 fit,vt consuetudo ista † seruata in actu inter viuos non militat in vltimæ voluntatis dispositione,& ita in puncto reprobatis contrarijs, talem extensionem præcitatæ nostræ consuetudinis non dari ad casum dationis in solutum,tuetur diffuse Rosental.cap.9.q.58.nu.20. vsque

32. om-

32 omnino videndus,& est de mente Surd.cō
sil.382.num.66.vers.Non etiam turbat quod:
30 Quæ conclusio confirmatur,quia datio † in so
lutum est ficta solutio,Asin.de execut.fol.244
31 col.3.num.3.& dicitur impropria † non autē
vera venditio,late Dec.cons.18.nu.3.vbi ait,
quod per hoc non comprehenditur in statuto
32 loquente de venditione. At consuetudo † con
tra ius commune debet intelligi in casu vero,
non autem trahitur ad fictum,Ioan.Andr.Ar-
chid.& alij in c.fin.de consuet.in 6.Barto.in l,
omnes populi,quęst.6.principali,ff.iust.& iur.
Intrigiol.de feud.cent.2.art.36.num.68.& nō
debet extendi cum alterius præiuditio,l.2.vbi
Bald.C.bon.quælib. nisi probetur præscripta
spatio quadraginta annorum,cum sit cōtra ius
scriptum,Borgni.d.decis.1 t.num.48.Ita in si-
33 mili videmus statutum † loquens de venditio,
ne,non sibi vendicare locum in datione in so-
lutū,vt post plura,& plurimos sustinet Ialōg.
Recemat.iur.lib.1.c.9.num.7.& seqq.

Et vere attenta præsentis facti specie nullo
pacto dici potest hāc dationem in solutum ve-
ræ venditioni assimilari,quia fundus iste da-
tus fuit in solutum inæstimatus,adeo quod di-
34 citur deficere pretium,† quod est substantia-
le venditionis,§.prætium.Inst.empt.& vendi.
35 & ita sequitur, quod ex tali datione † in solu-
tum absq; mentione pretij nullatenus dici pos
sit proprie emptio,& venditio,l.quoties,C.Iu.
dot.l.si extimatis,cum l.seq.ff.sol.matr.Hocq;
extenditur procedere etiam si fuerit facta æsti-
36 matio fundi dotalis in solutum † dati ad solū
effectum,vt sciretur illius valor, vt optime ad-
uertit distinguendo Ios.Ludo.decis.Perus.60.
nu.12.vbi alios adducit,vt in casu isto, in quo
non fuit facta vera æstimatio ad constituendā
veram venditionem,sed simpliciter,vt secerne
retur quanti tunc temporis valeret prędium in
solutum datum,vt colligitur ex verbis instru-
menti dicti contractus,maxime fol.111.fac.t,
vbi dicitur,illum assignari in satisfactionē du-
catorum trium millium ex causa dotis legato-
rum: Et fol.112.& 114. vbi legitur pactum,
quod decedētibus Iugalibus sine filijs fundus
reuertatur ad Dominum Amorottum,& si co-
rodetur a Pado vsq; ad 50.iugera,teneatur do
tās illum retroaccipere,& soluere ducatos ter-
mille in numeratis ad formam testamenti, per
inde ac si assignario illa facta non fuisset, & ita
non fuit æstimatus per illam æstimationē,quæ
facit veram,perfectam,ac irreuocabilem ven-
ditionem, sed ad hoc vt cognosceretur tunc tē
potis tanti extimari per contrahentes, & tanti
valere, vt dixi,& vltra prædictos tradit etiam
Ioseph.Ludou.conclusio.12.limit.3. 4. & 10.
omnino videndus, quia optime loquitur in
puncto.

Addatur prædictis, Dominum Hippolytū
testatorem in legato dotis ordinasse,quod vē-
dantur tot de bonis suis feudalibus, seu allo-
dialibus hæreditatis ipsius testatoris, vt in pro
cessu fol.60.Pluraq; allodialia extitisse in hæ-
reditate non ambigitur. Quo in casu partes e-
rant filij,seu hęredis testatoris distrahere prius
allodialia,antequam poneret manus ad feuda
lia,nec ex hoc potest iuuari, seu excusari sub
clypeo præcitatę consuetudinis Mātuanę,quę
non procedit indistincte,sed in subsidium tan-
tum,nempe vt Vassallus possit vendere feudū
in agnatorum vocatorum præiudicium, allo-
dialibus non extantibus,alias secus:Quia con
37 cessio, seu dispensatio † alienationis feudorū
ex priuilegio aliquo,intelligitur in subsidium,
non extantibus allodialibus,Neuiz.cons.16.
num.10.11.Cacheran.decis.174.Sola.in an-
tiq.Constit.Pedem.tit.de feud.Decret.Yolāt.
par.2.Glos.4.num.2.Et in puncto isto contro-
uerso,tradit Burs.cons.80.num.26.vers.Ter-
tio dico,& num.27.dicens ita fuisse iudicatū,
& postea per Illustriss. Cardinalem Herculem
Gonzagam ita ordinatum ad tollendas dubi-
38 tationes in futurum,subdens,esse mulieris † do
tatæ,vel dotandæ probare,non adesse bona al
lodialia,idem repetit Burs.cons.171.num.46.
39 dicens in quolibet assensu † Domini directi da
to ad feudorum alienationē subintelligi clau-
sulam *in subsidium allodialium*,concordat Vul-
te.loquens pariter de huiusmodi consuetudi-
ne, in tract.de feud.lib.1.cap.60.nu.91.vers.
Et vero nisi consuetudo,late Costa de remed.
subsid.in cap.52.Et ita ex his patet perperam
consuluisse Burs.it. sibi contrarium cons.40.
num.4.5.& sequ.tenens dictam consuetudinē
militare indistincte,et extātibus allodialibus.

Nec prædictis vim facit,si dicatur, quod cū
Dominus Amorottus elegerit dationem feu-
di,non licere Domino Comiri hęredi amplius
variare,quia sera est,& intempestiua pœniten
40 tia: Quia qui semel elegit,† nō potest amplius
pœnitere,nec variare electionem.l.apud Auffi
dium,ff.optio.lega,nec electio variatur, quan-
do per illam ius fuit alteri quæsitum,Surd.cōs.
264.num.33.34.subdens electionem non mu
tari, quando ipsa traxit secum executionem,
vt in casu isto.

41 Respondetur enim,facultatem eligendi † nō
extingui,sed licere variare, quando ab initio
electio fuit inualida,Alex.in l.serui electione,
in 2.not.ff.leg.1.& ibi Rip.num.4.Nam quod
nullum est,nullum producit effectum, & ideo
42 ad hoc,vt quis dicatur elegisse † oportet vt pro
uisio,vel electio fuerit facta cum effectu, late
Ciotl.cons.102.num.7.8.9.in 2.Rimin.iun.
cons.693.num.9.Bimi.cons.62.nu.3.4.Ideo
dixit Pret.de interpretat.vlt.volunt.fol.40.

col.4.num.4.tunc non curandam esse electionem, quando fuit nulla, vel erronea, vel sic suadente subiecta materia, vel æquitate: At stantibus prænarratis male elegit Dominus Amorottus dando feudum in dotem loco pecuniæ, vel bonorum allodialium, confert Cepol.consil.
43 ciuil.27.nu.42.in 2.dicens, quod electio † ex falsa causa, vel iniusta non tenet.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Fœmina non excluduntur a legitimatis, stante statuto, vt existentibus masculis fœmina non succedunt.

2 Legitimati non comprehenduntur in statuto continuante possessionem defuncti in hæredem.

3 Legitimatus non venit in statuto loquente de fratre, vel agnato.

4 Legitimatus dicitur abusiuus descendens, vel collateralis, ac fictus, non verus.

5 Legitimatus, & adoptiuus æquiparantur.

6 Adoptiui dicuntur descendentes, vel collaterales legitimi tantum.

7 Adoptiui non gaudent immunitate statuti eximentis hæreditates ascendentibus ac descendentibus, ac collateralibus relictas ab onere gabellæ.

8 Legitimatio non subsistit absq; licentia Principis regnantis in loco, in quo sortiri debet effectum.

9 Derogatio vulgaris nō tollit statuta particularia.

10 Legitimatus cum clausula, non obstantibus legibus, & constitutionibus, non dicitur dispēsatus aduersus statuta particularia, sed solum habilitatus ad disposita per Ius commune.

11 Legitimatus dicitur habilitatus quoad præiuditium afficientis legitimationem, secus quoad bona, & interesse tertij, seu extranei.

ARGVMENTVM.

An legitimatus per rescriptum gaudeat beneficio statuti eximentis descendentes a solutione dacij pro hereditate, & alijs relictis debiti.

CONSILIVM CLXXIV.

Actiones meæ a Domino.



LEGITIMATI per rescriptum Principis, vel ab habente authoritatem a Principe, nō possunt gaudere beneficio statuti eximentis ab onere Gabellæ hæreditates relictas ascendentibus, & descendētibus, nec non & collateralibus intra quartum gradum.

Quia in materia statutorum mentionem facientium de personis nō veniunt legitimę personæ, seu legitimatæ, saltem per rescriptum, vt dixi, sed tantum personæ natæ ex legitimo
1 matrimonio. Ideo † stante statuto, vt existentibus masculis fœminæ non succedant, vtique fœminæ non excluduntur a legitimatis, vt late tradit Gail.lib.2.obseruatio. 140. Paset.consil.71.colum.1.Cephal.consil.278.co-
2 lum.1.sicuti † nec comprehenduntur in statuto continuante possessionem defuncti in hære-
3 dem.Decian.consil.37.num.66.in 3. Nec † in statuto loquente de fratre, vel agnato venit agnatus, nec frater legitimatus. Alexan.consil.57.num.3.in 4.Bologn.cons.58. num. 12. 13.Pariter igitur dicendum est, nequaquam
4 contineri in pręcitato statuto, cum † legitimatus dicatur abusiuus descendens, vel collateralis, ac fictus, non verus. Curt.cons.16. num. 8. & num.20.& cons.35.num.19.
5 Secundo facit † quod legitimatus, & adopti
6 uus æquiparantur; † isti enim dicuntur descēdentes vel collaterales legitimi tātum, & ideo æquiparantur. Curt.consil.13.num.8. Peregr.
7 consil.115.num.67.in tertio. Sed † adoptiuus non gaudet immunitate istius statuti ab onere gabellæ, vt in puncto censuit Ang.in l. cum in adoptiuis.colum.2.vers. Nota quod pater adoptans. C. adopt. Bertach. de Gabel. parte quinta octauæ partis principalis numero 13. in fin. Decian.consilio 34. numero 10. in primo & cons.126.numero 8. in tertio, ergo nec legitimatus.
8 Tertio aduertendum est, † quod legitimatio non subsistit absque licentia Principis regnantis in loco, in quo ipsa legitimatio sortiri debet effectum, in iuribus notis. At confirmatio istius legitimationis facta per Serenissimum Dominum fuit simplex, & cum sim-
9 plici clausula derogatoria generali, † quæ quidem derogatio vulgaris non tollit statuta par-
10 ticularia, & ideo dici solet in proposito quod † legitimatus cū clausula, nō obstantib. legibus, & cōstitutionibus &c. nō per hoc dr̄ dispēsatus

a Prin-

ā Principe aduersus statuta particularia, sed solum habilitatibus ad disposita per ius commune, vt pulchre post Abb. Curt. & Rui. aduertit Rimin. iun. cons. 46. num. 50. & ideo talis legitimatio non iuuat aduersus illud statutum, & istud fundamentum valde stringit, ni fallor.

11 Quarto considero quod † legitimatus dicitur habilitatus quo ad preiudicium affectantis legitimationem, secus quo ad bona, & interesse tertij, seu extranei. Ceph. cons. 525. nu. 83. & cons. 278. num. 18. Surd. cons. 337. nu. 34. late Corbul. in tract. ex quib. caus. emphit. Rubrica de caus. priuat. ob lin. fi. in addit. magna. num. 64. & num. 83. & 104. Vnde confirmatio legitimationis facta per Principem ad instantiam procurantis ipsam confirmationem tendit solummodo ad bona procurantis legitimationem, non autem in damnum Principis confirmantis, cum nō sit verisimile, vt Serenis. voluerit seipsum damnificare, cum sat sit legitimatum fuisse beneficiatum aduersus ius commune, non autem aduersus ius speciale in dānū Principis. Hinc dicetur in simili quod Princeps non videtur concessisse facultatem tangēdi concessiones ab ipso factas. Corbul. in præcitata magna Additione num. 66. & nemo presumitur elegisse viam, per quā iudicia sua subuertantur. l. 3. ff. testa. milit. Host. Imol. & alij in c. Quintauallis. extra iureiur. Alciat. de presumpt. reg. 3. præsumpt. 35. Rim. iun. cons. 257 num. 58. Quo fit, vt dici non possit, ipsum Principem contra proprias, & peculiares sanctiones in suimet damnum ad alterius extranei cōmodum decreuisse, vel disposuisse, absque indiuidua derogatione. & ita iuris esse censeo, licet currenti calamo præcitata dixerim.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1. *Verbis instrumenti tenaciter est instandum in cōtractibus in quibus fit stricta interpretatio.*
2. *Interpretatio semper fit contra stipulantem in verbis dubijs & multo magis in claris.*
3. *Fundamentum suæ intentionis vnusquisq; probare tenetur.*
4. *Probatio dubia intelligitur contra probantem.*
5. *Nulla resultat ex constituto turbido.*
6. *Possessio duplex consideratur in iudicio possessorio nempe ciuilis, & manualis.*
7. *Constitutum simplex non transfert realem, & actualem possessionem, & num. 11.*
8. *Constituens dicitur liberatus a traditione possessionis prout est iuris, non autem prout est facti.*
9. *Constitutum simplex non liberat a traditione possessionis facti.*
10. *Detentor quilibet, & spoliator est manutenendus in summarissimo possessorio*
12. *Constitutum non transfert possessionem ante factam declarationem quando est facta venditio pro pretio declarando.*
13. *Venditio fundi cum clausula constituti non est perfecta, ante factam illius mensurationem.*
14. *Constitutum appositum in instrumento rei eligenda tamquam incertum ratione loci & quota, non valet & 16.*
15. *Res vere possideri non dicitur ante electionem fiēdam propter incertitudinem loci, & quotæ.*
17. *Constitutum appositum super actu effectum sortitē post mortem constituentis est inualidum ex quo mortuus non possidet.*
18. *Vir mortuus non dicitur possidere pro vxore.*
19. *Constitutum appositum dotis restituenda post mortem viri operatur vt constitutarius dicatur retinere ciuilem possessionē per mortem constituētis.*
20. *Operatur etiam vt sequuta morte constituētis possit petere immissionem Iudicis officio non vero vt statim possideat.*
21. *Idq; magis procedit vbi non adest clausula, ex nunc prout ex tunc.*
22. *Et tali casu constituens non dicitur possidere, sed illius hæres.*
23. *Obligatio indiuidua si in parte respectu vnius est inoperatiua corruit in totum.*

ARGVMENTVM.

Constitutarius non est manutenēdus in possessione rei ex sola clausula constituti ciuilem tantum, & non realem, & actualē possessionem tribuens, maxime si sit inoperatiua ratione incertitudinis loci, & quotæ.

CONSILIVM CLXXV.

Actiones meæ a Domino.

FVIT propositum in causa possessoria vertente inter D. Garzottū & D. Marascham eius nurum, ipsam D. Maraschā fore manutenēdam in possessione controuersa: Quia etsi dici posset D. Garzottū post solutum matrimonium per mortem eius filij possedisse prædium controuersum: attamen videtur dicendum, possessionem illā fuisse tentam nomine D. Maraschæ eius nurus, vigore constituti appositi in instrumento dotali, stante quia venit casus dotis restituēdæ; quo in casu dictus Garzottus cōstituit se possidere, & tenere omnia nomine, & vice D. Maraschæ.

Ista sunt verba motiui, quod quidem nō est tanti roboris, quin valeat pluribus medijs superari, & taliter, vt ex illo nulla patebit excusatio D. Marafchæ a solutione expensarum præsentis iudicij sine causa et apparente litigātis.

Primo igitur respondeo: istud constitutum quod meo iudicio indignum est nomine constituti, vel saltem est adeo heterocliтum, & turbidum, vt illius nulla sit habenda ratio, tāquā minime facientis ad rhombum præsentis articuli, seu iudicij possessorij, nullam faciem possessionis tribuere Dom. Marafchæ: Quia fuit appositum in dicto instrumēto ad finē petēdi, & obtinendi licentiam a Dominis directis circa obligationem bonorum feudalium pro obseruatione contentorum in instrumento, & ita clare cantat litera instrumentalis, cū petēdi, & obtinendi licentiam facultas vna verborū structura, in eademmet oratione, & sub vnico verbo, vbi & fuit additum constitutum, regatur, & posita sit. Vnde sequitur, constitutum illud ad casum dotis restituendæ nullo pacto fore

1 trahendum: quia † verbis instrumenti tenaciter est inhærendum, maxime in contractibus, in quibus fit stricta interpretatio. Bal. cōs. 145. col. pen. in 3. Rolan. conf. 58. nu. 64. in 3. Imo

2 semper fit interpretatio contra stipulatorē fundantem se in verbis etiam in casu verborū dubiorum, multo fortius in claris. nam debuit legem apertius dicere. l. stipulatio ista. ff. pact. Beci. conf. 101. num. 87. l. veteribus. ff. pact. Vnusquisq; † enim tenetur probare, & ostēdere fun-

3

4 damentum suæ intentionis, ideo probatio † dubia intelligitur contra probantem. l. ei qui. ff. probat. Bar. Bal. Iaf. & alij in l. non hoc. C. vnde legit. late D. Surd. conf. 445. nu. 37. & sequ.

5 & ideo † ex turbido constituto nullum inde resultare probationem possessionis post Lancell. & alios nouissime probat Borgni. decif. 5. n. 39 par. 4. Concludo igitur, tale constitutum nullo modo posse applicari ad casum dotis restituēdæ, sed tantum ad casum obtinendæ licētiæ, vel saltem ad casum solius obligationis generalis bonorum.

Secundo respondetur: dato, non tamen admisso, quod dici posset, dictum constitutum aliqualiter posse referri ad casum restitutionis dotis, dico satis constare ex testibus examinatis per D. Garzottum ipsum fuisse verum, & actualem possessorem prædij, & pro tali habitum, & recognitū ab ipsa Domina Marafcha, & ideo dici debere illum esse verum possessorem fundi, postposita prorsus possessione resultante ex

6 constituto. nam † duplex consideratur possessio in proposito isto, nēpe possessio ciuilis, quæ appellatur possessio iuris, & possessio naturalis & manualis, quæ appellatur possessio facti. At

7 † per simplex cōstitutum non dicitur translata in constitutarium realis & actualis possessio, sed pro tradita quodammodo habetur. Glo. in l. Iulianus. §. ex vēdito. verb. Precaria. ff. actio. empt. optime Rolan. conf. 53. num. 6. 7. in 1. late D. Surd. conf. 13. nu. 13. 14. Hinc dicitur, †

8 quod constituens dicitur liberatus a traditione possessionis, prout est iuris, non autem a traditione possessionis facti, cum vltra constitutū adhuc supersit traditio facti, vt clare post alios aduertit Anch. q. 2. num. 13. & seq. par. 2. Bec. conf. 158. num. 44. in 1. Rolan. d. conf. 53. nu. 7. in 1. optime Magon. decif. Luca. 77 num. 3. Cacher. decif. 36. Ista ergo sunt diuersa, nec de vna ad aliam fit necessaria consequentia, quia constituens non obstante cōstituto dicitur vere possidere manualiter, & actualiter, alio non probato. Nimirum si alibi dicitur, constituentem vigore constituti cogi posse ad tradendā

9 manualem possessionem facti, † cum per simplex constitutum non dicatur liberatus a traditione possessionis facti, latissime Viui. opin. 1024. Ideo dixit Cephal. conf. 454. num. 23. quod constituens tenetur tradere præcise. Si ergo hæc sunt vera, nō sequitur D. Marafcham actualiter possedisse vigore constituti, sed Do. Alexandrum Garzotum constituentem, ideo

10 in illa est manutenendus, † cum quilibet detētor, & spoliator in possessione manuteneri soleat maxime in tali iudicio possessorio, & cum prædictis concordat Maluas. conf. 34 num. 28

11 dicens † per simplex constitutum quem non possidere realiter, sed attento solo iuris effectu, quia constitutum est modus fictus tradēdi possessionem.

Tertio considero, Dominum Garzottum in dicto instrumento dotali, & ante appositionē dicti cōstituti reseruasse sibi electionem in casu dotis restituendæ in stabilibus vel pecunia, & prout ibi latius. Vnde cum ex post constituerit se possidere, tale constitutum est conditionale, vbi scilicet ipse Dominus Garzottus electionem fecerit in stabilibus, quia ante electionem non potest dici translata possessio.

12 Nam † sicuti facta venditione pro pretio declarando, si interim venditor constituit se tenere prædium nomine emptoris, non erit ante declarationem translata possessio. Corn. conf. 110. colum. 2. in 3. Tiraquell. de constitutio. limitatio. 29. num. 3. ergo nec ante electionem. Ita in terminis electionis circa restitutionem dotis arguit Dom. Surd. consilio

13 225. num. 11. Confirmatur ex eo, quod † si quis vendit fundum, & constituat se possidere nomine emptoris, ante illius mensuram non erit perfecta venditio, merito nec tunc temporis aliquid operatur constitutum. Bart. & alij, de quibus Purpur. consilio 505. numero octauo.

Quarto

14 Quarto respondetur, quod † stante electio-
ne prædicta sibi reseruata per Do. Garzottum
tale subsequens constitutum nil valet, tamquã
incertum ratione loci, & quotę, l. 1. §. incertã. l.
locus. ff. acquir. possess. Bero. cons. 159. nu. 13.
15 in 1. Maluas. cons. 34. num. 30. nam † ante ele-
ctionem faciẽdam per D. Garzottum resultat
incertitudo loci, & quotæ respectu rei restituẽ-
dæ, qua incertitudine stante nullo pacto dici
potest, fundum istum a Do, Marasca (circum-
scripto constituto) vere potuisse possideri. l. 3.
§. incertam. vbi Doct. ff. acquir. possess. Neuiz.
cons. 68. num. 3. vbi loquitur in iudicio posses
16 sorio & cons. 38. nu. 26. 27. Ita ergo † nec per
constitutum potuit illius possessio transferri.
Neuiz. d. nu. 27. & ita in terminis probat Do.
Surd. videndus cons. 225. num. 13. 14. & per
totum, vbi resecat omnia tacita obstacula, quę
in simili facto possent adduci, qui licet loqua-
tur in electione reseruata mulieri in casum re-
stitutionis dotis, attamen omnia militant, &
fortius in electione competenti debenti resti-
tuere dotem, ideo videatur.

Quinto respondetur ex abundanti, quod si
constitutum ibidem appositum per maritũ D.
Maraschæ refertur ad casum dotis restituendæ
post mortem viri, certe est omnino inualidum;
17 quia † fuit appositum super actu effectum sor-
tiente post mortem constituẽtis, & dicitur col-
latum in tempus, in quo constituens non po-
test possidere, ex quo mortuus non possidet, cõ
sequenter nihil operatur. l. vniuersas. §. quod
colonum. l. cum hæredes in princ. ff. acquir. pos
sess. Ang. in l. quamuis. §. 1. vbi Alex. ff. acqui.
possess. Tiraqu. de constit. limit. 2. num. 1. late
Rolan. cons. 61. num. 46. in 2. Deficit enim ta-
18 li in casu vnum extremũ habile, ideo † vir mor
tuus non potest dici possidere pro vxore. late
Thesau. decis. 38. per tot. Alios adducit, & se-
quitur ac de communi testatur Honded. cons.
19 18. num. 56. in 2. operatur † ergo constitutum
hoc in casu, vt constitutarius dicatur retinere
ciuilem possessionem post mortem constituen
20 tis, Dominus Surd. cons. 171. nu. 20. & † quod
possit petere se immitti in bonorum possessionẽ
implorato iudicis officio, nõ ut dicatur statim
post mortem constituentis vere possidere. Ita
21 Thesau. d. decis. 38. in fine. Quæ † conclusio eo
magis militat in præsenti casu, vbi non fuit ap
posita clausula (ex nunc prout ex tunc) vt per
D. Surd. cons. 171. num. 21. & seq. Rimin. iun.
cons. 502. num. 20. Anguil. cons. 31. num. 38.
vsque ad fin. Honded. d. cons. 18. num. 57. &
seq. Maluas. cons. 34. num. 34. Borgni. decis.
22 45. num. 30. in 1. Tali † enim in casu consti-
tuens non dicitur possidere, sed illius hæres. La
nar. cons. 9. nu. 11. qui alios adducit.

Nec dicatur D. Alexandrum socerum com-
prehendi in dicto constituto.

Quia instrumentum dicit (partes ipsæ) sed
D. Garzottus non erat pars, sed tantummodo
adiectus contractui, & obligationi contractæ
23 per filium. Præterea † si obligatio D. Alex. fuit
indiuidua, & in solidum cum illa filij, si in par
te respectu filij est inoperatiua, totaliter cor-
ruit, iuribus notis.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Superioribus obediendum non est in his quæ contrariantur præceptis Dei & nu. 3.*

2 *Papæ obediendum non est in illicitis.*

4 *Obedientia non excusat quando versatur circa actum excedentem officium, & potestatem eius cui fuit præstita.*

5 *Ministri Principum curare debent vt omnia iuste, ac sine alicuius iniuria procedant.*

6 *Obediens in grauibus delictis non excusatur cum non iuuet superioris authoritas.*

7 *Dolo facere non videtur qui paret mandatis superiorum, quibus necesse habet parere.*

8 *Superioris authoritati resistens Dei voluntati resistere dicitur.*

9 *Voluntas superioris causam necessariam inducit.*

10 *Maioribus parere debemus ex æquitate iuris naturæ & gentium, ac & ex dispositione iuris diuini.*

11 *Superioris præcepto parere debemus nedum quando est iustum, sed etiam quãdo est dubium, quia in dubio pro eo præsumitur.*

12 *Superior ille dicitur qui pœnam obedire nolentibus imponere potest.*

13 *Obediens præcepto iniusto minis interuenientibus excusatur, etiam in grauioribus delictis.*

14 *Inferioris partes sunt adiuuare iussum superioris tantum, non illi resistere.*

15 *Inferior non potest permittere quod vetat superior.*

16 *Gesta per inferiores superiore mandante, ipsi superiori, non autem inferiori tribuenda sunt*

17 *Inferior se intromittens in ordinationibus superioris dicitur illas coadiuuare.*

18 *Actus ratificatus attribuitur ratificanti.*

19 *Credulitas vtrinq; fatua excusat a dolo, culpa, & pœna.*

20 *Credens viro fide digno omnino excusatur.*

21 *Credens magistro militum excusatur.*

22 *Principibus belli, vel militum parendum est, & inobedientes puniendi sunt.*

23 *Dolor iustus temperari non potest.*

24 *Homo intenso dolore permotus non est in plenitudine intellectus.*

25 *Dolore iusto permotus mitissime plectendus est.*

26 *Authores seditionum capite puniuntur, cæteri vero asseclæ ad damnum, & interesse tantum.*

27 *Authores tumultus dicuntur, & puniuntur, qui tumultuosis acclamationibus populum concitant.*

28 *Opem præstantes ratione multitudinis, authore excepto, inulti pertransire debent.*

ARGVMENTVM.

Tumultuantes vel delinquentes, iussu superioris pœnam contrafacientibus comminãntis, excusantur.

An, & quando quis excusetur a facto in obedientiam superioris.

CONSILIVM CLXXVI.

Actiones meæ a Domino.



N causa tumultus populi Riperiensis occasione homicidij secuti in personas quon. Do. Caroli Cusani, & Alferij Botturæ, ex quo exinde quasi fuit secuta demolitio Campanilis Ecclesię Riperij, prout late ex actis colligitur, videtur prima facie dicendum, Dominos Hieronymum, & Camillum de Botturis, patruum, & respecti ue fratrem præcitati Alferij occisi, fore puniendos, vti seditiosos, vel saltem vti ministros, vel participes seditionis illius.

Nec videntur aliquo pacto excusari posse sub prætextu, quod obedierint præceptis, ac iussionibus D. Capitanei Canappi, & aliorum
1 superiorum militiæ. Quia † non est obediendum superioribus in his, quæ contrariãtur præceptis Dei. c. Iulianus. c. Qui resistit. 11. q. 3. & dicit Deci. cons. 72. col. 2. vers. Et superiore, præcepto sibi imposito contra cõscientiam ne-
2 quaquam fore parendum: Quinimo † nec Papæ quis obedire tenetur in illicitis. d. c. Qui resistit. c. Si dominus 11. q. 3. Abb. in c. Cum ad
3 Monasterium. de stat. Monach. Illa † enim cõclusio dictãs quod inferior tenetur parere, nec potest se aliqualiter intromittere in gestis per superiorem, debet intelligi, quando illa gesta sunt licita, & valida, alias secus, secundũ Bero. cons. 13. num. 11. in 1. & tãto magis huiusmo-
4 di allegata † obedientia non excusat, quia versatur circa actum excedentem officium, & potestatem superioris, cui fuit obedientia præstita. l. prohibitum. C. iur. fisc. Dec. d. cõs. 72. col.
5 2. vers. Superiore. & idcirco dicitur, qđ † Principum ministri debent curare, vt omnia iuste, ac sine alicuius iniuria procedant, Decia. cõs. 22. num. 95. in 4. Cum igitur in hac facti specie agatur de grauissimo crimine seditionis, & deuastatione campanilis Ecclesiæ, non potest
6 esse locus alicui excusationi, quia † in grauibus delictis obediens non excusatur, ex quo in similibus casibus authoritas superioris excusare nequit. Ceph. cons. 696. num. 10. & 13.

His tamen non attentis, arbitror, Dominos
7 Botturos fore absoluendos: quia † non is videtur dolo facere, si superiorum mandatis pareat quib. necesse habet parere. c. Quod quis. de regu. iur. in 6. Ceph. cons. 113. nu. 13 vbi subiungit, necessitatem parendi declinare doli præsũ-
8 ptionem. Quinimo † superioris voluntati resistens, Dei voluntati resistere dicitur, quia omnis anima est subdita suo superiori. Bar. in Auth. sacramenta puberum. col. 2. ad fin. C. si ad-
9 uer. venditio. Ceph. cons. 361. num. 3. Hinc † dicitur, quod volũtas superioris inducit causam necessariam. Decia. cons. 70. num. 5. in 5. & id-
10 circo † de æquitate iuris naturæ, & gentium, imo etiam iuris diuini dispositione, maioribus parere debemus. Mandel. cons. 769. num. 69.
11 Bero. cons. 22. num. 20. in 1. Porro † nedum superioris præcepto, quando est aperte iustum, & cum causa legitima, parere debemus, sed et quando est dubium, an sit iustum, vel iniustũ, cum propter præcepti authoritatem pro eo in dubio præsumatur. Din. in c. Quod quis. nu. 7. de reg. iur. in 6. Dec. in l. nõ videtur. §. qui iussu ff. reg. iur. Gall. cons. 23. nu. 18. At in præsenti casu fuit occisus vnus Alferius militum in conspectu Domini Capitanei Canappi viua, & cõminatoria voce clamantis: *Amazza, amazza, arme arme, campana a martello*: ac cætera id genus insequendo homicidas, & fratres viros nequam, ac alias facinorosos: nimirum si obediẽtes dicto Capitaneo militum, in cuius manus authoritas, & vis militum Principis eo in loco residebat, omnino venia digni sunt, & tãto magis, quia vltra instigationem populi, & clamorera prædictum ipsemet Capitaneus iussionib. suis addebat pœnã indignationis Principis re-
12 cusantibus obedire, vt patet ex actis. Ille † (inquam) dicitur cæteris superior, qui pœnã obedire nolentibus potest imponere. Dec. cons. 19
13 nu. 100. in 3. Et † minis interuenientibus præcepto iniusto obediens excusatur et in grauioribus delictis. Soc. in l. vt vim. ff. iust. & iur. Deci. in l. velle nõ creditur. nu. 2. ff. reg. iur. & in l. is damnum dat. §. eius vero nulla culpa. ff. eo. tit. optime Ceph. cons. 696. num. 23.

Non igitur Domini Botturæ aliquid operã do iubente, vel præsente ac vidente D. Capitaneo superiore possunt dici tumultuosi, aut seditiosi, cũ quidquid fecerint id omne attribuatur Capitaneo eorum Superiori præsenti, vidẽti, assentienti, imo iubẽti, ac incitãti, seu manus cogenti, ac cõminanti, quia inferiores aliqd agẽdo, nõ possunt, nec dicuntur tollere legem, ac iussum

iussum superioris, sed bene illam possunt iuua-
14 re, adeo quod † partes sunt inferioris adiuua-
re iussum superioris tantum, non illi resistere.
15 Bero.cons.7.num.5.in 3. Alibi dicitur, † quod
inferior non potest permittere quod vetat superior.
Ceph.cons.549.num.69.& 71. Ita igitur non potest inferior tollere gesta, vel iussa
16 superioris, ideo † acta per inferiores mandante superiore, ipsi superiori attribui debent, non
17 inferiori operanti, & ideo † si inferior se intromittit in ordinationibus superioris, dicitur ordinationes illas coadiuuare. Bero.cõs.172.nu
18 me.59.in 2. Pariter videmus, quod † actus ratificatus attribuitur ratificanti, iuribus notis.
Quare dicendum est, Dominos Botturas operando id quod fecerunt, excusari mereri, cum superiore, & Capitaneo ita volente, ac iubente feceriut: crediderunt enim viro, cui verisimiliter credere debebant, ideo debent excusa-
19 ri, quia † credulitas, vtcunq; etiam fatua, excusat a dolo, & a culpa, ac a pœna, vt post alios tradit Plot.cons.2.num.16.& cons.19.nu.94. & licet quis reputetur nimius credulus propter factum dolosum alterius, tamen ille dolus in tãtum præponderat culpæ, & fatuitati credentis
20 quod † si ille credulus viro alias fide digno credidit, omnino debet excusari Ang.in l.1. in fi. ff.eo per quem facto.& Felin.in c.Cum contin
21 gat.nu.4.extr.de rescript.vbi subiungit, † illũ
22 excusari, qui credidit magistro militum: & † Principibus belli, vel militum parendum esse, & inobedientes puniri, late tradit Ferre.de re milit. Rub.de obedien.& par.nu. 50. 51. & in Rubr.de milit.iust.num.81.

Addatur insuper, satis superq; constare ex Actis, Dominos Botturas superuenisse tumultui iam cępto, & post homicidium iam perpetratum in personam Alferij nepotis D. Hieronymi, & fratris Domini Camilli, qui, si audita morte Alferij ira conciti, ac iustissimo dolore moti aliquid fecerunt, seu operati sunt in perniciem Cusari homicidæ, & circa demolitionẽ Campanilis, omnino a dolo alieni dicuntur, &
23 consequenter a culpa, quia † iustus dolor non potest temperari. Ang. in l. si adulterium cum incestu.§.Imperatores.ff.adult. Marf.cons.25. num.26.& cons.vlt.num.10. & nimius dolor tollit consilium deliberandi, secundum Bal. in c.1.§.si vero.il primo.in fin.de pact.iuram. fir-
24 ma. † Homo enim intẽso dolore permotus nõ est in plenitudine intellectus. l. Grachus. C. adult. Alex.cons.76.in 1.& cons. 109. colu.3. vers.Et ad hoc allego. cod. lib. Idcirco dicitur
25 † aliquem iusto dolore motum mitissime fore plectendum. l.aut facta.§.causa.ff.pœn.l. si nõ conuitij. C.iniur. Alfer.cons. 144.nu.5.& seq. & num.15.in 1.vol.consiliorum crimin.diuc. vbi ait, id maxime procedere, quando in rixa, seu in continenti, non ex interuallo quis delinquit post motum iusti doloris, vt in præsenti casu: Idem probat Afin.cons. 112.num.31.vsq; 40.in 2.vol.consiliorum.crimi.diuers.late Carrer.in praxi crimin.§. sexto igitur excusat iustus dolor. ac diffuse Tiraq.de pœn.temper.ca. 1. Tandem in puncto dicit Decia. tract. crim.
26 tom.2.lib.7.cap.19.num.7. Quod † authores seditionum capite puniuntur, cæteri vero asseclæ ad damnum tantum & interesse, & ibidem
27 num.8.describit † authorem tumultus dici, ac puniri, qui tumultuosis acclamationibus populum concitat per rex.in l.2.C.seditios. cõferũt tradita per eundem Decian.cod. lib. 7. cap.7. num. 19.

Non etiam videtur omittendum, ex Actis constare quasi vniuersum populum Riperiensem apposuisse manus tali deuastationi, & obe
28 disse Canapo iubenti, & ideo † ratione multitudinis opem præstantium & tumultuantium authore excepto, ceteri multi debent pertransire, vt per Tiraq.de pœn.temper.caus.41.omnino videndum.

Contraria tolluntur ex præcitatis.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Hæres extraneus non potest excipere de adulterio contra vxorem defuncti, si in vita mariti condẽnata non fuit.*
2 *Monasterium, & locus pius habentur pro filio, & loco filij succedunt, declara vt num 5.*
3 *Filius naturaliter aliud est, aliud monasterium.*
4 *Fictio non operatur in pœnalibus.*
5 *Monasterium, & locus pius tunc succedunt loco filij quando filius est ingressus monasterium, vel alium locum pium.*
6 *Non succedunt loco filij quando nullus reperitur filius, nec hæres institutus 6.*
7 *Non succedunt quando sumus in loco pio, seu confraternitate profitente religionem secularem.*
8 *Exceptio adulterij datur hæredi extraneo, quando cum adulterio concurrit spoliatio quasi possessionis thori coniugalis, declara vt num seq.*
9 *Id procedit si in vita mariti vxor fuit accusata, & condemnata, alias soli hæredi suo competit.*

ARGVMENTVM.

Exceptio adulterij non competit confraternitati, seu loco pio hæredi instituto, quando vxor non fuit accusata, & condemnata in vita mariti.

CONSILIVM CLXXVII.

Actiones meæ à Domino.



VIDAM vxoratus, seorsum tamen ab vxore vitam ducens, decessit testatus, & instituit hæredẽ Confraterniratem Sanctissimi Sacramenti S. Stephani Mantuæ; vxor vidua effecta dotem repetit, Confraternitas excipit de adulterio: Quæritur quid iuris.

Dico, quod cum maritus viuẽs vxorem de
1 adulterio non accusauerit, & consequenter † vxor non fuerit in vita mariti condemnata de adulterio, hæres extraneus nõ potest talem exceptionem opponere. Bal. conf. 221. vers. Secũdus casus est, & vers. Secundo vero casu est ratio in 2. Barbat ad Bal. in l. rei iudicatæ. §. hæredi ff. solut. matr. vbi Curt. in addit. ad Alex. in prima additione Gabr. tit. de malef. conclu. 35. num. 13. Alex. ad Bart. in d. l. rei iudicatæ. §. morum. in prima additione vers. Tu hoc singulariter limita.

Nec dicatur, Confraternitatem non reputari hæredem extraneum; quia in simili vide-
2 mus Monasterium, & locum pium haberi pro filio, ac loco filij succedere, Doc. in c. In præsentia. de probat. Turret. conf. 72. nu. 2. in 2.

Respondetur enim id procedere ex fictione
3 quia † naturaliter aliud est filius, aliud monasterium, Turret. d. conf. 72. n. 5. Spin. de resta.
4 Glo. 12. num. 26. 27. At † fictio non operatur in pœnalibus.

5 Respondetur secundo, obiectum vigere † quando filius est ingressus in Monasterio (vel alio loco pio, seu etiam in Confraternitate) alias secus. At hic nullus adest, vel adfuit filius, ergo. Ita Turret. d. conf. 72. num. 6.

Respondetur tertio, in præsenti casu fuisse effectualiter primo loco institutam hæredem
6 Confraternitatem, † non igitur potest dici succedere loco filij, cum nullus filius reperiatur, nec fuerit institurus. Odd. conf. 19. num. 24.

Respondetur quarto, opposita procederein
7 Monasterio profitẽte regularem religionem, † secus in loco pio, vel confraternitate profitente religionem secularem, Odd. conf. 19. nu. 26.

Non etiam replicetur, etiam hæredi extra-
8 neo competere dictam exceptionem, † quando vxor absq; violentia, vel expulsione, & facto mariti recessit è domo viri. nam tunc cum vna cum adulterio concurrat spoliatio quasi possessionis thori coniugalis, cuilibet successori datur huiusmodi exceptio. Bal. conf. 221. vers. Secundo vero casu. in 2. Meno. conf. 31. nu. 34.
9 Respondetur enim, id intelligi debere, † quã do in vita mariti vxor fuit iudicialiter accusata, & condemnata, alias secus: nam tunc solus hæres suus potest opponere. Idem Bal. d. conf. 221. in fin. vers. Ille autem tertius casus.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Detentus pro vno debito potest pro alio arrestari.*
2 *Debitor in diem potest ex noua superueniente causa capi ante diem, vt caueat de soluendo adueniente die.*
3 *Debitor semel detentus ad instantiam vnius creditoris dicitur effectus deterioris conditionis, & potest detineri, licet non venerit tempus solutionis vt adueniente die soluat.*
4 *Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
5 *Debitor efficitur suspectus vbi superueniunt mali mores circa obseruantiam contractus versantes.*
6 *Captus pro debito non potest pro alio debito arrestari, nisi prius arrestans obtinuerit sententiam & commissionem pro consequendo suo credito.*
7 *Debitor sicuti ante diem capi potest, vt caueat de soluendo adueniente die, ita & recommendari poterit.*
8 *Fideiussor non potest molestare debitorem, nec agere ad liberationem, nisi diu steterit in obligatione.*
9 *Mandatum intelligitur datum a principali suo fideiussori nedum fideiubendo, sed etiam de soluendo.*
10 *Fideiussor potest debitorem ante solutionem conuenire quando debitor ipse cœpit conditionẽ suã deteriorare.*
11 *Contrahens cum forensi potest illum capi facere, si est suspectus de fuga.*
12 *Bono viro non conuenit cum aliena pecunia recedere.*
13 *Fideiussor in diem potest debitorem de fuga suspectum carceratum & commandare.*

ARGVMENTVM.

An debitor suspectus de fuga ad instantiã vnius carceratus possit per fideiussorem in diem recommandari, ad finem, vt caueat de soluendo adueniente die.

CON-

CONSILIVM CLXXVIII.

Actiones meæ a Domino.



Ecōmandatio Alexandrini debitoris carcerati vti de fuga suspecti, ad instantiam Dominæ Boldinæ creditricis aureorū tercentum, iure optimo fieri potuit ad instantiam Messetti alterius
1 creditoris, stat enim conclusio, quod † detentus pro vno debito pro alio debito potest arrestari. Bar. in l. quoties. C. exact. tribut. lib. 10. late Brun. de cessio. bono. in 11. quæst. 4. quæst. principalis num. 21. 23. in fin. & 27. Farin. qu. crim. 27. num. 154. Idq; procedit etiam si arre
2 status fuerit debitor in diem, quia † sicuti debitor in diem ex noua causa superueniente potest capi ante diem, ad hoc saltem vt caueat de soluendo adueniente die. l. quæsitum. iuncta Glo. ibi in vers. interest. ff. pign. Par. cons. 101. num. 8. & prius cons. 99. col. 1. in 3. cum cōcordantibus per D. Surd. cons. 68. num. 9. 10. Ita pariter potest recommandari saltem ad cauendum de soluendo adueniente die: Quia eadē ratio causæ superuenientis militat in captura,
3 & in recommandatione. Ideo † in proposito dixit Neuiz. cons. 52. num. 5. quod debitor, qui fuit semel detentus ad instantiam vnius creditoris, dicitur effectus deterioris conditionis, & consequenter potest detineri etiam si nondum venerit tempus solutionis, maxime ad finem, vt soluat adueniente tempore. Si igitur tali in casu potuit capi, quare non etiam recommandari? Iusta enim causa in casu isto reputatur, ex eo quo semel defecit in solutione pecuniæ debitæ Dominæ Boldrinæ, quia non est fides
4 dum illi, qui semel datam fidem fefellit, cum † semel malus semper præsumatur malus, & præsertim in eodem genere mali, vt in specie ista late tradit D. Surd. d. cons. 68. nu. 11. in fin. &
5 sequentibus. Quandocunq; † enim mali mores debitoris versantes circa fidem, & obseruantiam contractus per eum gesti illi superueniūt efficitur suspectus, & cauere debet. Idē D. Sur. d. cons. 68. nu. 20. 21. Plura (inquam) reddunt debitorem suspectum, & inter cætera illud est potissimum, si ille prius male fecit, seu se male gessit circa obseruantiam contractus per eum celebrati, vt in præsenti casu. Ita Glos. in l. si fideiussor. §. fin. vers. Officium. ff. qui satis. cog. vbi Bar. Ang. & alij. Curt. de sequestr. nu. 34. D. Surd. d. cons. 68. num. 14.

6 Nec vim facit, quod captus pro debito non potest pro alio debito arrestari, nisi arrestans prius habuerit iudicis sententiam, & commissionem relaxatam pro consequendo suo credito. Brun. d. qu. 11. num. 32. Farin. d. quæst. 27. nu. 156.

Quia respondetur, id procedere quando creditor agit ad solutionem, secus si ad cautionē
7 de soluendo, vt in præsenti casu, nam sicuti † debitor in diem ex noua causa superueniente potest capi ante diem ad finem, vt caueat de soluendo adueniente die absque aliqua sententia iudicis. Afflict. decis. 108. in fin. Strach. de decocto. par. 3. nu. 54. & seq. Neuiz. & alij de quibus per D. Surd. cons. 68. nu. 10. Ios. Ludo. decis. Perus. 63. num. 12. & seq. Ita pariter ex noua causa potest ante diem recommandari ad hoc, vt caueat de soluendo, cum vtrobique militet eiusdem rationis identitas.

Pariter non obstat, quod creditum Messetti deriuat a fideiussione per eum facta ipsi Morādino ad commodum Falconelli de illi soluendo aureos viginti in festo Assumptionis Beatæ Virginis proxime futuro, quod Festum nondū
8 venit, quo in casu insurgit axiom a, quod † fideiussor non potest molestare debitorem, nec agere ad sui liberationē, nisi diu steterit in obligatione. l. Lucius. ff. mand. Marsil. de fideius.
9 q. 31. num. 216. quia † mandatum nedum intelligitur datum a Morādino ipsi Messetto de fideiubendo simpliciter, sed etiam de soluendo. l. si pro ea. C. mandat. l. indebitam. ff. cond. indeb. facit tex. in l. certum. vbi Bald. C. famil. hercis.

Respondetur enim, hæc cessare, quando debitor, pro quo fideiussi, conditionem suā valde cœpit deteriorare, seu facultatibus labi; nā
10 potest fideiussor ante solutionem sibi inuigilare ac debitorem conuenire pro sui indemnitate, ne mora in ipsiusmet perniciem redūdet. Bal. in d. l. si pro ea. nu. 1. Gail. lib. 2. obseru. 29 num. 7. 8. Coller. de execut. par. 1. cap. 10. nu. 320. Franc. de fideiuss. cap. 5. nu. 567. & seq. post Afflict. decis. 241. num. 3. vers. Quinto si cœpit, & Marsil. d. q. 31. post princ.

Respondetur secundo, quod ipse Morandinus & forensis, & breui erat recessurus, cum iā fuerit carceratus, vti suspectus de fuga, quo in
11 casu potuit recommandari quia sicut † contrahens cum forensi, cuius recessus potuit a principio cogitari, potest illum capi facere si est suspectus de fuga, ex quo nō debuit credere illū
12 recessurum antequam solueret, cum † bono viro non conueniat cum aliena pecunia recedere. Bal. in Rub. C. reu. his quæ in fraud. credit.
13 nu. 5. Ias. §. 1. nu. 83. Inst act. Ita pariter † fideiussor in diem pōt debitorē suspectū & carceratum recommādare, quia ex tali fuga certa oritur condemnatio fideiussoris de proximo, quo in casu potest petere sibi caueri. Marsil. d. nu. 216. in fin. Laus Deo.

Carolus Bardelonius I. V. D.

SVM·

SVMMARIVM.

1 *Bona feudalia, & alia alienari prohibita tunc cadunt in obligatione, seu alienatione quãdo adest defectus bonorum allodialium.*
2 *Feuda regulariter non possunt hypothecari.*
3 *Allegans necessitatem, & fundans se contra regulam debet probare.*
4 *Neganti onus probandi incumbit.*
5 *Bona libera non extare non probatur per enuntiationem partium nisi media discussione probetur.*
6 *Asserenti bona libera extare incumbit onus probandi.*
7 *Regula illa dicitur, quæ fit per specificationem casuum in contrarium.*
8 *Et illa etiam dicitur quæ generaliter concipitur excepto, seu limitatio est illa quæ minus generaliter concipitur.*
9 *Feuda ex dispositione statuti Mantuani possunt obligari cum consensu domini siue ante, siue in, siue post obligationem accedat.*
10 *Idq; tantum procedit quãdo bona libera nõ extãt.*
11 *Feuda quod possint in subsidium obligari de iure communi cadit sub limitatione regulæ secus tamen est quando id statuto cauetur.*
12 *Habens regulam pro se dicitur habere intẽtionem fundatam.*
13 *Validitati actus iura fauent.*
14 *Impugnanti actum incumbit onus probandi impugnationem.*
15 *Præsumptio iuris militat cõtra impugnantẽ actũ factum in legitima forma a iure præscripta.*
16 *Fundanti se super certa licẽtia & obligatione sufficit ostendere illam fuisse bene gestam, licet nõ probet habilitatem personæ vel alterius rei ad illum exercendam.*
17 *Reo sufficit dicere alia bona libera non extare, licet aliter non edoceat.*
18 *Bona omnia veniũt in cessione bonorum exceptis feudalibus quorum nuda proprietas cedenti remanet.*
19 *Diuitiæ & bonorum acquisitio sunt quid accidentale, cum quilibet nascatur nudus.*
20 *Nemo præsumitur ditari, nisi constet esse uirum industriosum & valde laboriosum.*
21 *Perseuerantia diuitiarum non præsumitur.*
22 *Præsumptio iuris, vel saltem probabilis militans pro negante transfert onus probandi contrarium in aduersantem.*

ARGVMENTVM.

Alleganti bona libera extare incumbit onus probandi, maxime quãdo statuto caueatur bona feudalia venire in obligatione accedente domini consensu, & reus est qui negat.

CONSILIVM CLXXVII.

Actiones mea à Domino.



CERTA bona feudalia fuerũt hypothecata a marito pro cautione vxoris in casum dotis restituẽdæ, & cum licentia domini directi. Sed quia † talia bona ac cętera similia regulariter
1 alienari prohibita, eatenus cadunt in effectuali obligatione seu alienatione, dato casu executionis, quatenus necessitas suggerit & non aliter, & consequenter in subsidium & defectum aliorum bonorum allodialium, & liberorum.

Fuit proposita quæstio, cui incumbat onus probandi, an scilicet mulieri neganti adesse bona libera vel allodialia, ex quibus alias possit sibi satisfieri, an vero domino directi affirmanti alia bona adesse.

Quo in casu valde inter se dissentiunt Doctores, & negatiuam debere probari a muliere
2 facit, quod † feuda regulariter non possunt hypothecari. c. 1. vbi Doct. de prohib. feud. alien. per Frider. Schrader, de feud. part. 8. cap. 1. nu. 22. & seq. adeo quod satis est ex aduerso cõsta
3 re obligationem feudi esse illicitam. Vnde † allegans necessitatem & fundans se in casu contra regulam debet probare. Ita Gib. conf. 118 nu. 7. in 1. & post Bertr. Paris. Corn. Crau. Bello. & Hercula. tradit Marzar. de fideicom. qu. 48. vers. Sed quod imo onus probandi. Addo Burs. conf. 80. num. 28. vbi ait id incumbere mulieri, quia habet regulã prohibitiuam pro
4 se, & neganti onus probãdi incumbit. Idẽ probat Cacher. decis. 174. num. 5. vbi etiam dicit
5 † per enuntiationem partium non probari bona libera non extare, nisi id probetur mediante bonorum discussione. Non. conf. 16. nu. 25. Turret. conf. 81. num. 34. & 37. in primo vbi alios adducit.

6 Affirmatiuam autem † probari debere ab asserente bona libera extare, testatur Dec. Curt. Sen. Loaz. Curt. iun. Soci. Cagn. Castr. & Cephal. de quibus per Marzar. d. quæst. 48. vers. Et quia dispositio. addo Petr. de fideicom. q. 8. num. 460. in fine, & magis communem plurimos alios recensendo enuntiat Gabr. titu. de probat. conclus. 7. num. 1. & nu. 8. sequitur sola contra Cacher. in antiq. constit. Pedemon. tit. de Feud. Decret. violant. par. 2 Glo. 4. nu. 6. vers. Nec obstat quod doctissimus Roland. conf. 19. num. 9. in 4. Peregr. de fideicom. arti. 42. num. 73.

Quid igitur dicendum est in tali tantorũ Patrum conflictu? & vere opinor sententiam attestantium domino directi vel cuicunq; alteri affirman-

affirmanti bona libera adesse,incumbere onus probandi talem affirmatiuam esse de iure veriorem & sequendam maxime in patria nostra Mantuana,vltra quod est magis recepta,vt patet ex Doctorum dinumeratione.

Primo ergo moueor,ex statuto nostro Mantuæ ciuili,in Rubrica quod feuda cadant in obligatione,vbi expresse statuitur,quod feuda cadant in obligatione creditoribus &c. non obstante aliqua cauillatione vel exceptione iuris vel facti &c.dum tamen accedat domini directi voluntas & assensus.&c. Adeo quod stat regula pro muliere,cui bona feudalia fuerūt obligata,quod feuda cadūt in obligatione, & cōsequenter stat fundata regula, vt omnia bona etiam feudalia contineantur in quacunq; indefinita bonorum obligatione facta cuicunq; creditori,dum tamen accedat consensus domi-
7 ni, Siquidem † illa dicitur regula, quæ fit per specificationem casuum in contrarium.l. generaliter.§.vxori.ff.vsufr.leg.l.quæsitum.§.idem respondit.ff.fund.instr.Mandel.conf.205.nu.
8 13.Quia † illa dicitur regula, quæ generaliter concipitur,exceptio autem seu limitatio est illa,quæ minus generaliter, vt in proposito nostro tradit Gabr.conf.138.num.9.& 10.in 2. & ideo per statutum prædictum fuit fundata
9 regula generalis. Quod † feuda possunt obligari accedente cōsensu domini siue ante,siue in, siue post ipsam obligationem accedat Bursat. conf.40.nu.1.& seq.Cuius regulæ exceptio limitatio seu declaratio est,vt nō procedat, quādo bona libera superextant tempore alienationis vel solutionis seu executionis ipsius obliga
10 tionis.Quia † feuda cadunt quidem in dicta obligatione æque principaliter stante dicto statuto.In executione autem obligationis cadūt in subsidium,si bona libera non extent.Ios.Ludo.decis.Perus.71.num.21.Bini.conf.44.nu. 30.Paris.conf.63.nu.49.in 2.Burs.conf. 180. num.20.Gabr.conf.138.num.5.in 2 Peregr. de fideicom.art.42.num.66.& in puncto post
11 multos Burs.conf.80.num.27.Licet ergo † de iure communi dici posset obligationem feudi in subsidium cadere sub limitatione non autē sub regula,aliud profecto dicendum est,inspecto iure municipali prædicto dictante simpliciter & absolute in obligatione cadere feuda, dum tamen accedat consensus domini, & in simili aduertit Gabr.in d.conf.138 nu.5.& seq. Modo qui fundat se in exceptione debet illam
12 probare,quia † habens regulam pro se dicitur habere fundatam intentionem. Bec.conf.1.nume.2.& latius conf.7.num.17.& conf.42. nu. 13.& in terminis nostris Gab.d.conf.138.nu. 6.vsque 12.Merito dicens bona libera extare, id debet probare.

Secundo,mulier habet scripturā hypothecæ legalem & authenticam cum expresso domini consensu,ideo si dominus nititur illam impugnare & subuertere sub prætextu bonorum allodialium extantium, debet illorum extantiā
13 probare,quia † validitati actus iura fauent.l.
14 quoties.ff.reb.dub.& † impugnanti actum datur onus probādi impugnationem. Crau. cōs. 80.num.14.Bal.in l.cum te.nu.5.in fin.C.pro
15 bat.D.Surd.conf.414.num.60.Quia † contra impugnantem actum factum in legitima forma a iure præscripta militat iuris præsumptio, & debet contrarium probari.Brun.de form.tit.de prob.form.col.pen.vers. Sed si quæratur
16 de probanda.Quo fit e conuerso, † vt satis sit mulieri fundanti se super certa licentia & obligatione,ostendere illam fuisse bene gestam,licet aliter non probet habilitatem personæ vel alterius rei ad illam licentiam exercēdam. Idē Brun.præcit.tit.col.penul.vers.Et nō est omittendum in materia,vbi alios adducit. faciunt tradita per Gabr.d.conf.138.num.20.

Tertio ista mulier est in possessione bonorū,
17 & est rea,non actrix,idcirco † sufficit ei dicere, alia bona non extare, licet aliter non doceat, vt post multos probat Mascar. de prob. concl. 205.nu.19.& 22.Gab.d.conf.138.nu.22. Gabr.Roma.concl 7.nu.14.tit.de probat.

Quarto tempore hypothecæ vel licētię maritus,qui fecit obligationem, adhuc habebat patrem in humanis,qui quidē eius pater alie-
18 no ære grauatus bonis cessit,adeo quod † omnia bona libera venerunt in cessione ad commodum creditorum,exceptis feudalibus,quorum proprietas nuda ipsi cedenti remāsit. Bal. in l.1.nu.10.C.his qui bon.ced.poss.Brun. de cessio.bono.q.3.num.18.Brun.a Sole q.9. nu. 40. Vnde sequitur præsumptio pro muliere, quod bona libera non extiterint, nec filius familias præsumitur ex sui persona acquisiuisse,
19 quia diuitiæ & bonorum acquisitio sunt quid accidentale,ex quo quilibet nascitur nudus & pauper.c.Sicut.ij.47.dist.Luc. de Penn.in l.2.
20 col.4.C.quan.& quib.quarta pars.lib.10.& † nemo præsumitur euadere diues, si non est vir industriosus & valde laboriosus,de quo debet cōstare.Natt.conf.358.nu. 8. Silua. conf. 86.
21 num.5.ante fin.vbi etiam fortius dicunt † per
22 seuerantiam diuitiarum non præsumi. Modo † quando iuris præsumptio vel saltem probabilis militat pro muliere negante, dubio procul onus probandi contractum spectat ad aduersantem.Ita post Alciat.ait Gabr.d. conf. 138. num.21.in 2. Mascar.d.conclus.205. nu.7.& seq.Turret.d.conf.81.num.36.in 2.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V. D.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Creditor pretij non præfertur creditoribus anterioribus in re vendita inspecto Iure communi.*

2 *Ordo quod dominus præferatur in re propria non præiudicat creditoribus, qui sibi prouiderunt de obligatione Camerali, licet secus in habentibus hypothecam generalem tantum.*

3 *Vxor habens bona mariti hypothecata non impedit creditores etiam posteriores, ratione anterioritatis dotis, nisi prius obtinuerit contra maritũ uergentem ad inopiam tot bona dotibus æquiualentia sibi adiudicari.*

4 *Mulier habens bona mariti obligata non impedit bona uiri publicari & fisco applicari maxime si in instrumento dotali non adest constitutum, cũ clausula ex nunc prout ex tunc.*

5 *Mulier excipiendo de inopia viri vtitur retentione donec super ea fuerit cognitum, & impedit executionem creditorum in bonis mariti, contra num 6.*

7 *Mulieri uxorata nulla competit actio ad dotẽ nec exceptio contra mariti creditores nisi in casu inopia.*

8 *Nemo sine actione experitur.*

9 *Mulier pro dote confessata licet anterior non præfertur vero & reali creditori in concursu.*

10 *Debitor primipilaris dicitur exactor pecuniæ Principis & collector denariorum a debitoribus Ducalis Cameræ numeratorum.*

11 *Identitas probatur iudicijs, & coniecturis declaraui num. 12.*

12 *Identitas non probatur indicijs, & coniecturis, vbi agitur de substantia rei, licet secus vbi tractatur de probanda qualitate.*

13 *Probatio dubia, vel ambigua nil operatur ad probationem identitatis.*

14 *Identitas ut non dicatur probata sufficit probationem obscurari.*

15 *Mulier viro vergente ad inopiam petere non potest dotis assignationem & prælationem in bonis viri, vbi adest statutum, deferens lucrum dotis filijs, vel marito.*

16 *Statutum præferens dominum in re propria omnibus alijs creditoribus non ligat Principem.*

ARGVMENTVM.

Statutum, seu ordo præferẽs dominum alijs creditoribus non ligat Principem, & an, & quando alijs creditoribus præiudicet.

Debitor primipilaris dicitur exactor pecuniæ Principis, & collector denariorum a debitoribus Ducalis Cameræ numeratorum.

CONSILIVM CLXXX.

Actiones meæ a Domino.



DVBITATVM fuit in causa Bottacina aduersus Cameram, Dominam Pannicellam præferẽdam esse Cameræ in bonis mobilibus per eam prætensis vigore ordinis præferentis dominum in re propria omnibus alijs creditoribus, quorũ bonorum identitas satis dicitur probata ex testibus examinatis, accedente præsertim iuramento ipsius Pannicellæ.

Cui ordini non videtur obstare, hic agi de debito primipilari, ex quo Dominus Bottacinus non erat principalis in suo munere & supremus administrator, sed simplex Capserius non autem Thesaurarius, & consequenter in eo non potest cadere qualitas debiti primipilaris.

Hæc vere admodum vrgent primo aspectu, sed attenta qualitate casus controuersi de facili tolluntur ex infrascriptis.

Præmitto igitur, præfatum ordinem esse cor-
1 rectorium iuris communis,† quo inspecto creditor pretij non præfertur creditoribus anterioribus in re vendita. l. quidam fundum. ff. in rem vers. Bar. & alij in l. si cum dotem. §. fin. ff. solut. matr. Neguſ. de pignor. 4. par. principali num. 34. & seq. Decis. Mant. 139. num. 4. Addo Rip. etiam in terminis in l. si ventri. §. in bonis. num. 6. ff. priuil. credit. decis. Auenion. 96. num. 1. Quo fit, vt stricte quantum fieri potest veniat interpretandum. Quibus sic se habentibus.

2 Respondetur primo,† ordinem debere intelligi de anterioribus creditoribus habentibus generalem hypothecam, non autem de creditoribus anterioribus qui sibi de anterioritate prouiderunt, & habentibus electionem agendi cõtra bona debitoris ex post alteri specialiter obligata, & consequenter non obest creditoribus, qui sibi prouiderunt de obligatione in forma Cameræ, quibus competit facultas eligendi viam quam volunt, & agendi contra bona omnia possessa per debitorẽ ad tradita per Paris. cons. 103. num. 3. in 3. Ceph. cons. 439. nu. 16. vsque 27. At Camera dicitur habere specialem hypothecam in omnibus & singulis bonis sui debitoris, vt sunt ista quæ fuerunt in solutũ data Bottacino, & cuius dominium plenum medio æstimationis in eum transiuit.

Respondetur secundo & fortius, quod Domina Pannicella comparuit in iudicio concursus creditorum petendo pronuntiari illa habere anteriora iura in bonis mariti, petendo in illis fa-

lis satisfieri ad formam ordinis Ducalis, quo
in casu non potest gaudere beneficio dicti or-
dinis præferentis dominum in re propria, cum
verba illius & dispositio non conueniat mulie
ri maritatæ petenti bona tradita in dotem ma
3 rito alieno ære grauato. Siquidem † vxor habēs
bona mariti hypothecata non potest impedi-
re creditores etiam posteriores mariti sub præ
textu anterioritatis dotis, nisi prius ipsa egerit
contra maritum vergentem ad inopiam, & a
iudice obtinuerit per sententiam bona dota-
lia, seu tot bona mariti æquiualentia iuribus
dotalibus, alias viuente viro nulla ei competit
actio nec hypotheca, ita optime post Barto. de-
clarat Castr. cons. 8. in fin. in 2. & in l. 2. nu. 3.
ff. solut. matrimo. cum pluribus congestis per
Marsil. in praxi. §. aggredior. num. 118. quem
sequitur Carpan. ad stat. Mediol. cap. 451. nu.
4 14. Hinc in simili videmus quod † mulier ha-
bens bona mariti obligata non potest impedi-
re, quin omnia bona viri publicentur ut fisco
incorporentur, maxime quando in Instrumen
to dotali non adest constitutum cum clausula
ex nunc prout ex tunc, & e conuerso, vt in præ-
senti casu, vt post Ang. & alios firmat Rolan.
cons. 31. num. 38. 39. in 1.

5 Nec prædictis obstat si dicatur, imo † mulie
ri vxoratę dari cautelam, vt in sua petitione di
cat se paratam ostendere inopiam viri, & vti
interim bonorum retentione, & excipiēdo im
pedire executionem creditorum in bonis ma-
riti, vt tradit Pal. Nouel. de dot. part. 7. priuil.
18. & 24. Gram. decis. 92. num. 18. Neguſ. de
pign. primo membr. quintæ par. num. 29.

Quia respondetur contrariam sententiam es-
6 se communiorem & veriorem, quod † imo de
beat præcedere sententia iudicis, vt dixi, & ita
fuisse iudicatum attestatur Thesau. respondēs
contrarijs. decis. 207. num. 2. & seq.

Præterea respondetur, nos versari in claris,
quia Domina Pannicella nec agendo, nec ex-
cipiendo allegauit vnquam inopiam mariti,
7 vnde † cum mulieri vxoratæ nulla detur actio
ad dotem, nec exceptio contra mariti credito-
res nisi in casu inopiæ, vt dixi, addo Neguſ. d.
primo membr. quintæ par. nu. 30. Cepha. cons.
768. num. 6. & seq. sequitur illam non posse im
pedire creditores sub prætextu ordinis illā pre
ferentis in re propria, quia alio nō constito nō
8 debet audiri † cum nemo sine actione experia-
tur, Ceph. vbi supra. Dicendum igitur est or-
dinem non militare in presenti casu, stante ma
xime qualitate petitionis intentatæ per Dom.
Pannicellam.

Respondetur tertio, creditum dotis petitū
per D. Panicellam esse confessionatum, vt pa-
9 tet ex instrumento dotali. Vnde etsi † ipsa Do
mina in aliquo esset anterior alijs creditorib.
vigore ordinis prædicti, attamen dato concur-
su Cameræ creditricis veræ & realis, debet suc
cumbere, vt post alios probat Rip. in l. priuile
gia. num. 33. ff. priuil. credit. Odd. cons. 100.
num. 1.

Respondetur quarto ex abundanti, hic de
debito primipilari agi, iuxta tradita in priori-
bus allegationibus, licet ipse Dominus Botta-
10 cinus recognouerit superiores. Nam † satis est
quod ipse fuerit exactor pecuniæ Principis, &
collector denariorum numeratorum a debito-
ribus Cameræ Ducalis ad hoc vt dicatur debi-
tor Primipilarius; vt extra dentes declarat Bal.
in l. satis notum. in fin. vers. Primipilarius an-
tem dicitur, & ibidem Ang. in fin. vers. Primi-
pilarius autem administrator. C. in quib. caus.
pign. & Primipilarium debitorem administra
torem rerum Principis nuncupat Alexa. in l. a
Diuo Pio. §. in venditione num. 27. ff. de re iu-
dic. Idem ait Capi. decis. 129. num. 16. & seq.
Et in officio isto Thesaurariæ D. Bottacinus re
spectu exactionis & administrationis nullum
habebat superiorem, nisi respectu erogationis
& cuiusdam superioritatis respectu totius cor
poris Magistratus, nam etsi in Magistratu ad-
sit Dominus D. Præses tamquam caput, atta-
men officiales in suis officijs districtus sunt in
eis principales, ac pro libito illa administrāt.
Merito alias fuit iudicatum, Dominum Bonse
norium alias Thesaurarium & istudmet offi-
cium exercentem teneri aduersus Camerā ex
debito primipilari vt est notorium, & pro no-
torio ad commodum Cameræ allegatur.

Respondetur quinto, non fuisse probatam
identitatem bonorum prætensorum, cum nul-
lus testis dicat bona asportata per Dominam
Pannicellam in domo viri sui esse eadem quæ
fuerunt inuentarizata pro cautione Cameræ,
cum non fuerint ipsi testes præsentes tali inuē
11 tario, & licet † ex indicijs & coniecturis probe
tur identitas decis. Mant. 55. in fine. Attamen
12 † illud procedit quando agitur de probanda
qualitate rei, secus si agatur de probatione sub
stantiæ. nam quando identitas concernit sub
stantiam non probatur per coniecturas. Ceph.
cons. 170. num. 24. & seq. sequitur Turet. cons.
13 33. num. 15. in 1. Alibi dicitur † probationem
dubiam vel ambiguam nil operari ad proban-
dum identitatem. Alex. cons. 183. num. 17 in
6. Rolan. cons. 46. num. 28. & seq. in 3. Rimin.
iun. cons. 619. num. 82. Mandel. cons. 243. nu.
14 37. & † sufficit obscurari probationem identi-
tatis ad hoc, vt probata non dicatur. Mago. de
cis. Luca. 93. num. 16.

Respondetur sexto ex abundanti, quod re-
15 gula dictans, † mulierem viro vergente ad in-
opiam posse petere dotis assignationem, (& cō
sequenter tribuens prælationem domini in re
propria,

propria,quátenus támen militáret in fœmina vxorata) non procedere in loco vbi adest statutum de lucro dotis dando filijs vel marito, vt in ciuitate Mantuæ,sicuti late probat Lup. in repet.c.Per vestras.§.44. de donat. int. vir. & vxo.quem sequitur Eugen.conf.54.nu. 15.

Respondetur septimo statutum istud ligare subditos,non autem Principem,& consequenter prælationem domini in re propria respectu pretij non præferri Principi anteriori creditori,quicquid diei possit respectu priuatorum subditorum , quia ordo vel statutum ciuitatis Mantuæ dicitur lex Mantuanorum , non autẽ ducum Mantuæ , & consequenter viget inter subditos,non autem ligat Serenifs. Dominũ , vt post plures asserit Meno. omnino videndus conf.351. col.1.& sequ.& per tot. vbi optime probat hanc conclusionem , qui locus sufficiat tamquam copiosus quotis & rationibus.

Laus Deo,

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Lucrum & restitutio dotis ex statuto procedunt mortua vxore tam ex testamento quam ab intestato, prout varie Doctores scripserunt secundũ varios modos loquendi statutorum.

2 Dos ad dotantem, vel eius hæredes mortua vxore sine descendensibus reuertitur de iure cõmuni.

3 Statutum deferens lucrum marito mortua vxore sine filijs est odiosum, pœnale, & exorbitans.

4 Dispositio minuens lucrum dotis marito, & facilitans redditum dotis ad dotantem, vel eius hæredes fauorabilis est, & latissime interpretãda.

5 Dispositio reducit rem ad suam primauam naturam.

6 Repetitio est fauorabilior quam petitio.

7 Mulier potest testare de dote quando a patre vel a statuto tacite seu expresse testare permittitur, secus si non permittitur.

8 Mulier non potest valide testare de medietate debita dotanti, vel hæredibus eius ex statuto.

9 Voluntas & potestas requiritur in quibuscunque dispositionibus, & humanis actibus.

10 Affectio naturalis non operatur sine concomitantia legis.

11 Testator stat legi si vnum lex iubet, & aliud ipse disponat.

12 Statuti virtus residet, in sic volo sic iubeo.

13 Argumentum de pacto ad statutum tenet.

14 Constituens & acceptans dotem censetur illam cõstituisse secundum legem municipalem de ea loquentem.

15 Statutum dicitur esse tacitum pactum.

16 Vxor non potest testare de dote ad alium applicata per statutum.

17 Lucrum dotis delatum alicui a statuto debetur illi etiam contra vxoris mentem.

18 Verbum teneatur est verbum præcisum ac necessitatem præcisam importans, non autem arbitrium seu meram voluntatem.

19 Verbum debet tantum importat prout verbum iubet.

20 Vxor non potest disponere de medietate dotis in eius virum contra statutum.

21 Statutum aufert vxori facultatem testandi de medietate dotis, & illius testamentum, seu dispositio nihil valet cum præsumatur facta ad suggestionem mariti.

22 Statutum vtens verbis imperatiuis & præceptiuis tunc id quod alicui defertur a statuto dicitur habere a lege, non autem iure hæreditario.

23 Statuto statur non autem ceruici vxoris.

24 Verbum habeat denotat dominium & proprietatem.

25 Hæres testamentarius vxoris potest capere dimidiam propria auctoritate, non autem de manu mariti.

26 Actio competit ex statuto.

27 Verba diriguntur ad eum, cum quo contractus est celebrandus.

28 Verba statuti vbi non conueniunt ibi nec conuenit dispositio.

29 Verba sunt mentis testimonium.

30 Verba debẽt intelligi eo respectu quo sunt prolata.

31 Verba semper sunt restringenda ad id super quo exprimuntur ea vt solum conueniant ad quam disponens se præparauit.

32 Statutum debet operare ac legem imponere rebus & factis non simplicibus verbis.

33 Dos debita hæredibus vxoris debetur præciso titulo lucratiuo statuti, non alio.

34 Statuti pars declarat aliam.

35 Debitum dotis per legem communem, vel municipalem alicui soluendum mortua vxore consideratur & solui debet vt æs alienum.

36 Debitum dotis lucrata per statutum prædefuncta vxore dicitur æs alienum.

37 Dotis pars per statutum marito reseruata non dicitur esse in bonis vxoris attenta dispositione statuti.

38 Debitum dotis marito per statutum dicitur patrimonium viri, non autem hæreditas vxoris.

39 Testandi facultas nemini datur de ære alieno.

40 Vxor non potest de ære alieno testare.

41 Patrimonium vniuersum vxoris consistit in dote.

42 Dos dicitur patrimonium vxoris.

43 Vxor potest habere bona triplicis generis.

44 Vxor potest testare de alijs bonis non obstante statuto.

45 Statuta sunt valida.

46 Facultas testandi est fauorabilis.

47 Verba

47 *Verba & dispositiones statutorũ intelligi ac interpretari debent secundũ cõmunẽ vsum loquendi.*
48 *Statuentes in condendis statutis tenentur se accommodare vsui,& consuetudini loquendi loci vbi statuta componuntur.*
49 *Haredum appellatione secundum communem vsũ loquendi,veniunt heredes sanguinis.*
50 *Verbum hares à statuentibus prolatum intelligitur de haredibus sanguinis.*
51 *Verborum propria significatio,& intelligentia ex statutis seruari debet.*
52 *Verbum reddere interpretatur,id est,retrodare.*
53 *Similitudo debet esse plena.*
54 *Liberatione promissionis fit restitutio rei non data sed tantum promissa.*
55 *Restitutio sic vt supra fuu data in pacto de non petendo,vel in liberatione promissionis competet tantum fratribus,qui dotarunt sororem & debitores sunt.*
56 *Statuta debent taliter interpretari, vt non mereãtur a sapientibus reprehendi nec sint elusoria, vel perplexa,seu imperfecta.*
57 *Restitutio supponit necessario pluralitatem personarum,ex quo nemo potest sibi ipsi restituere.*
58 *Dans differt a recipiente.*
59 *Hares testamentarius capit ex se ipso & reputatur eadem persona cum defuncto.*
60 *Hares succedit in omne illud ius defuncti.*
61 *Verba diriguntur & dirigenda sunt ad eum,cum quo actus est celebrandus.*
62 *Verba statuti trahũtur ad illum solum casum cui verba conueniunt,& non ad alium.*
63 *Verba sunt restringenda ad id super quo exprimuntur.*
64 *Verba declarare,& determinare debent id solum ad quod referuntur, & non ad aliud.Iaj.consl. 127.in 1.declaratur.*
65 *Statutum vtens verbis successionem recipiẽtibus vel institionem non extenditur ad haredes ex testamento.*
66 *Verbum,haredibus intelligitur tam de haredibus ab intestato,quàm ex testamento.*
67 *Haredum appellatione non veniunt omnes haredes,cum nomen haredis verificatur in solo sanguinis harede secundum ius.*
68 *Verba Iason.prolata ex abrupto absque aliqua veritatis disceptatione non sunt attendenda.*
69 *Doctori in tantum est credendum,in quantum mouetur lege vel ratione. Ias.consil.127.in 1.volu.reprobatur.*
70 *Statutum mãdans conseruari dotẽ per verba affirmatiua dicitur prohibuisse omne genus alienationis & dispositionis ipsis liberis praiudicialis.*
71 *Haredum appellatione vxoris in materia dotis restituenda post vxoris obitum lege communi intelligitur de haredibus ab intestato,non de alijs.*
72 *Transmissio ex stipulatu est legis beneficium, & prouisio.*
73 *Statutum debet intelligi secundum terminos iuris communis loquentis in illa materia.*
74 *Statuens non prasumitur voluisse disposita per ius commune alterare.*
75 *Statutum de lucro dotis vbi expresse non loquitur,interpretari debet secundum ius commune.*

ARGVMENTVM.

Stante statuto Brixiæ sub Rubr. de dotibus mulierum,quod dictat maritum restituere tenere dotis medietatem heredibus vxoris illa prædecedente sine filijs, an illud statutum intelligatur de hæredibus bonorum vxoris vel sanguinis, & an de illa medietate possit valide disponere per vltimam voluntatem stante dicto statuto,& deciditur negatiue, &c.

Quando appellatione heredum veniant hæredes sanguinis vel bonorum.

CONSILIVM CLXXX.

Actiones mea à Domino.



INTER cætera contenta in statuto Oppidi Volunghi (quod consonat in omnibus cũ statuto Brixiẽsi in Rub.de dotibus mulierũ,& qualiter exigi debeant, legitur talis particula, nempe. *Et si maritus superuixerit vxorem sine liberis ex eis descendentibus,teneatur maritus restituere medietatem dotis haredibus vxoris,&c.*

Contigit, quod Domina Lucia Giardina Arriuabena prędecessit D.Lucretio Arriuabeno marito suo,nullis relictis liberis ex eis descẽdentibus,condito tñ per eam restamẽto, in quo virum suum hæredẽ vniuersalẽ instituit.

Domini Giardini fratres dictæ D. Luciæ, qui illam dotarunt,& sororij respectiue Domini Lucretij,vti hæredes sanguinis,& proximiores agunt ad dimidietatem dotis prædictæ sibi ipsis per maritum restituendæ. Negat maritus restitutionem sub clypeo testamenti vxoris, allegando se hæredem hæreditatis vxoris, quę illum instituit: Quæritur quid iuris.

1 Super ista materia statutorũ lucri, † & restitutionis dotis,an(inquã)statuta procedãt vxore intestata decedẽte,vel ẽt cum testamẽto,varij varia scripsere,secundũ casuũ diuersorũ contingentias,vt pura qñ agitur de interesse filiorũ,vel mariti,vel hæredum proximiorũ vxoris, & qñ statuta vtuntur varijs modis loquẽdi, vt colligitur ex Cas. in l.si cũ dotẽ,in fine princi-

pij

pij,ff.sol.matr.& conf.82.& conf. 441. col. 3.
in 1.Cuma.conf.48.Dec.conf.386.in 2. dub.
Mandel.conf.50.vbi refert Brun.Rui.& alios,
Rolan. de lucro dot. quæst.82.& quæst. 90.&
conf.72.num.50.vsq; ad fin.in 1.Fanut. de lu
cr. dot. Glo.11.num.10. vsq; ad fin. Cagnol.
in l.fin.num.99.& seq.C.pact.Cacher.dec.20
Frider.Solis de lucr. dot.quæst.43.Purp.conf.
47.Peregrin.conf.61.in tertio,late Becci. cõs.
76.Honded.conf.16.in secundo,Thesaur. de-
cis.34.& decis.106. Decian. conf.2. num.89.
vsque 123.in quinto: Et super istomet statu-
to Brixiensi (quod in terra Volũghi seruatur)
Ias.conf.127.vol.1,

At in præsenti facti specie agitur de interes
se hæredum sanguinis,seu proximiorum hære
dum ab intestato, nempe fratrum vxoris, qui
dotem illi constituerunt,cuius testamentũ ip-
sis nullum præiudiciũ afferre potuisse,nec pos-
se,probatur ex pluribus.

Præmittendo prius,quod attento iure com-
muni,si vxor prædecessit viro, nullis maxime
2 relictis ex eis descendentibus, dos † ad dotan
tem,vel eius hæredes reuertitur, illisq; debet
restitui c. 1.c.Nuper.extr.donat. int. vir.l. dos
a patre.C.sol.matrim.l.vbi adhuc.C.iur.doti.
Mazzol.conf.121.col.1.Antonin.lib.2.varia.
resol. cap.59.casu 26.late Hõd.in voto scripto
post illius conf.4.col.11.vers.Ad demonstran-
3 dum autem. in secundo: Et ideo statutum †
mortua vxore deferrens marito, vel alteri lu-
crum dotis,dicitur exorbitans,odiosum,& pœ-
nale,& consequenter strictissime interpretan-
dum,vt post Ang.& alios tradit Decian.conf.
2.num.91.in quinto,Rolan.de lucr.dot.quæs.
2.num.5.& quæst.20.num.12.Cep.conf.122
num.19.Peregr.conf.89,num.20.in 1. Hond,
conf.16.num.25.in secundo,Aldoui.conf.83.
num.7.& conf.85.num.4.5.Quo fit, vt dispo-
4 sitio † minuens lucrum dotis, & facilitans re-
ditum dotis,vxore prædefuncta, ad ipsum do-
tantem,vel eius hæredes,sit omnino fauorabi-
lis,& latissime interpretanda,vt in terminis no
stris tradit Valasc.conf.135.num.7.8.ea ratio
5 ne motus,quia per talem dispositionem † res
reducitur ad sui primæuam naturam,facit Cra
uet.conf.610.num.9.Et regulariter videmus,
6 quod repetitio † est fauorabilior,quam petitio
Ruin.in l.1.num.56.ff.sol.matr.Hinc fit,quod
7 licet aliquando permittatur vxori † testari de
dote, id sane debet intelligi, quando in dotis
constitutione id illi fuerit permissum a patre,
vel a dotante,seu a statuto tacite,vel expresse,
alias si dos debet reddi salua, mulier non pote
rit de illa testari,late Cepha.conf 256.nu. 44.
& seq. Morroti.conf.19.num.4.

Primo igitur in præsenti casu dico, nullius
roboris esse testamentum istud D. Luciæ, quo
ad præiudicium eius fratrum: Quia ista medie
tas dotis datur illis a lege municipali, at cõtra
8 legis dispositionem quis valide † testari nequit
l.nemo potest,ff.leg.1.Hinc in proposito vide-
mus,lucrum dotis datum marito ex statuto nõ
posse illi auferri per vxorem testantem.l. si con
stante, vbi Bald.C.don.ant.nupt.quem refert
& sequitur in puncto Frid. Solis de lucro dot.
quæst.43.num.1.Aret.conf.78.col.pen.Rolã.
de lucro dot. quæst.82. & conf.72.in vlt. arti.
per totum,in 1.latissime Becci.conf.76.nu. 8.
& per totum,Honded.conf.16.num.2.3.& nu
me.22.in vers.Et huic conclusioni,in secundo.
Cauagn.ad Decr.ciuil.Montisferrati 74. §.4.
q.7.& ideo in puncto isto dixit Cagnol.in l. fi.
nu.100.C.pact. naturam statutorum istorum
esse ligare subditos ad obseruantiam: Non igi-
tur dicendum est,potuisse mulierem istam pro
prio Marte auferre bona fratribus suis per sta-
tutum delata: Nam in omnibus humanis di-
spositionibus,siue in contractibus,siue in vlti-
mis voluntatibus ante omnia requiritur con-
9 cursus voluntatis,& potestatis,Rim.iun.conf.
742.num.7.& hoc est notissimum,merito sola
voluntas non sufficit, quocirca humani actus
nedum secundum affectionem naturalem, sed
etiam secundum legalem sanctionem debent
10 regulari, quia naturalis affectio † non opera-
tur sine concomitantia legis.Gab.conf.86.nu.
8.in 1.Magon.decis.Lucan.19.num. 14. Et si
11 vnum lex iubet, & aliud disponat testator, †
statur legi,vt inquit Bal.in l.precibus, nu. 60.
vers.Et rationabile est, C.precib.Imper.offer.
Tiraqu.de reuoc.donat.vers.Donatione largi-
tus,num.303.& hoc pluribus exornaui, conf.
12 84.num.29.30.Virtus (inquam) statuti † re-
sidet in sic volo,sic iubeo, secundum Cor. cõs.
90.col.6.in 3.num.32.in 1.Alduin.conf.108.
num.8.

Confirmatur conclusio ex doctrina Bald.in
l.pro hæreditarijs,nu. 17.C.hæred.actio.dicẽs
vxorem non posse testari de dote ad aliud ap-
plicata vi contractus,vel pacti (& illum sequũ
tur infrascripti) Modo in proposito isto tenet
13 argumentum † de pacto ad statutum, Decia.
conf.2.num.108.in quinto, optime Becci. in
puncto,conf.76.num.11.& sequ.subiungens,
lucrũ dotis debitum ex statuto dici & esse debi
tum ex conuentione saltem tacita,quia consti
14 tuentes, † & acceptãtes dotem, censentur illã
constituisse secundum legem municipalem de
ea loquentem,idem tradidit Dec.conf.19.col.
pen.num.6.vers. Nec obstat quod saltem, late
Decian.conf.2.num.109.& seq.in secundo,v-
bi etiam subdit,lucrum debitum ex statuto es
se magis necessarium, quã debitum ex pacto,
15 imo statutum † dicitur esse tacitum pactum,
Flami.Rube.conf.41.nu.16.in secundo; Ideo

nec

16 nec poteſt vxor † teſtari de dote ad aliud ap-
plicata per ſtatutum, & ita ſequendo Bald. &
arguendo de pacto ad ſtatutum firmat in ter-
minis noſtris Magon. deciſ. Florent. 34. nu. 8.
17 dicens, lucrum † dotis alicui delatum a ſtatu-
to illimet deberi contra vxotis mentem, quæ
illi non poteſt in aliquo præiudicare, concor-
dat in puncto Cagnol. in d. l. fin. num. 100. ver
ſic. Quando autem ex ſpeciali cõuentione. C.
pact. & ſequitur Antoni. dicta reſolut. 59. caſu
26. verſ. Quo ſtante, Rolan. dicta quæſt. 82. nu
me. 11. vbi poſt Bald. loco præcitato ſubdit,
quod lucrum iſtud non debetur vxoris iudicio
expreſſo, vel tacito, ſed ex ſola ſtatuti prouiſio
ne, inuita vxore, & contra illius voluntatẽ, Pur
pur. conſ. 47. num. 6. vbi poſt Sali. tradit, quod
ſtatutum dans dotis dimidiam marito ſuperui
uenti, & aliã dimidiã agnatis, ptiuat vxorẽ fa-
ctione teſtamẽti, vt alteri nõ poſſit relinquere.
Secundo, conſidero ſtatutum in iſta parti-
cula vſum fuiſſe verbis præceptiuis, & imperã-
tibus ibi *Maritus teneatur reſtituere &c.* ſi qui-
18 dem illud verbum † (*teneatur*,) eſt verbum prę
ciſum, ac neceſſitatem prçciſam importans, nõ
autem arbitrium, ſeu meram voluntatem, Gl.
in c. Per hoc, de Hæret. in ſexto, Fuſci. ſing. 21.
in littera V, & ideo importat præceptum, ac
omnimodam obſeruantiam, Pariſ. conſ. 19. n.
132. in ſecundo, Rolan. conſ. 70. nu. 64. in ter-
tio, alios addit Magon. deciſ. Floren. 7. nu. 11.
idq; ſupponit Cacheran. deciſ. 20. nu. 6. in fi.
Theſau. deciſ. 34. num. 2. Et inducere præciſã
neceſſitatem poſt multos ſcribit nouiſſime Al-
doui. conſ. 20. num. 117. & ſeq. ſubdens, idem
19 fore dicendum de verbo, (*debet*,) † ſicuti etiam
dicitur de verbo (*habeat*,) Surd. conſ. 81. nu. 8.
Cum igitur ſtatutum ad commodum fratrum
vxoris, vtendo verbis præciſis neceſſitantibus
cogat maritum ad reſtituendam medietatẽ do
20 tis, in caſſum laborauit vxor † aliter de illa di
ſponendo ad mariti commodum (& fortaſse
ad illius inſtigatam ſuggeſtionem) cum tale
vxoris elogium nil poſſit contra tale ſtatutum
vt in puncto docuit Mand. conſ. 50. col. 1. opti
me Cagn. in d. l. fi. nu. 99. & 100. loquẽs de ſta
tuto eodẽ Vercellẽſi dictãte, vt agnatis debea-
tur dimidietas dotis, & dimidiũ viro, nẽpe vt
vxor agnatis per ſuum teſtamẽtũ præiudica-
re nequeat, & patiter ſuper eodem ſtatuto vtẽ-
te verbis præciſis, Cacher. deciſ. 20. per totam,
idem tuetur Fanut. de lucro dot. Gl. 11. in fin.
dicens poſt Cagnol. vbi ſupra, Per tale ſtatu-
21 tum † ſublatam eſſe mulieri poteſtatem teſtã-
di, & ideo illius teſtamentum, & diſpoſitionẽ
nihil valere, concordat in tali ſtatuto, dicens
ita fuiſſe pluries iudicatum per Senatum Pe-
demontanum, Theſau. deciſ. 34. & ibi Teſſa.
iuni. in addit. & deci. 106. Et eſt firmum axio-
22 ma: Quod quando ſtatutum † vtitur verbis
imperatiuis, & præceptiuis, tunc id quod ali-
cui defertur a ſtatuto, dicitur haberi a lege, nõ
aũt iure hereditario alicuius priuati diſponen
tis, vt poſt Dec. & alios firmat Mazz. cõſ. 121.
num. 3. verſ. Et ponderãda ſunt verba ſtatuti.
Confirmatur etiam iſtud fundamentum ex
doctrina Caſtr. in l. ſi cum dotem, in fine prin-
cipij, ff. ſol. matr. dicentis, Quod aut verba ſta-
tuti ſonant in ſucceſſionem, ſeu in Ius hæredi-
tarium, vt puta, (*ſuccedat*,) & tũc ſtatutum pro
cedit tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, &
per conſequens mulier poteſt valide diſpone-
re: Aut per verba præceptiua, nempe, (*lucren-*
23 *tur vel habeant*,) & tunc ſtatur ſtatuto, † non
autem ceruici vxoris, & Caſtrenſ. plurimi ſe-
quuntur relati per Becci. conſ. 76. nu. 7. & 17.
& per totum, late Honded. dicto conſ. 16. nu.
15. & 23. dicens, multum referre an ſtatutũ lo
quatur per modum, ſeu viam ſucceſſionis, aut
24 per viam iuſſionis ſeu per verba † denotantia
dominium, & proprietatem, vt dicitur, de ver-
bo, (*habeat*,) ſequitur Theſaur. deciſ. 34. nu. 2.
Tertio, Statutum iſtud reſpectu dimidię do
tis reſtituẽdæ hæredibus vxoris, voluit vti ſim
plici miniſterio mariti, cui ſoli iniũxit onus re
ſtituendi illam medietatẽ, ex quo arguitur vo-
luiſſe etiam adimere vxori facultatem diſponẽ
25 di de dicto dimidio, quia hæres † teſtamenta-
rius vxoris potuiſſet illud dimidiũ capere pro-
pria authoritate de per ſe, non autem de manu
mariti, vt eſt notiſſimum, & tradũt Bart. & alij
in l. ex facto la ſecunda, ff. hær. inſt. Ceph. cõſ.
436. nu. 33. Quia hæres dicitur bonorũ, & hæ-
reditatis defuncti dominus, §. fin. Inſt. hæred.
qual. & diffe. Eugeni, conſ. 25. num. 31. & 36.
Pret. de vltim. volunt. ſol. 504. num. 76. Ioſeph
Ludoui. concluſ. 16. illat. 41. Aldoui. conſ. 76.
num. 44. & eiuſdẽ iuris, & poteſtatis eſt cuius
eſt defunctus cum ſuccedat in omne ius, Sur.
conſ. 146. nu. 7. Et ideo maxime intereſt vide-
re quomodo concepta ſint verba ſtatuti, & in
quam perſonam dirigantur, vt in ſimili perpẽ-
dit Honded. conſ. 16. num. 22. verſ. Quod ve-
ro dixit, Mazzol. conſ. 121. nu. 4. Sane agitur
in caſu iſto de intereſſe hæredũ vxoris, in quos
ſtatuti verba ſunt directa, adeo quod illis com
26 petit actio † ex ſtatuto, vt pulchre in terminis
iſtis aduertit idem Mazzol. conſ. 121. num. 4,
ſubdẽs, ſat eſſe, quod de illorum intereſſe aga-
tur ad hoc, vt illis detur actio ex ſtatuto, licet
etiam ſtatuti verba non ſint directe concepta
in eorũ perſonas. In propoſito igitur deſtinãte
ſtatuto mariti miniſteriũ ad reſtituẽdã mediã
dotem hæredibus vxoris, cũ quibus ſolis, & nõ
cum alijs res agi debebat, & debet, nulla
vxoris mentione habita quo ad diſponen-
dum, operam, & facultatem vxoris quo ad

dictam dis[illegible] id[illegible] totaliter exclusit, sicut dici-
27 mus, quod [illegible] verba † diriguntur ad eum, cũ quo
contractus [illegible] est celebrandus, Bart. in l. stipula-
tio ista, §. [illegible] cipulet, nu. 2. ff. verb. obl. Surd. cons.
28 69. num [illegible] 37. Et vbi verba † statuti non conue
niunt, [illegible] nec conuenit dispositio, vt post alios
tradit [illegible] Decia. cons. 46. num. 12. in 3. Surd. cõs.
174. [illegible] am. 8. & cons. 401. num. 10. Hond. cons.
29 8. n[illegible] 12. in 1. Cum verba † sint mentis testi
mor[illegible] um, idem Surd. cons. 82. nu. 33. & cons.
30 1[illegible]6 num. 30. Et debeant † intelligi eo respe-
ctu, quo sunt prolata, l. debitor. in fin. ff. ad Tre
bellia. Deci. Crau. & alij relati per Surd. cons.
31 313. numero 108. subdens, verba † semper
fore restringenda ad id, super quo exprimun-
tur, & vt solum conueniant materiæ, ad quam
disponens se præparauit. Nart. cons 416. nu.
30. Becci. cons. 101. nu. 40. Surd. cons. 395. nu
me 32. late Onded. cons. 6. nume. 34. 35. in 1.
Quibus sic stantibus, vtiq; fatendum est, testa
mentum vxoris nullatenus posse tollere talem
statuti sanctionem exequendam solo ministe-
32 rio mariti, & non alterius. Nam statutum † de-
bet operare, ac legem imponere rebus, & fa-
ctis, non simplicibus verbis, l. 2. C. commu. de
legat. Aldoui. cons. 104. num. 106.

Quarto, media dos debita viro vigore ip-
sius statuti, illi debetur mero, ac simplici titulo
præciso lucratiuo statutario, non iure aliquo
successorio, vel hæreditario (quia dos ad dotã
tem reuertitur, vt dixi in præmissis) nec illi illa
pars per vxorem auferri potest; Ita ergo dicen-
33 dum est de alia media dote † debita hæredi-
bus vxoris, quæ illis ex præciso titulo lucrati-
no statuti debetur, & nõ alio, ita in puncto post
alios tradit Mande. cons. 50. nu. 2. 3. Quia vna
34 pars statuti † declarat aliã iuribus notis, adeo
quod nec ista altera potest illis auferri per
vxorem, Mandel. vbi supra.

Quinto, medietas dotis debita hæredibus
vxoris (id est, eius fratribus, & consequenter
heredibus eius proximioribus, vt mox referã)
illis debetur ex legis dispositione, quia, vt retu
li in præmissis, dos redire debet ad dotantẽ,
quando aliter pacto, vel statuto diuersimode
35 dispositum non legitur. At debitũ † dotis per
legem communem, vel municipalem alicui sol
uendum mortua vxore consideratur, & solui
debet, vt æs alienum, Bartol. in l. hæreditariũ,
ff. bon. auth. iud. possid. & in terminis quod de
36 bitum † dotis lucratæ per statutum prædefun
cta vxore dicatur æs alienum, tradit Dec. cons.
19. in fi. Dec. cons. 2. num. 98. in 5. Vnde dixit
Corn. cons. 178. nu. 3. in 4. quod si tertia pars
dotis sit reseruata marito per censurã iuris mu
nicipalis, & vxor testata fuerit de omnib. eius
bonis, tunc tale testamentũ non valet quo ad
37 tertiam partem dotis † per statutũ marito re-
seruatam, quæ non põt dici fuisse in bonis vxo
ris, attenta dispositione statuti, alibi dixit Ias.
in l. si arrogator, nu. 17. ff. adop. quod lucrũ do
38 tis debitũ † marito per statutum dicitur patri-
monium viri, non autẽ hereditas vxoris, idẽ pro
bat Rol. de lucr. dot. q. 90. in fi. & Corn. Ias. &
Rol. in prædictis locis sequitur Dec. d. cons. 2.
nu. 102. in 5. dicẽs portionem dotis alteri per
statutum assignatam post obitum vxoris nun-
quam dici posse fuisse in bonis, vel hæreditate
vxoris: Modo si pars ista dotis debita per statu
tũ hæredibus vxoris cõsideratur, vt æs alienũ,
non potuit vxor de illa disponere, quia nemi-
39 ni datur facultas † testandi de ære alieno, l. si
vir. vbi Imol. & Alex. ff. ad l. Falc. dicentes, qđ
cum tale lucrum delatum a statuto nõ dicatur
haberi iure hæreditario, dicitur patrimonium
acquirentis, taliter quod etiam si non sit agni-
tum per eũ, cui defertur, ad illius hæredes trãs-
40 mittitur, & merito de tali ære alieno vxor † nõ
potest testari, vt post Cor. & alios tradit in ter-
minis Fride. Solis, de lucr. dot. q. 43. nu. 2. De-
cia. d. cons. 2. nu. 98. in 5. & nu. 102.

Plura alia in proposito possent adduci ad
præmissorum corroborationẽ, quæ apud Becc.
cons. 76. per extensum habentur, ideo apud eũ
videri possunt, non repeto.

Nec prędictis vim facit, quod statutũ istud
dicatur auferre facultatem testandi vxori, cũ
disponat de totali dote, & vt plurimum mulie-
res non habeant nisi dotem, in qua illarum pa
41 trimonium † vniuersum consistit, vt admonet
Ang. cons. 81. col. 2. vers. Primo quia statutũ,
42 Honded. cons. 16. nu. 18. in 2. Et dos † dicitur
patrimonium vxoris, l. 3. §. sed verum, ff. mino.
Dec. cons. 2. nu. 90. in 5. Idẽ probat Rol. de lu-
cr. dot. q. 82. nu. 9. Quod nullo pacto fieri de-
beat, cum sit contra l. 1. C. Sacros. Eccles. Rol.
cons. 72. num. 16 in 1. alios congerit Thesau.
decis. 34. num. 3.

Respondetur inquam contrarium verius es
se, quia mulier potest habere alia bona vltra
dotem, de quibus posset testari: Potest enim
43 vxor † habere bona triplicis generis, nẽpe Do
talia, Paraphernalia, & Extradotalia, de qui-
bus per Men. cons. 56. col. 1. Borgn. de vsuf. n.
206. Botta. cons. 20. nu. 52. & seqq. Ceph. cõs.
122. col. 1. Franc. de Pont. cons 31. nu. 12. Nõ
igitur dici põt per tale statutũ sublatam vxori
44 facultatem testandi, cum de alijs bonis possit †
testari, vt in puncto censuerunt Ias. & Ruin.
quos sequitur Mandel. cons. 50. num. 3. Surd.
cons. 91. in fin. Cacheran. post Caguol. & alios
in decis. 20. num. 7. Thesaur. decis. 34. num. 3.
optime Purpur. cons. 47. num. 6. distinguens
in puncto. Quod aut statutum disponit, vt
maritus lucretur dotis dimidium, vel cer-
tam partem, & tunc tale statutum intelligi-

tur tam

tur tàm ex testamento, quam ab intestato, cũ
vxor de alia parte dotis possit testari, subdens
idem fore dicendum si marito deferat lucrum
totius dotis, cum mulier possit habere alia bo-
na extra dotem, adeo quod statutum non po-
test hoc in casu dici priuatiuum facultatis te-
standi absolute, sed limitate quo ad dotem.
Aut vero statutum defert marito nedum lu-
crum dotis, sed etiam aliorum bonorum, tali-
ter quod vxori nil remanet, de quo possit testa-
ri, & hoc in casu statutum debet intelligi, vt ta
le lucrum deferat marito vxore præmoriente
ab intestato, non autem si cũ testamento. Quæ
quidem distinctio resecat omnem amaritudi-
nem, & quod ibidem dicitur de dote assignata
per statutum marito, idẹque militat in assigna
ta agnatis vxoris, vel alteri personæ, cum mi-
litet eadem ratio in proposito testamenti fa-
ciendi per vxorem.

Addatur, quod si admitteretur motiuum,
corruerent omnia statuta deferentia marito lu
crum totius dotis non extantibus filijs, vt est
statutum Mantuæ de lucro dotis, quod est ab-
45 sonum, & ridiculum, quia talia statuta † sunt
valida, Moroti. cons. 19. num. 3.

Non etiam obstant verba illa, *hæredibus vxo
ris* quasi quod debeat intelligi de hæredibus
bonorum, seu hæreditatis vxoris, non autem
de hæredibus sanguinis, seu proximioribus.
Cum primus intellectus satis faueat testamẽ-
46 ti factioni † per vxorem, quod est quid fauora
bile l. 1. C. sacros. Eccl. Quinimo cum duplex
genus hæredum reperiatur, sanguinis nempe,
& hæreditatis, ad late tradita per Præt. de vlt.
volunt. fol. 196. num. 3. & seq. Rustic. ad l. cum
auus, ff. cond. & dem. lib. 3. cap. 3. videtur, qđ
de omnibus hẹredibus intelligi debeat, id est,
tam ex testamento, quam ab intestato, vt cen-
suit in terminis nostris in isto statuto Ias. cõs.
127. col. 1. vers. Quarto ad idem, & fortius, &
col. fin. vers. Non obstat quartũ, in 1. facit tex.
in l. 1. C. anno. ciuil. lib. 10. Ios. Ludouic. con-
clus. 16. illat. 82. vers. Et appellatione hæredũ
continentur.

Respondetur enim talem sensum nullate-
nus posse tolerari in præsenti casu ex plurib.
47 Primo, quia verba, † & dispositionès statu-
torum debent intelligi, ac interpretari secun-
dum communem vsum loquendi, Bart. in l. nõ
dubium, C. legi. & cõs. 141. in 1. tex. in c. Quã
quam 2. quæst. 7. late Rolan. de lucr. dot. qu.
98. Surd. cons. 297. num. 7. vbi alios adducit.
48 Ratio est, quia statuentes † in condendis sta-
tutis tenentur se accommodare vsui, & cõsue-
tudini loquendi loci, vbi statuta componun-
tur, c. Erit autem lex. dist. 4. Mascard. de statut.
49 concl. 3. nu. 3. At appellatione hẹredum † secũ
dum communem vsum loquendi, veniunt hæ-
redes sanguinis, vt puta filij, fratres, seu proxi-
miores, Bald. cons. 202. in fin. in 4. Socin. iun.
cons. 158. nu. 6. in 2. Natt. cons. 130. num. 2. &
cons. 159. num. 8. Ios. Ludou. conclus. 16. illat.
82. vers. Secundo modo nomen hæres capitur.
Pret. de vlt. volunt. fol. 196. col. 3. num. 6. Et
50 verbum, † Hæres, a statuentibus prolatum, in-
telligi de hæredibus sanguinis, tradit Crauet.
cons. 777. num. 6. Alciat. cons. 1. col. 1. in 3. Ru
stic. ad l. cum auus, ff. cond. & demon. lib. 3. c.
3. num. 34. & in terminis nostris, quod dos, de
qua non potest vxor disponere, vadat ad eius
hæredes ab intestato, tradit Antonin. lib. 2. va
riar. resol. cap. 59. casu 26. vers. Fuit secundo
dictum, & hic conferunt relata infra in vltimo
fundamento.

Secundo dicit statutum, Maritus teneatur
restituere hæredibus vxoris, vtiq; talis restitu-
tio non potest considerari, vt fieri possit nisi hẹ
redibus sanguinis, qui illam originaliter consi
gnarunt, & dederunt, quia restitutio habet re-
lationem ad traditionem, seu dationem, ideo
non potest restitui aliquid alicui qui nihil de-
51 dit, attẽta propria verborum significatione, †
& intelligentia, quæ debet seruari in statutis,
ita Ang. cons. 158. Salic. in l. si constante, nu.
6. C. don. ant. nupt. Becci. cons 53. nu. 8. Surd.
52 cons. 94. num 24. Ita verbum, † Reddere inter
pretatur, id est, retrodare, l. verbum reddendi,
ff. verb. sign. & dicimus, nostra dare, & aliena
reddere, vt per plura iura probat Fanut. de luc.
dot. vers. Restituenda, in prin. & ibidem nu. 4.
dicit post Bald. & alios, Quod verbum restitue
re importat actum retrosimilem, cum restitue-
re sit retro statuere, id est, in eũ casum rem cõ-
stituere, ac si nihil eorum, aduci sum quæ fit re
53 stitutio, factum fuisset. At similitudo † debet es
se plena, Paset. cons. 131. nu. 14. Sola. in Non.
Constit. Pedem. tit. de mod. obseru. in decis.
cas. arbitr. nu. 1. in fi. merito debet cadere etiã
inter easdem personas a quibus processit dotis
creatio, & traditio originalis.

Confirmatur validissime fundamentũ istud
ex sequenti particula statuti ibi, Quod locum
habeat etiam si dos fuerit tantum promissa, li-
cet non solura, &c. Nam statutum admittit re
stitutionem dotis non habitẹ per maritũ, quod
genus restitutionis alio modo fieri nequit nisi
54 mediante liberatione † promissionis, nẽpe me
diante pacto de non petendo, vel per acceptila
tionẽ, sicuti dicitur de illis quibus fit legatũ li-
berationis, & agũt vt liberentur, & ita per talẽ
modũ fit restitutio rei non datæ, sed tantũ pro
missæ, ita in pũcto declarat Ang. cõs. 180. col.
2. vers. Possumus etiã intelligere, sequitur Rui.
cons. 133. nu. 4. in 4. Rol. de lucr. dot. q. 11. n. 6
7. Fanut. in dicto vers. Restituenda, num. 5. At
55 talis restitutio † sic vt supra fundata in pacto

de non petenda liberatione, vel acceptilatione, non potest applicari nisi hæredibus sanguinis vxori proximioribus, qui illam dotarunt, & qui adhuc partis dotis debitores reperiũtur vt sunt fratres qui sororem dotare tenentur, Campeg.de dote, par.1.quæst.23.24. Aufrer. ad decis. Tholos.289. vers.Quid de fratre,latè Thesaur.decis.192.numero 2.

56 Tertiò,statuta † debent taliter interpretari, vt non mereantur a sapientib. reprehendi,nec sint elusoria, vel perplexa,seù imperfecta,Mandel.cõsil.20.nu.11. & consi.575.nu.2.& consi. 585.nu.37.Cepha. consi.247.nu.46. Modo si verba illa intelligerentur de hæredibus uoluntarijs,seù testamẽtarijs vxoris, & vxor propriũ maritum in altera medietate dotis instituat, vtique nõ potest dari casus restitutionis illius

57 mediæ dotis,quia restitutio † supponit necessario pluralitatem personarum,ex quo nemo potest sibi ipsi restituere, vt pulchre tradit Ruin. consi.174.nu.5.in 2.Bimi.consi.19.num.7.& alias egoterigi consi.21.nu.73.debet inquam

58 esse differentia inter dantem, † & recipientẽ, l.2.vbi Bart. ff. stip.seruo.Ruin.consi.139.nu. 10.in 3. Bellon. consi.80.nu.12. Et hoc tantò magis dicendum est in terminis istius statuti parificantis restitutionem dotis datæ, & dotis promissæ,Quia nullo pacto potest considerari, vt maritus grauatus a statuto ad talem restitutionem promissionis possit facere liberationẽ, ac pactum de non petendo sibi ipsi qui nõ promisit, sed promissionem sibi factam ab altero acceptauit.

Quarto considero statutum uoluisse vti opera, ac ministerio mariti ad faciendam talem restitutionem; At si statutum voluisset intelligere de hæredibus uxoris testamentarijs,ad quid

59 uteretur ministerio mariti?cũ hæres † testamẽtarius capiat ex se ipso, & reputetur eadem persona cum defuncto, Auth.de iureiur.a mor.pstir.in principio,latissime Iof.Lud.conclus.16. & succedat in omnibus iuribus actiuis, & passiuis ipsius testatoris defuncti, eiusdemq; iuris, & potestatis sit cuius erat defunctus, cum suc-

60 cedat † in omne illius Ius, l.hæres in omne,ff. acq.hæred.l.cũ hæredes, ff.acqui.possess.Surd. consi.146.nu.7. Non igitur sensit statutum,vt vxor possit aliquo pacto se ingerere in tali medietate,cum uiri solius mentionem,& eius ministerij meminerit, illoque vti declarauerit,

61 quia verba † diriguntur, ac dirigenda sunt ad eum, cum quo actus est celebrandus,Bar.in l. stipulatio ista,§.si stipulet.nu.2.ff.verb.oblig. Surd.cõs.99.nu.37. & dixi supra latius in tertio fundamento princip ilis articuli. Quinimò

62 verba † statuti de necessitate trahuntur ad illũ solum casum cui verba conueniunt, & non ad alium,vt docet Alex.cõs.197.num.6.in 6.Iof. Ludo. decis. Lucan.12. num.10. Cum semper

63 † sint restringenda ad id super quo exprimuntur,§.quod autem,Instit.de legit. agnat.tutel. Crau.consi.171. nu.13. Ideò dixit Soc.in l.nõ

64 putabam,ff.cond.& demon. quòd verba † declarare,& determinare debent id solum ad qđ referuntur,& non ad aliud,sequitur Surd.consil.313.nu.108.

Et ita ex his patet non esse curãdum de Ias. in dicto consi.127.in 1. Quia Ias.ibi non cõsuluit in isto puncto controuerso dependente ab illo versiculo Statuti, *& si maritus superuixerit uxorem sine liberis*, sed consuluit super intelligentia versiculi sequentis, *si vero maritus superuixerit uxorem extantibus liberis,&c.* Quo statuto cauetur, vt maritus teneatur cõseruare filijs totam dotem,& ibidem firmat Ias.statutũ enũtians illam conseruationem militare tam ab intestato, quam ex testamento id est, etiam in casu, in quo uxor fecit testamentum,& filijs legitimam reliquit, qui casus, & verba nullatenus conueniunt præsenti speculationi.

Quinimò Ias.in exordio consilij, vbi casum consulendum describit,mentionẽ facit de ambob⁹ istis Paragraphis statutarijs, & postea in primis verbis Consilij aperto ore dicit,clarum esse quòd vxor non potest testari in primo casu statuti,quando est mortua sine liberis. Idẽ repetit ibi col.2.vers. Præmissis nõ obstantibus, Præterea Ias.agit de dote debenda, vel non debenda marito,vel filijs; Nos autem agimus de dote debenda proximioribus hæredibus vxoris ab intestato. Qui casus valdè discrepant,vt est notissimum,imò Ias.col.3.in septimo,& vltimo fundamento admittit distinctionem Castrens. in d.l.si cum dotem, supra per nos rela-

65 tam, quando statutum † vtitur verbis successionem respicientibus,vel iussionem.

Quatenus autem Ias. ibidem col.1.in versi. Quarto ad idem,& fortius;& in col.fin.in ver. Non obstat quartum fundamentum, videtur innuere, quòd verba illa insita in statuto nostro, ibi *hæredibus vxoris*, debeant intelligi de hæredibus tam ab intestato,quam ex testamẽto,vtique dicendum est,lapsum fuisse Iasonem in puncto isto, qui perfunctoriè loquendo plenè articulum non ruminauit; Ideò minus rectè loquitur, ut patet ex præallegatis. Quinimò nec ipse Ias.probat intentionem suam,si

66 quidem dixit simpliciter verbum, † *hæredibus*, intelligi tam ab intestato, quam ex testamento,institut.de hær.qualit.iunct.tit. Institut. de hæred.instit.Quod sanè fundamentum nil admodum nocet isti consultationi, nulliusque ponderis est, quia in iuribus per Iasonum allegatis probatur triplex hæredum genus reperiri. Necessarios suos,& necessarios, & extraneos, qui omnes institui possunt, adeo qđ sub

sub nomine hæredum comprehenduntur testamentarij,& illi ab intestato,id est,hæredes sanguinis, & hæredes bonorum, quod etiam nos supra admisimus,& in præsentiarum admittimus:Negamus tamē semper appellatione hę-
67 redum, † omne genus hæredum comprehendi,quia ius ipsum aperte docet pluries nomen hæredis in solo hærede sanguinis verificari, l. ex facto,§.fin.vbi omnes Doctores notant, & nos superius abundanter probauimus, sicuti videmus etiam in materia feudali, & emphyteutica,nomen hæredis restringi ad filios vel descendentes ex sanguine,iuribus notis: Non
68 igitur curanda sunt talia verba † Iasonis ex abrupto prolata absq; aliqua veritatis disceptatione,quia non loquitur decisiue, & ideo non potest dici Iasonem fuisse istius opinionis, Noni.cons.23.nu.17.Rolan.cons.39.num.34. in 4.Surd.cons.10.nu.38.Ipsemet Ias.cons.151. col.3.in 1.relatus per Surd. loco mox citato: Cum non possit haberi notitia totius, nisi distinctis eius partibus,& cognitis, vt in proposito isto tradit Neuiz.in Silu. Nupt.lib. 5. nu. 29.Et erubescimus quādo sine lege loquimur, l.illam,C.collat. Merito in tantum credendū
69 est Doctori, † in quantum mouetur lege, vel ratione,& nō vltra, c.Ego solus.8.distinc.Cor sett.sing.Quadragesima.Quinimo nec Ias. recte consuluit in casu suo,quia statutum sic dicit: *Si vero maritus superuixerit vxorem extantibus liberis ex eodem matrimonio non teneatur restituere dotem, sed illam conseruare ipsis liberis.* Vnde Ias. consuluit vt talis conseruatio facienda ad commodum filiorum intelligatur tenere dummodo vxor decedat ab intestato,secus si aliter per testamentum disposuerit:quod
70 est erroneum,quia statutum † mandans conseruari dotem per verba affirmatiua dicitur prohibuisse omne genus alienationis, & dispositionis ipsis liberis præiudicialis, l. 2. vbi Bald. nu.1.& alij Docto.maxime Cępol. nu.22.23. C.vsucap.pro empt. Amat.decis.50.num. 19. & 24.vbi ait,quod verbum *conseruare* importat,vt non possit alienari nec in dominium alterius transferri.

Quinto,aduertendum est modum istum lo
71 quendi,seu sub appellatione hæredum † vxoris in materia dotis restituēdę post vxoris obitum a lege communi intelligi de vxoris hęredibus ab intestato,non de alijs,quod optime probatur in l. vnic.§.illo proculdubio,C.rei vxor. act.verba textus sunt ista,*Vt si decesserit mulier constante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat,nisi ex quibusdam pactionibus,sed ad mulieris hæredes ex stipulatu actio secundum sui naturā transmittatur,siue expressa fuerit,siue ex hac lege inesse intelligatur.* Quem textū summat Angelus ibi dicendo,quod per mortem vxoris non cedit dos lucro viri,sed debet reddi hęredibus mulieris,nisi aliud actum sit: Idem prius sensit ibidem Cyn.Bar.Sali.& Sichard. Actio inquā ex stipulatu expressa,vel tacita, de qua in illo textu residet in petitione, & repetitione dotis seu in dotis constitutione,& restitutione, secūdum Glos.in vers.Exigi.vbi Doct.in princ. d. legis vnicæ. Ponderanda modo sunt verba illa,*transmittatur &c.* Nam si mortua vxore dos transmittitur ad eius hæredes virtute actionis ex stipulatu,quæ consideratur creata tempore
72 dotis datæ,talis transmissio † est legis beneficiū,& prouisio,l.vnica,§.in nouissimo, C. cad. toll.Ruin.cons.146.num.11.in 5.Rimin. iun. cons.244.nu.298.& declarat in materia lucri dotis transmissis,ad hæredes Thesau. iun. qu. 49.num.7.part.1.& fundatur in cōuentione: Non igitur dici potest,vt senserit lex de hæredibus vxoris testamentarijs,qui succedunt, & capiunt vigore testamenti,non autem auxilio legis,nec ex stipulatione. Modo infero, q cū Ius commune se conformet cum statuti dispositione in forma verborum,& in vsum loquendi circa vnam,& eādem materiam,debeat statutum intelligi secundum sensum iuris com-
73 munis,stante conclusione,quod statutum † debeat intelligi secundum terminos iuris cōmunis loquentis in illa materia,l. 2. vbi Bal. & alij,C.noxal.Mandel.cons.381.nu.2. Mascard. de statut.conclus.2.num.62.Fusci.sing.63.litera S,Honded.cons.4. num. 47. in secundo:
74 Non inquam præsumitur statuentes † voluisse alterare disposita per Ius commune, Cepl. cons.138.num.50.& cons.299. num. 13. vbi
75 dicit,quod statutū † de lucro dotis in eo quod expresse non loquitur debet interpretari secūdum ius commune. Et dixit Honded.loquēs de statuto tractante de lucro dotis,quod quando statutum est correctorium iuris communis, in eo quod non est clarum,reducitur ad intellectum iuris communis,Honded.cons.16.nu. 22.in secundo.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum Principis a parte obtentum debet formaliter Iudici intimari, vltra illius præsentationem in actis.*

2 *Rescripti sola præsentatio non perpetuat Iurisdictionem.*

3 *Iurisdictio facilius perpetuatur in Iudicem per Rescripti præsentationem quam contra parte[illegible]*

4 *Rescripti præsentatio non reddit Rescriptum commune inter partes ante ipsius partis citationem.*

5 *Citatio debet esse legitima & talis, ut arctet citatum ad comparendum, illumq; afficiat.*

6 *Rescriptum non fuisse insertum in citatione, recte potest opponi.*

7 *Rescripti copiam in citatione debet inserere Iudex delegatus, alias citatus non tenetur comparere.*

8 *Citatus non tenetur nuntianti credere, nisi illum certum reddat Instrumenta vel testibus.*

9 *Certificatus simpliciter ab aliquo qualiter est tutor, non tenetur de periculo tutela, nisi illi fuerit ostensum testamentum: vel saltem illi certificatum per personas idoneas attestantes se vidisse illud testamentum.*

10 *Tempus ad appellandum non currit nisi a die notificationes.*

11 *Scientia proueniens a relatione Procuratoris nõ sufficit.*

12 *Scientia in genere nõ sufficit, sed requiritur scientia totius rei cum omnibus suis qualitatibus.*

13 *Scientia est eorum quæ sunt, non eorum quæ natura nec ars non reuelauit.*

14 *Scientia propria est virorum.*

15 *Ratificatio Abbatis de Monachi professione, dicitur legitima, quando de illa constat per Instrumentum lectum illius oblationis & dedicationis.*

16 *Donatio absente donatario facta, non dicitur ratificata, nisi illi omnia gesta in eius absentia fuerint ratificata per ostensionem Instrumenti.*

17 *Scientia non præiudicat nisi sit certa cum omnibus suis qualitatibus.*

18 *Laudum latum alieni non præiudicat, licet illud cum Iuramento ratificauerit, nisi ratificanti lectum fuerit.*

19 *Scire rem esse gestam non sat est, nisi sciat rem sic esse gestam.*

20 *Scire sententiam latam non obest, nisi sciat sic fuisse latam.*

21 *Tempus non currit agnato ad vendicandum feudum alienatum extraneo, nisi illi fuerit intimatum Instrumentum alienationis.*

22 *Actor impetrans gratiam vel Ius nouum post litẽ cœptam parti absenti est intimanda.*

23 *Scientia dicitur certa, quando Procurator pluries comparet in Actis.*

24 *Rescriptum Apostolicum inseri debet in litteris citatorijs, alias non arctat citatum.*

25 *Rescriptum ab vno impetratum, & in iudicia productum efficitur commune vtrique parti, est tamen integraliter edendum.*

26 *Princeps non præsumitur vti voluisse plenitudinem potestatis in tertij præiudicium sine iusta causa.*

Maxime, si non dixerit, ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis num. 27.

28 *Priuilegium est stricte interpretandum quatenus tendit ad tertij præiudicium.*

29 *Rescripta Principum debent reduci ad terminos Iuris.*

30 *Princeps non potest statuere vt testibus singularibus plena fides detur. Nec quod vnus testis sufficiat.*

31 *Rescripta secundum Ius, non autem contra Ius cõcedi debent.*

32 *Princeps non dicitur vsus absoluta potestate, quãdo non fuit vsus clausula Non obstante. 1 o.*

33 *Princeps potest mandare vt probationibus minus legitimis credatur. Declara vt ibi.*

34 *Iudicans debet suam cõscientiam bene informare.*

35 *Requisita ad hoc vt libro priuato mercatoris credatur ex Principis decreto. remissiue.*

36 *Rescriptum Principis mandans vt testibus examinatis detur fides quo ad omnes, nõ nocet nisi fuerit intimatum parti interessata.*

ARGVMENTVM.

Rescriptum Principis ab altero litigantium obtentum, an alteri obsit, si non fuerit illi formaliter intimatum cum transmissione copiæ.

CONSILIVM CLXXXII.

Actiones meæ a Domino.



FVIT proposita quęstio. An Rescriptũ ab aliquo impetratum in Actisq; productum, sed parti non intimatum, possit nocere ac præiudicare parti vtcumque aliunde dictæ impetrationis notitiam habenti.

Et dico non nocere, ex quo talis intimatio Rescripti est omnino necessaria, alias nullũ effectum producere potest, maxime quando ex illo Ius nouum inducitur. In tantum quod etiã

1 † Iudici debet formaliter intimari vltra illius præsentationem in Actis, alias nullum Iurisdictionis exercitium ex tali Rescripto resultat. ita Cyn. in Auth. litigiosa, per illum tex. C. litigios. quem refert ac sequitur Guid. Pap. cõs. 69. num. 8. vers. Ad octauum, & optime declarat Rim. Iun. cons. 203. nu. 32. 33. & 34. vbi etiam subiungit, Rescriptum non dici productum in Actis, quando fuit tantum annotatũ ad instantiam procuratoris partis impetrantis licet alteri parti copia illius data fuerit, sed formalem intimationem requiri. Hinc dicitur so-

3 lam † præsentationem Rescripti non perpetuare Iudicis iurisdictionem. c. Relatum de offic. delega. Bero. cons. 3. num. 1. in tertio.

Si igi-

Si igitur talis intimatio necessario facienda est Iudici, multo magis debet fieri parti interessatæ, & de cuius præiudicio agitur ex quo facilius inducitur seu perpetuatur
3 Iurisdictio † in Iudicem per rescripti præsentationem, quam inducatur vel perpetuetur contra partem, vt late probat Bero. d. cons. 3. per totum.

Repeto igitur, de essentia virtutis Rescripti esse intimationem illius parti interesse prætendenti faciendam, alias illud nullius esse ponderis, licet pars illius impetrationis & præsentationis aliunde fuerit conscia. Quia præsen-
4 tatio † non facit Rescriptum commune inter partes, ante ipsius partis citationem. vt tradit Abb. in c. ex conquestione num. 10. extr. de restit. spoliat. Ias. in l. 3. in prin. num. 12. ff. quod quisque Iur. late Bero cons. 3. in 3. dicens talē
5 citationem † debere esse legitimam validam, & talem, quæ citatum arcitet ad comparendū illumque afficiat Magon. decis. Lucan. 52. nu. 1. & 2. & decis. Florent. 90. num. 9. & late declarat Marascott. lib. 1. Varia. resolut. cap. 20. num. 10. 11. 12. attestans de communi sententia.

Secundo idem tradit Specul. in tit. de Citatione num. 14. vers. Item quod rescriptum,
6 dicens contra citationem posse opponi, † quod Rescriptum in ea non fuit insertum, sequitur Imol. in cap. Præterea num. 1. in fin. extra de Dilation.

Tertio confert dictum Bar. in l. 2. num. 6. ff.
7 si quis in Ius. voca. dicentis Iudicem † delegatum quando citat reum, debere in citatione inserere copiam Rescripti, alias reus non tenetur comparere.

Quarto facit idem Bart. in l. 1. in fine princ. nu. 3. vbi ait, quod si quis nuntiat alteri adhoc vt aliquid det vel faciat, ex quo potest illi resultare præiudicium, non tenetur tali nuntiā-
8 ti † credere, nisi illum reddat certū Instrumēto vel testibus, sequitur Ias. in cons. 159. col. 4. in fin. vers. Ista conclusio probatur primo, in 2.

Quinto potest adduci, aliud dictum Bart. in l. quidam decedens. §. fin. in fin. ff. admin. tut. dicens. Quod si quis denunciet alteri illum esse tutorem non dicetur sufficiens certificatus
9 † taliter quod teneatur de periculo tutelæ, nisi illi fuerit ostensum testamentum in quo fuerit ordinatus tutor, vel saltem id fuerit illi certificatum per idoneas personas attestantes vidisse illud testm̄, sequitur Ias. d. cons. 159. col. 4. ver. secundo facit quod vult. Natt. cons. 162. n. 33. Barbat. in c. Cum contingat. n. 28. de rescript.

Sexto habetur. Quod sententia lata contra me, quæ potest mihi aliquo præiudicare, dēta parte qui illā obtinuit, alteri parti intimari cū insertione tenoris sniæ, alias illius scientiā sufficientem habuisse, non dr, nec illi currit tem-
10 pus † ad appellādū. ita Anch. cōs. 372. n. 5. ī fi. sequitur. Ias. vbi supra col. 5. vers. Quarto, & multum. Natt. cons. 51. num. 1. & cons. 162. num. 33. & cons. 348. nu. 3. Mandel. cons. 252.
11 num. 8. dicens non sufficere scientiam † prouenientem a relatione procuratoris, subdēs duas rationes; prima est, quia quando non solū agitur vt quis habeat notitiam rei, sed etiam quæritur quod post illam habitam aliquid faciat, semper requiritur intimatio. Secūda est, quia
12 non sufficit scientia † in genere, sed requiritur scientia totius rei cum omnibus suis qualitatibus. Quocirca dixit Bal. in c. 2. de consti. quod
13 scientia † est eorum quæ sunt, non eorum quę nec natura nec ars reuelauit. Alibi dixit Arist. quem sequitur Bart. in c. Cū contingat, nu. 18
14 de rescrip. Quod propria sciētia † est verorum.

Sexto concordat in simili Ruin. cons. 128. num. 4. in 1. quatenus sustinet non constare de
15 ratificatione † legitima Abbatis circa professionē Monachi, nisi sibi cōstiterit de illius Monachi oblatione & dedicatione per Instrumēti inde celebrati visionē, & lectutā. Et idē Ruin. cōs. 121. n. 4. in 1. dicēs, donatariū nō dici rati-
16 ficasse donationē † sibi absenti factam, nisi illi oīa gesta in eius absentia fuerint notificata p ostēsionē Instrumēti, alias addit Becci. cōs. 37.
17 n. 24. dicēs, qđ adhoc vt scientia † alicui preiudicet dēt esse certa cū omnib. suis qualitatib. & ideo non sufficit scientia in genere, subdens quod rattificatio Instrumēnti rattificanti non nocet nisi Instrumenti tenor ei legatur.

18 Septimo laudum † latum alicui præiuditiale illi non officit, vtcumq; illud & cum Iuramēto ratificauerit, nisi ratificanti laudum lectū fuerit. ita post Castr. firmat Becci. d. n. 24. quia
19 non sat est scire † rem esse gestam, nisi sciat rē sic esse gestam. Natt. cons. 636. num 192. Et dicit Lancell. de attentat. part. 2. c. 12. limit. 50.
20 num. 158. scientiam † alicuius debere esse talem circa sententiam latam nempe vt sciat latam, & sic latam.

Octauo cōprobatur, ex eo, Quod non currit
21 agnato tempus † ad vendicandum alienatum extraneo, licet sciuerit illud fuisse alienatum, nisi illi fuerit intimatum Instrumentum alienationis late Ias. consil. 159. colum. 4. versic. Tertio principaliter in secundo, sequitur comprobando Cacher. decis. 176. num. 2. 4. Natt. cons. 636. num. 193. Berett. cons. 21. num. 34.

Nono propius accedendo facit, Quod licet in causa beneficiali pronuntiari possit contra absentem vigore Rescripti, vel commissionis datæ, Attamen si quis actor † post litem cœptam impetret gratiam uel Ius nouum, illa prouisio, vel gratia obtenta à parte præsente omnino est intimanda ipsi absenti,

Rota.deci.13.in Nouis.tit.de dol. & contum. Deci.conf.39.num.2.Crefcent.decif.13.titu. de dilation. vbi declarat hoc verum, nisi post eius productionem procurator alterius partis comparuerit pluries in Actis, adeo quod noti-
23 tiam † certam talis gratiæ habuerit.

Decimo, id clare probatur ex tex.in c.Præterea.de dilation.vbi dicitur, quod in litteris
24 citatorijs Refcriptũ Apoftolicũ † inferi debet ad hoc vt eo vifo citatus deliberare valeat, & ex Refcripto tranfmiffo inftructionem accipere,& ibi notant Canon.per quem tex.dixit Bero.in c.Quoniam contra.num. 222. Quod re-
25 fcriptum ab vno impetratum poftquam fuit in iudicio productum tanquam effectum de Actis incipit effe commune vtriq; parti,erit tamen integraliter edendum.

Quo ad reliqua contenta in calce informationis propofitæ circa mentem Principis,apud
26 me funt indubitata;Quia Princeps † numquã præfumitur vti voluiffe poteftate abfoluta in tertij præiudicium, maxime abfque iufta caufa,late Rim.Iun.conf.779.num. 108. & fequ. & conf.819.num.63. & præcipue quando in
27 † Refcripto non dicit,fe illud cõcedere ex certa fcientia & de poteftatis plenitudine,vt optime exemplificando, docet idem Rimin. Iun. conf.822.num.26.in fin.& 27.Et ideo poft alios dixit Accaci.de priuileg.lib.2.c.3.nu. 50. Principum moris non effe in cuiufquam iniuriam beneficia tribuere, nec quod in læfionẽ alicuius introducitur in fauorem alterius redũ
28 dare,& ideo priuilegium ftricte † intelligendũ quatenus tangit tertij præiudicium licet ex cau fa pietatis fuerit conceffum, nifi expreffe cũ in commodo alterius quidquam largiatur, & latius lib.3. cap.5. per totum. Merito eius Re-
29 fcripta † debent reduci ad terminos iuris,Hõded.conf.24.num.9.in 2.Hinc dicitur nõ pof-
30 fe Principem † ftatuere, vt teftibus fingularibus plene credatur,nec quod vnus teftis fufficiat Roman.fing.361.tu fcis Men.conf.1108.
31 num.7.vbi alios adducit; Quia refcripta † fecundum Ius concedi debent non contra. Glo. in c.Nonnulli. verf.Fecerint mentionem de refcript Accaci.de Priuil.lib.1.cap.12.num.11.
32 Maxime † cum vfus non fuerit claufula (Non obftante) idem Accaci.lib.3. cap.3. num. 13.
33 Et licet aliquando Princeps † mandat vt probationibus minus legitimis fides adhibeatur, ex Surdi.decif.312. num.4. Attamen alia debe it eo in cafu concurrere,quæ rectam indicã-
34 tis † confcientiam informare poffint, & non aliter.ex Menoch.de arbit.Iudic. quæft.25. &
35 idcirco licet per Decretum ordinet Princeps † vt priuato libro Mercatoris detur fides, attamen plura alia debent concurrere vltra Decretum,alias nulla fides ei dabitur in tertij præiudicium,de quibus per Iof. Ludou. conclus.29. Mafchar.de probat.concl.973.&per Munoz. de Ratiocin.cap.10.11.12.Adeo quod idem dicendum erit de teftibus ad æternam memoriam inter alias perfonas examinatis, nempe
36 quod Princeps † noluerit per eius refcriptũ tertio præiudicium inferre, quatenus iubet vt indiftincte talibus teftibus,etiam quo ad alios plena adhibeatur fides; Nam id dicunt intelligi dummodo de tali iuffione alij fuerint plene per Iuffionis intimationem certificati,feu quatenus de illorum præiuditio non tractetur, & non aliter,iuxta præcitata. Quinimo non ab re erit diligenter perfcrutandum, an in tali teftium examine interuenerint neceffaria requifita, quæ luculenter defcribuntur per Farinac. de teftim.q.76.per totam.& ptius in quæftio. 72.cap.1.&c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V. D.

SVMMARIVM.

1 Dominus rei poteſt de illa pro libito diſponere.
2 Datio in ſolutum voluntaria dicitur venditio.
3 Maxime ſi fiat pro debito quantitatis, vel pecuniario.
4 Datio in ſolutum totaliter transfert dominium in accipientem.
5 Datio in ſolutum de ſui natura eſt irreuocabilis.
6 Nec admittit pœnitentiam.
7 Fraus ceſſat in ſolutione veri debiti.
8 Fraus dicitur verſari in facto ſine cauſa.
9 Quod principaliter agitur venit attendendum, non damnum alteri ventens in conſequentiam.
10 Actus ſemper adiudicatur principali propoſito.
11 Fraus difficilius arguitur in datione in ſolutum, quam in alys contractibus.
12 Datio in ſolutum voluntaria cauſat ſolutionem neceſſariam.
13 Neceſſitatis multa ſiunt, quæ a principio fuerunt voluntatis.
14 Fraudem abeſſe in dubio iudicandum.
15 Fraus tantum cadit inter permiſſum & prohibitum, non autem inter permiſſum, & permiſſum, & inter prohibitum, & prohibitum.
16 Fraus non præſumitur quando allegatur contra Inſtrumentum publicum.
17 Fraudis ſuſpicio tollitur per iuramenti interuentum.
18 Datio in ſolutum annullatur ratione exceſſus, etiam in vno nummo.
19 Datio in ſolutum debet fieri pro debiti menſura.
20 Datio in ſolutum vitiatur propter exceſſum quantitatis crediti, non autem propter exceſſum aſtimationis rei in ſolutum datæ & num.21.

22 Datio

22 *Datio in solutum non subsistit nisi processerit rei aestimatio vel pretij ipsius rei in solutum data taxatio. Sed declara vt infra na. 23.*
24 *Datio in solutũ tenet si fiat pro pretio declarãdo.*
25 *Datio in solutum non subsistit si fiat in fraudẽ vel dammum creditorum.*
26 *Dominium non transfertur propter dationẽ in solutum nullam etiam non restituto pretio ipsi acquirenti vt num. 27.*
28 *Collusio & fraus probantur per coniecturas.*
29 *Coniectura probantes simulationem probant etiã fraudem, & e contra.*
30 *Datio in solutum dicitur fraudulenta quando in illa fuit renũtiatum remedio l. 2. C. rescin vẽd.*
31 *Datio in solutum continens damnum alioru creditorum non toleranda.*
32 *Datio in solutum sponte facta creditori non instã ti, & per debitorem decoctum praesumitur dolosa & in fraudem facta.*
33 *Decoctio breui subsecuta dationi in solutum, arguit fraudem debitoris decocti, & indicat collusionem cum accipiente, in aliorum creditorum detrimentum.*
34 *Debitoris ignorantia non praesumitur quo ad numerum aliorum suorum creditorum.*
35 *Patrimonij sui vires vnusquisq; scire praesumitur.*
36 *Vxor praesumitur habere notas vires & qualitates bonorum mariti.*
37 *Voluntas procedens dignoscitur ex actu sequenti.*
38 *Fraus & collusio arguitur ex actu gesto inter coniunctos.*
Extende, maxime quando breui subsequitur decoctio vel fallimentum num. 39.
Extende etiã tãto fortius si fit inter iugales. n. 40
41 *Fraus debitoris dantis in solutum colligitur quã do post dationẽ remansit in possessione rei data.*
Amplia quando Instrumentum talis dationis fuit factum in domo debitoris clandestine. num. 42.
42 *Datio in solutum facta nulla procedente rei aestimatione, non tenet respectu aliorum creditorum interessatorum, licet posset subsistere quo ad ipsos dantem & recipientem.*
Amplia etiam in datione in solutum iudiciali.
43 *Datio in solutum fundata in sola confessione debitoris non tenet in tertij praeiudicium.*
44 *Dos restitui nequit constante matrimonio.*
Nisi marito ad inopiam vergente sua culpa vel delicto 45.
Plura tamen requiruntur antequam fiat talis restitutio. 46.
47 *Confessio mariti circa versionem sui ad inopiam operatur quo ad se, non ad tertij praeiudicium.*
48 *Fructus in sortem computantur vel restitui debent si fuerint percepti ex praedio nulliter in solutum dato.*
49 *Creditor potest incumbere praedio in solutum accepto licet nulliter, donec sibi suum restituatur creditum.*
Debet tamen fructus inde perceptos in sortem imputare 50.
Limita, dummodo non acceperit rem in solutum collusiue vel fraudulenter, nam hoc in casu etiã pretium amittet. 51.
52 *Fraudis particeps in contractu, amittere debet pretium.*
53 *Prior in sequestro fraudem debitoris detegens, alijs praetendentibus debet anteferri.*

ARGVMENTVM.

An & quando annulletur datio in solutum creditoribus praeiudicialis.

Datio in solutum qualiter irritetur propter excessum.

CONSILIVM CLXXXIII.

Actionis mea à Domino.



ATIONES in solutum factae per D. Iulium Costam Dominae Bertellae vxori suae vna sub die 22. Nouẽbris 1611. Altera sub die 13. Martij 1612. videntur omnino subsistere, quidquid ex parte creditorum ipsiusmet Costae excipiatur aduersus illas ad praeiudicium dicatum Bertellae verae creditricis viri sui. Idq; suaderi potest ex pluribus.

Primo, Quia Costa Dominus bonorum, po-
1 tuit de re sua pro libito disponere † l. in re mãdata. C. mandat. cum concordantibus, & si potuit vendere, potuit & in solutum dare, cũ datio in solutum, maxime voluntaria aequipare-
2 tur venditioni, † imo propria venditio dicatur Ioan. And. ad Specul. tit. de cessio. actio. §. 1. vers. Sed nũquid minor, late Ceph. cõs. 254. num. 8. 9. & seq. Aff. decis. 369. colu. 1. Afini. de execut. fol. 232. cap. 253. alios addit Borg. decis. 1. num. 100. part. 2. dicens, dationem in solutum voluntariam ex assensu partium factã assimilari totaliter venditioni, & praecipue si
3 facta fuit pro debito † quantitatis, seu pecuniae Rota. Genuae decis. 4. num. 4. Ios. Lud. decis. Perus. 60. num. 10. Ceph. cons. 254. num. 10.

Quo circa, hoc in casu Domina Bertella dicitur similis emptrici, l. fin. ff. qui. ex caus. in possess. eatur. Et consequenter fundi per eam accepti in solutum sui proprij effecti sunt, cum
4 illorum dominium in ipsam † fuerit totaliter translatum Areti. cons. 159. in 6. dub. Cranet. cons. 347. num. 12. Honded. cons. 31. num. 72. in 1, Afini. de execut. fol. 108. cap. 80. Menoc. cons. 1182. num. 7. Et plenum Ius in bonis

sibi

sibi datis fuerit consecutã, Ceph. cōs. 254. nu. 40. Asini. vbi sup. fol. 248. cap. 93. num. 5. Ac irreuocabiliter, cum datio in solutum de sui na
5 tura sit irreuocabilis, † ad tradita per Dec. cōs. 592. & per Asini. de execut. fol. 245. cap. 282. & probat textus in l. sicut C. actio. & obliga. & Doct. Ceph. cons. 286. num. 14. Lancell. Gall. cons. 32. num. 11. & 23. dicentes, esse irreuoca
6 bilem, & in ea non dari † pœnitentiam, Paris. cons. 81. num. 27. & seq. in 2.

Secundo Domina Bertella habuit primam dationem, vti cessionariam DD. Fratrum de Pauesijs, realium creditorum D. Costæ: Igitur cum ipsa suum receperit, & per talem dationẽ a debito Costa dans se liberauerit, iuridice id
7 fecerunt, † nec aliqua fraudi labe notari possunt tex. est clarus in l. qui autem. §. apud Labeonem. ff. qui in frau. credi. Cum fraudem non committat, qui iure suo vtitur. l. 3. §. is tamen ff. lib. homi. exib. l. nullus videt. ff. reg. iur. Illud (inquam) dicitur in fraudem factum, quod si
8 ne causa † fit, Crau. cons. 708. num. 15. Vel per indirectum: idem Crau. cons. 733. num. 6. At hic constat de vero debito, & de recta cessione, & recta, ac clara datione in solutum, ex qua datione, vtcumq; etiam nonnulli alij creditores incommodum senserint, attamen id nihil releuat quo ad ipsam Bertellam, veram creditricẽ, quæ cum acceperit in solutum prædia principaliter ad hoc, vt creditum suum consequeretur, non potest dici fraudulenta ipsa datio ex eo, quod in consequentiam alijs creditoribus
9 damnum inferre potest, quia attenditur † quod pœnaliter agitur non quod in cōsequentiam. Idem est de dicto Costa dante, specialiter, vt se a debito liberaret. l. Proculus. ff. damn. infect. l. nō omne. ff. stat. lib. late Sim. Bet. de interpre-
10 tat. vlt. volunt. fol. 65. num. 9. 10. Actus enim † semper dijudicatur a principali proposito. l. si quis nec causam l. rogasti. ff. si cert. petat. & latissime exornat Alex. cons. 1. num. 26. & sequ. in tertio.

Prædictaq; eo fortius procedunt in materia dationis in solutum, in qua non ita de facili
11 fraus argui potest, sicuti in cæteris † contractibus propter originalem causam sui debiti necessariam, & veram. Et si inquam ista datio in solutum dici posset voluntaria: attamen solutio, quæ fieri debet per dationem istam in solu
12 tum † dicitur necessaria, vt post Ceph. & Rol. tradit Viui. opin. 830. num. 8. Milanenses dec. 2. num. 44. in 2. & multa a principio sunt volū
13 tatis, quæ ex post fiunt † necessitatis. l. sicut. C. actio. & oblig. §. mandatum Inst. mand. & in puncto id firmat Deci. cons. 18. nu. 3. post Fulgos. cons. 134. col. 2. & hoc animaduersione dignum tradit Ias. cons. 150. num. 2. vers. Secundo & fortius in quarto.

Tertio, quādo etiam aliquid dubij adesset,
14 iudicandum est, fraudem † non adesse, secundum Bal. in l. quamuis. C. si quis alt. vel sib. & cons. 198. col. 1. in 1. & ideo debet probari per allegantem Gabr. cons. 82. num. 4. in 2. Masc. de probat. conclus. 814. num. 1. & 5. Farinac. quæst. crimin. 89. num. 4. 5. vbi ait in specie fore probandum. Quod tamen fieri non potest hoc in casu. Nam, non reperitur prohibitum debitori soluere creditori suo, & consequenter
15 fraus tantum fieri † potest de permisso ad prohibitum, non autem de permisso ad permissum nec de prohibito ad prohibitum Bal. in C. 1. §. beneficium. tit. si de feud. fuer. contr. int. dom. & agnat. Farin. qui crimin. 88. num. 35. Deci. tract. criui. part. 1. lib. 1. tit. de fraud. num. 1. tātomagis quando allegatur fraudis exceptio cō
16 tra † publicum Instrumentum, Alex. cons. 28. col. 3. vers. Præterea dicta præscriptio, in quo apparet interuenisse, iuramentum ad roborandum contractum celebratum: quo fit, vt omnis
17 fraudis præsumptio sit omnimode † tollenda, Bal. Salic. & alij in l. fin. C. non num. pecun. Serahin. de iuram. priuil. 59.

Quartum fundamentum creditorum aduersantium in eo potissimum residere videtur, vt tales dationes in solutum sint factæ per collusionem inter virum, & vxorem, & consequenter nullum ratione excessus, vt pote quod prædia in solutum data fuerint longe maioris pretij, quæ sit verum debitum: quocirca est declaranda nulla omnis datio in solutum, vtcum
18 que etiam excedat † verum debitum in vnico nūmo. Burs. cons. 73. nu. 27. Cepha. cons. 198. col. 1. cum debet omnino fieri pro debiti men-
19 sura. † Asini. in Prax. §. 7. c. 5. limit. 11. nu. 13.

Sed tale fundamentum nullius videtur esse pōderis, quia excessus dationis causans ipsius dationis omnimodam nullitatem procedit ha
20 bita ratione quantitatis † crediti, vt puta, si fuerit plus debito petitum, Non autem respe-
21 ctu æstimationis † rei in solutum datæ, & valentis plus credito, nam isto in casu datio non annullatur: & ideo in materia ista attenditur error, vel dolus in debito principali, non in æstimatione rei datę, vt post alios notat Roma. cons. 454. & pulchre Magon. decis. Flore. 109. num. 6. & 7. Burs. cons. 73. num. 27. Pancirol. cons. 142. num. 6. Asini. de execut. fol. 92. cap. 18. & fol. 243. cap. 276. num. 7. Peregr. de Iur. Fisci. lib. 5. tit. 1. num. 183.

Quo fit, vt vana sit conclusio attestantium,
22 dationem in solutum non † subsistere, nisi præcesserit rei æstimatio, seu pretij, vel valoris taxatio ipsius rei in solutum datę, vt videtur innuere Afflict. decis. 368. more venditionis, quę non tenet nisi preuia prætij certitudine. l. 3. ff. pro. empto. §. pretium. Inst. empt. & venditio, l. 2. in

l.2.in prin.ff.contr.emptio & ita declarat. Ceph.cons.254.num.14.17.Laur.de Pinu.cons. 96.num.11.& Decia.cons.81.num.38.in 4.

Quia sufficit, vt valor rei in solutum datæ certificetur, seu iustificetur per relationem ad
23 quantitatem † debiti. Vnde videamus, quid si constat de certo, & legitimo debito, datio in solutum simpliciter facta dicitur æstimata pro illa quantitate debita, vt post plurimos tradit Becci.cons.41.num.6.Asin.de execu.fol.240. cap.299.num.7.& 14. & latius fol. 248.cap. 295.& fol.98.cap.44.col.2.in fin.Papo. cons. 51.num.5.Ruin.cons.160.num.25.in 2.Hinc dicitur in simili, tenere, dationem in solutũ fa-
24 ctam † pro pretio declarando, idem Asini. vbi supra fol.89.cap.4.num.5.

Cæterum prædictis non attentis, fatendum
25 est, † illas dationes in solutũ nullatenus subsistere, vti nullas, ac in fraudem creditorum factas: siquidem Iure cautum est, dationem in solutum in fraudem credit.§. Item si quis in fraudem, vbi Ias.Gomez.& alij Instit.de Acti. late in puncto Decian. omnino vidẽdus cons. 81.num.13.in 4.Mani.Anguiss. cons. 68. nu. 3 Capr.cons.18.num.4. Asini. de execut. fol. 95.cap.30.Laur.de Pinu.cons.96.per totum. Et data nullitate dationis, non potest dici fa-
26 cta aliqua † possessionis, vel dominij translatio in accipientem Ruin. cons. 136. num.7. in 1.Sim.Pret.cons.30.num.48.49.Nizzol.allegat.24.num.9. Quia habetur pro non facta.l. nuda.ff.contr.empt. Decia.d.cons.81.nu. 13. vbi etiam extendit cõclusionem, vt adhuc nullitas ista duret, licet non restituatur pretium,
27 seu † valor rei in solutum datæ ipsi accipienti per textum in l.debitor, & l.sequ.ff. his qui in fraud.credit.

Quæ quidem collusio, vel fraus non potest directe probari per certas probationes, merito
28 probari potest per coniecturas, † vel præsumptiones, prout probari solent omnia clandestine, & fraudulenter facta.l.dolum.C. dol. mal. l.non omnes.§.a Barbaris.ff.re iudic.& in terminis nostris Decia.cons.81.num.14.in 4.vbi alios adducit.Farin. qui crim. 89. num. 17. & 19.Mascar.de probat.concl.815.Menoc. lib. 5.præsumpt.3.num.43.

Quinimo in proposito illę coniecturę, & pręsumptiones, quæ probant simulationem, pro-
29 bant & fraudem, † & contra, vt admonet Bal. in l.fraus.ff.legi.quia simulatio eisdem modis committitur, quibus & fraus. Becci. cons. 52. num. 20.21.& latius num.43.44.dicens, eisdẽ modis probari fraudem, & simulationem, & in puncto Decia.d.cons.81.num.16.

De huiusmodi autem fraude commissa satis patet in pręsẽti facti specie ex infrascriptis.

Et primo si recte perpendatur prima datio in solutum celebrata die 23. Nouẽbris 1611. vtique sapit fraudem, & collusionem manifestam in præiudicium creditorum, quia nõ fuit simplex datio in solutum, sed mixta cum da-
30 tione facta per d. Costam vxori suæ, ex † quo vltra dationem renunciauit remedio. leg. 2. C.rescinden.vendit. quæ quidem renuntiatio sapit donationem inter virum, & vxorẽ, in eo quod prædium excedit, & maioris est æstimationis, quam sit verum, & iustum creditum: Et ideo nullatenus toleranda est talis datio, quatenus continet damnum aliorum creditorum,
31 sed est † reuocanda, ita Bald.cons.243. nu. 1. in 3.Asini.de execut.fol.243.cap.275. conferunt hic tradita infra in quarto fundamento.

Secundo aduertatur, dationes illas fuisse factas motu proprio vxori, & spontanee, nulla præcedente petitione, requisitione, seu instantia ipsius vxoris, vt ex ipsis Instrumentis videre est, & per virum scientem, se breui decocturum, pro vt probauit exitus, & est notorium,
32 & ideo in fraudem dedisse in † solutum præsumitur, vt probe in terminis istis docuit Deci. d.cons.81.num.21.vers. Secundo considerandum, & num.seq.in 4.vbi subdit, illum etiam non dici coactum ad soluendum, qui ad solum mutum, vel mandatum soluit, absq; aliqua resistentia; quinimo nec constat de aliqua vrgẽtia, vel instantia mercatorum, qui iura cesserunt ipsi Bertellæ.

Tertio adhuc consideranda est fraus præcitata ex subsecuta decoctione notissima d. Costæ in solutum dantis, qui optime tempore illarum dationum sciebat (vti mercator versutus, & sagax) se plures habere creditores, illiusque bona ad æris alieni solutionem non sufficere, & se breui decocturum: quocirca haud negari potest, quin in creditorum fraudẽ prædia illa magni valoris in solutum dederit vxo-
33 ri cum illa colludendo in creditorum † pernitiem, tex.in l.si quis cum haberet.vbi Bart. ff. his qui in fraud.cred.Ias. in §. item si quis in fraudem num.46.Inst.action. & late exornat in indiuiduo.Decia.(vt dixi) videndus. cons. 81.num.17.& num.55.

Quod autem d.Costa optime sciuerit, se habere plures creditores, id satis ex eo liquet, quia ipse met debita contraxit, & ideo igno-
34 rantia † in proprio facto non admittitur.l.plurimum.ff.Iur.& fact.ignor.Bart.in d.l. si quis cum haberet.Ias.d.num.46. Decian.d. consil. 81.num.18.

Quod autem sciret, se non habere bona sufficientia pro satisfactione æris alieni, id colligitur, cum vnusquisq; præsumatur scire vi-
35 res sui † patrimonij, & suarum facultatum.l. quisquis. C.rescinden.vend.Bart.Ias. vbi supra.Decia.d.cons.81.num. 19. Quinimo etiã

uxor

36 vxor qualitates bonorum mariti † notas habere creditur Corn.conſ.165.num.34.in 2. Cra uet.conſ.782.num.6. Tandem quod putauerit,ſe breui falliturũ,cuẽtus demõſtrauit,quia exitus acta probat.l. aut factas.§. euentus. ff. pœn.& ex ſequenti actu præcedens dignoſci-
37 tur † voluntas.§.pauonum Inſt.rerum diu.late in terminis Decia.d.conſ.81.nu.20. & ſeq.

Quarto quando ceſſio, & in ſolutum datio fit inter coniunctos, vel affines, tunc arguitur
38 colluſio,† & ſimulatio in fraudem creditorum Deci.conſ.587.num.9. Maxime quando non poſt longum tempus ſubſequitur fallimentum
39 † vt pulchre notat in puncto Decia.dict.conſ. 81.num.24.late Laur.de Pinu.conſ.96. num. 13.14.multo fortius ſi inter virum, & vxorem
40 quorum † coniunctione arctior, & firmior nõ reperitur.l.aduerſus.C.crim.ſtellion.Grat.cõſi.113.num.9.in 2.Amicitia etiam inter virũ, & vxorem eſt immoderata Bal.in c.1. num.3. extra de te[illegible]n.

Qu[illegible] C[illegible]ita,vt in facto ſupponitur,remã[illegible] [illegible] poſſeſſione prędiorum alienatorũ [illegible] nomine proprio colligendo, illoſque [illegible] libito diſtribuendo, adeoq; illius fraus
41 omnino † detegitur. l. ſicut.§. ſuperuacuum. ff.q[illegible] mod.pig.Decia.præcitato conſ. 81. nu. 26.[illegible]erſ.Sexto arguitur,& num.27.Lauren.de Pinu.d.conſ.96.num.12.Ceph.conſ.198.nu. 22.Menoch.conſ.1182.num.6.

Sexto, vltra coniunctionem contrahentiũ fuerunt celebrata Inſtrumenta talium dationum in domo propria ipſorum Iugalium colludentium in creditorum detrimentum,& pręſentibus tantum teſtibus,& perſonis domeſticis,& familiaribus eorum, vt ex facie Inſtrumentorum apertiſſime conſtat,& de tali perſonarum qualitate notorium eſt, & pro notorio allegatur. Vnde ſequitur maximum fraudis argumentum: quia Iugales colludentes ex tali clandeſtinitate omnia ſecreto fieri putarunt &. taliter, vt ad creditorum quorũ intererat notitiam fraus non penetraret.ita Bart.in l.2. C.his qui ex plurib.rat.lib.10.& optime in pũcto Decian.d.conſ.81.num.32.33.& ſeq. vbi ſubdit veriſimile eſſe,vt fraudãtes illis talibus teſtibus iniunxerint ſilentium ad fraudem tegendam.

Septimo fuit facta fraus indubitata ex informibus alienationibus prædiorum maxime æſtimationis in ſolutum datorum, abſq; aliqua pretij,ſeu valoris illorum cognitione, & taxatione,adeoque non conſtat, an dationes fuerint coęquales creditis:Impoſſibile(inquã) eſt,vt ſubſiſtat in ſolutum datio, nullo certo pretio expreſſo citra creditorum intereſſatorũ reclamationem,quia ſi hoc verum,eſſet, daretur in dies materia fraudaudi,decipiendi, & irridendi creditores, & furti ſpeciem ſuperet: quo fit,vt omnino dicendum ſit, quod etſi aliquando ſimplex datio in ſolutum, ſine æſtimatione teneat, cum intelligatur commenſurata credito accipiẽtis,vt in obiecto id intelligitur quoad ſolum præiudicium dantis,non quoad præiudicium tertij,quia hoc in caſu debet conſtare de iuſta rei in ſolutum datæ æſtimatione,
42 † alias non tenet in tertij præiudicium, & debet reuocari in exceſſu,ita in indiuiduo declarat Surd.de aliment.tit.vlt.quæſt.32. nu. 82. vſque ad fin. & ita in his terminis conſuluit Decia.d.conſ.81.num.37.verſ.Secundo quia nulla,& num.38.& num.49.& Laur.de Pinu. conſ.96.num.11.Deci.conſ.587. num.5. vbi nominat,tales dationes factas ſine cauſæ cognitione,& hoc idem ſeruari in adiudicatione iudiciali, dato plurium creditorũ intereſſe, vel concurſu . tradit Anch.Iun.quæſt.64. nu. 9.part.2.conferunt tradita per Aſini. de exec. fol.249.cap.39. & per Caballin. millel. 653. num.2.Et ita maximam fraudis coniecturam præcitati patres ex huiuſmodi dationibus in ſolutum depromere ſolent,quibus addo alios congerente Milanenſ. deciſ.7.numer.72.cum pluribus ſequentibus part.1.

Octauo mihi fertur extare alias dationes in ſolutum pariter inter præfatos Iugales colludentes celebratas, & fundatas in ſola confeſſione ipſius Coſtæ alienantis,ſe debitorem vxoris in egregijs ſummis ſimpliciter declarantis,quo in caſu indubitãter tales dationes, vti
43 † fraudulente,irritari debent, cum alijs veris creditoribus non præiudicẽt, vt poſt plurimos aduertit idem Decian.d.conſ.81.num. 37. in 4.alios addit Peregrin.de Iure fiſc.lib.5.tit.1. num.183.in fin.ſequitur Surd. de alimen.tit. fin.q.32.num.78.

Nono,non videtur omittendum præfatum D.Coſtam vxori dotem reſtituiſſe:Non poteſt
44 tamen † dos reſtitui, nec repeti conſtante matrimonio: tot.tit.ff.& C.ſol.matr.l.in rebus.§. omnis.C.Iur.dot.Gail.lib.2.obſeruat.cap.83
45 Niſi marito ad inopiam vergente ſui culpa † delicto,vel non l.ſi conſtante.ff.ſol.matr.l. vbi adhuc.C.Iur.dot. & vtrobiq; Doct. Non tamen præceſſerunt præcedenda, ad faciendam
46 † iuridicam reſtitutionem, ſeu manis aſſecurationem dotis ob inopiam viri de quibus per Doct.in d.l.ſi conſtante,& in d.l. vbi adhuc & per Gail.d.obſeru.83.& per Neguſ.de Pigno. membr.1.partis 5.num.29. & Theſaur.deciſ. 207.& per Laur.deciſ.Auenion.260 Ideo talis datio eſt nulla.Hinc dicitur, qđ cõfeſſio extraiudicialis mariti,quod ipſe vergit ad inopiã & ideo dotem vxori reſtituit, tenet reſtitutio: dummodo non excedatur modus circa pretia
47 rerum, † & hoc etiam procedit,quo ad præiudicium

diciũ solius mariti, non autem creditorum: ità post Cyn. Sali. Campeg. & alios tradit Lup. in repet. cap. Peruers. tras. §. 18. num. 31. dicens quoad creditores præsumi simulatam confessionem: Et omni in casu probatur scientia Iugalium futuri, seu imminentis fallimenti, adeo vt suspiionem violentissimam fraudis militare non ambigetur.

Contraria non obstant. Ad primum enim respondetur illud non admitti in præiudicium creditorum, sed ad præiudicium solius dantis, vt patet ex prænarratis, & soluit Deci. d. cons. 81. num. 58. vers. Non obstant modo in cōtrarium adducta.

Ad secundum Respondetur, sustineri dationes pro veris creditis, non autem si fiant cum præiudicio tertij, & per fraudem, de qua fraude abundanter cōstare iam supra probauimus, adeo qđ in excessu sunt tollendæ, & moderandæ pro aliorum creditorum releuatione, vt pariter supra probatum est, & firmat Decia. dict. num. 58. vers. Non obstat secundum, & versic. sequenti.

Ad tertium similiter respondetur, veritatẽ fraudis satis constare, ideo non esse locum præsumptioni dubiæ, cui non opitulatur Iuramẽtum, cum & illud dicatur per fraudem præstitum, & tandem nō præiudicat tertio, idem Decia. num. 58. in fine. 59. & 60.

Ad quartum de pretio non taxato: Respondetur vt supra, quod requiratur præcedens æstimatio, quando agitur de interesse tertij, vt dixi, non repeto.

Stante igitur nullitate huiusmodi dationũ, sequitur, Dominam Bertellam deberi computare in sortem fructus ex prędijs illis perceptos
48 † vel illos restituere, vt post Affi. aduertit Ceph. cons. 198. num. 2. late Afini. de execut. fol. 92. cap. 21. & in Praxi. §. 7. cap. 5. limit. 11. nume. 15. Burs. cons. 73. num. 28. & seq.

Nec vim facit, quod Bertella, data nullita-
49 te dationum prædictarum: potest † incumbere dictis prædijs, vti pignoribus, donec sibi suum integrum restituatur creditum etiam si illa prædia non fuerint illi hypothecata, vt per Burs. d. cons. 73. num. 28.

Quia Respondetur, ipsam nihilhominus te-
50 neri ad computandum fructus † in sortem, vt per eūdem Burs. d. nu. 28. Tiraq. de retra. lign. § 23. Glos. 1. num. 24. in fin.

Addatur posse incumbere rei pro rata sui crediti, non autem totaliter etiam in excessu vere debito alijs creditoribus: quinimo dico, obiectum posse admitti, quãdo Bertella vxor nō fuisset particeps fraudis, & collusionis (prout vere fuit in præsenti facti specie, vt colligitur ex prænarratis) sed cum colluserit cū ma-
51 rito, & contra Ius fuerit mercata, pretium, † seu creditum debet amittere, ad not. per Bald. in l. fin. §. emptor. C. commu. de legat. & in pũcto firmat Decia. d. cons. 81. nu. 13. vers. Etiã non refuso pretio. idẽ probat Surd. cons. 382. num. 101. dicens, fraudis participem pretium numeratum repetere non posse, confert Alexã. cons. 4. in 3. Montan. de tut. cap. 33. num. 80. & sequ.

Cum igitur Illustrissimus, & Excellentiss. Princeps, & Dominus Guastallæ &c. præuenerit in sequestrando fructus dictorum prædiorum, & omnium primus se intromiserit in detectione fraudis prænarratę, debet omnibus alijs præferri, vt diffuse consuluit Deci. d. cons. 81. num. 57. & seq. in 4.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Padi flumen nauigabile hodie est de regalibus.*
2 *Ius est idẽ de principali, quoad illius augmentũ.*
3 *Ius commune adiudicans incrementum insularũ possidentibus prædia ad frontes ratum prædiorũ propter ipsam hodie correctum est.*
4 *Alluuio originaliter adiecta insulæ acquiritur Domino seu insulam possidenti, & consequenter illi ius fuit inuestitum per reg propter vnum quodq; tale eo illud magis.*
5 *Alluuio integra remanet prioris Domini, cuius fundo originaliter adhæsit nulla habita ratione extensionis, vel latitudinis iuxta frontem aliorum agrorum.*
6 *Alluuio sequitur ius fundi.*
7 *Alluuio accessit rei non personæ.*
8 *Alluuionis augmentum ita possidetur sicuti prior ager.*
9 *Alluuio rem vnit nedum respectu dominy, sed etiam respectu possessionis.*
10 *Alluuionis acquisitio procedit a iure gentium.*
11 *Alluuio acquiritur nulla intercedente hominis operatione.*
12 *Alluuionis acquisitio, & augmentum fit pro rata quantitatis prædy, quod in fronte fluminis est.*
13 *Pacta, & conuentiones inita quoad fundum extenduntur ad alluuionem; & in æstimo ponitur in quo prædium ipsum antiquum registratur.*
14 *Vassallus non cogitur suscipere inuestituram de alluuione seu incremento.*
15 *Vassallus dicitur possidere alluuionem seu incrementum simul cum agro priore.*
16 *Integritas alicuius prædy consistit in se ipsa non in mensura.*
17 *Pactum si adest quod si fundus erit plus cedat cōmodo emptoris, & in commodo si erit minus tũc*

nulla

nulla ratio quantitatum iugerum expressarum haberi debet.

18 *Venditio dicitur facta ad corpus quando enuntiatio iugerum fuit facta post declarationem cõfinium, & non habetur ratio augmenti.*

19 *Expressio certorum confinium non probat negatiuam, nempe alia bona vltra expressa in contractu non comprehendi.*

20 *Venditio facta de agro, qui est iugerum quinquaginta est limitata, & tantum venit in contractu & non vltra.*

21 *Confinia vel confines sunt termini exclusiui a re confinata, nec de iuribus illius appellatur.*

22 *Termini rei limitatæ pars non dicuntur.*

23 *Confines stantes, & data tempore venditionis attendi debent.*

24 *Confinia tempore venditionis mutata non præsumuntur sed in eodem statu stetisse & adesse.*

25 *Venditio dicitur facta de omnibus terris contentis intra fines expressos etiam si sint vltra ingera enuntiata.*

26 *Venditio prædij quæ nõ continet aggerem nec ripam Padi, multo minus glaream plagam, vel alluuionem.*

27 *Venditor si tempore contractus non possidebat glaream plagam, vel alluuionem, & constat glareã fuisse maioris quantitatis, quam fuerit fundus principalis illa non venit in dicto contractu.*

28 *Quantitas, & qualitas pretij demonstrant an habita fuerit ratio incrementi, vel alluuionis, nec ne.*

29 *Ager limitatus non admittit ius alluuionis.*

30 *Augmentum accedens non auget bona, & terminos si potest separari.*

31 *Enuntiatio finium ponitur ad demonstrandum, eorum tamen natura non impedit futuras accessiones.*

32 *Augmentum quod aderat tempore contractus cedit emptori non venditori.*

33 *Alluuio superueniens fundo empto cedit emptoris commodo, cui etiam cedit periculum corrosionis.*

34 *Augmentum & diminutio ad illum spectat ad quem & diminutio, prout aqua & naturalis proportio suadet.*

ARGVMENTVM.

An enuntiatio quantitatis iugerum operetur vt non veniant glareæ plagæ, seu alluuiones, & quid si post enuntiationem confinium sit posita quantitas iugerum, & si fuit dictum siue plus siue minus, an cedat commodo emptoris an augmentum quod aderat tempore contractus veniat in venditione, & si separari non potest quid si superuenerit, deciditur affirmatiue.

Late agitur materia acquisitionis per incrementum alluuionis.

CONSILIVM CLXXXIV.

Actiones meæ a Domino.



De anno 1595. Ven. Episcopatus Mãtuæ accepit tenutam seu possessionem cuiusdam Insulæ, seu Polesini siti in flumine Padi, & ante testatas prædiorum diuersorum cum flumine confinãtiũ. Cuius quidem Insulæ Episcopatus vti Dominus directi Inuestituram concessit Perillustri Domino Ludouico Panitiæ.

Dominus Amidanus prætendens illãm nõ esse Insulam, sed alluuionem adhærentem prędio suo recognito a venerabili Primiceriatu S. Andreæ, se opposuit præfatæ tenutę Episcopali, tandem fuit promulgata sententia per Dominum Commissarium Episcopatus tenutæ prædicta confirmatoria.

Quæ sententia exinde fuit confirmata á Reuerẽdiss. Vicario d. Episcopatus, & ex post per Reuerendiss. Vicarium Episcopatus Veronæ Delegatum Apostolicum.

Quibus tribus conformibus non obstantibus iterato nõ obtinuit Amidanus nouam delegationem, a Pontifice, Reuerendiss. Vicario Cremonæ. Coram quo durante controuersiã Iudiciali, imo lata quarta sententia trium antecedentium etiam confirmatoria. se conuenerũt prænotati Domini Panitia & Amidanus medio cuiusdam transactionis factæ de anno 1611. die 22. Februarij non obstantibus quatuor conformibus, quarum mentio fit in ipsamet transactione, in qua Dominus Panitia dedit partem illius Insulæ seu glareæ ipsi Amidano, habita licentia ab Episcopatu, & non aliter nec alio modo, nec non saluis iuribus Primiceriatus Sancti Andreę, a quo etiam fuit obtenta licentia faciendi dictam transactionem super glarea, seu alluuione controuersa, ita inquam cantant ipsa transactio, & licentia.

Pro maiori tamẽ declaratione infrascriptæ consultationis sciendum est, Dominam Laudomiam de Ascẽdis de anno 1603. die 17. Decembris vendidisse (saluis iuribus Primiceriatus) Domino Bonicello, omnia iura sua, vtile dominium, & melioramenta, quæ habebat in vna petia terræ Bobulcarum circiter quinquãginta quinque, subdens quod eadem petia terræ alias erat Bobulcarum centum & quinque sed propter Padi corrosionem diminutam & reductam

reductam ad iugera quinquaginta quinque.

Successiue de anno 1604.die 19. Ianuarij idem Bonicellus vendidit Domino Ioanni Baptistæ Amidano vti, & tamquam procuratori Dominæ Margaritæ Parochinæ eius vxoris vtile dominium, & melioramenta omniaque Iura, quæ habet in dicta petia terræ, quæ alias erat bobulcarum centum & quinque in circa, sed nunc circiter bobulcarum quinquaginta quinque, cum residuum fuerit a Pado diminutum, & ab habita licentia Primiceriatus, &c.

Tandem præfata Domina Laudomia de anno 1607.die 13.Martij, ad instantiam quorũ interest &c.declarauit. Quod in venditione facta per ipsam prænominato Bonicello sub die 17.Decembris 1603.de petia terræ confinata vt in Instrumento dictæ venditionis non intẽdit vendidisse nisi quantitatem expressam in d.Instrumento.nec vltra dictos confines, & incipiendo a terris fratrum de Bondiolis,& progrediẽdo versus Padum vsq; ad primam aquã vbi Padus antiquitus transibat,& decurtebat & non vltra,cum intra confinia,de quibus in venditione,extet quantitas bobulcarum præcisa vendita, vt in dicto Instrumento venditionis.

Quæritur modo, An in venditione illa facta per D. Laudomiam Domino Domicello, & per Domicellum Dominæ Parochinæ medio Domini Amidani eius viri, includatur portio Insulæ seu glareæ,vel alluuionis controuersæ, ac prætensæ per Dominam Parochinã in præiudicium Domini Paniriæ.

Quo in casu videtur distingui posse, quod Aut agitur de Insula, seu Polesino vndiquè aquis circundato ab origine. Aut de alluuione; & si agitur de alluuione, aut agitur de alluuione originaliter initum habenti iuxta, & apud testatam Insulæ,& deinde extensam, ac iunctam testatis prædij Parochinę siti citra ripam,seu aggerem Padi, Aut de alluuione verè initiata iuxta prædium Parochinæ. Et quando etiam agitur de alluuione initiata iuxta testatam prędij Parochinæ distingui debet, An tẽpore emptionis prędij per Parochinam de qua supra,iam aderat alluuio,An vero superuenerit,seu accesserit post contractum per nouum incrementum.

Primo in casu si agitur de Insulã seu Pole-
1 sino,cum flumen Padi † nauigabile hodie sit de Regalibus,vt constat ex tit. Quæ sint Regalia in vsib feud.& late tractant Doct.in eo tit. quibus addo Sixtũ de Regal.lib.2.cap.3. Borell.de præstant. Reg. Caroli.c.8. & nos alias probauimus conf.91.num.6.seq.quod Insulæ natæ in huiusmodi fluminibus etiam reputentur quid regale,cum accessorium sequatur na-
2 turã sui principalis,& quod Iuris † est de principali idem est de illius augmento,& in terminis ita tradit Sixtus de Rega.d.cap.3.num.29. Nimirum si hodiernis diebus Venerabilis Episcopatus efficitur Dominus talium Insularum nascentium in flumine Padi lambentis per territorium Mantuanum, siue ex Imperiali largitione siue Mantuanorum Principum priuilegio,vt est notissimum, & consequẽter quo
3 ad Insulas prædictas correctum est Ius † commune adiudicans incrementum insularum possidentibus prædia prope ripam ad ratam frontis prædiorum iuxta l.adeo.§.insula.ff.acq.rerum dom.& late discurrit Aym. de alluuio. li. 2.cap.8.num.4.& lib.3.cap.2.in prin. & §. 1. & cap.5.num.23.

Secundo in casu, nempe quando agitur de
4 alluuione † originaliter adiecta insulæ & tunc acquiritur Domino Insulæ, seu insulam possidenti,& consequenter illi qui fuit de Insula inuestitus,quia propter vnum quodq; tale, & illud magis.l.insula in prin.l.penit. §. paulus.ff. acq.rer.dom.Benincas.de alluuio.nu.12. Bursa.conf.230.num.4.& 5. Nec releuat,quod talis alluuio,ex cursu diuturni temporis in longum se protendens ac se dilatando, coniunxerit cum testatis aliorum prædiorum a personis
5 diuersis possessorum, quia integra † remanet prioris domini, cuius fundo originaliter adhæsit nulla ratione habita extensionis,vel latitudinis iuxta frontem aliorum agrorum l. adeo. §.præterea l.insula nata.ff.acqu.rer.domi.Bursa.d.conf.230.num.7.& 10.vbi alios adducit Aym.de alluuio lib.3.cap.2 §.1.num.9.

Tertio in casu quando tempore empti prędij iam aderat alluuio,& in eodem statu respectu eius initij & originis in quo etiam hodie reperitur supposito quod habuerit originem saltem pro parte iuxta frontem dicti agri empti per Dominam Parochinam.

Et videtur dicendum illam alluuionem esse
6 propriam Parochinæ. Quia alluuio † sequitur Ius fundi Glos.in vers. Alluuio in l.si Titio. ff.
7 vsufr.Bertaz.conf.ciuil.62.num.7.8. subdens alluuionem accrescere rei non personæ ex §. præterea Instit.de rer.diuis. Aym. de alluuio. lib.1.cap.2.num.4.& cap.5.num.8.& cap.10 §.1.num.4. Adeo quod augmentum alluuio-
8 nis † ita possidetur sicuti prior agger l.3.ff.acq. poss.Burs.conf.230.num.4. Nizzo.allegat.40 Mantic.de tacit.conuen.lib.4.tit.34.nu.125. Rim.Iun.conf.504.num.2.& conf.237.nu. 9.10.& conf.668.num.13.14.Thesaur. deci.
9 140.Et rem vnit alluuio † nedum respectu dominij,sed etiam respectu possessionis.l.adeo.§. præterea.ff.acq.rer.domin.Mari.Angiuss.cõs. 90.num.4. Peregri de mo.fi.acqu.poss.nu.93. & de fideico.art.10.num.22.& seq. Cum ta-
10 lis acquisitio † procedat a Iure gentium Maz-

zol.conf.

zol.conſ.118.num.1.Nizzol. allegat. 40. nu.
11 21.id eſt, † nulla intercedente hominis opera
tione Rim.Iun.conſ.667.num.9.10.fitque ta
12 lis acquiſitio † & augmentum pro modo lati-
tudinis fundi exiſtentis prope fluminis Ripam
id eſt, pro rata quantitatis prędij quod in fron
te fluminis eſt §.Inſulæ Inſt. terum diui.l. in-
ter eos ff.acq.rer.domi.Mazzol. conſ.118.nu.
7.8.Menoch.de arbi.Iudi.caſu 245.num. 67.
Benicaſſ.de alluuio.num.11.Aym.de alluuio.
lib.2.cap.8.num.15.& lib.3.cap.2.num. 1. &
ſeq.Burſ.conſ.230.nu.6.Rim.Iun.conſ. 237.
13 col.1.Pactaq; & conuentiones † initæ quo ad
fundum extenduntur ad alluuionem, & in eo
loco in quo prędium regiſtratum,& in æſtimo
ponitur in quo prædium ipſum antiquum re-
giſtratur,vt poſt Natt.& alios firmat Coſt. de
Rota q.11.num.4.5.Et talis incrementi Inue
14 ſtituram non cogitur ſuſcipere Vaſſ. † Aym.
de alluui. lib.2. cap.11.nu. 16. quia cenſetur
pars primi agri non autem nouus ager,& idcir
15 co dicitur poſſideri † ſimul cum agro priore l.
quarta.ff.iur.dot.& poſt Aym. tradit Rimin.
Iun.d.conſ.667.num.14. Prædictaq; indubi-
tate dicuntur militare in præſenti caſu, iu
quo ager venditus fuit ad corpus,& nō ad mē-
16 ſuram,quia tunc integritas † terræ conſiſtit in
ſe ipſa non in menſura,vt poſt alios docet Fa-
bia.de Mont.de empt.quæſt.6.num.20.Bald.
in rubr.C.de emptio.num.42.& 43. Imo fuit
17 dictum, † quod ſi fundus erit plus cedat em-
ptoris commodo,& incommodo ſi erit minus,
nam tunc nulla ratio quantitatum iugerū ex-
preſſarum haberi debet,Capi.deci.14.num.1.
verſ.Non putarem ſola in antiq.conſtit.Pede.
tit.de cenſ.ſolut.Decret.omnibus Gloſ. vnica
primæ part.nu.14.15.conferunt dicta per Ber
taz.de Inſtr.clauſul.20.Gloſſ.20.num. 2. ante
fin.Et ſtante enuntiatione iugerum poſt decla
18 rationem confinium, tunc dicitur venditio †
facta ad corpus,& non habetur ratio augmen-
ti Capic.deciſ. 14.num.2.Nec per expreſſionē
19 † certorum confinium probatur negatiua, nē-
pe alia bona vltra expreſſa in contractu nō cō-
prehendi, vt tradit Crau.conſ.911.num.13.

Contrarium tamen eſt verius in præſenti
facti ſpecie,pro cuius dilucidatione ſciendum
eſt,quod tempore emptionis Dominæ Paro-
chinæ duo aderant alueï fluminis Padi, vnus
antiquior,per quem antiquitus alias flumē Pa
di nauigabile decurrebat, cuius cauſa tūc tem
poris contigit corroſio prædij empti enūtiata
in Inſtrumento emptoris.Et alueus nouus Pa-
di in præſentiarum nauigabilis,inter quos al-
ueos tempore dictæ emptionis,& hodie etiam
ſita eſt petia terræ controuerſa ſiue ſit Inſula,
ſiue alluuio,quæ nullatenus dici poteſt com-
præhenſa in dicto cōtractu,quia Dominæ Pa-
rochinæ fuit venditus ager limitatus, ac certū
prædium,& terminata iugerum quantitas, me
rito ad maiorem quantitatem non eſt exten-
denda venditio,maxime cum nulla fuerit fa-
cta mentio alluuionis ſeu incrementi tunc exi
ſtentis,ſed potius diminutionis,& decremen-
ti a fluminis corroſione cauſati, vt ex lectura
Inſtrumenti contractus ſecernitur. Idque tan-
to magis dicendum eſt accedente declaratio-
ne Dominæ Laudemiæ a qua cauſam habuit
Bonicellus author Dominæ Parochinæ, nēpe
quod numquam habuit animum vendendi
maiorem quantitatem agri quam fuerit in In-
ſtrumento enuntiatum,& idem Bonicellus eā-
dem quantitatem prædij corroſi, & ſub eiſdē
confinibus vendidit Parochinæ, quo in caſu,
data veritate motiui, vt alluuio dicatur pars
primi agri, vtique non totus ager,ſed pars tā-
20 tum agri † limitati fuit vendita,& conſequen
ter antiquus ager iugerum circiter quinqua-
ginta tantum venit in contractu, & non vltra
l.in agris.ff.acq.rer.domi.Benincaſ.de alluuio
num.14.cum alijs infra citatis in princ.quarti
21 caſus.Quia confinia vel confines † ſunt termi
ni excluſiui a re cōfinata,nec de iuribus illius
appellatur,vt poſt alios notat Rim.Iun. conſ.
22 421.num.67. Et termini † rei limitatæ pars
non dicuntur Hier.de Mont.de fin.reg.ca.15.
23 in fin. Et attendi debent confines † ſtantes,&
dati tempore venditionis,idem Rim.Iun.cōſ.
24 449.num.2.quę confinia † a tempore dictę vē
ditionis mutata non præſumuntur, ſed in eo-
dem ſtatu ſteriſſe & adeſſe l.in finalibus. ff. fi.
reg.Bertaz.de Inſtrum.clauſ.20.Glo.40. De-
cia.conſ.44.num.20,in 1. Aldo.conſ.63.nu-
25 me.12.Concedimus enim D.Parochinæ † om
nes terras contentas inter fines expreſſos etiā
ſi ſint vltra quinquaginta iugera (euitando di
ſtinct.Oldrad.conſ.197. de qua late Torniol.
conſ.7.& 9.Rimin.Iun.conſ.448. Surd.conſ.
366.) negamus tamen accrementa, ſi quę tūc
tēporis fuerint annexa illis quinquaginta Iu-
geribus illi deberi. Tum quia in illo contra-
ctu fuit habita ratio decrementi,& corroſionis
Padi,non autem alicuius augmēti vel alluuio-
nis, tum quia ſi alluuio dicitur idem ager cū
agro veteri,ergo pars agri tantum fuit vendi-
ta aſcendens ad quinquaginta iugera,non au-
tem totus ager, tum etiam quia flumen Padi
fuit datum pro vno ex 4.confinibus prædij vē
26 diti,† quo in caſu non continetur ager nec ri-
pa Padi contenta in contractu, multominus
glarea plaga,vel alluuio.late Surd. conſ. 376.
27 maxime quando non conſtat venditorem † tē-
pore contractus glaream ripam, vel plagā ſeu
alluuionis incrementum poſſediſſe,& glaream
fuiſſe maioris quantitatis quam fuerit fundus
principalis, vt pulchre Surd. dicto conſ. 376.
num.

num.20.versic. Ad id vero quod dicitur,

Contraria tolluntur ex eo quod nil refert in casu isto an contrarius fuerit ad corpus, vel ad mensuram, nec an alluuio dicatur idem fundus cum agro veteri. Quia vt dictum est, agitur de nil dando vltra fines fundi limitati & a Pado diminuti, non autẽ adeo quod solius corrosionis, & nullatenus incrementi alicuius fuit habita ratio. Et ex qualitate pre-
28 tij † cognoscitur an augmenti fuerit habita ratio nec ne, Mantic. de tacit.conu. lib.4.tit. 17.num.27. Hier. de Mont.de fin. reg.capit. 95.num.5.Surd. cons.376 nu.12. Vnde cum pretium fuerit exiguum non potest argui vt partes intellexerint de tali incremento.

Quarto in casu videtur dicendum, quod cum venditus fuerit certus fundus certis iugeribus taxatus, ac certis finibus terminatus, illi nõ accrescãt alluuio, cum limitatio non se cõ-
29 patiatur cum augmento, & ideo in agris † limitatis ius alluuionis nõ agnoscitur l.in agris ff.acqu.rer.dom.Aym. de Alluuio.li.1.cap.2. num.7. & cap.17. per totum Moroti. consil. 10. num. 12.Senincas. de Alluuio.nume. 14. Rim.Iun.consil.504.nu.29.& seq.Bertaz.consil.ciuil.72.nu.2. iunct.nu.14.15.dicens, qđ
30 augmentum † accedens non auget bona, & terminos suos, si potest separari, & idcirco in re limitata, & particulari non iuuat alluuio illi ad hærens.

E conuerso autem dicitur, quod enuncia-
31 tio † finium ponitur ad demonstrandum, eorum tamen natura non impedit futuras auersiones secundum Bald.in c.1.§.si quis de manso.col.2.de contr.inuest. & ideo non sequitur
32 quod augmentum † quod non aderat tẽpore contractus cedat venditori, non autem emptori, cum hoc falsum asseueret Decia.cons.123. nu.89.in 3.Rim.Iun.cons.504.n.25.26.Quo
33 circa fatendum est, ꝙ alluuio † superueniens fundo empto cedat cõmodo emptoris, cui ẽt cedit periculũ corrosionis textus in l.id quod post emptionem C.pericu. & com.rei vend. l. Iulianus,§. si Titius vbi Gl.& Doct.ff.action. empt.§.sed si post emptionem Inst.empt. Decian.& Rim.Iun. in locis mox allegatis Benincas.de Alluuio.num. 5.Areti.in §.cum autem emptio.num.2.Inst.empt.late Natt.cõs.286 nu.5.vsque ad fi.Bertaz.de Instrum.palus.20. Glos.28.nu.4.Fabia.de Mont. de emptio. qu. 6.nu.18.in fin.Mantic. de tacit. conuent.lib.
34 4.tit.16.nu.50.Nam augmenti, † & diminutionis æqua ac naturalis est proportio, vt ad illum spectat augmentum ad quem & diminutio Peregri.de fidei.art. 10.nu.29.Idque procedit etiamsi fundus emptus fuerit emphyteuticus, vt late tuetur Valasc.de Iure emphyt.q. 16.Aym.de Alluuio.lib.2.c.12.Rim.iun.consil.504.nu.27.Benincas.de Alluuio.nu.5.vbi de communi testatur Redoa. de rebus eccles. nõ alien.qu.71.Corbul.de caducit. ob non solut.can.ampl.45.Costa de Rata. q.11. nu. 9. Contrarium declinatur ex eo, quia nõ agitur de agro limitato, sed agro absolute vendito, & ad corpus, quod recipit augmentum.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus seu Camera Principis non potest vendicare res in commissum lapsas ob omissam denunciationem ex causa dacij exigendi post curriculum quinquennij capti a die omissæ, & respectiue debita denunciationis.*
2 *Donataria vxor est digna excusatione in materia Instrumenti, & dacij denunciandi.*
3 *Minor excusatur medio restitutionis in integrũ a commisso cum cesset dolus.*
4 *Statutum inducens nullitatem & pœnam in casum huiusmodi omissionis est exorbitans.*
5 *Confirmatio actus dat simpliciter robur actui, cõfirmando prius habitum, & possessum, non autẽ inducit nouum actum, seu nouam dationem.*
6 *Euentus posterior formatur a primordio tituli.*
7 *Confirmatio habet naturam accessoriam ad illud quod confirmatur.*
8 *Confirmatio dicitur iuris iam quæsiti roboratio.*
9 *Approbatio & confirmatio semper intelligitur, secundum qualitates rei confirmatæ.*
10 *Locus attenditur in quo primo fuit facta conuentio, vel contractus formatus ad dignoscendum, an gabella debeatur.*
11 *Donatio probatur per testes, & valet etiamsi Instrumentum annulletur, cum aliud sit instrumentum, aliud contractus enunciatus in ipso Instrumento.*
12 *Cõtractus remanet in suo robore annullato Instrumento per gabellam non denunciatam.*
13 *Contractus annullatur cum maiori iuris offensione, quam instrumentum.*
14 *Gabella est onus consecutiuũ cõtractus, seu onus conuentionis vel oblig. non aũt onus rei tradendæ.*
15 *Solutio dacij pertinet ad solemnitatem contractus*
16 *Locus inspici debet, quoad solemnitatem contractus, ita debet inspici, quoad solutionem dacij.*
17 *Locus attenditur. in quo fit contractus ad dacij solutionem faciendam.*
18 *Statutũ in pœnalib. non extenditur, cũ sit odiosũ.*
19 *Fraudans licitum dacium peccat mortaliter.*
20 *Fraus, & delictum non præsumitur.*
21 *Dacium non solitum solus in certo casu, omittens non tenetur ad pœnam.*
22 *Conductor succedens in locatione dacij non potest opponi de omissa denunciatione incursa sub suo prædecessore.*

23 *Pœna fraudata gabella ad hæredes fraudantis transit.*

24 *Pœna non transit ad hæredes fraudantis gabellā, quando vltra quinquennium fuit prorogata petitio pœna.*

35 *Petitio commissi incursi admittitur, quando iudicium motum fuit per Dacterium viuo frandāte, alias secus.*

26 *Pœna quando imponitur, non ipso iure, sed requiritur sententia, persecutio pœna non transit ad hæredes.*

27 *Dolus quando non est ita probabilis, tenetur fraudans ad dacium duplicatum, & non vltra.*

28 *Iuramentum inquisiti probat iustum errorem, & ignorantiam.*

29 *Defensiones multa simul iuncta, & considerata si non mouent Iudicem ad absoluendum indebite inquisitum, attamen simul iuncta omnino iuuare debent.*

ARGVMENTVM.

Stantibus statutis Mantuæ, in quibus cauetur, quod omnia instrumenta obnoxia dacio, etiā rogata per Notarios matriculatos in Collegio Mantuano, & extra Dominium Mantuanum habitantes sint nulla, nec aliquis illis vti possit, sub pęna amissionis rerum contractarum, & etiam pretij, si nō fuerint denunciati infra mensem postquam cō trahētes in dominio Mātuano se receperīt, an habeant locum in instrumento donationis facto per Notarium forensem, & confirmato, & roborato per Notarium matriculatum in Collegio Mantuano.

An successor in dacio possit opponere hæc, & quid si lapsum sit quinquennium, & fraudans sit defunctus, an pœna commissi transeat ad hæredes.

CONSILIVM CLXXXV.

Actiones meæ à Domino.



Vti omnino redduntur a Camerali molestia Domini Fantocij, illis illata sub prætextu omissæ denunciationis Instrumēti donationis alias factæ per Dominum Philippū Fantocium de oppido Rolij Dominæ Lauræ eius vxori, & in loco Rolij, vsq; de anno 1581 ex rogitu Notarij Corigiensis, & non matriculati in Ciuitate Mantuæ.

Non obstantibus statuto, & proclamate editis vno sub die 28. Iunij. 1571. Altero sub die tertia Septembris, 1602. Quibus cauetur. Quod oīa Instrumenta obnoxia Dacio &c. etiā rogata per Notarios matriculatos in Collegio Mantuano & extra dominium Mantuanum habitantes, sint nulla, nec aliquis illis vti possit sub pęna amissionis rerum contractarū, & etiam pretij, si non fuerint denunciata infra mensem, postquam contrahentes in Dominio Mantuæ se receperint.

Nam vt dixi donatio illa fuit facta de anno 1581. Quæ ab Vxore fuit acceptata de anno 1593. Quarum donationis, & acceptationis Instrumenta fuerunt in iudicio producta per Procuratorem Dominorum prædictorum de Fantocijs sub die 11. Martij 1598. Super quorum validitate diu fuit disceptatum, & super eorum subsistentia fuerunt prolatæ sentētiæ, vt in actis. Denuo sub die 9. Decembris, 1613. Fuit producta noua petitio ex parte Cameræ fundata ī dictis statuto, & ordine, quasi quod bona illa donata ob omissam præfatam denunciationem, in commissum inciderint vltra contractus nullitatem.

Quæ tamen petitio commiuatoria nullius est ponderis ex pluribus. Et

Primo obstante quinquennali pręscriptione, quæ reddit tutos ipsos Fātocios a commisso: quia post diem perpetrati commissi vsque ad diem petitionis transiere anni quatuordecim, & vltra. Et tamen iure cautum est, fiscū,
1 vel † Cameram Principis non posse vendicare
res in commissum lapsas ob omissam denunciationem ex causa dacij exigendi post curriculum quinquennij cępti a die omissæ, & respectiue debitæ denunciationis. l. neque vbi Doct. C. vectigal. l. 2. C. publican. vbi Bartol. Alex. consil. 206. num. 6. in 6. alios addit Mascard. de probat. conclus. 836. Peregrin. de iure fisci. lib. 7. tit. 8. num. 28. & de communi testatur Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 6. num. 186. Rosent. de feud. cap. 5. conclus. 42. qui alios congeruut concordantes, addo Bertaz. consil. crim. num. 3. & 175. num. 6.

Secundo, quia si attendatur ipsa vxor do-
2 nataria † est digna excusatione in materia in-
strumenti, & dacij denunciandi, vt pulchre docet post alios Sixtin. dicto cap. 6. nu. 182.

Tertio tempore vsus dictorum instrumentorum in iudicio saltem vnus illorum de Fantocijs erat minor ann. 25. Et ideo cessante dolo medio restitutionis in integrum petitæ ex-
3 cusari † debent a commisso. l. si ex causa, ff. minor. Sixti. vbi sup. num. 185. & in indiuiduo istius puncti. Soc. iun. cons. 130. nu. 33. & seq. in 3. dicēs, minorē excusari a tali denūciatione
4 omissa, cū statutū † istud inducēs nullitatē, & pęnā in casū hmōi omissionis, sit exorbitans.

Quarto aduertatur; statuta illa se restringere

gere ad instrumenta rogata per Notarios Mantuæ matriculatos, sed donatio fuit rogata per Notarium forensem non matriculatum. Nec dicatur, confirmationis, seu acceptionis instrumentum fuisse rogatum per Notarium Mantuanum, quia Instrumentum approbationis non subiacet alicui Dacio,
5 ex quo confirmatio † actus dat simpliciter robur actui confirmando prius habitum, & possessum, non autem inducit nouum actum, seu nouam dationem.c.Inter dilectos.§.Porro de fid.Instrum. & a primordio tituli posterior
6 formatur euentus † vt in proposito tradit Roland.consi.98.n.19. in 3. Quando enim actus ab initio omnino nullus non est, subsequens
7 actus confirmatio† non inducit aliquid noui, sed actui robur addit,& habet naturam accessoriam ad illud, quod confirmatur. Mandel. cons.382.nu.37.Purp. & alii in l.more. ff. iu-
8 risd.om.Iud.& ideo confirmatio † dicitur Iuris iam quæsiti roboratio.Gigan.consi.5. nu.
9 10. Quo fit, vt approbatio, † & confirmatio semper intelligatur secundum qualitates rei confirmatæ.Onde. cons.86.n.9. in 2. Aldou. cons.110.nu.22.Et in proposito isto de gabellæ solutione,dixit Bal. in l. vniuersa in fin. C. precibus Imp.offer.Quod si contractus,vel instrumentum alibi renouetur, quod attenditur
10 locus,† in quo primo fuit facta conuentio,vel contractus formatus,ad dignoscendum an gabella debeatur,sequitur Gabr. tit.de consuetud.conclus.2.n.17. tanto magis ex quo talis acceptatio vxoris, pro qua antea Notarius eius nomine donationem stipulauit, non erat necessaria ad validitatem donationis. Surd. decis. 111.

Quinto. Duo capita continent dicta Statuta, nempe nullitatis Instrumenti, & pęnæ in casum vsus ipsius Instrumenti.

Quo ad Primum caput;licet annulletur Instrumentum donationis, attamen non dicitur annullata donatio,quo fit, vt licet per statutũ
11 tollatur probatio donationis † per Instrumẽtum,attamen poterit probari per testes,& semper validus erit contractus ipse, cum aliud sit Instrumentum, aliud contractus enunciatus in Instrumento, [quid quid dixerir Bald.in l. seruum filij.§.eum qui.ff.leg.1.]ita post Bart. Imol.Cuman.Castr.& alios tradit Suarez. in l.post rem iudicatã in sexta principali limitatione.ff.rei iudic.late Magon.decis.Flor.137. qui omnes probant,quod annullato Instrumẽto per gabellam non denunciatam, adhuc in
12 suo robore remanet contractus† ipse Surd.decis.43.num.3.& nu.12.vbi ait, non tenere illationem de Instrumento ad cõtractum, quia
13 contractus † annullatur cum maiore iuris offensione, quam si annullaretur Instrumentũ:

conferunt tradita per eundem Surd. decis. 277.colum. prima. Quo ad secundum, nempe quo ad vsum in Iudicio &c. Responderur pœnam illam vsus ante denunciationem pror sus tolli in præsenti casu, tum ex minoritate, tum etiam ex præscriptione,ac alijs mox allegatis. Hoc insuper addito, quod isti Domini Fantocii sunt forenses,nec habitant in territorio Mantuano. Et in loco Rolij, vbi fuit factus coutractus donationis, non soluitur Datium pro Instrumentis contractuum. Vnde sequitur,illos non teneri ad talem denunciationem,& gabellam,etiam si agatur, de re sita in territorio Mantuano, quia hoc in casu gabel-
14 la † ista est onus consecutiuum cõtractus, seu onus conuentionis, vel obligationis non autem onus rei tradendæ, ita Bald. in l.1.C.vbi conue.qui cert.in quarta quæstione & in l.magis puto.§.illud.ff.rebus eorum qui sub tut.& ita in terminis firmat Caccialup. in l. cunctos populos,nu.97.C. Sum.Trinit.subdens etiã,
15 huiusmodi solutionem † Dacii pertinere ad firmitatem contractus,& ideo sicuti ad solem-
16 nitatem debet inspici locus. † vbi fit contractus,ita debet inspici idem locus quo ad Dacij solutionem. Bertaz.cons.crim.519. nume. 2. vbi additur, alios adit, & sequitur Mascard. iun.de statut.conclus.7.nu.7.vbi post alios attestatur, hanc esse receptiorem sententiam idem probat numero 13.& ibidem nume.14. post Decian. & alios,extendit conclusionem istam nedum procedere respectu contractus principalis,sed etiam respectu omnium dependentium ab eo, in quibus omnibus debet attendi locus contractus principalis; Vnde infero idem dicendum etiam quo ad Instrumentum acceptationis ipsius donationis, vt supra tetigi, in quarto fundamenro, prædictaque indubitate procedunt in statuto explicite dictante, vt de Instrumento ipso soluatur gabella, vt in casu isto, nam dubio procul ad talem solutionem faciendam, vel non, attenditur
17 locus, † in quo fit Instrumentum, Bertachin. Gabell. part. 6. principali versiculo Secundo quæro. Mascard. d.concl.7:num.8.9.

Quinimo statutum limitatur, ad Instrumenta rogata per Notarios matriculatos in Collegio Mantuæ, ergo ad Notarios foren-
18 ses non extenditur, † cum in pęnalibus non fiat extensio, & versemur in statuto odioso, Bertazol. consilio criminalis 519. in fin. Deci.consil. 457. num.6.& num. 8. & dixi supra in calce tertij fundamenti.

Sexto non constat, quod in simili casu vnquam fuerit soluta gabella, nec quod fuerit facta denunciatio vigore talis statuti, idque debet probari a Gabellario,vel a Camera prætendente, nam casus commissi ob fraudem gabel-

gabellæ debet à prætendentibus pęnam com-
19 missi probari. Quia fraudans † licitum daciũ
peccat mortaliter Sixtin.de Regal.lib. 2. c. 6.
20 num.161.& seq.& fraus, † vel delictum non
præsumitur iuribus notis.Sixtin.d.cap.6.numero 195.

At quando non est solitum solui dacitum
21 in certo casu, non potest quis teneri ad pęnã
ita Bald.cons.340.num.4.in 5.cum concord.
8.per Bertaz.cons.crim.193.num.4.5.dicens
circa hoc debere attendi consuetudinem.Imo
notorium est, numquam contrahentes solere
denunciare instrumenta, sed solos Notarios,
ergo illi soli ex illorum culpa sunt plectendi,
non alij contra solitam obseruãtiam vndiquę
notissimam in statu Mantuano.

Insuper aduertatur,quod,si sub alio antecedente conductore fuit perpetratum commissum, & incursa pęna ob omnissam denuncia-
22 tionẽ Instrumẽti,ab altero Conductore † succedente in locatione Dacij non potest apponi.Ioan.de Amic.cons.110.nu. 25. Boer. decis.5.nu.20.21.Bertaz.consil.crim. 546. numero 7.

Septimo principaliter cõsidero: quod licet
23 pęna † fraudatæ gabellæ ad hæredes fraudantis transeat.l.commissa.l.fraudati, vbi Bartol. Castr.& alij.ff.publican.l.2. C.vectig.
24 Declaratur tamen non procedere † quando
vltra quinquennium elapsum prorogata fuit petitio pęnę,vt dixi sup.in primo fundamẽto, & in puncto docet Peregr.de Iure fisci. lib. 4. tit.5.num.42.vt in præsenti casu.
25 Declaratur secundo id admitti, † quando iu
dicium commissi incursi, ac quæstio pęnæ incursæ, & per Daciarium prætensæ,fuit motũ, viuo fraudante,alias secus.l.fi.§.pœnæ.ff. publica.Sixtin.d.cap.6.num.167.

Declaratur tertio, quando talis pęna irrogata fuit ipso iure absque cõdemnatione, sed
26 † quando imponitur non ipso iure,sed requiritur sententia,tunc non trãsit pęnæ persecutio contra hæredes,ita pulchre Cæpol.cons.ciuil. 59.nu.5.Peregr.d.tit.5.nu.42.in fin.

Octauo Domini Fantocij sunt forenses, & ignorantes talium statutorum,& agitur de Instrumento in oppido Rolij celebrato,& cuius notitia nunquam fuit habita in dominio Mãt. ante Instrumentum acceptationis, & ita post annos duodecim. Et sunt hæredes ipsius donatticis,non ergo possunt dici dolosi,& maxime concurrentibus omnibus præallegatis. Et quando error, vel ignorãtia probabilis adest, totalem probat excusationem a pœna fraudatæ gabellæ. Et quando non esset ita probabi-
27 lis, † teneretur fraudans ad Dacium duplicatum,& non vltra. Peregrin. de Iur. fisci.lib.6.
28 tit.5.num.35. subdens per Iuramentum † inquisiti probari iustum errorem, & ignorãtiã. Rosent.de feud.cap.5.conclus.37.num.2. Cacher.decis.71.num. 17.Sixtin. de Regal. d.c. 6.num. 193.& adest textus notus in l.fin.§.de ui quoque.ff.publican.

Et dixit in indiuiduo istius puncti Socin. iun.cons.130. in fin.in 3. quod si singulæ di-
29 sensiones sic vt supra consideratæ non mouẽt Iudicem ad absoluendum indebite inquisitũ, attamen simul iunctæ oĩo iuuare debẽt, &c.

Laus Leo.

Carolus Bardelonus.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Soluendum non est illi,qui non potest a debito liberare.*

2 *Soluens negligenter minime liberatur.*

3 *Solutio facta ei,cui iure facienda non erat,habetur perinde ac si facta non fuisset.*

4 *Solutio fieri debet soli vero Domino, vel illius,vero procuratori.*

5 *Cessionarius per cessionem efficitur creditor debitoris cessi*

6 *Cedens potest debitum cessum exigere. & de exacta quietare quando non interuenit vnum ex tribus ennunciatis.*

7 *Cedens ponens cessionarium in locum suum, non potest de cætero amplius creditum exigere, & debitorem soluentem liberare.*

8 *Cedens non potest post cessionem exigere, nec soluentem liberare.*

9 *Confessio recepti facta per cedentem,nihil operatur nec obest cessionario.*

10 *Cessionarius dicitur verus dominus, quando cedens constituit eum procuratorem in rem propriam.*

11 *Cessionarius dicitur verus Dominus,quando cedens iurauit non contrauenire cum amplissimis verbis.*

12 *Soluens contra propriam conscientiam non est liberatus.*

13 *Soluens cedenti potest agere actione indebiti contra cedentem cui soluit, ne remaneat in damno.*

14 *Damna,quæ quis prætendit debent probari præcise,& immediate,non ob aliam causam.*

15 *Promissor indemnitatis non tenetur stipulatori, donec potest aliunde sibi prouideri, & habet aliud,ex quo possit sibi consulere.*

16 *Promissio indemnitatis tunc dicitur commissa, quando damno aliquo modo vitari nequit.*

17 *Debitor non interpellatus, quando tempus est indeterminatum non dicitur morosus,nec obligatus ad damna passa.*

18 *Promissor indemnitatis non tenetur in aliquo si per stipulatorem non illi fuerit intimata molestia,*

stia. & damnum imminens, vel illatum.

19 *Stipulatio requiritur, ad essentiam fideiussoris, & etiam præsentia illius, cui fit fideiussio.*

20 *Stipulatio est necessaria ad hoc vt teneat fideiussio, ita etiam seruatur inter mercatores.*

21 *Conuentio non vestitur cohærentia contractus, quando non adest tunc stipulatio.*

22 *Consensus non datur ex voluntatibus tempore disiunctis.*

23 *Consensus requiritur in dissolutione contractus simultaneus, seu contemporaneus, sicuti in eius creatione.*

24 *Contractus consistit in extremo copulato nẽpe ex copula voluntatum, non ex voluntatibus tempore separatis.*

25 *Fideiussor non potest agere contra principalem reum nisi realem solutionem per numerationem probauerit, non sufficit ostendere fictam solutionem per confessionem creditoris, & hæc opinio redditur controuersa.*

26 *Fideiussor debet probare actualem solutionem, nec statur confessioni creditoris, quando patitur aliquam exceptionem.*

27 *Iudices debent esse oculati in non admittendo passim talem confessionem creditoris.*

28 *Fideiussor solutionem a se factam non notificans reo principali redditur suspectus de dolo, & nequit agere contra ipsum reum.*

29 *Fideiussor debet notificare reo solutionem a se factam, ne forte is iterum soluat.*

30 *Fideiussor repellitur quando per omissam denunciationem reus iterato soluit.*

31 *Fideiussor debet admonere, & occurrere reum principalem ne forte iterum soluat.*

32 *Solutio præsumitur, quando fideiussor est sagax, & diligens exactor, & lapsi sunt decem, & nouem anni.*

33 *Necessitas vrgens probari debet per fideiussorem, & non fingi.*

34 *Fideiussor præsumitur soluisse sponte, quando nõ constat de coactione, idcirco reus principalis nõ tenetur ad maius interesse.*

35 *Fideiussor debet opponere exceptiones competentes principali reo, & si non opponit, non debet audiri contra reum.*

36 *Debitores si sunt duo, & ad manus tantum vnius perueniant pecunia alter dicitur fideiussor.*

37 *Fideiussor proprie dicitur, qui stipulat indemnitatem.*

38 *Fideiussor totum debitum soluens creditori, non potest agere aduersus principalem debitorem ad consequendum solutum, non obtenta prius cessione a creditore recipiente pecuniam.*

ARGVMENTVM.

An cedens ponens cessionarium in locum suum, constituensq; illum procuratorẽ, vt in rem propriam, & iurans obseruare cessionem verbis triplicatis, & prægnantibus factam, possit exigere creditum cessum, & liberare debitorem.

Fideiussor debitoris cessi vt supra an soluẽs contra conscientiam cedenti possit agere contra principalem reum.

An solutio præsumatur, quãdo creditor est sagax, diligens in exigendo, & tacuit per viginti annos.

CONSILIVM CLXXXVI.

Actiones meæ a Domino.

DE anno 1589. sub die 13. Octobris D. Antonius Dardanus numerauit aureos ducentos in vrbe Romæ cuidam Iusto, &c. cũ onere soluendi, &c. ad societatem officij, &c. Pro quorum restitutione fideiusserũt principaliter, & in solidum ad commodũ dicti Dardani. DD. Ioannes Arriuabenus, & Comes Frãciscus Strozzius. Qui Arriuabenus promisit cõseruare indemnẽ præfatum Iustum, quos Iustum, & Arriuabenum ipse Strozzius, quia aureos prædictos acceperat, & habuerat pro sui vsu, promisit releuare indemnes, vt ex alio Instrumento eadem die celebrato in dicta Vrbe Romæ.

Die autem 14. præfati mẽsis Octobris, eiusdemque anni idem Dardanus sponte declarauit dictam societatem denariorum fuisse factam intuitu, & contemplatione D. Ioannis Baptistæ Gionfini, & de illius propriis pecunijs, ipsumque Dardanum nil aliud habere in dicto contractu nisi nudũ nomen, & ideo omnia iura sibi quomodolibet competentia contra quoscunque obligatos cessit, &c. d. Gionfino absenti, &c. ad habendum &c. Ponens &c. Constituens eundem procuratorem in rẽ propriam &c. Iurando tactis corporaliter scripturis, &c. & vt latius in prænotato Instrumento cessionis.

De Anno 1592. die 17. Februarij, d. Dardanus sponte consensit cassationi dictæ Societatis scutorum ducentorum, confitendo habuisse, & recepisse a D. Lælio Arriuabeno absente, &c. supradicta scuta ducenta vna cum fructibus decursis. De quibus quietauit, &c. Cum pacta &c. & iurauit, &c.

Contigit D. Strozzium fatis cessisse vsque de Anno 1594. Et cum fieret Iudicium secundi Decreti bonorum dicti Strozzij, comparuit Dominus Arriuabenus in dicto Iudicio sub die quarto Iunij 1611. pro conse-

quendã eius condemnitate tám respectu dictorum nũmorum ducentorũ, quam etiam respectu fructuum decursorum, & per ipsum Arriuabenum solutorum ad commodum ipsius Strozzij.

Qui D. Arriuabenus tandem direxit molestiam aduersus D. Antonium Bertiolum emptorem certarum terrarum ipsius Strozzij.

Contendit tamen dictus Bertiolus se ad nihilũ teneri, quidquid prędat D. Arriuabenus.

Primo, quia D. Arriuabenus incaute se gessit quatenus denarios illos Dardano soluerit, cum nullam validam liberationem debiti per eum soluti reportauerit, & non est soluendum
1 † illi qui non potest a debito liberare. Bald. cons. 250. nu. 2. in 4. Quia negligenter soluens
2 † minime liberatur. Crau. cons. 362. nu. 14. Bi
3 mi. cons. 50. num. 109. Et ideo solutio † facta ei, cui iure facienda non erat, habetur perinde ac si facta non fuisset. Cefal. consil. 24. nu. 4.
4 Bimi. d. cons. 50. nu. 111. Cum solutio † fieri debeat soli vero Domino, vel illius vero procuratori. l. si ego. ff. neg. gest. l. eius qui vbi Doct. ff. si cert. pet. late Becius cons. 19. col. 1. & ces-
5 sionarius † per cessionem efficitur creditor debitoris cessi. Torniol. cons. 9. num. 7. Trentacinque, consil. 17. nu. 22. in 2. In proposito modo infero, quod cum Dardanus cesserit omnia iura quomodolibet ad se spectantia D. Gionfino cessionario, ac vero Domino Scutorum illorum ducentorũ, ponendo ipsum cessionariũ in locum ipsiusmet cedentis, non potuit exigere a debitore creditum cessum; Qui enim ponit aliquem in locum suum, nedum dicitur cedere vtiles, & directas actiones, sed etiam ipsarum directarum exercitium, quo fit, vt etsi regulariter actiones directæ affixæ dicantur ossibus creditoris cedentis, quarum vigore non
6 obstante cessione adhuc potest † creditum exigere, & de exacto quietare, quando non interuenit vnum ex tribus enunciatis in l. 3. C. nouat. Botta. cons. 62. nu. 2. & in puncto Gozad. cons. 38. num. 8. Surd. cons. 22. nu. 8. Attamen quando cedens ponit cessionarium in locum suum, ille directæ actiones remanent inutiles, ac si non extarent, illarũq; exercitium ipsi cessionario dicitur demandatum, & consequen-
7 ter cedens † illarum vigore non potest de cætero amplius creditum exigere, & debitorem sibi soluentem liberare, ita Ang. in l. si cum emptore col. 1 vers. Et per hoc iam. ff. pact. dicẽs, ita consuluisse, & obtinuisse, subdens hoc esse notandum, & quotidianum, sequitur Crot. cons. 83. num. 12. in 1. Cachera. decis. 45. nu. 7. alios addit & sequitur. Surd. cõs. 22. nu. 35. idem probauit Botta. cons. 62. n. 13. & 16. Ios. Ludo. conclus. 4. declarat. 13.

Confirmatur cõclusio, ex quo vltra positionem cessionarij in locum suum declarauit pecuniam fuisse propriam Gionfini, & illius solius intuitu fuisse factam illam societatem, in illaque nil proprij ipsius Dardani interuenisse, nisi eius nudum, & simplex nomen, & ideo omnia iura sibi quomodolibet pertinentia, & cõtra quascunq; ꝑsonas cedere, &c. cũ plena, ampla, & generali potestate, & facultate, &c. & pro vt amplissime per verba vniuersalia triplicata legitur facta dicta cessio, seu declaratio quo in casu indubitate sequitur, cedentem
8 † non potuisse post cessionem exigere, nec soluẽtem liberare: ita Cepol. in caut. 190. dicẽs, hanc esse notabilem limitationem ad l. 3. C. nouat. & late prosequitur Surd. videndus. d. cons. 22. num. 36. & per totum consil. Botta. d. cons. 62. num. 8. vsque 13.
9 Et ideo confessio † recepti facta per cedentem in casu isto nil operatur, nec obest cessionario, alias esset in facultate cedentis confiteri, & cessionario præiudicare, idem Surd. d. cõsil. 22. nu. 29. & 30. & cons. 82. nu. 23. & n. 30.

Prædictaq; indubitate militãt in casu isto, in quo cedens constituit cessionarium etiam procuratorem in rem propriã, quo in casu ces-
10 sionarius † dicitur verus Dominus. Nar. cons. 628. nu. 23. Rim. Iun. cons. 65. nu. 23. Et quia
11 † cedens iurauit non contrauenire cum amplissimis verbis, vt post alios tradit Thesaur. decis. 201. num. 7. subdens, hoc in casu cedentem omni iure, omnique actione priuari, & ab ista declaratione numquam vidisse Doctissimus recedere.

Nec dicatur, D. Arriuabenum numquam habuisse scientiam formalem, & sufficientem præfatæ cessionis, & declarationis medio iuris seu ob intimationem prędictæ cessionis.

Quia respõdetur, quod cum talis cessio fuerit facta ad solum commodum, & vtilitatem solius cessionarij, non est necessarius huiusmodi scientiæ modus præcisus, sed sufficit ꝙ qualitercunque, seu quod aliquo modo sciuerit, vt in facto supponitur, nam quælibet scientia
12 illi nocuit, & ideo cum soluerit † contra propriam conscientiam, non fuit liberatus. latè Surd. d. cons. 22. nu. 43. 44.

Respondetur, secundo quod si cessus est penitus ignorans cessionis, attamen adhuc non dicitur liberatus soluendo cedẽti in casum huiusmodi cessionis ita qualificatæ, vt supr. sed
13 bene poterit agere † condictione indebiti aduersus cedentẽ, cui soluit, ne remaneat in damno, ita post Bart. consuluit Botta. cõs. 62. n. 16

Secundo principaliter asseuerat D. Arriuabenus sibi deberi multa damna passa ob cambia, & recambia. Circa quod aduertendum est, non sufficere ipsi Domino Arriuabeno allegare, & probare, se accepisse pecuniam

sub

sub cambijs,& fuisse plura damna passum,nisi in indiuiduo probet, recepisse dictam pecu-
14 niam, & passum fuisse illa damna † ob præcisam solutionem dictorum aureorum centum, & quod si illos aureos habuisset,seu sibi a Domino Strozzio fuissent soluti, illa damna non subijsset,& consequenter accepisse illam pecuniam ad cambium ea de causa præcise, & immediate, cum posset esse, vt aliam ob causam pecuniam super cambijs acceperit,& inde fuerit damnificatus,ita in puncto Mocdan.decis. 2.tit.de vsur.Honded.consi.50.num.30. vers. Quæ procederet non solum,in 1.Rim. Iun.cõsil.52.num.32.Noni.consi.82.nu.5.6.7.cum alijs per me congestis,consi.86.num.5.Botta. consil.57.numer.17.& communem enunciat Bimi.consi.137.num.20.& seq.Magon.decis. Flor.103.num.11.vbi ait,ita ad fauorem creditoris fuisse decisum,cum de hoc apparuerit, & probatum fuerit in processu.Hinc dicitur in proposito,non esse agendum contra promisso-
15 rem †indemnitatis,donec stipulator potest aliunde sibi prouidere, vel habet aliud, ex quo possit sibi consulere.Alex. consil.114.nu.2.in 3.Benint.decis.81.num.14.Ruin. consi.187.
16 num.4.in 1.dicens, promissionem † indemnitatis tunc tantum dici cõmissam,quando damnum aliquo modo vitari nequit.

Tertio in Instrumẽto creationis dictæ societatis,seu debiti aureorum ducentorũ,datur terminus trium mensium ad restituendam pecuniam,& ad dissoluendam societatem, sin minus vsque ad beneplacitum ambarum partiũ fore duraturam. Et ita lapso trimestri tempus fuit adiectum indeterminatum ad faciendam illam solutionem, seu restitutionem pecuniæ: vnde cum illud tempus dependens a beneplacito partium fuerit incertum, necessaria fuit interpellatio: At non cõstat Dominum Stroz-
17 zium † vnquam fuisse interpellatum nec à Gionfino,nec a D.Arriuabeno,merito non dicitur morosus,nec obligatus ad dãna passa.Rimi.iun.consil.89.n.1.2.& 18.Bott.cõs.85.n. 29.&nos latè deduximus.cõs.86.n.5.& 6.vbi adduxi,hanc esse ratioñẽ,quia si debitor fuisset præmonitus de tali magno damno, quod poterat emergere,sibi melius consulere potuisset,ac diligentius perpendere, num sibi fuerit expediens subiacere tali damno, & prout latius ibidem retuli.

Quarto Dominus Strozzius promisit conseruare indemnem Dominum Arriuabenum, cuius promissionis vigore agit iudicialiter ipse
18 met D.Arriuabenus, sed promissor † indemnitatis non tenetur in aliquo,si per stipulatorem non illi fuerit intimata molestia, & damnum immineus,vel illatum.Pomp.consi.393. nu.9.& consi.447.nu.19.

Quinto accedat, quod fideiussio facta a per D.D.Strozzium, & Arriuabenum ad cōminodum Dardani,seu Gionfini fuit facta,vel promissa absentibus dictis Dardano, & Gionfino, & consequenter nullius ponderis, ex quo ad essentiam fideiussionis requiritur stipula-
19 tio, † & ideo etiam præsentiam illius, cui fit fideiussio,l. blanditus, C. fideiuss. l.5. §.fatis acceptio,ff.verb.oblig.Cephal.consi.437. num.15.dicens hanc esse rationem : Quia fideiùssor non agit principaliter contractum iurisgentium, sed accessorie obligatur propter alium,& per obligationem diuersam,ac separatam a principali obligatione,adeo quod nõ
20 obligatur ex pacto nudo, sed stipulatio † est necessaria, sequitur Moroti.consil.49.nume. 7.8.late Mantic. de tacit.conuent.lib. 14.tit. 6.num.1.vsque 10. amplians,id procedere etiam de iure Canonico,& etiam in Curia Mercatorum.& lib. 16. titu. 5.num.1.& sequẽt. subdens, quod licet fideiussio sit contractus nominatus, non tamen solus consensus ad obligationem efficacem contrahendam suffice-
21 re potest,nec talis conuentio † vestitur cohærentia contractus,& dicto libr. 16.tit.6.num. 2. 3.idem disputando probat Chartar. decis. 51.n.20.& seq. Burell.cons.47.n.9.Aldonic. cõs.1.n.107.Molin.de cõtract.disp. 529.col. 3.ad fi.Medic. de reg.iu. p.1.reg.1.ampl.45.

Sexto animaduertatur, quod in instrumento solutionis enunciatæ, & vt ibi dicitur factæ Dardano per Dominum Arriuabenum,dicitur; Quod Dominus Antonius Dardanus sponte,&c.consensit cassationi supradictæ societatis scutorum ducentorũ ex eo, quia confessus fuit habuisse , & recepisse a Domino Lælio Arriuabeno absẽte &c.supradicta scuta ducenta vna cum fructibus decursis &c.iurando,&c.adeo qđ plurima specialia,meo iudicio concurrunt in præsenti inspectione.

Primum,quod liberatio fit a Dardano priuato omni exercitio quarumcumque actionũ directarum,& consequenter non valenti recipere amplius pecuniam,nec pro ea soluentem quietare, vt dixi supra in primo fundamento.

Secundum, dicitur Dardanum consentire cassationi societatis, & tamen non constat de cassatione, quia nemo antea, nec in illo actu cassauit, cum Gionfinus, nec Arriuabenus, nec aliqua alia persona interuenerit, & quis non dicitur consentire sibi ipsi, sed consensus requirit pluralitatem personarum, quia cõsensus est simul sensus, & quædam animorũ con-
22 iunctio, & ideo non datur consensus † ex voluntatib. tpe disiunctis, vt post Bal. declarat. Mantic.de tacit. conuen.li.1.tit.11.n.9.& in dissolutione contractus requiritur consensus
23 simultaneus,†seu contẽporaneus,sicut in eius creatio-

creatione, l. prout quisque. ff. solut. Surd. consil.
24 136. num. 31. & 33. vbi subdit, † contractus consistere in extremo copulato, nempè ex copula voluntatum non ex voluntatibus tempore separatis, adeo quod necessario videtur dicendum, veram cassationem præcessisse, quæ tamen non fuit producta.

Tertium dicitur [supradictæ societatis] & tamen in illo instrumento nulla alia mentio societatis fuit facta, addito, qđ colligitur, aliud instrumentum, seu aliam scripturam liberatoriam necessario præcessisse, in qua fortasse constabat, solutionem fuisse factam de denarijs D. Strozzij, maximè cum solutio præsumatur facta de pecunia, quæ debebatur, Bertaz. consil. ciuil. 72. nu. 43.

Quartum non constat de solutione aliqua causante illam cassationem, sed de sola confessione.

Quintum illa confessio fuit etiam facta absente Arriuabeno, & illo non instante. Nec verisimile est, Arriuabenum soluisse tam egregiam pecuniæ quantitatem sub spe liberationem futuram consequendi, id (inquam) est ridiculum in homine sagaci, uti de aliena pecunia soluerit. Et tanto magis, cum non nomine suo, sed ad extinctionem debiti alieni soluerit non procurando cautionem a creditore satisfacto, ad hoc vt ipsemet a principali debitore reuelationem consequatur.

Sextum additur in proposito, fideiussorem
25 non † posse agere contra principalem reum, nisi realem solutionem per numerationem pecuniæ probauerit, nec sufficit ostendere fictã solutionem per cõfessionem creditoris, vt post Bart. tradit Lanfr. Balb. decis. 305. Sed quia talis opinio redditur controuersa ex deductis per Mascard. de probat. conclus. 373. & 383. & per Henriq. de fideiuss. cap. 20. §. 1. nu. 51, & seq.

Idcirco dicimus, tot & talia militare contra dictam confessionem, vt nullatenus admitti debeat; quia tunc statur huiusmodi confessioni, quando contra illam nil potest opponi, & est omnino irrefragabilis, vt potè, quia esset solemniter iuratum, ac renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, secus si (vt dixi) patitur aliquam exceptionem, nam tunc fideius-
26 sor † debet actualem solutionem probare. ita post Felin. & alios singulariter aduertit Plot. in addit. ad Martin. Laud. consil. 50. num. 29. concordant tradita per Mantic. de tacit. conuen. lib. 16. tit. vigesimosecundo, numero trigesimooctauo, in fin. & oculatos debere esse
27 Iudices † in non admittẽdo passim talem confessionem tradit Felician. de Censit. lib. 3. cap. 3. num. 8.

Insuper dicimus debuisse saltem Dominũ
28 Arriuabenum † solutionem a se factam Domino Strozzio notificare, alias vti de dolo suspectus agere nequit contra ipsum Strozzium. text. in l. si fideiussor. §. si cum debitor. ff. mãd. & firmat. Bertaz. de instrum. clausul. 43. Gl. 6.
29 nume. 4. vbi ait fideiussorem † debere notificare reo solutionem a se ipso factam, ne forte is iterum soluat.

Nec replicetur, textum in d. l. si cum debitor, & ibi dicta per Bart. Bald. Salicet. & Fulg. procedere, quando per omissam denunciationem reus iterato soluit, quo in casu repellitur
30 fideiussor, † de qua iterata solutione rei principalis non constat in casu isto.

31 Quia respõdetur, imo etiam † fideiussorem debere admonere, & occurrere, ne fortè iterũ soluat. Bertaz. d. Glo. 6. num. 4. Præterea respõ
32 detur, imo soluisse, † ac satisfecisse præsumi Dominum Strozzium, saltem ipsi Domino Arriuabeno ex diuturnitate temporis decursi annorum 19. & vltra a die societatis extinctæ per ipsum Arriuabenum, & per curriculum annorum viginti a die obitus Domini Strozzij, maximè cum agatur res cum Domino Arriuabeno viro apprime sagace, & non solito quiescere in materia exigendi pecunias a se prætensas, vt est notissimum, & admonent Socin. & alij. de quib. Bertaz. consil. ciuil. 118. nu. 10. & seq. Mascar. de probat. conclus. 1318. num. 27. & seq. Menoch. l. b. 3. presumpt. 135. num. 3. & seq. & ita in pacto post alios aduertit Henriq. de fideiuss. cap. 20. §. 1. nu. 86.

Septimum principaliter considero, datã veritate solutionis sortis, & fructuum facta per Dominum Arriuabenum, & quod subsistat vt eumque facta Dardano. Attamen ad hue non videtur ipsum Dominum Arriuabenum posse consequi damna illa excessiua prætensa ratione cambiorum. Nam in illo Instrumento cassationis, & confessionis receptæ pecuniæ, de quo supra dicitur, Dardanum spontè consensisse cassationi societatis, modo si consensit antea cæ cassationi, ergo non institit cassari, adeo quod Dardanus creditor non vrgebat, nec necessitabat Dominum Arriuabenum ad solutionem, imo nec poterat illum cogere, quia dissolutio societatis pendebat a beneplacito ambarum partium, vt dicitur in Instrumẽto creationis societatis facto de ann. 1589.

Non igitur constat, nec constare potest, Dominum Arriuabenum fuisse coactum accipere pecuniam sub maioribus vsuris vltra primã conuentionem duodecim per centum. Et si ta-
33 lis vrgens necessitas † suberat, debet per Dominum Arriuabenum probari, non fingi. Neuiz. consil 10. num. 10. Medic. de casib. fortui. part. 1. q. 6. num. 7. cum alijs congestis in puncto per Henriq. de fideiuss. cap. 26. num. 106, 107.

107.& seq. vbi ait,ita fuisse iudicatum, aliâs
34 sequeretur Dominum Arriuabenum † ad maiores vsuras spontè voluisse teneri in pernitię Domini Strozzij nulla eius mora praecedente, cum creditor non vrserit, nec vrgere, vel cogere illum potuerit, vel saltem de tali coactione non constat, ita latè, & probè Onded. consil. 50.num.41.& seq.& prius num.30.31.vol.1. conferunt huc quę retuli supra in secundo fundamento post Henriq. loco mox citato. & ita nō debuit Dominus Arriuabenus maioribus vsuris grauare Dominum Strozzium, ex quo dissolutio societatis, & restitutio aureorum ducentorū a partium ambarum beneplacito dependebat,& non ab aliqua imminente vel vrgente necessitate,vt dixi. Dicendum igitur est, aut Dominum Arriuabenum spontè dissoluisse societatem, ex qua dissolutione maius damnum voluit inferre Domino Strozzio, & non debet audiri vt dixi: At fuit coactus, quod tamen non admittitur, & debebat
35 opponere, † se non habere commoditatem soluendi,& non teneri,nisi concurrente & debitorum placito,vt dixi. Quod cum non opposuerit, non debet pariter audiri. Decisio. Genuen. 28.

Octauū licet Dominus Arriuabenus vna
36 cum Strozzio essent principales † debitores, quo ad Dardanum creditorem, attamen cum pecunia peruenerit tota ad Strozzium, Dominus Arriuabenus, quo ad Strozziū dicebatur fideiussor. Bimi. consi. 108. num. 48. Bartol. in l. reos. colum. 1. versi. Si ergo quaeritur, ff. duo. reis. Caballi Millel. 303. Anchar. consi. 45. in principio, par. 1. & in puncto. Franc. decis. 55. nume. 8. & dicitur indubitatè Strozzij fideius-
37 sor,† cum ab eo indemnitatem stipulauerit, quod est proprium fideiussionis Bimi. consil. 108. numero 94. & hoc est nouissimum, At fi-
38 deiussor,† seu vnius ex fideiussoribus, quis totum debitum soluit creditori non potest agere aduersus principalem debitorem ad consequendum solutum non obtenta prius cessione a creditore recipiente pecuniam. l. vt fideiussor. ff. fideiuss. latè Franc. dicta decis. 55. Latè Coller. de process. execut. par. 1. cap. 10. num. 366. & sequen. 371. & sequen. vbi testatur, de magis communi, & contraria tollit, sequitur Coppin. decis. 51. num. 4. 5. &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Statutum excludens faeminam propter masculos non militat quando filia praemoritur patri dotanti, ad quem dos ipsa reuertitur. Castrensis doctrina in l. qui superstiti, numer 5. ff. acqu hered. discutitur. & infra numero 20. & 22.

2 Statuta exclusiua faeminarum fuere condita fauore agnationis.

3 Exclusa certa faemina per statutum dicuntur exclusi omnes eius descendentes vti procedentes a radice infecta. & ibidem ampliatur, numero 4.

5 Exclusio faemina per statutum ita perpetuatur in eius descendentes siue filia superuixerit siue praedecesserit eius parentibus, & nu. seq.

6 Neptis ex filia dicitur de alia agnatione & familia.

7 Castrensis doctrina in l. qua superstiti, num 5 ff. acq. hare non applicatur casui proposito, nec statuto Casalensi. Rub. de filiabus dotatis.

8 Statutum dictans, vt filia dotata a patre debeat esse contenta de qualiquali dote sibi data, dicitur illam exclusisse non dotis contemplatione iuncto masculorum fauore, sed fauore agnationis tantum.

9 Statutum considerans actum dotandi, non autem dotis congruitatem facit, vt dotis contemplatio nil habeat commune cum fauore agnationis, nec cum statuti exclusione.

10 Parta sunt modicum & nihil.

11 Modica non attenduntur in Iure.

12 Dotis contemplatio dicitur habita per statutum faeminarum exclusiuum quando dotata non autem indotata excluditur. Sed contra, numero 13.

14 Statutum tollens omnino regressum faemina exclusa aduersus fratres, vel aduersus haeredes parentum dotantium, respicit fauorem illorum fratrum vel haeredum.

15 Statutum exclusiuum faeminarum, licet non faciat explicitam mentionem masculinitatis, dicitur nihilominus factum contemplatione agnationis conseruanda.

16 Dare dicitur qui habet facultatem adimendi & non adimit.

17 Pater decedens intestatus dicitur tacite vocasse filiam in capillo ad successionem intestati, alia filia nupta exclusa.

18 Filia quae dotem effectiuè accepit, aliud dotis supplementum non potest habere, cum dicatur residuum patri renunciasse.

19 Neptis testamentum matris approbans, in quo disposuit de dote sua, non potest aliquid vlterius ab auo materno praetendere.

20 Mulier potest testari de dote sua, nisi aliud fuerit conuentum.

21 Pater duplici onere dotationis grauari nequit.

ARGVMENTVM.

Examinatur doctrina Pauli de Castro, in l. qui superstiti, num. 5. ff. acqu. hæred.

Statutum exclusiuum fœminarum Cassalense, quando procedat, & qualiter debeat interpretari.

CONSILIVM CLXXXVII.

Actiones meæ a Domino.

VIDI duo consilia edita per Excellentissimos Iurisconsultos Mõtisferrati Beccariũ, & Cammuratum in gratiam Perillustris Dominæ Angelæ Mariæ Marescalchæ Ardizzonæ, ex quibus satis aperte colligitur, quam sint clara Iura præfatæ Dominæ, cõtra quam nihilominus adducitur nouissime per Illustrissimum Senatum Montisferrati doctrina Castr. in l. quis superstiti, num. 5. ff. acq. hæred. quam sequitur Alexan. consi. 75. colum. final. in 1. Veggi. consi. 63. nume. 24. Surd. consi. 185. num. 5. & num. 17 dicentes statutum exclusiuum feminæ dotatæ propter † masculum non militare, quando filia

1 dotata præmoritur patri dotanti, & dos ipsi patri reuertitur, nec remanet in bonis filiæ, qa tali in casu neptis ex filia potest petere dotem alias debitam matri suæ in bonis aui, vel auiæ maternæ, ex quo statutum istud excludẽs mulierem non simpliciter, sed qualificate, id est, si fuit dotata, non dicitur excludere feminam fauore masculorum tantum, sed etiam contemplatione dotis.

Motiuum prima facie vrget, sed tamen de facili potest superari nonnullis præmissis.

Primo statuta huiusmodi excludentia femi

2 nas propter masculos, condita † fuisse fauore agnationis, ac ratione conseruandi bona in familia, vt post multos probat Curt. super tali statuto fœminarum exclusiuo, colum. prima, & sequen. & prope infinitos adducit, ac de receptiori testatur Capriol. de succes. ab intest. libr. primi, num. 350.

Secundo præmitto, quod si certa fœmina reperitur exclusa, dicuntur exclusi omnes eius

3 descendentes, † vti a radice infecta procedentes. Barto. in l. 2. §. videndum, in fin. ff. ad Tertullian. cum plurimis congestis per Surd. consil. 355. num. 45. & 49. vbi extẽdit conclusionem æque procedere, etiam si fœmina exclusa reperitur exclusa ob aliquam qualitatem non

4 conuenientem, † & non applicabilem eius filijs, vel descendentibus, & testatur de communi, & ueriori sententia, quicquid ipsemet Surd. prius tentauerit contrarium consi. 185. num. 16. quo loci tamen istam suam contrariam sententiam dubiam fatetur, & non ita simpliciter sequendum. Et hanc cõclusionem late probaui conf. 46. a num. 70. vsque 86.

In proposito igitur infero, quod siue filia prædecesserit parentibus, siue superuixerit,

5 semper illius exclusio † perpetuatur in eius descendentes, cum semper duret eadem ratio exclusionis, & idem fauor hæredum masculorũ, tam mortua, quam viua filia; Et neptis ex fi-

6 lia dicitur de alia agnatione, † & familia, ita in puncto docet Bart. in l. liberorum, num. 16. ff. ver. sig. dicens explicite, quod quando filia excluditur pp fauorem alicuius, ita neptis ex ea pari formiter excluditur q a fauor durat ita illa mortua, sicut illa viua, sequitur Alexan. in l. illa, num. 6. 7. C. collatio. vbi considerat coniunctionem neptis ex filia non adesse, nisi ex sola matris persona, merito siue mater adsit, siue non, semper neptis excluditur, vti veniẽs a radice infecta, & dixi latius, ergo, consi. 46. numer. 80. & sequentibus non repeto, Et Castrensem & alios contrariantes in specie reprobat Campeg. de dot. part, 5. quæstione 41. Curt. super isto statuto fœminarum exclusiuo, num. 32. addo in proposito Natt. consil. 581. num. 26. diffuse Surd. consil. 85. num. 10. versiculo Attamen prædictis, & num. 11. probãs, nullam posse considerari rationem valentem ad exclusionem matris, quæ non etiam procedat in filia.

Nec vim facit altera consideratio Castrensis in obiecto, nempè statutum non obesse nepti, quando dos non remansit apud filiam dotatam exclusam, cum non respiciat simplicem fauorem agnatorum, sed etiam dotis contemplationem.

Respondetur enim, doctrinam Castrensis nullatenus applicari posse præsenti statuto

7 Casalensi. † Rubrica de filiabus dotatis a patre, vel a matre, quo cauetur, vt filia dotata a patre, vel a matre, vel simul a parentibus, ipsis parentibus defunctis, nullum amplius habeat regressum ad petitionẽ hæreditatis tam paternæ, quam maternæ, contra fratres, aut hæredes ipsorum parentum defunctorum, sed sit tacita, & contenta dote sibi data cuiuscunque qualitatis fuerit, &c. Si (inquam) filia dotata a

8 patre debet contentari de qualiquali dote, † si bi data a patre absque spe aliquid vlterius ha

9 bendi, sequitur, statutum non exclusisse † contemplatione dotis iuncto fauore masculorũ, sed fauore agnationis tantum. Quia in casu istius statuti sat est, quod filia in modico dotetur, nulla habita ratione congruitatis dotis, cum statutum huiusmodi dicatur considerasse actum dotandi, non modum, vt probe post Bartol. Caccialup. Brun. & alios tradit Surd. consil.

consil.488.nu.39. At quando solus actus dotandi, non autem dotis congruitas a statuto consideratur, nil habet commune dotis contẽplatio cum exclusione statuti, seu eum fauore agnationis, vt i specie post Brun. arguit Surd. d.nume.39. Alibi dicitur, quod modicum, &
10 nihil idem sunt,† cum modicum pro nihilo reputetur Imol. in l.diuortio, nu.2.ff. solu.matr. c.licet causam.de Probat. Modicum autem in
11 iure † non attenditur. l.si quis fundum. ff. locat. Sol. in antiq. constitut. Pedem.tit.de Donatio. Decret. Malitijs.part.1. Glos.1.num.6. Facit Natt.consil.304.in fin. Surd.cons.197. num.2.& 20.dicens, admitti hanc paritatem, quando militat eadem ratio. [vt in casu isto] in quo modicitas concernit actum dotandi solum, non autem modum, vel congruit item, & consequenter dotis contemplatio non dicitur fuisse habita ab isto statuto exclusiuo, sed solus masculorum vocatorum, vel agnationis fauor. Et in similibus statutis attenditur, quod principaliter agitur. Natt.cons.514.num.24. 25. Cauagn.d.§.1.quæst.2.num.6.

Non etiam replicetur, imò dotis rationem
12 fuisse habitam, cum excludatur dotata,† non autem indotata, vt innuit in terminis Surdus, consil.100.num.15. Vers. Quatenus vero dictum fuit, & num. 16. Cauagn. supra Decret. Montisfer. Ciuil. Decret.73.§.1.nu. 8. Crau. consil.306.num.5. Cacher.cons.76.num.15. tanto magis cum nullum verbum insit in statuto masculinitatem præseruans.

Respondetur enim contrarium in puncto
13 firmare Bec.† cons.107.num.21. vbi loquens præcise de isto statuto excludente filiam dotatam ab omni successione parentum, ita vt amplius non possit aliquem habere regressum, dicit fuisse conditum fauore filiorum masculorum tantum, & consequenter fauore agnationis: idem repetit ibidem Bec.num.23. vbi cõsiderat, excludi dotatam, & non indotatam, & tamen dicit exclusionem fieri fauore agnationis, & ita ex his patet, ipsum Surdum d. consi. 100. nu. 16. male referre Becium dicendo Becium loqui de statuto simpliciter excludente fęminam, non autem fęminam dotatam.

Respondetur, secundo quod cum statutum tollat prorsus ipsi mulieri regressum aduersus fratres ipsarum, vel aduersus hæredes parentum, qui dotarunt, negari non potest, quin sta
14 tutum istud respiciat fauorem † præfatorum fratrum, vel hæredum, qui fauor militat tam in ipsa muliere exclusa, mortua quã viua. & ratio statuti excludentis fęminas propter agnatos æqualiter procedit etiam quando in aliarum personarum fauorem [quæque sint] fuerit inducta, vt in terminis tradit item Surdus consil.85.nume.18. Non igitur potest negari fauorem hæredum dotantium non fuisse causam exclusionis, & aduertatur Surdum loqui etiam pro habita cõsideratione mulierum dotatæ, & indotatæ.

Respondetur tertio, quod licet non fuerit facta expressa mentio masculinitatis in statu-
15 to, nihilominus subintelligitur † statutum illud fuisse factum respectu, ac contemplatione agnationis, vt etiam post Nat. perpendit Cauagn.in d.§.1.quæst.2.nu.6.7.& satis probauimus in præmissis istam esse veram rationem talis exclusionis statutariæ. Nil igitur refert an vna filia sit dotata, altera indotata ad arguendam exclusionem fęminæ fauore agnationis nec ne, quia sicuti pater potest disponere per testamentum, & honorare indotatas, ita etiam ex non factione testamenti relinquendo bona in dispositione Iuris dicitur illas honorasse per modum, & viam intestati ille inquam dicitur dare, & honorare quando non
16 ademit † & habebat facultatem adimendi Surdus, consil.31.num.47.& cons.427.num. 8.11.& 19. Sed per hoc non tollitur quin statutum non fuerit factum fauore agnationis, vt aduertit idem Cauagn.d.§.1. quæst.2. nu. 10. idem tradidit Moroti.consil.7. nume. 17. vbi loquens in puncto de filia innupta, non
17 † exclusa a statuto, dixit quod ex quo pater decessit intestatus dicitur tacite illam vocasse ab intestato ad successionẽ, nuptam excludẽdo.

Respondetur quarto, Dominam Zãnam filiam dotatam accepisse dotem suam tempore matrimonii, de qua ex post tempore sui obitus pro libito disposuit relinquendo certam portionem nepti, & filiæ suæ respectiue, residuum vero matri, quo circa ipsi nepti nequaquam debetur supplemẽtum prętensum, siquidem Domina Zanna habuit partem suam, illamque in hæreditate sua reliquit cum de illa disposuerit, quo fit vt dicatur renuntiasse
18 parti,† appellando se contentam partis per eam receptæ, quo in casu neptis non potest vlterius aliquod prætendere, secũdum Roman. in d.l.qui superstitis, num.7. Ver. Quod limita nisi filia. ff.acquir. hære. non inquam de dote disposuisset nisi illam habuisset, & sicuti accepta dote si cæteris bonis renunciasset post mortem patris nepti præiudicasset, ita quando illam acceptauit viuente patre, vt dixit, & Romanum plurimi sequuntur, quos refert, & sequitur Surd.cons.355.num.43. Non inquam tenebatur, dotem suam relinquere filiæ suæ, & respectiuè nepti, sed de illa ad sui libitum disponere, quo fit vt cum illamet dos semper fuerit in bonis ipsius filiæ dotatæ, non sit locus doctrinæ Castrensis in oppositum adductæ, sed doctrinæ Romani communiter sequuti, vt mox retuli.

Addi-

Addatur prædicta tanto fortius admitti in præsenti facti specie, in qua neptis ipsa appro-
19 bauit † testamentariam dispositionem matris acceptando legata ei relicta simpliciter, & absolute, vt docte & luculenter aduertit D. Cam muratus in eius elegātissimo cons. nō repeto.

Nec subsistit illatio facta in motiuo de stipulatione filiæ circa dotis restitutionem, seu de reuersione dotis ad dotantem [vt in casu Castrensis adducti in obiecto] ad dispositionem filiæ per vltimam voluntatem, quasi quod si consensus filiæ appositus restitutioni dotis tempore dationis illius non præiudicat nepti, ita nec consensus contētus in eius testamēto.

Respondetur nullatenus tenere argumentum de vno casu ad alium. Quia in primo casu
20 † interuenit factum patris, in secundo nequaquam, cum in isto agatur de mera voluntate filiæ disponentis de dote sua secundum legis dispositionem. Potest inquam mulier testari
21 de dote sua. † l. Seia. ff. dot. prælegat. quando illi non fuit prohibitum per statutum vel per conuentionem. Cephal. consil. 256. num. 44. Moroti, cons. 19. num. 4. Sed absurdum est patrem lædi ob testamentum filiæ de dote sua, in qua nulla prohibitio patris interuenit.

Respondetur, secundo in casum conuentionis causantis dotis restitutionē, pater, vel dotans grauatur resarcire neptem, secūdum Ca-
22 strensem, & ita semel grauatur, † cum dotem retrohabuerit, In secundo duplici onere grauari posset si filia extraneum institueret, nempe ad dotandam filiam, & ad dotandam seu sublcuandam neptem, ob merum factum filię, sibi a iure concessum, quod nullatenus dicendum est, & data instantia corruit argumentū.

Respondetur tertio, in primo casu dotem contemplatam per Castrensem remanere in dominio patris, in secūdo remanere in bonis, & hæreditate filiæ, quo in casu cessat funditus ratio dotis contemplatæ per Castrensem considerātem dotis recuperationem per patrem, quæ non cadit in præsenti facti specie, & considerantem dotem tentam, vel non tentam in dominio filiæ per ipsam filiam, non autem dotis transmissionem per filiam, vel medio filiæ ad ipsam neptem, &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 Filiusfamilias existens in potestate patris citra patris consensum ex mutuo per eum accepto non potest valide obligari.

Extende. vt nec talis obligatio reconualescat filio ex post sui iuris effecto, num. 2.

3 Filiusfamilias mutuatarius, defuncto patre debiti partem persoluens bonam fidem agnoscendo, non amplius gaudet beneficio Macedoniani.

4 Debitor valens se tueri per aliquam exceptionem aduersus creditorem, et nihilominus soluens aliquam partem debiti, dicitur de nouo contractū approbare.

5 Ratificatio vel retrotractio fieri non solet re non integra in tertij præiudicium.

Declara in ratificatione hominis, secus in declaratione inducta a lege quæ retrotrahitur ad tempus actus gesti, num. 6.

Declara etiam procedere in ratificatione actus nulli & omnino nulli, secus in ratificatione actus nulli simpliciter a principio, qui tamē potest conualidari, nam per ratihabitionem confirmatur ex tunc, nulla ratione habita præiudicij tertij, numero 7.

8 Ratificatio patris de mutuo accepto per filium retrotrahitur ad tempus contractus.

9 Mutuum acceptum per filium originaliter dicitur inefficax respectu patris, subsistebat tamen respectu filij vtcumque tuti exceptione Macedoniani.

10 Ratificatio patris de mutuo filij retrotrahitur in præiudicium fideiussionis filij, etiam si fideiussor ante ratificationem potuerit se tueri exceptione Macedoniani.

11 Retrotractio fit ad tempus actus gesti, quando impedimentum inhabilitans actum prouenit ex parte actum gerentis.

A R G V M E N T V M.

Quando contractus vel obligatio filijfamilias subsistat non obstante beneficio senatusconsulti Macedoniani.

Ratificatio an & quando retrotrahatur ad tempus actus gesti in præiudicium tertij.

C O N S I L I V M CLXXXVIII.

Actiones meæ a Domino.



Ontra Dominum Ionam Lodros Hebreum valde vrget, quod filius familias existēs in patris potestate citra ipsius patris consensum ex mutuo per
1 eum † accepto valide obligari nequit. l. tam ex contractibus. ff. iudi. l. filius familias, ff. actio. & oblig. l. 1. ff. ad Macedonia. late Duen. regul. 369. & est communis opinio teste Suarez. in Thesau. recept. sent. versic. Filiusfamil. num. 210. diffuse Ascan. Cleme. de patri. potest. effect. 5. num. 1. & sequ. Mozi. de contra. mutu. Rubrica fin. nu. 15. Trentacinq. lib. 3. Variar. resolut. cap. 19. num. 9.

Quæ

Quę quidem nullitas obligationis non etiã
2 reconualeſcit, vtcumque filius † ex poſt ſui iuris efficiatur cum non poſſit cogi vltra quam facere poſſit ſecundum Iaſ.in l.qui cum ſe nu. 2.ff.re iud.Clem.d.effect.5.num. ..

Nihilominus his non attentis præfatus Ionas ius fouet in præſenti caſu, in quo poſt obitum patris ipſemet filius mutuatarius bonam fidem agnoſcendo partem debiti mutui ſænera-ticij perſoluit vſuras ſuper illos decurſas extinguendo, & conſequenter dicitur habuiſſe ratum contractum præcedens mutui taliter
3 quod illi non obeſt † amplius exceptio Macedonianirextus eſt clarus in l. item ſi filius familias,§.fin.ff.ad Macedon. & hoc eſt regulare,vt valens ſe aliqua exceptione tueri aduer-
4 ſus creditorem, ſi ſoluit aliquam † partem dicitur de nouo contractum approbare.l.non ſidem.C.non nu.pecun. l.2.ff. quod met. cauſ. & in puncto firmat Moli. d. Rubrica fin. nu. 24.verſic.Quod etiam procedit ſi filius Clem. d.effect.5.nu.12.verſi.Limitat. quinto Trentacinq.d.c.19.num.15.

Nec dicatur talem ratihabitionem nõ præiudicare vxori præcitati mutuatarij, cui interim durante nullitate contractus fuit ius quæ-
5 ſitum,ex quo ratificatio ſeu retrotractio† fieri non ſoleat re non integra in tertij præiudiciũ ex Rola.conſil.78.num.24.in 3.Peregr.conſ. 97.nu.4. in 3. vbi ait nequaquam poſſe induci ratificationem actus tertio præiuditialem. Mandel.conſil.774. num. 22. Quo fit vt talis ratihabitio valeat ex nunc non vt ex tunc, & ita a die ratihabitionis tantum operetur non autem a die actus geſti ſeu contractus initi.

Reſpondetur enim,hic agi de ratificatione inducta a lege, vt expreſſe cauetur in d.l.item ſi filius familias,§.fin.ff.ad Macedon. At rati-
6 habitio † inducta a lege retrotrahitur ad tempus actus geſti [quidquid dicatur in ſimplici ratificatione hominis] Ratio differentiæ eſt, quia non homo ſed ſola lex habet facultatem ſeu poteſtatem fingendi & retrotrahendi in præteritum ratihabitionem,vt poſt Bartol. & alios declarat Montan.de Tutor.cap. 33. nu. 516.optime Borgni.de Tutor.num.148.& deciſ.27.num.22.part.2.Menoc.de recuper.poſſeſſ.remed.15.num.153.& ſeq. Ioſ. Ludouic. Deciſ.Lucan. 18.nu.15.& ſeq. Simoncel. de Decret.tit.9.num.18.

Reſpondetur,ſecundo obiectum poſſe procedere in ratificatione actus nedum nulli ſed
7 omnino nulli ac penitus inualidi. † Secus quã do agitur de ratificatione actus nulli a principio, qui tamen aliquo modo vt puta per conſenſum ſuperuenientem valere põt in præiudicium actum gerentis nam tunc per ratihabitionem confirmatur ex tunc, nulla habita ratione præiudicij tertij, Alex. conſil.78.num.18. & 24.in 5.Natt.conſil.262.num.10. Surd.deciſ.70.nu.22.Hinc dicitur in propoſito,quod ratificatio patris de mutuo accepto per filium retrotrahitur ad tempus contractus.l.licet. ff. Iudi.l.fin.C.ad Macedon. Nam etſi quo ad patrem mutuum illud eſſet inefficax ab origine,
9 ſubſiſtebat † tamen reſpectu filij mutuatarij licet eſſet tutus exceptione Macedoniani vt pulchre Natt.d.conſil.262.num.11.Surd.d.Deciſ 70.num.22.Coſta.de retrotra.cap.8.caſu. 4.num. 16. Vnde ex his concludit Caroli deciſ.74.num.18.& per totam. Quod huiuſmodi ratificatio patris de mutuo per eius filium
10 contracto retrotrahitur † in præiudicium fideiuſſoris filij, non obſtante quod fideiuſſor ante dictam ratificationem potuerit ſe tueri exceptione Macedoniani ab obligatione filij pro quo intercesſerat ſequitur Coſta. d. caſu. 4 nu.5.Modo ſi paterna ratificatio tertio præiudicat quare non etiam propria ratificatio filij obligati.

Reſpondetur, tertio quod quando impedimentum inhabilitans extremum ſeu actum
11 geſtum prouenit, & reſultat ex † parte vel ex facto obligantis ſe ſeu actum gerentis,tunc fit retrotractio ad tempus actus,nec aliquo pacto impeditur extremorum coniunctio etiam in tertij præiudicium.l.bonorum.§.2. vbi Doct. ff.rem.rat.hab.l.ſi quis offerenti.§.fin.vbi Caſtrenſ.ff.ſolutio. & optime declarat poſt alios Maluaſ.conſi.99.num.20.21.Turet.conſ.49. num.20.& ſequ.in 1.

Contraria nõ obſtant, quia procedunt nulla ſubſequuta ratificatione mutui. Quæ tamẽ fuit facta in præſenti facti ſpecie,&c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,vel,eſt alternatiua & ſatis diſiunctiua,imo dicitur contenta altero de requiſitis, non autem omnium concurſum requirit.*

2 *Dictio alternatiua concludit in omni ſua parte.*

3 *Dictio alternatiua diſiungit tam ſenſum, quam verba.*

4 *Fideicommiſſum non dicitur reciprocum,quando tria nõ concurrunt, nempe quod ſubſtitutio fiat poſt mortem omnium vltimo decedentis,ſecundo quod expreſſe fiat in omnib. bonis, tertio vt omnes ſint vocati explicite,non autem in conditione poſiti.*

5 *Fideiuſſorium non dicitur reciprocum,ſi non concurrant tria ſuperius enarata, etiamſi ſuperſit perſona,quæ ex veriſimili mente teſtatoris deberet excludere ſubſtitutos.*

Sub-

Substitutio simplex facta pluribus non inducit reciprocum fideicommissum inter granatos.

7 *Interpretatio, & declaratio vnius substitutionis colligitur ex altera.*

8 *Forma, & ordo datus a testatore succedendi in vna substitutione censetur datus in alia dummodo sit dubia, secus si sit clara.*

9 *Substitutio separata, & in diuersis capitulis, & orationibus posita, non inducit fideicomissum reciprocum, etiam ex dilectione.*

10 *Substitutio reciproca facta inter aliquos vnius gradus, non dicitur repetita, vel facta inter alios alterius gradus.*

11 *Fideicomissum reciprocum non dicitur inductũ, quando qualibet persona fuit instituta in quota, sed solummodo qualibet persona intelligitur grauata pro portione sua restituere substitutis.*

12 *Substitutio præsumitur reciproca inter vocatos, quando vltimus superstes filius, vel filia, aut alius descendens testatoris etiam cessantibus requisitis supra enumeratis.*

13 *Persona dicitur apta excludere substitutum ex præsumpta mente testantis quando est talis, vt possit succedere ab intestato alteri præmortuo, de cuius successione agitur, & consequenter illi sit proximior, quam sit substitutus.*

14 *Ius legitima successionis ab intestato dicitur conseruatum inter institutos, etiamsi testator ipsis omnibus deficientibus substituerit alios extraneos.*

15 *Substitutio reciproca dicitur constituta inter proprios filios proximiores & testatori magis dilectos, vt bona inter illos, ac illorum progeniem conseruentur.*

16 *Fideicomissum reciprocum affert tam commodũ, quam incommodum, & ita dicitur participare non minus de lucro quam de damno.*

17 *Similia illa dicuntur quæ regulantur per eiusdẽ rationis identitatem.*

18 *Diuersitas modica in facto totum ius mutare dicitur.*

19 *Verbum similiter in qualitate substitutionum ponderatur a Peregrino.*

20 *Substitutio mutua facta in primo, & tertio gradu, dicitur etiam facta in secundo gradu.*

21 *Alternatiua posita inter personas honoratas resoluitur in coniunctam.*

22 *Dictionis vel, multiplex est sensus.*

23 *Dictio vel ponitur correctiue.*

24 *Dictio alternatiua, vel, resoluitur in coniunctã, ne alia excludatur persona, quæ ex verisimili mente testatoris excludit substitutum extraneũ.*

25 *Dictio, vel, stat augmentatiue, & consequenter coniunctiue attenta mente testatoris, maxime quando ponitur inter habentia conformitatem, & conuenientiam.*

26 *Dictio alternatiua resoluitur in coniunctam fauore liberorum.*

27 *Verba alternatiua, vel distributiua non admittũt substitutum quando superest persona, quæ ex verisimili mente excludit substitutum.*

28 *Mens conseruandi bona in eius familia ob defectum descendentium masculina deficit.*

29 *Institutio facta plurium hæredum æquis portionibus non verificatur in quota, sed tunc agitur de totali hæreditate, non de distributione particulari.*

30 *Distributio totius hæreditatis si fit per quotas, & fit substitutio tunc agitur de substitutione vniuersali.*

31 *Pluralitas resoluitur in singularitatem, quando substitutio dicitur facta vniuersaliter, & reciproce attenta mente testatoris.*

ARGVMENTVM.

An substitutus extraneus excludat institutum magis dilectum ex præsumpta mente testatoris, & maxime quando est talis, qui potest succedere ab intestato illi, de cuius hæreditate agitur, & an dicatur inductum fideicommissum reciprocum inter substitutos, & vocatos & quid importet dictio, vel, in simili substitutione.

CONSILIVM CLXXXIX.

Actiones meæ a Domino.



Nobilis quondam Dominus Baptista del Piua in eius vltimo elogio, hæredes sibi vniuersales instituit omnes, & quoscũque eius filios masculos qui nascentur, sin autem, instituit Dominam Lauiniam eius filiam infantem, ac alias quascunq; filias suas legitimas, & naturales nascituras æqualiter, & æquis portionibus, Quorum filiorum suorum alteri decedenti sine filijs masculis superstitibus, instituit, masculis nõ extãtibus filiam, aut filias, extantem, vel extantes, & similiter intelligatur, & fiat filiarum masculis vt supra non extantibus &c. Ipsis tandem filijs masculis, aut ipsis non extantibus filia, vel filiabus fœminis decedentibus sine filijs, vel filiabus legitimis, & naturalibus, substituit Ioannem Petrum, Delium, & Alexandrũ fratres de Bardinis eius Domini Testatoris nepotes ex Iacomina eius sorore & Carolum, Franciscum, Alexandrum & Decium de Magnis eiusdem Domini Testatoris nepotes ex Stephana altera ipsius Testatoris sorore, in cã pita, & non in stirpes. Quorum de Bardinis, al

tero

terò decedēte sine filijs masculis &c.superstites de Bardinis succedant, dotando fœminas prædefuncti, & similiter dispositum esse intelligatur, & sit respectu prædictorū de Magnis, casu quo aliquis ex eis decederet sine filijs masculis, &c.

Decessit testator, nullis relictis filijs eius masculis superstite Domina Lauinia, & altera filia nata posthuma, & Dominę Lauinię sorori prædefuncta ab intestato. Ad cuius hæreditatem fuit admissa Domina Lauinia exclusis substitutis.

Quæritur an præfati substituti ad successionem, vel ad bona dictę prędefunctæ possint aliquo pacto aspirare.

Et videtur dicendum prædictos substitutos audiendos fore ex pluribus.

Primo quia fuerunt substituti, non post obitum ambarum filiarum simpliciter, sed vna filia, vel ambabus filiabus decedentibus sine
1 filijs, &c. Dictio † inquam illa (vel) est alternatiua, & stat disiunctiuè, imò dicitur contenta altero de requisitis, non autem omniū concursum requirit; Hond. consil. 15. num. 11. & seq. in 2. Botta. consil. 28. num. 19. Pret. conf. 203. num. 27. & ideo dici solet, alternatiuam
2 † concludere in omni sui parte. Purpur. conf.
3 606. num. 31. adeo quod dicitur † disiungere tam sensum, quam verba, Meuoch. conf. 348. num. 5.

Secundo Domina Lauinia supponit excludere substitutos, vigore taciti fideicommissi, seu cuiusdam reciprocæ substitutionis tacitè factæ per testatorem inter ipsas filias honoratas ratione prædilectionis, quod tamen reci-
4 procum fideicommissum † omnino desideratur, cum in casu isto non concurrant tria illa requisita ad illius essentiam, nempè, vt substitutio fiat post mortem omnium vltimo decedenti. Secundo vt expresse fiat in omnibus bonis. Tertio, vt omnes sint vocati explicitè non autem in conditione positi, latè Meno. consil. 85. num. 41. cum concordantibus per
5 Bottam conf. 97. num. 20. Etiam † si superstit persona, quæ ex verisimili mente testatoris deberet excludere substitutas, vt de communiori testatur Peregre de fideicom. art. 13. num. 41. alios congerit Surd. conf. 319. nu. 16. Mantic. de Coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 6. Quocirca per simplicem substitu-
6 tionem. † factam pluribus non inducitur reciproca inter grauatos, Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita partib. num. 86. diffusè Meno. lib. 4. præsumpt. 62. num. 30. cum alijs de quibus per Intriglio. de substit. centur. 2. quæstione 83. num. 34.

Tertio. Licet vna pars testamenti declaret aliam, & ex vna substitutione colligatur al-
7 terius interpretatio † ac declaratio. l. si seruus plurium §. fin. ff. leg. & in materia ita arguit Peregr. conf. 151. nu. 9. in 5. subdens for-
8 mam, seu ordinem † succedendi datum à testatore in vna substitutione censeri datum, & in alia: Attamen id intelligitur in substitutione dubia, non autem in clara Odd. conf. 95. num. 51. vt in casu isto, vbi testator explicitè, & discretiuè loquitur de filia, vel filiabus decedentibus sine masculis, illis substituendo nepotes, vt supra dictum est, Idque tanto ma-
9 gis admittitur quando substitutiones † sunt separatę, ac in diuersis capitulis, & orationibus positę Odd. d. conf. 95. num. 53. cum pluribus sequentibus. Et ideo dicitur in simili,
10 reciprocam † factam inter aliquos vnius gradus non inferre, vt dicatur repetita, vel facta inter alios alterius gradus, idem Peregr. conf. 150. num. 14. & conf. 152. nu. 19. in 5. Quare cessat illatio in proposito isto, vt de reciproca facta inter masculos arguatur reciproca inter fœminas, per quas familia, & agnatio non solet conseruari.

Quarto Aduertendum est, testatorem considerasse quod potuerint nasci plures filiæ vltra Dominam Lauiniam iam natam tempore testamenti, & ideò in defectum filiorum instituit Dominam Lauiniam, & alias quascunque filias nascituras æqualiter, & æquis portionibus, quæ quidem æqualitas portionum importat, vt si fuerint duæ vnaquæque habeat dimidium hæreditatis, si tres, quod singula earum dicatur instituta in tertia parte, si quatuor vnaquæque in quarta parte, Vnde sequitur conclusio, quod quando vnusquisq; filiorum, vel vnaquęque filiarum instituitur in quota, & etiam adijciatur (quod non legitur in præsenti casu) prohibitio alienationis, & detractio Trebellianicæ, tunc non dicatur aliquo pacto inductum reciprocum fideicom-
11 missum † seu reciproca substitutio, sed solum modo quælibet persona intelligitur grauata ꝑ portione sua restituere substitutis, ita post Soci. & Rip. firmat Zanch. in d. §. cum ita nu. 170. par. 6. Meno. lib. 4. præsumpt. 62. nu. 52. Intriglio. d. quęstione 83. num. 62. Odd. conf. 44. num. 49. & 50.

Accuratè tamen ruminato testamento prędicto, ac verisimili intentione patris testantis in contrariam descendo sententiam, & moueor ex infrascriptis.

Primo quia (quidquid nonnulli minus rite senserint) semper præsumitur facta reciproca
12 substitutio † inter vocatos, quando vltimus super tres est talis, qui ex verisimili mente testatoris substitutum excludit, vt puta si esset filius, vel filia, aut alius descendens testatoris etiam cessantibus requisitis enumeratis supra in

pra in secunda basi contrariâ, vt post plurimos probat Meno. d.præsump.62.nu.35. vbi de recepta sententia testatur Decia. cons. 44. n.73.in 4. Latissime alios cumulans Intriglio. d.q.83.nu.39.40.addo Bottam consi.53.n.9. & seq.Hondc.consi.65.n.7. iunct.n.28.in 2. late Barzi.decis.Bonon.6. n.47. vsque si qui, & ipse alios congerit,& seq. Roderi.Aluarad. de coniect.ment.defunct. lib.4.cap.1. numero 13.

13 Et tunc dr̃ apta † excludere substitutum ex præsumpta mente testantis quando est talis, vt possit succedere ab intestato alteri præmortuo,de cuius successione agitur,& consequenter illi sit proximior, quam sit substitutus, Menoc.d.presump.62.n.36.vers.Hanc coniecturam Botta d.conf.53. n. 10. cum pluribus sequentibus Intrigl.d.q.85.n.40. & 43. Barzi. loco præcitato Hond.d.conf.65. nu.29. vt in præsenti casu.

Et ideo ex hoc infertur, quòd militat in hac facti specie, etiam illorum sententia, qui asseruerunt, inter plures filios institutos non censeri inductam reciprocam substitutionem, ex eo,quod testator ipsis omnibus deficientibus substituerit alios extraneos , sed inter ip-
14 sos dumtaxat videri conseruatum ius † legitimæ successionis ab intestato, de quibus per Morori consi.100. num. 11.vers. Verum huic coniecturæ,& per Intrigl.d.q.83.n.39.versic. Licet contraria Meno.conf.636. nu.27. vers. Respondetur secundo, siquidem adhuc Dominæ Lauiniæ debetur legitima successio sororis intestatę prædefunctæ ad exclusionem perpetuam substitutorum.

Secundo considero,testatorem constituisse reciprocam substitutionem inter nepotes ex sororibus suis remotiores , & minus dilectos, quo fit,vt dicendum sit multo magis illam vo
15 luisse constituere † inter proprias filias proximiores,& illi magis dilectas, vt bona inter illas, ac illarum progenie conseruentur Ruin. consi. 18.n.11. in 2. Meno.conf.376. nu.41. & d.Præsump.62.n.38.alios addit & seq. Peregri.conf.151.n.21.in 5.Intrigl.d.q.83. nu. 46.Cepha. conf.478.n.31.

Tertio in dubio pronunciandum est pro existentia reciproci fideicommissi,seu reciprocæ substitutionis,quia, & si regulariter fideicommissum reputetur onus,id tamen non pro
16 cedit in reciproco , † a quo tam commodum, quam incomodum potest deriuare, & ita dicitur participare non minus de lucro, quam de damno, vt late post alios admonet Rustic. in repetit. literis cum accus.lib.6.cap.12.nu. 67.& seq.Odd. de compendios. par.5.q.1.ar. 6.fol.76.vers.Sed in casu nostro Meno. consi. 636.n.30.Barzi.decis.5.n.35,

Quarto ex lectura testamenti secernitur, clara dispositio testatoris, qui sicut fecit vicissitndinariam substitutionem inter suos filios masculos,ita similem substitutionem inter filias fecisse fatendum est,quatenus facta dispositione reciproca quo ad filios subdit [& similiter intelligatur, & fiat filiarum masculis vti ijs non extantibus,] si igitur debet fieri , & seruari similiter quoad filias id quod fecit quo ad filios, vtique & reciprocam successionem voluisse quo ad filias seruari non ambigitur, sicut disposuit inter filios, alias dispositio quo ad filias non esset similis, sed dissimilis,
17 nam illa dicuntur similia , † quæ regulantur per eiusdem rationis identitatem Anch.conf. 350.n.2.Cotta Memoriali similia, Purpur.in l.vinum nu.4.ff. si cert.pet. Illaque dicitur similitudo,quæ est plena Pasett. conf. 131. nu. 14.Ias.post Bal.in l.1.nu.10. C. Iur.emphyt.
18 Modica enim diuersitas † in facto totum ius mutare dicitur, vt in proposito notat Sola in Nou.const. Pedem.Rubrica de mod.obserua. in decis.cas.arbitr.n.1.in fi.& ita in puncto decidit Cepha.conf.581.n.13.Peregri. consi.1. n.10.in 5.qui in qualitate substitutionum pō
19 derant illud verbum † (similiter.) Confirmatur istud fundamentum , nam testator in aliâ parte testamenti in expressa creatione mutuæ substitutionis quo ad nepotes de Magnis vsus est eodem modo loquendi in faciendo aliam reciprocam substitutionem,quatenus facta reciproca substitutione quo ad nepotes de Bardinis, subdit [& similiter dispositum esse intelligatur, & sit respectu prædictorum de Magnis,casu quo aliquis ex eis decederet sine filijs masculis] cessat igitur omne dubium,cum clare constet de vsitato modo loquendi , & de clara mente, & dispositione testatoris creãtis
20 mutuas substitutiones , † quo ad filios, filias, & nepotes , faciendo enim illam in primos, & tertios hæredes , dicendum est illam etiam fecisse quo ad secundos Menoc.conf.575. nu. 11.12.Peregr.conf.62.n.14.in 1.

Nec releuant opposita , nam ad Primum
21 Respondetur alternatiuam † positam inter personas honoratas resolui in coniunctam, plene Paris.conf.21.n.8.in 3. Botta conf. 28. n.28.vbi loquitur in terminis nostris Corne. conf.200.n.1.in 2.Ruin.conf.160.n.22.in 2. & post Bar.& alios tradit Rugeri.conf.48.nu. 62.in 1.Socin.iun.conf.50.num.3.in 4.Adeo quod deberet expectari mors omnium filiarum antequam admitti possent nepotes,mul-
22 tiplex inquam est sensus dictionis †illius[vel] vt patet ex congestis per Vulpel. de Præposit. & Aduerb. in versic. Vel, & idcirco , ponitur
23 † etiam correctiue Castr.in l.si is qui §. si libero n.2.ff. commod. nempe quando alternariua po-

ui ponitur inter duo, quorum vnum venit ad positionem alterius, vt declarat Crau.consilio 777. numero septimo. Adeo quod realiter loquendo in proposito casu, dicendum est talem alternatiuam resolui in coniunctam ex verisimili mente testatoris, qui tempore conditi testamenti habebat vnicam filiam natam licet cogitauerit aliam nascituram, adeo quod propter incertitudinem futuri euentus fecit mentionem vnius, & plurium filiarum, prout antea fecerat, quando pro loco illam, vel illas vocauit in substitutione facta in defectum filiorum masculorum ibi [filiam, aut filias extantem, vel extantes] adeo quod alternatiua illa importat solam incertitudinem futuri euentus, non autem priuationem vnius filiæ prædilectæ ad commodum nepotum ex sorore remotiorum, & minus dilectorum, quo-
24 circa fatendum est illam alternatiuam † [vel] resolui in coniunctam, ne alias excludatur per sona, quæ ex verisimili mente testatoris exclu dit substitutum extraneum l. si is qui qui ducenta, §. item si pater, ff. rebus dub. l. generaliter C. institu. & substitu. optime Ruin. consilio 140. numero 15. in 2. & consilio sexto, numero primo, in 3. Parif. consilio 44. nume. duodecimo, in 1. Crau. consilio 899. numero primo, late Torniol. consilio octuagesimo primo, numero 26. 27. vbi subdit hanc essedictionem tali in casu, attenta mente dispo-
25 nentis, quæ stat † augmentatiuè, & consequenter coniunctiue, maxime quando ponitur inter habentia conformitatem, & conuenientiam. Et dixit Casanat. post alios consilio quinto, numero tertio, & 5. alternatiuam
26 † resolui in coniunctam fauore liberorum, & consilio primo, numero quinquagesimo quarto, dicens regulariter alternatiuam resolui in coniunctim ex mente, & tandem ad substitu
27 tionem factam per verba † alternatiua, vel di stributiua non admitti substitutum quando superest persona, quæ ex verisimili mente excludit substitutum, & resolui in coniunctam tradit Alexan. loquens in filia testatoris consilio 175. numero octauo, & per totum in 5. quem sequitur Peregri. de fideicom. articulo decimo tertio, numero trigesimo primo, & sequenti Trentacinque, de substitut. par. 1. cap. 17. num. 39.

Ad secundum respondetur ex late congestis in primo fundamento huius partis, non repeto.

Ad tertium respondetur, iuxta deducta supra in secundo fundamento, hic non agi de declaratione cum nullum verbum dubium reperiatur, sed de verisimili, ac pene indubitata præsumptione, nempe, quod sicuti testator reciproce substituit inter nepotes ex sorore, vt bona in eorum familia conseruentur, ita fortius dicitur reciprocè substituisse inter eius proprias filias prædilectas, maxime cum ex qualitate personarum vocatarum, & substitu-
28 tarum colligatur non habuisse mentem † conseruandi bona in eius familia, cum ob defectum descendentium masculorum defecerit ex Ruin. Menoc. Peregrin. & Intrigl. ibidem citatis.

Ad quartum respondetur, iam satis constare ex fundamentis deductis fuisse inductam nedum tacitam, sed etiam expressam substitutionem reciprocam inter filias, quo in casu non attenditur distributio aliqua bonorum, nec hæreditatis.

29 Respondetur secundo ex institutione † facta plurium hæredum æquis portionibus, non dici institutos in quota, quia tunc dicuntur instituti in quota, quando fit specifica distributio bonorum, vel hæreditatis per certas quotas, dicendo in tertia, vel quarta, & similiter, nam in casu nostro tractatur de totalitate bonorum, non de distributione particu lari per quotas, qui termini sunt valde diuersi, vt colligitur ex traditis per Rip. in l. centurio numero 155. & sequentib. ff. vulg. quan-
30 do enim distribuitur † tota hæreditas per quo tas, & fit substitutio, tunc dicitur agi de substitutione vniuersali, vt late per Barzium decis. Bono. 5. numero quadragesimo quinto, & probat Odd. consilio quadragesimo quarto, numero 39. & 40. vbi subdit hoc in casu fieri reciprocam vniuersalem substitutionem, &
31 pluralitatem † non resolui in singularitates, nec substitutionem intelligi factam singulis hæredibus, quando superest persona prædilecta testatori, quæ excludat substitutum, sed tantummodo post mortem omnium institutorum decedentium sine filijs dicens ab hac opinione non esse recedendū nec in consulendo, nec in iudicando. Adeo quod obiectum militat, quando constat testatorem distribuisse eius hæreditatem per quotas particulares, quasi quod declaret se nolle, vt vnus institutorum alteri succedat, vel quando instituti sunt hæredes extranei, & non supersit persona, quæ ex verisimili mente testatoris excludat substitutum, vt supra declaratum est. Et ita declarat idem Odd. in oppositum citatus d. num. 49. 50.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ille dicitur, cui aliquid debetur ex quacunque actione, vel persecutione.*

2 *Omne dicens nihil excludit.*

3 *Collectiua dictio vniuersalis, includit ea quæ regulariter non venirent.*

4 *Dictio, quacumque, est vniuersalis omnia continent, quæ speciali indigent mentione.*

5 *Verborum geminatio in dispositione hominis nullam patitur restrictionem sed solum augmentum importat.*

6 *Verborum triplicatio geminatione fortior.*

7 *Correlatiuorum eadem disciplina.*

8 *Verbum, debere, omnem actionem datam comprehendit.*

9 *Legans debita, dicitur sensisse de debitis acquisitiue & , consequenter dicitur legasse credita sua.*

10 *Legans debita vel credita, dicitur legasse iura exigendi debitores.*

11 *Census est ius fundatum in actione reali.*

12 *Creditor dicitur, qui actionem contra rem potest exercere.*

13 *Creditor dicitur etiam rei dominus.*

14 *Creditor & debitor dicuntur emptor, & respectiuè venditor.*

15 *Vsusfructus vsu & tempore consumitur & morte finitur.*

16 *Proprietas rei non vsusfructus simplex dicitur legata quando legatario grauamen restituendi, vel aliud onus fuit impositum, & numero eὸ.*

19 *Dictio, &, copulat diuersa.*

20 *Censu legato intelligitur de annuo, non de capitali Emphyteusi legato, non intelligitur de dominio directo.*

21 *Testamenti vna pars aliam declarat, & quando.*

22 *Legatum est derisorium si fiat de re in natura non existente.*

23 *Dispositio testatoris quæ in vna sola re potest verificari facit venire illam rem in dispositione licet alias non veniret.*

24 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

25 *Inclusio vnius est exclusio alterius. Et e conuerso.*

26 *Legato vno ex pluribus adempto, cætera dicuntur confirmata.*

27 *Legata maiore quantitate, per testatorem in vna scriptura, & postea minore in alia, à priore dicitur recessisse.*

28 *Exceptionis qualitas optimè declarat de quo genere, & de quibus rebus regula loquatur.*

29 *Exceptio ad hoc, vt dicatur de regula, quæ nam sufficiant.*

30 *Exceptio ne dicatur vana & superflua, dicitur constituta virtualiter regula in cæteris similibus.*

31 *Dictio, tamen, est aduersatiua. Ideo inducit exceptionem a regula antecedente, nu. 32.*

32 *Aduersatiuæ natura est aduersandi in his, quæ sunt eiusdem generis, & qualitatis.*

33 *Verbum, Ille, stat demonstratiuè, & relatiuè quandam personalitatem denotans, & numero 34. 35.*

34 *Relatio fit ad antegesta.*

ARGVMENTVM.

Sub nomine crediti, an contineatur, quod debetur tam actione reali, quam personali.

Exceptio qualiter dicatur de regula.

CONSILIVM CXC.

Actiones meæ a Domino.



Ondidit testamentum quondam Domina Elisabeth Gandina nobilis Veronensis vsque de anno 1593. in quo hæredem sibi vniuersalem instituit Dominum Carolum Beroldum suum ex sorore nepotem, cui quandocunque decedenti sine filijs &c. substituit omnes, & quoscunque filios &c. Excellentissimi Doctoris Domini Aurelij Prandini æquis portionibus &c. in stirpem vulgariter, & per fideicommissum expresse &c.

Codicillos ex postea fecit de anno 1595. In quibus expresse voluit, mandauit, ac declarauit, quod omnia, ac quæcunque credita, & residua in quacunque quantitate existentia &c. omnia sint, & esse debeant libera, & expedita dicti Domini Caroli sui hæredis in testamenti relicti, & in sua plena, & libera libertate, & dominio agendi, pro ut sibi videbitur absque aliquo impedimento, & in aliquo non supposita alicui fideicommisso per ipsam codicillantem facto in prædicto suo testamento &c. Quæ omnia eo non obstante iure prælegati libera reliquit dicto Domino Carolo, excepto tamen illo capitali ducatorum 300. pro quibus Dominus Caliarius soluere tenetur ducatos 18. in anno, vnà cum omnibus suis residuis in quacunque quantitate existentibus, quod, & quæ sint, cadant, & permaneant sub prædito suo fideicommisso &c. & ipsa omnia residua inuestiantur in augmentum dicti fideicommissi, ita volente &c.

Orta

Orta fuit quæstio. An ex huiusmodi dispositione codicillari dicantur liberata a nexu fideicommissi omnia capitalia, seu credita actione reali debita, ipsius codicillantis, quorum vigore ipsi residua annua seu annui liuelli soluebantur, an verò illa credita liberata a fideicommisso vt supra limitentur ad credita, pro quibus sola actio personalis competit creditori, non autem realis.

Vidi plura hinc inde deducta, & ni fallor, solam puncti superficiem tangentia per vulgares regulas, quo circa efficaciori medela opus esse necessarium duxi ad depromendam articuli veritatem, ac eius inconuincibilem decisionem.

Dico igitur fore declarandum, per Excellẽtissimos ac integerrimos iudices omnia credita tam realia, quam personalia, & tam capitalium, quam residuorum seu liuellorum fuisse ab onere fideicommissi liberata, ex pluribus.

1 & Primo quia illos constat esse † creditores quibus debetur ex quacũque actione, vel persecutione l. creditores accipiendos, ff. verbo. signi. & ideo veri creditores, & illa vera credita dicuntur, quæ sub actione personali, vel reali veniunt aut continentur, & merito tex. ille non dixit simpliciter illos dici creditores, quibus ex quacunque actione debetur, sed addidit, (vel persecutione) ad tollendam differentiam actionis personalis a reali, ex quo persecutio dicitur realis actio, textus apertus in l. actio in personam, ff. actio. & obliga. vbi præcise dicitur, quod actio in personam infertur, petitio in rem, persecutio in rem, vel in personam rei prosequendæ gratia, similis textus legitur in l. pecuniæ verbum §. actionis verbum, non igitur potest negari, quin credita liberata intelligantur esse tam realia, quam personalia, & de hoc alias tetigi in consi. 43. nu. 18. & seq. vol. 1.

Secundo ipsa disponens vsa fuit sermone non simpliciter indefinito sed vniuersali, & nedum geminato, sed triplicato, cum dixerit (omnia, & quæcunque credita,) & infra (omnia sint, & esse debeant) ex quo vniuersali sermone omnia credita cuiuscunque ge-
2 neris dicitur prælegasse. † Qui enim dicit omnia, nihil excludit l. prima, vbi Barto. ff.
3 leg. 1. † & est dictio vniuersalis collectiua, Menoch. consilio 123. numero tertio, quo circa includit ea quæ alias regulariter non venirent, Barto. in l. omnia priuilegia C. Episco. & Cleri. & si aliquod creditum reale non includeretur in tali prælegato, vtique falsum esset dicere, quod omnia credita prælegasset, vt dicit Deci. consilio 597. numero primo, quem sequitur alios addendo Surd. consilio trigesimo primo, numero vigesimo septimo, & consilio septuagesimo tertio, numero 62. & seq. Pedro. loquens in puncto, consilio 6. nu. 48. & seq.

Et vltra verbum omnia, addidit testatrix,
4 †(& quæcunque) quæ dictio pariter est vniuersalis comprehendens ea, quæ alias non comprehenderentur Deci. consi. 529. numero 2. Decian. consilio tertio, numero 134. Pedro. dicto consilio sexto, numero 50. & omnia continet quæ speciali indigent mentione, Socin. consilio tertio, numero 23. in 3. alios adduxi consilio quadragesimo tertio, numero 15. 16.

Quæ quidem vniuersalitatis geminatio, omne prorsus dubium resecat, quin voluerit ipsamet codicillans, omne creditorum genus comprehendere nemine excepto, nisi specialiter aliquo excepto, vt infra dicam, nam geminatio ista omnia credita etiam incogitata comprehendit, Doct. in l. tres fratres, ff. pac. Pedro. dicto consilio sexto, numero 50. Surd. consilio septuagesimo tertio, numero sexagesimo quinto, & sequenti, qui subdunt hoc a-
5 xioma indubitate admitti † in dispositione hominis, in qua geminatio nullam restrictionem, seu declarationem admittit, sed simplex augmentum operatur, idem probat Roland. consilio 70. numero quadragesimo secundo, in 3. conferunt tradita per Aldouic. consilio sexagesimo tertio, numero trigesimo quarto, loquens de geminatione verborum apposita in liberatione fideicommissi, & hanc conclusionem late exornaui consilio 82. numero 7. vsque 10. vbi videatur, non repeto.

Et si id operatur geminatio verborum vniuersalium, fortius operari debent in casu isto, in quo verba vniuersalia fuerunt triplicata, i-
6 bi omnia sint, & esse debeant, † quæ triplicatio magis ligat, ac enixiorem, & proniorem voluntatem liberandi ipsius codicillantis importat, Decian. consilio primo, numero 204. in 1. Roland. consilio septuagesimo primo, numero 50. in 2.

Tertio credita, & debita sunt correllatiua, sicuti dicitur de creditore, & debitore, & ideo
7 † dispositum in vno censetur dispositum in altero, l. fin. vbi Barto. ff. acceptil. Bolognin. in Rubrica ff. si cert. peta. numero 7. confert Caballi. millelo. 354. & dixi ego consilio 43. numero 21.

Modo sub nomine debiti omnis omnino actio cõprehendi intelligitur, ista sunt verba tex. in l. pecuniæ verbum §. hoc verbũ, ff. verb.
8 sig. vbi Alcia. notat, † verbum, debere, omnem actionẽ datam comprehendere, q̃ & cõprobauimus d. consi. 43. n. 22. & seq. idẽ igitur dicendũ est in verbo Credita, uel creditor, ut omne genus creditorum, & in rem uel ob rem

omnino comprehendatur. Hinc dixit Bald. in proposito in Rubrica C. reb. credit. num. 8. quem sequitur Salic. ibidem numero 3. & 4.
9 quod † legans omnia debita sua perinde habetur ac si legasset omnia credita sua, quia dicitur legasse, & intellexisse debita sua acquisitiue, (alias legatum non sustineretur, Surd. consilio 305. nume. 19.) id est, iura sua contra quoscunque debitores, sequitur Gome. in Rubr. ff. si cer. pet. nu. 8. & Bologni. num. 7. dicentes istos duos modos legandi æquipara-
10 ri, & † iura exigendi debitores dici legata, cũ igitur codicillans dixerit (credita, & residua) dicitur intellexisse de iuribus exigendi capitalia, & liuellos vigore capitalium in annos singulos creditori soluendos, vt declarat Peregri. in deci. 71. num. 6. & 7. iuncta deci. antecedente, quæ est 70. quæ ambo fuerunt scriptæ in vno & eodem facto, vbi dicit in puncto, residua appellari liuellos, qui in annos soluũtur, et quæ dam annuæ præstationes, seu annui reditus vigore pecuniarum maioris quãtitatis dispositarum, vt puta super Zechis Florentiæ, Lugduni, & Venetiarum, quod est dicendum etiam de pecunijs implicatis, seu inuestitis, vel assecuratis super fundo, ex quibus pensiones annuæ, affictus, vel residua soluuntur, quorum respectu Domini dictarum pecuniarum capitalium dicuntur creditores, & qui illas receperunt, debitores esse dicũtur, citante etiam in l. creditorum, & l. seq. ff. verb. sign. quæ quidem decisiones Peregr. apprime resoluunt præfatam controuersiam, & confir-
11 mari ex eo, quod † census est quoddam ius constitutum in actione reali, non personali, vt post Did. tradit Eugen. conf. 100. nu. 23. & 40. ita credita fundata super prædijs, vt in casu isto, Idem dicetur de iure Decimarum, nam dicitur quid stabile Cabalin. millelo. 921.

Quinto non ambigitur sub nomine creditorum contineri ea credita, quæ actione reali
12 debentur, & consequenter † creditorem dici qui actionem contra rem potest exercere, nam
13 videmus † Dominum rei venire sub nomine creditoris, vt post Decium tradit Magon. decis. Flor. 79. nu. 1. dicens ita fuisse iudicatum,
14 ita etiam videmus † emptorem, & venditorẽ respectiue dici creditorem, & debitorem l. si cui excepto ff. verb. sign. & tradit Ale. de Nuo. conf. 77. nu. 8. seq. Asini. contraria tollendo de execut. fol. 156. cap. 54. nu. 7. vsque ad fin. conferunt late tradita per Bertaz. de Instru. n. clus. 34. Glos. 10. Idem de actione empto, vel locato firmat Bologn. Rub. ff. si cer.
15 pet. a num. 11. † & creditorem cui datur actio in rem, veram dici creditorem probat diffuse Niger. in l. 1. num. 91. ff. si cert. pet. Mandel. consi. 585. Asini. de execut. fol. 160. cap. 62. Gomez. institu. de actio. in princ. num. 69. & ego deduxi consi. 43. numero 24. addo nunc Alciat. quem sequitur Thesaur. decis. 235. in fine.

Quinto aduertatur, quòd codicillans liberando credita a nexu fideicommissi, necessario, intellexit de proprietate, seu etiam de capitalibus liuellorum, ob quæ residua annua soluuntur, alias fuisset quodãmodo superflua liberatio illa, si fuisset restricta ad credita annua personalia, & ideo videmus, quod si legetur alicui vsusfructus rei, cum hoc quòd illam post mortem suam alteri restituat, dicitur le-
16 gasse proprietatem, † quia vsusfructus vsu, & tempore consumitur, & per mortem finitur ipso iure, nec opus est aliquo ministerio vsufru-
17 ctuarij nec illius hæredum, vnde cum † vsufructuarius grauetur onere fideicommissi, vel restituendi rem, ex qua reditus annui percipiũtur, dicitur sibi fuisse legata proprietas, ita probat Rom. singu. 563. ita etiam dicitur, quòd testator legando vsumfructum dicitur legare proprietatem, quando adiecit onus de non alienando, vt post Roma. Ferrat. Barba. Durand. Sadolet. & alios tradit Ceph. conf. 153.
18 num. 83. † idem dicitur de aliquo alio onere iniuncto vltra vsumfructum, vt per illud arguatur relictum proprietatis, Pre. de interpre. vlt. volun. fol. 410. num. 25. Manti. de conicc. vlt. volun. lib. 9. tit. 5. nu. 8. Crement. sing. 28. Eugen. consi. 25. nu. 39. dicens onus restituendi arguere relictum proprietatis, & hoc conferunt dicta per Bald. consi. 357. column. 2. in 1. non igitur potest alter probabiliter dici ex tali liberatione tam ampla, & triplicatis clausulis vniuersalibus roborata sola credita transeuntia, quæ in dies exacta dictim consumuntur, fuisse comprehensa, sed ipsamet capitalia pecuniarum iuraque realia in prælegato illo contineri, ad quæ liberatio a fideicommisso propriè debet applicari iuxta præallegata.

Sexto prælegauit testatrix credita, & resi-
19 dua, ex illa † dictione, &, inducitur copulatio diuersorum iuribus notis, considerauit ergo disponens credita stabilia, & credita mobilia in annos singulos solui debita, quæ dicuntur residua, vt dixi ex Peregri. decis. 70.
20 & 71. † & legatum in vno non extenditur ad alterum, vnde si legetur census super Domo non venit directum Dominium, quod est debitum, seu creditum stabile principale, Guido Papa decis. 264. Brun. a Sole, quæsti. 5. numero 25. 27. 28. ita si legetur Emphyteusis, dominium directum in legato non continetur, Ias. in l. seruum filij, in fine principij, ff. lega. 1. Pret. de vltim. volunt. fol. 389. numero trigesimo quarto, legando modo credita, & liuellos dubio procul etiam iura

realia

realia directa stabilia legare voluisse fatendũ est, & præcipuè concurrentibus supra, & infra dicendis.

Septimo facit, quod ipsa Codicillans dicendo credita, & residua in quacunque quantitate existentia est, ac si dixisset, credita cum suis residuis, seu credita, & sua residua, pro ut tali usu loquendi usa est, quatenus loquendo de capitali 300. ducatorum dempto a præ legato liberationis, subiunxit [vna cum omnibus suis residuis in quacunque quantitate
21 existentibus] † & vna pars testamenti, vel vltimæ dispositionis, aliam partem declarat, maxime quando agitur de intelligentia alicuius verbi dubij, in alia parte apertius, & explicitè declarati, Paris.consi.87.nu.46.in 2.Surd. consi.455. num.8.9. & 468.nu.8. & consilio 375. nu. 28.29.30. cum alijs passim adductis per Docto. Si igitur debet intelligi illa oratio ac si dixisset [credita, & sua residua] necesse est vt intellexerit de capitalibus pecuniarum, quæ dicunt credita reddentia annua residua, seu annuos liuellos.

Octauo supponitur in facto, Dominam Codicillantem nulla alia credita habuisse, nisi illa obligata actione reali, ne igitur dicatur ipsam disponentem voluisse per tam amplissima verba facere legatum illusorium, & inane, quia legans credita si credita nō habuerit, inutile, & vanum erit legatum, l. si sic, §. 1. tibi
22 Barto.ff. leg.1. † defectus enim in substantia rei legatæ, quæ non est in rerum natura, reddit legatum derisorium. l. si domus in fi. prin. ff.leg.1.Alex.consi.14.n.12.in 2. Crau.cons. 295.nu.5.cum alijs congestis per Pret.de vlt. volun.fol.136.n.87.88.& seq.dicendum igitur est de huiusmodi creditis realibus sensisse,
23 † nam dispositio, quæ non potest verificari nisi in certa re, seu in certo genere rerum, facit venire illam rem, vel illas res in illa dispositione, etiam si alias regulariter non veniret, vel venirent, ne alias inutilis reddatur dispositio illa, Petr.Gerard. sing.35. alia adducit Surd. consi.74.nu.82.& 83.dixi ego latius cons.12. num.7.& seq. Alibi scriptum reliquit præt.de vltim.volun.fol.388.n.10.quod vbi viget ambiguitas rerum legatarum, declaratur quando de illorum corpore constat, vel non, in hæreditate testatoris.

Nono in exceptione, seu deductione e præ legato liberationis, ita dixit codicillans [ex-
24 cepto tamẽ illo capitali &c.]† exceptio namque firmat indefinitam ac vniuersalem regulam in alijs casibus, & capitalibus non exceptis l. generaliter, §. vxori ff. vsufruct. legat. l. quæsitum, §.denique ff.fund.instruct. Mand. consi.205.num.13. Hinc dicitur quod qui de vno patitur, de alio videtur denegare. l. & si
25 fine, §. sed quod Papin. ff. minot. † & vnius exclusio dicitur aliorum inclusio, & è contra. l. cum prætor.ff.iudi.Magon. decis. Lucan.81.
26 dixi consi.27.n.30. Hinc etiã dicitur, † quod si ex pluribus legatis factis, vnum cassatur, cetera dicuntur confirmata Castr. cons.291. in fin.in 1.Pret.de vlt.volunt.fol.448 num.37.
27 † ita & legans maiorem quantitatem in vna scriptura postea legans minorem in alia a priori dicitur recedere, l. libertis quos ff. alim.leg. idem Pret. vbi supra fol.447.numero 21. 22. his sic stantibus sequitur dicendum codicillantem omnia alia capitalia ab onere fideicõmissi liberasse, & in verbo (Credita) sensisse
28 de capitalibus pecuniarum, vt di xi, † nam ex qualitate exceptionis optime declaratur de quibus rebus, & de quo genere regula loquitur l. nam quod liquide ff. pæn. legat. & post Alexand. & alios declarat Rimin. iun. consi. 528.nume.32. conferuut tradita per Deci. in cap. Cum dilecta num. 14. versi. Et ad hoc facit, quod not. Alexan. extr. de confir. vtil. vel inutil. non inquam est necesse, ad hoc vt exceptio dicatur esse de regula, vt exceptio concipiatur per eadem explicita verba, & sub eodem met sono, & cortice verborum, quibus vsus est disponens in conceptione seu disposi-
29 tione regulæ, sed sufficit vt † exceptio virtualiter, & contentiue, ac per oculum intellectus, proueniat a regula sub eius generalitate, & in regula ipsa contineatur verbi gratia, si quis legat fundum excepto ædificio, iuxta l. si fundum la 1.§. si fundum. ff. lega. 1. ita si quis instituat aliquem hæredem in semisse, exceptis domibus suis. l. Caius. in princi. ff. leg.2.& declarat Pret. vltim.volunt. fol.447. num.16.non igitur absonum est dicere, lego omnia credita excepto capitali 300. aureorum, quia capitale illud exceptum virtualiter, & contentiuè comprehendebatur in legato creditorum in regula delictorum.

Comprobatur conclusio ex eo, quod Regula est directa ad diminutionem illiusmet fidei commissi, ad cuius augmentum fuit concepta exceptio, vt ex verbis explicitis ipsius codicilli videre est.

Addatur insuper, quod si ex aduerso dicatur, exceptionem capitalis 300. ducatorũ non contineri in regula creditorum, attentione
30 talis exceptio superflua † reddatur, dicendũ est ipsam codicillantem virtualem regulam in cæteris capitalibus constituisse, & in regula creditorum voluisse comprehendere capitalia seu credita realia, vt post Lapp. Alexand.& alios pulchre docet Deci.in ca. Cum dilecta. nu.14.versi. Et ista conclusio sane intelligitur de confirmat. vti. vel inuti. Dida. Couarru.li. 2.var. resol.c.5.nu.7.8.

Insuper ad cōprobationem prædictorū aduertatur, in proposito istius exceptionis, nempe φ illa verba de regula anterius descripta quod non dixit ipsa Codicillans excepto capitali, sed dixit [excepto tamen illo capitali]
31 † illa dictio, tamen, est aduersatiua superioribus, l. cum hic status §. diuortium, ff. donat. int. vir. Bimi. consi. 79. numero 7. & stat limitatiue l. pro hærede §. si quid tamē ff. acq. hæred. in l. 1. num. mihi 62. ff. acqui. possess. &
32 consequenter † dicitur induere exceptionem a regula quæ præcedit, vt docet Bertr. consi. 225. numero 3. in 3. alias est consilium 224. cod. vol. Socin. iun. consilio 22. numero 8. 9. in 4. Et natura aduersatiuæ est aduersari his quæ sunt eiusdem generis, & qualitatis non diuersæ, quia aduersando facto antedicto inducit repetitionem qualitatum præcedentium, Ias. in l. 1. in principio numero 12. 13. ff. ne quis eum qui in ius, Peregr. consilio 4. numero 4. 18. 19. 23. & sequentibus Silua. in repetitione l. rem alienam numero 89. ff. pignor. actio. & post Bald. tradit Rube. in l. Gallus, §. quidam recte, numero 143. ff. libe. & posthum. non igitur potest negari hanc exceptionem non esse de regula antea confirmata.

Tandem dixit [excepto tamen illo] ver-
33 bum [illo] stat † demonstratiuè, & relatiuè denotans quandam identitatem, seu personalitatem, Roland. alios addens consilio 59. numero 27. in 3. Surd. decis. 125. numero 1.
34 Peregr. consilio 4. num. 5. in 2. † Relatio autem fit ad ea, de quibus antea gestum est, Ias. in l. Aquiliana in principio ff. trans. Magon. decis. Lucan. 9. numero 34. & ideo dixit Mandel. consi. 328. numero 25. quòd dictio [illo] & similis dictio relatiua est eius naturæ, vt referat præcise personas, & res antea expressas, concordat Primi. consilio 113. numero 47. di
35 cens, † dictionem (ille) referre substantiuum præcedens ac si illud foret expressum, & ad oculum demonstrabile, admitti ergo debet, vt talis exceptio sit de regula antecedente. &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum permitto idem importat quod remitto.*
2 *Succedens ex verbis permissiuis non dicitur habere titulum a defuncto, sed a lege.*
3 *Permissio aliqua vera non causat dispositionem.*
4 *Verbo concedo, exponitur, id est, patior et facere.*
5 *Verbum concedo importat quandam donationem, seu remissionem.*
6 *Verbum concedo est facultatis, non necessitatis.*
7 *Verbum posse aliud est quam necesse.*
8 *Verbum possit importat solum arbitrium etiam in legibus, rescriptis, & contractibus, non necessitatem, & præcipue quando est positum affirmatiue.*
9 *Geminatio, & triplicatio verborum resonantium in arbitrium inducunt indubitatam libertatem faciendi, vel non faciendi.*
10 *Verba importantia arbitrium censentur a testatore prolata per modum consilij, quod non inducit obligationem.*
11 *Ea quæ voluntario committuntur iuris necessitati non submittuntur.*
12 *Liberum arbitrium non regulatur a iure.*
13 *Necessitas, & voluntas non se compatiuntur.*
14 *Habens bona testatoris beneficio, & liberalitate vltimi possessoris tenetur illius debita persoluere.*
15 *Potentia in vanum cedit, quæ non reducitur ad actum.*
16 *Potestas non sufficit in vnoquoque actu absque concursu voluntatis.*
17 *Proximiores agnati succedunt, quando quis potest eligere aliquem alium, & non eligit.*
18 *Successor priuare potens alium successione, & non priuans dicitur illam dare.*
19 *Successor iussus vnum eligere, & illum legitimare potest adhuc plures ad hunc effectum eligere, vt legitimentur.*
20 *Numerus pluralis in vno verificari non potest.*
21 *Habens facultatem eligendi plures, non potest vnum tantum eligere.*
22 *Facultas eligendi durat vsque ad mortem, & est variabilis, & reuocabilis.*
23 *Electus ille dicitur, qui fuit hæres institutus.*
24 *Adimere qui potest, & non adimit, censetur dare.*
25 *Legitimatio non est vera legitimatio, sed dispensatio, quando legitimatus natus est ex muliere, cum qua matrimonium non poterat esse tempore natiuitatis.*
26 *Legitimatio vera est totius status hominis integra restitutio.*
27 *Dispensatio dicitur, & non legitimatio quando fit cum aliqua limitatione.*
28 *Dispensatio est odiosa, & vltra casus expressos in ipsa dispensatione non extenditur.*
29 *Legitimatio potest stare sine potentia succedendi.*
30 *Facultas succedendi est quid separatum a legitimatione.*

Legi-

31 Legitimatio non flectit oculos retro.
32 Vasallus succedens simul in feudo, & hæreditate tenetur indistincte soluere æs alienum vasalli.
33 Successor in feudo tenetur ad debita vasalli vlei imo loco defuncti contracta ratione feudi, etiã si non sit illius hæres.
34 Hæres succedens vasallo tenetur ad debita ipsius vasalli.
35 Hæres, & legitimatus habet intentionem fundatam in testamento, & instrumento legitimationis, & qui vult illa impugnare, tenetur probare impugnationem.
36 Legitimatio fuit facta ex causa legitimã in defectum legitimæ sobolis, & de ordine testatoris aui paterni, adeo quod vlterius non est inuestigandum.
37 Legitimatus siue sit naturalis, siue spurius de hoc non est inuestigandum.
38 Nullitas legitimationis ab illis solis potest allegari, in quorum fauorem esset nulla, & non ab alijs.
39 Legitimatio semel approbata de cætero impugnari non potest.
40 Legitimatio non dicitur facta contra voluntatem testatoris creantis fideicommissum, nec in aliquorum vocatorum præiudicium, quando in defectum lineæ fuerunt vocati bastardi.
41 Legitimationes tales tota die admittuntur in Senatu Veneto, non obstante ordine superius allegato.
42 Legitimatus ad fideicommissum iussu testatoris perinde est ac si testator fecisset eum legitimare ad ipsius fideicommissi successionem.
43 Electus censetur vocatus a testatore ad fideicommissum, quando electio est facta ex ordine testatoris eligendi per hæredem.
44 Agnatio, & familia conseruatur ita per legitimatos, sicuti per legitimè natos, cum legitimatus alijs agnatis succedat.
45 Legitimatus per rescriptum nedum agnascitur patri, sed etiã agnatis, & illis omnibus succedit.
46 Legitimatus admittitur ex interdicto Quorum bonorum.
47 Legitimatus reputatur legitimus ne dum a natiuitate, sed etiam a conceptione sua.
48 Legitimato debetur legitima.
49 Legitimatus grauatus ad deferendum nomen, & insignia familiæ censetur vocatus ad successionem illius, a quo grauatur.
50 Conditio deferendi nomen, & arma ipsius testatoris inducit perpetuum, & generale fideicommissum.
51 Priuatio præsuponit habitum.
52 Qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens, maxime in testamentis.
53 Voluntas inducit fideicommissum, licet figura, & sonus verborum illud non inducat.
54 Hæres omittendo, vel committendo, quando priuatur, ex dicta priuatione inducitur fideicommissum.
55 Grauamen restitutionis fideicommissi inducitur quando quis priuatur commodo relicto non parendo testatori circa onus iniunctum deferendi arma, vel cognomen ipsius testatoris.
56 Eligere ille dicitur, qui grauat electum de restituendo.
57 Actus quilibet attribuitur ordinanti, non exequenti.
58 Qui per alium facit per se facere videtur.
59 Omnia nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur.
60 Primordialia potissimum sunt in consideratione, non secundaria, vel consecutiua.
61 Actus qui sequitur præsumitur factus secundum causam præcedentem, & ab ea determinatur, ob quam geritur.
62 Declaratio actus retrotrahitur.
63 Electus ab hærede dicitur capere a testatore non ab ipso hærede fideicommissario.
64 Fideicommissarius succedens ex fideicommisso dicitur succedere ipsi institutori, non autem grauato, seu vltimo possessori.
65 Electus hoc in casu dicitur capere a testatore non ab eligente.
66 Gabella si debetur ex instrumentis, de solo instrumento testamenti, non autem de instrumento electionis debetur.
67 Electus non tenetur stare colono eligentis, nec illius transactioni, vel alijs conuentionibus.
68 Electus grauari non potest in aliquo ab eligente.
69 Electus exhæredari non potest ex causa ingratitudinis ab ipsa eligente.
70 Hæres electionem faciens nomine testatoris, dicitur fuisse in hoc nudus minister.
71 Verba a testatore prolata debent intelligi, secundum subiectam materiam, & secundum qualitatem personæ erga quam proferuntur.
72 Verba interpretari, ac regulari debent secundum rationem actus, de quo agitur, & ex quo testator disponens fuit motus.
73 Verba debent intelligi eo respectu, quo fuerunt prolata, & ad illum solum respectum, & causam restringuntur.
74 Verba sen. per declarationẽ recipiũt ex adiuncto.
75 Arbitrium, & pura electio in casu nostro fuit cõmissa a testatore disponente.
76 Verba mixta in dubio solum boni viri arbitrium imporeant.
77 Electio, vel declaratio in arbitrium hæredis grauati, vel primi fideicommissarij conferri potest.
78 Arbitrium commissum a testatore in personã hæredis intelligitur cum effectu.
79 Facultas & arbitrium intelligitur respectu personæ necessitas autem respectu substantiæ electionis.

80 *Necessitas non habet meritum, sed mera voluntas.*

81 *Facultas necessariæ electionis non est propria liberalitatis beneficium.*

82 *Electus non diceretur succedere in bonis sibi destinatis a testatore per fideicomissum, si teneretur persoluere debita eligentis grauati.*

83 *Electus non tenetur ad aliquid inæstimabile grauamen, veluti delationis armorum, vel cognominis, ac cætera id genus ab eligente prouenientia.*

84 *Eligens tenetur præstare gratis tale ministeriū suum in eligendo.*

85 *Lex in odium eligere nolentis fecisset electionē sui officio, & legitimationem procurasset.*

86 *Electione non facta commissa a testatore, recurritur ad arbitrium boni viri, id est, ad iudicem ordinarium.*

87 *Prior in voce est prior in sensu.*

88 *Proximiores testatoris censentur vocati, quando hæres grauatus non elegit.*

89 *Dictio alternatiua (ouero) importat ordinem, vt primo nominati præferantur alij.*

90 *Eligens ex concessione, & cōmissione testatoris, tenetur in electione sequi voluntatem tacitam, vel præsumptam ipsius testatoris.*

91 *Electio in illo solo bastardo superstite de familia consummari potuit.*

92 *Distributio relicti debet fieri inter decem virgines solas, etiamsi aliæ non extent.*

93 *Electio vadit ad arbitrium boni viri, seu ad iudicem quando fuit omissa, non autem omnes proximiores admittuntur.*

94 *Voluntas testatoris consummari debet in bastardo, quia ex qualitate personarum dignoscitur on mente testatoris fuerit satisfactum.*

95 *In electione omissa facienda ab hærede grauato, non omnes de familia, vel agnatione indistincte admittuntur, sed illi tantum erga quos testator parem habuit affectionem.*

96 *Succedere illi soli possunt, inter quos cadebat electio, non alij.*

97 *Vnitas bonorum indicta a testatore in certas personas excludit alios non comprehensos.*

98 *Sermo pluralis necessario debet verificari in pluribus.*

99 *Sermo pluralis non admittit concursum in personis eligendis, sed ordinem successiuum, ita quod si vnus electus legitimatus sine sobole decederet, vel alius redderetur incapax eligatur, & legitimetur alter & sic successiue.*

100 *Pluralitas resoluitur in singularitates, ne alius possit resultare absconditas, vel veniatur contra mentem disponentis.*

101 *Facultatem habens eligendi plures potest vnum tantum eligere.*

102 *Grauatus restituere libertis, quibus placuerit potest vnum præferre.*

103 *Electio cōmissa hæredi inter plures personas de pluribus personis in numero plurali potest fieri in vnica persona.*

104 *Ratio in electione vnius militat, quæ in electione plurium.*

105 *Electione semel facta consumitur ius eligendi, & ex electione ius irreuocabile dicitur acquisitum.*

106 *Electio si fuit cōmissa simpliciter in vltima voluntate, eligens non potest variare, secus si in contractu.*

107 *Eligens nomine proprio potest variare, secus si nomine alieno.*

108 *Electio facta virtute testamenti non dicitur facta nomine proprio, sed nomine testatoris, qui illam ordinauit.*

109 *Succedendi ius, est quid diuersum, & separatum a legitimatione; ideo non potest limitare legitimationem, nec illam ponere in diuersa specie.*

110 *Facultas succedendi limitata procedit in legitimatione collatiua non autem restitutiua.*

111 *Alteratio modica eligentis non est curanda, cum non recesserit a mente testatoris.*

112 *Restitutio plena Natalium facta a valente sic legitimare dicitur vera legitimatio, non autem dispensatio reputatur.*

113 *Consideratio matrimonij non requiritur ad inducendam veram legitimationem.*

114 *Restitutus pleno natalibus succedit legitimari faciente licet explicite non fuerit legitimatus ad sic succedendum, tanto magis cum teneretur legitimatus deferre cognomen, & arma eligentis sub pœna priuationis.*

115 *Testator vocans ad successionem sui fideicōmissi bastardum legitimum, si eligatur non agitur de alicuius præiudicio.*

116 *Successor in fideicommisso non tenetur ad æs alienum vltimo defuncti.*

ARGVMENTVM.

An vocatio bastardorum legitimatorum de familia testatoris vocandorum de ipsa familia, cum onere etiam deferendi arma, in cuius arbitrium erat collata electio, verificetur in vno tantum, & electus dicatur capere hæreditatem ab ipso eligente, vel a fideicōmittente, ita vt teneatur ad æs alienum eligentis vlt. defuncti.

An eligens nomine fideicōmittentis possit variare electionem, & deciditur negatiue.

CON-

CONSILIVM CXCI.

Actiones mea a Domino.



DE anno 1543. Dominus Ioannes Iacobus Beroldus Bursius nobilis Veronensis in suo testamento strictissimum creauit fideicõmissum inter suos descendẽtes masculos in infinitum legitimos tamen, & naturales, Qua quidem linea totaliter deficiente disposuit per hæc formalia verba vernacula lingua conscripta, nempe, [*Ecco te quando che al tutto mancasse la sua linea legitima masculina de suoi descendenti, nel qual caso permette, & concede che l'vltimo suo descendente maschio possi far legitimar de bastardi descendenti, ouero d'altri suoi consanguinei, Mentre si chiamino de Borsi, & non altrimente & non lo facendo, che syno priui de suoi beni &c.*

Defecit Testator superstitibus ex eo Ioanne Baptista, Ioseph, Ioãne Francisco, & Bursio fratribus eiusque filijs respectiue.

Ex Ioanne Baptista orti fuere Carolus, Iulius Cæsar, ac Ioannes Iacobus fratres legitimi, & naturales, & Ioseph filius naturalis.

Ex quibus filijs Ioan. Baptistæ prædecesserunt Iulius Cæsar, & Ioannes Iacobus sine descendentibus, superstitibus Carolo, & Ioseph naturali.

Qui Carolus desperans de sobole sua procreanda, de anno 1607. Sub die 18. Aprilis curauit legitimari D. Ioseph fratrem suum vt supra, non tamen indistincte ad omnia absolute, sed modificatiue. Ad honores, & ad successionem bonorum aliorum agnatorum, exceptis bonis ipsiusmet Domini Caroli, in quib. non possit aliquid prætendere, nisi prout ipsi Domino Carolo videbitur, & placuerit.

Quem quidem D. Ioseph legitimatum vt supra, ex post hæredem suum vniuersalem instituit præfatus D. Carolus.

Quibus sic stantibus, contigit D. Carolum vltimo defunctum graue æs alienum conflasse, illiusque creditores vrgere aduersus D. Ioseph illius hæredem.

Quæritur, an ipse D. Ioseph sic legitimatus & hæres institutus vt supra debita Domini Caroli soluere teneatur, nec ne. Et consequenter dicatur recognoscere successionem a Domino Carolo vltimo defuncto bonorum possessore, An vero a Domino Ioanne Iacobo seniore, qui dedit causam legitimationi.

Creditores prænarrati asserunt D. Ioseph habere bona a Domino Carolo, & ideo teneri soluere æs alienum dicti Caroli, fortasse freti ex infrascriptis, Et

Primo. Quia Dominus Ioannes Iacobus non arctauit Dominum Carolum ad legitimandum Ioseph, sed illi arbitrium ac liberam facultatem legitimandi dedisse creditur, ex quo vsus est verbis merum arbitrium, non autem necessitatem importãtibus, quo fit vt successio debeat per legitimatum recognosci ex mero beneficio Domini Caroli, non autem ex ordinatione primi testatoris, qui circa hoc non dicitur disposuisse, sed consilium, ac simplicem facultatem dedisse per modum admonendi, nõ autem per viam iussus vel præcepti.

Ponderandum inquam primo loco est verbum illud (*Permette*) nam idem est dicere, per-
1 mitto, † quod, remitto. textus clarus in l. Imperatores. ff. pact. Illudque dicitur permitti, quod non prohibetur. Glos. 4. in l. si qui. C. Episc. audi. Hinc dixit Bald. in l. si emancipati, num. 15. C. collatio. Quod aliud est permittere, in quo sola causa efficiens apparet, Aliud est disponere, in quo apparet sufficiens causa formalis & materialis, & ideo succedentem
2 † ex verbis permissiuis non dici habere titulũ a defuncto, sed a lege. Idem probat. Alex. cõ
3 sil. 44. In fin. in 5. & permissionem † aliquam veram dispositionem non causare, tradit Ias. in rubrica. ff. lib. & posth. nu 18. & consil. 202. col. 7. versic. 6. bene facit in 2. Ioan. de Garon. in Auth. ex testamento, num. mihi 9. 10. C. secund. nupt.

Secundo loco dixit testator (*& concede*)
4 quod quidem verbũ, † concedo, exponitur, id est, patior re facere, secundum Alex. in l. cum
5 quid. num. 14. ff. si cert. pet. & importat † quandam donationem, seu remissionem, l. vxori. §. fin. vbi Glos. & Bart. ff. leg. 3. late Menoc. de Arbitr. Iudic. casu 88. num. 31. Est enim ver-
6 bum † facultatis non necessitatis, c. 1. de ætat. & qualit. in 6. vbi Archid. Gemin. & Franc. in primo not. & probat text. in l. omnium. C. vectigal. vbi Glos. 1.

Subdit deinde tertio loco Testator (*che possi*
7 *far legitimar*) Aliud inquam est posse, † aliud necesse, l. non quidquid, vbi Bald. ff. iudic. &
8 quod verbum (*possit*) † solum arbitrium, nullamque necessitatem importet etiam in legibus, rescriptis, & contractibus probat diffuse Surd. consil. 98. colum. 1. Aldou. consil. 20. numero 119. & præcipue quando est positum affirmatiue, vt in casu isto. Narra. consil. 504. numero 4. Et ita satis constat ex sermone testatoris non induci necessitatem, sed solam facultatem, tanto magis ex ipsa verborum inculcatione in arbitrium resonantia, ex quorum gemi-
9 natione, † & triplicatione indubitatam libertatem faciendi, vel non faciendi arguit Corn. consil. 202. col. 2. in fin. & col. 3. in 4. Roland. cons. 59. num. 32. in 1. alios addit Surd. cons.

380.

10 380.nu.42. Quo fit vt tàlia verba † censeantur a testatore prolata per modum consilij,qđ
non inducit obligationem,l.cum pater.§.mādo.ff.leg.2.Pich.in l.Titia.§.Titia cum nuberet.num.8.ff.leg.2.Mantic.de Coniect.vltim. volunt.lib.8.tit.1.num.22. Ita etiam dici so-
11 let,quod ea † quæ voluntarie committuntur. Iuris necessitati non submittuntur.l.sæpe audiui.ff.offic.Præsid.Surd.consil. 405. nu. 29.
12 & cons.462.nu.7. Et liberum † arbitrium nō regulatur a Iure,Honde.consil.91.nu. 2. in 2.
13 Quia necessitas, † & voluntas non se compatiuntur,l.quam Tuberonis. in fi. principii vbi Glos.versic.Ex necessitate. ff. pecul. Vnde ex
14 his consequitur,D. Ioseph habuisse † bona testatoris beneficio,ac liberalitate D. Caroli vltimi possessoris, & merito illius debita teneti persoluere.l.cum a matre.C.rei vend.cum late congestis pet Ios.Ludou.conclus.16.

Secūdo principaliter possent adducere ipsi creditores, quod etsi testator iussisset vltimo descendenti,vt eligeret vnum naturalem legitimandum, attamen potuisset non eligere;Et
15 in vanum cedit potentia, † quæ non reducitur ad actum c.Pastoralis.§.quoniā vbi Dec. in 2.not.de rescript.& in vno quoque actu nō
16 sufficit potestas † absque concursu volūtatis, c. Cū super.vbi Dec. de offic.deleg. quo in ca
17 su omnes proximiores † agnato successissent. l.vnum ex familia.§.rogo.ff.leg. 2. vbi Peralta.nu.14.15.l.cum pater.§.hæreditatem.& §. rogo.ff.eod.tit.l.Labeo.§.Pacuuius.ff.stat.li. Crot.consil.48.numero 13.in 1.& post Ioan. Andr. tradit Alex.consil.22.nu.3.in fin. in 3. Mantic.de coniect. vlt. volunt.lib.8.tit.4.nu. 14.Molin.de Primog.lib.2.cap.4.nu.41.Padil. in d.l.vnum ex familia in princ.num.7.8. Modo si omittendo electionem, & legitimationem Domini Ioseph, potuit illum priuare
18 † successione,& si nō priuauerit, dicitur illam dedisse.

Tertio erat in facultate Domini Caroli plures eligere, maxime cum Testatot vsus fuerit plurali sermone ibi(*posßi far legitimar de bastardi descendenti*) & tamen vnum elegit ad solū commodum Domini Ioseph, Quia vtcunque
19 etiam fuisset † iussus vnum eligere,& illum legitimare, adhuc plures ad hunc effectum eligere poterat,vt legitimarentur,l. vnum ex familia.§.si duos.ff.leg. 2. vbi Bart. ait hoc esse admirandum, sequuntur ibi Imol. Castr. & Padil.nu.4.Molin.de Primog.lib. 2. capit. 4. num.45:Gomez.tom.1.Variar.resol.cap. 12. num.48.& in l.40. Tauri.num. 48. Cum igitur solum Ioseph elegerit, non videtur, posse negari, vt beneficium hæreditatis non recognoscat a Domino Carolo,& non ab altero.

Quarto considero, quod dicente Testatore (*posßi far legitimar de' bastardi,&c.*)in sermone
20 plurali † in vno non potuit verificari. l. 1. ff. optio.leg.C.pluralis.de regul. iur. in 6. Vuesemb.consil.95.in fin.Quocirca in puncto di-
21 citur quod habens † facultatem eligendi plures,non poterit vnum tantum eligere.Bart. in d.l.1.ff.opt.leg.Bald.in l.1.num.31.C.sacros. Eccles.Alex.in l.Gallus.§.quod si is.nume. 2. vbi Ias.num.12.ff.lib.& posthum.Dec.consil. 471.nu.9.Padil.in d.l. vnum ex familia. §. si duos,num.6.ff.leg.2. Quo fit vt aut ellectio, & legitimatio est nullius ponderis, aut saltem dicitur totaliter dependere a solo facto Domini Caroli.

Quinto. Quando etiam electio, & legitimatio inde sequuta subsistitisset ab initio,adhuc potuisset D. Carolus variare, & reuocare illam electionem, & reddere legitimationem Domini Ioseph nullius vtilitatis, cum talis fa
22 cultas† eligendi duret vsque ad mortem,& sit variabilis,ac reuocabilis. l. seruos. ff. manumis.testa.Peralta in d.l.vnum ex fam. in prin. num.6.& ibi late Padil.num.11.12.vbi plurimos congerit concordantes. Cum igitur D. Carolus illam non reuocauerit,sed potius iterato confirmauerit instituendo ipsum Dominum Ioseph hæredem,cum ille dicatur electus,
23 † qui fuit hæres institutus,Padil.in d.l.vnum §.si duos,nu.8. Vtique fatendum videtur bona prouenisse ab vltimo possessore, non a pri-
24 mo testatore. Nam qui potest adimere, † & non adimit,censetur dare.l.1.§.sciendum,vbi Bal.ff.leg.2.pulchre in terminis Surd. consil. 29.num.18.

Sexto.Possent fortasse adducere creditores,
25 legitimationem † Domini Ioseph non esse veram legitimationem,sed dispēsationem, quia fuit natus ex muliere, cum qua tempore eius natiuitatis non poterat contrahi matrimoniū per illius patrem,vt post Bal.Castr.& alios aduertit Dec.cons.288.num.6.Neuizan.consil. 99.num.13.Mandel.consi.7.num.5.Roland. consil.89.num.49.in 1.Odd.consil.16. num. 12.versic.2.quia. Surd.consil.337. nu. 37.& consil.552.num.27.

Ex alio etiam dicitur dispensatio, quia apparet D.Ioseph non fuisse legitimatum ad om
26 nia,sed ad aliqua,legitimatio † autem vera, est totius status hominis integra restitutio, Silua. consil.45.num. 18.in fin. & nume.45. alios adducit Odd.consil.1.num.38.Surd. cō sil.37.num.9.& num.38.late probantes illam
27 dici dispensationem, † non legitimationem, quando fit cum aliqua limitatione,idem repetit ibidem,num.40. Vnde cum fuerit dictum in actu legitimandi, vt Dominus Ioseph non possit succedere Domino Carolo, nisi pro vt eidem Domino Carolo videbitur, dicitur dispensa-

spensatio non autem legitimatio. At dispen-
28 satio † est odiosa,& vltra casus expressos in ipsa dispensatione non extenditur Glos. in c.2. de fil.presbyter.in 6.Odd.d.consil.1.nu.33. Surd.d.consil.337.num.40. Cum igitur fuerit hæres institutus a Domino Carolo,cui legitimatio Ioseph non præiudicauit,non videtur posse negari,quin ab eo hæreditatem non recognoscat.

Septimo. Aduertatur, quod data validitate veræ legitimationis,adhuc dici posset Dominum Ioseph hæreditatem integram habuisse ex solo facto opera,& liberalitate D. Caroli vltimi possessoris bonorum,quia licet D.Ioannes Baptista concesserit D.Carolo facultatem legitimandi Dominum Ioseph,seu legitimandi bastardos,attamen illos nõ vocauit ad successionem bonorum,nec grauauit vltimum descendentem legitimum & naturalem ad restituendam hæreditatem vel bona fideicommisso supposita,ipsis legitimando,vel legitimandis,sed vt dixi,simpliciter concedit, vt possint legitimari. Sed ex legitimatione non infertur ad fideicommissi antiqui vocationem,vel insti-
29 tutionem,cum legitimatio † possit stare sine potentia succedendi,Bart.in l.is potest, nu.4. ff.acq.hæred.Ruin.consil.75.num.10.in 3. alios addit Tiraquel. in l.si vnquam versic. Donatione largitus,nu.317.C.de reuoc.donat. Socin.iun.consil.93.num.41.in 3.vbi ait facul-
30 tatem † succedendi esse quid separatum a legitimatione, & hanc conclusionem latissime exornat Surd.consil.337.num.51. & sequ. & post Alciat.Decian.Rimin.iun.& alios firmat Bursat.consil.355.num.23. Quinimo fortius dico quod legitimatus etiam explicite ad fideicommissa intelligitur legitimatus ad fideicommissa futura,non autem ad præterita,
31 quia legitimatio † non flectit oculos retro ita Bald.cons.16.nu.3.in 4.& declarat Cephal. consil.111.num.23.& 37.Burs.consi.390.nu. 55.vers.quinto.Cacher.68.num.55. & ideo non potest dici comprehensus in successione antiqui fideicommissi.

Octauo. Posset adduci dictum Schrad. de Feud.part.7.c.7.num.33.dicentis succedentẽ
32 Vassallo † simul in Feudo,& hæreditate indistincte teneri soluere æs alienum Vassalli, & dixit Mandel.consil.290.num.16.& consilio
33 337.nu.1.& seq.quod successor † in feudo tenetur ad debita Vasalli vltimo loco defuncti contracta ratione feudi, etiam si non sit illius hæres,concordat Intrigl.de Feud.consil.1.q. 51.num.125.& seq. Brun.cons.104. Capici.
34 decis.192.column.1.Idem de hærede † succedente Vasallo tradit Vulte. de feud.cap.9.numero 115. Ita igitur in casu isto dato quod D. Ioseph fideicommissarius succedere dicatur Domino Carolo vigore fideicommissi,cum ẽt sit illius hæres,æs alienum per eum contractũ soluere tenetur.

Diligentius tamen perpenso negotio isto iustissimam arbitror renitentiam Domini Ioseph,quidquid tentare audeat creditores Domini Caroli, si quidem Dominus Ioseph fuit legitimatus vigore ordinationis Domini Ioã. Iacobi primi testatoris, qui fideicommissum creauit ad commodum eius descendentium, ad quod fuit vocatus D.Ioseph ministerio electionis factæ per D. Carolum vltimum descẽdentem testatoris legitimum, & legitimationis inde subsecutæ.Qui quidem D. Ioseph habet suam intentionem fundatam in instrumẽ-
35 tis testamenti † præfati Domini Ioannis Iacobi,& legitimationis,adeo quod tentantes illa impugnare grauantur onere probandi impugnationem ita Abb.& cęteri,ibi in c.In pręsentia.de probat.Gozad. consil.48.num.11. Barzi.decis.Bonon.91.num.21. Raud. decis. Pisan.43.num.3.Passet. consil.72.nume.25. Decia.consil.19.nu.25.in 1.diffuse Surd. consil.1.num.24.& consil.303.num.5.& consil.
36 552.col.1. Fuitque facta † ex causa legitima in defectum legitimæ sobolis, & de ordine testatoris aui paterni, adeo quod vlterius nõ est inuestigandum,vt post Alexan.& alios tradit Decis.consil.307.nu.12.dicens id etiam pro-
37 cedere siue legitimatus † fuerit naturalis,siue spurius,sequitur alios addendo Surd. d. cons.
38 1.num.105.Et nullitas † legitimationis ab illis solis potest allegari in quorum fauorem esset nulla,& non ab aliis,idem Surd. consil. 1. num.88.& consil.416.num.27.Semel tamen
39 approbata † de cętero impugnari nequit.c. Quod semel.de reg.iur.in 6.Bec.consil.6.nu. 18.Et licet fuerit facta a Comite Palatino Cęsareo in personam, & locum subiectis Dominio Veneto, attamẽ adhuc subsistit, maxime cum non fuerit contra sed iuxta voluntatem, & ordinem expressum testatoris. Edictum inquam Serenissimæ Reipublicæ editum sub die 30.Iulij de anno 1567.quo cauetur, quod in conditionibus,& in dispositionibus fideicommissarijs loquentibus de filijs legitimis & naturalibus,non veniant naturales,aut spurij legitimati per rescriptum,cum isti dicantur venire contra testantium voluntatem,&c.debet intelligi vt in fideicommissis non legitimentur bastardi in præiudicium legitimorum descendentium, vel vocatorum ad fideicommissa ad ipsorum fideicommissorum euersionem, secus si in defectum legitimæ lineæ vocatæ ad fideicommissum bastardi legitimentur, & ad fideicommissi prorogationem,& conserua-
40 tionem,nam hoc in casu legitimatio † non dicitur facta contra voluntatem testatoris crean-

tis

tis fideicommissum, nec in aliquorum vocato rum præiudiciũ ita in indiuiduo istum ordinẽ Venetum declarat Decian.consil.3.nu.107.
41 & 108.in 1.subdens tales legitimationes† to tâ die admitti, & obseruari in statu Veneto, idem in puncto indiuiduo talis ordinis declarat Menoc.consil.266.num.75. Idem docuit Peregr.de fideic.art.23.num.23.& latius con sil.84.num.28.in 1.& ad Decian.loco mox ci tato, se remittit Mantic.de coniect.vlt. volũt. lib.11.tit.10.num.46.qui omnes scripserunt super isto ordine, seu vt dicunt, Parte, de qua etiam tractat post illos nouissime Lup. de illegitim.Commentar.3.§.1.nu.6.& Comment. 3.§.3.num.3.& num.24.

Secundo Dominus Ioseph legitimatus dicitur vocatus ad fideicommissum Dom.Ioan. Baptistæ, qui curam præcipuam habuit, vt fideicommissum per eum erectum perpetuetur etiam in legitimatos, in subsidium legitimo-
42 rum, ex quo enim mandauit legitimari,† perinde est ac si ipse testator fecisset eum legitimate ad ipsius fideicommissi successionem, vt colligitur ex late deductis per Surd.conf.375. num.6.7.8.22.23.& 26. & dixit Crot. consil. 11.num.24.quod facta electione eligendo ex
43 ordine testatoris per hæredem, electum† illico censeri vocatum a testatore ad fideicommissum, solem. firmauit Bero. consil.23.num.
44 29.in 2.Quia certum est agnationem, † & familiam ita conseruari per legitimatos, sicuti per legitimatione natos, cum legitimatus alijs agnatis succedat, Bart. & Bald.in l. communium.C.natur.lib.& post Ioan. Andr. Angel. Tiraquel. & alios id pro certo tuetur Becius, consil.135.numero 32.Beret.consil.118. nu-
45 mero 55. Quia legitimatus † per rescriptum nedum agnascitur patri, sed etiam agnatis, & illis omnibus succedit Dec.Soc.inn.Ruin.Alex.Gozad. & alij quos refert, & sequitur Roland.consil.67.num.25.in 3.addo Tiraq. in l. si vnquam, versi. Susceperit liberos, num. 83. C.reuoc.don.Mazzol.conf.117.n.24. Beret. conf.118.num.54.Purp.consil.49. numer. 6. Surd.consil.571.nume.7. 8. subdens ibidem
46 post alios plures, huiusmodi legitimatũ † admitti ex interdicto Quorum bonorum, nihil que differre a legitimis, & præteritum posse rumpere testamentum, & dicere illud nullum
47 ac inofficiosum, ex quo legitimatus† reputatur legitimus nedum a natiuitate, sed etiam a conceptione sua, idem Surd.75.nume.7. & d. consil.571.nu.7. & 373.num. 11. dicens etiã
48 tali legitimato † deberi legitimam.

Et vere in proposito nostro negari non potest enixa voluntas testatoris, quin legitimarum Ioseph ad conseruationem fideicommissi
49 vocauerit, ex quo illum sic legitimatum† grauauit ad deferendum nomen, & insignia familiæ de Borsis, id inquam est potissimum argumentum vocationis ad successionem. Guliel. Bened.in c.Rain.in versic.In eodem testamen to, num.174.extr.testam. Meno. consil. 158. nu.43.Mantic.de coniect.vlt.volunt.li. 8. tit. 10.num.4.Molin. de primogen.lib.2.capit.4. num.42.Surd.conf.375.nu.17.18.& 27. Late Didac.Roderic. Aluarad.de coniect.ment. diffa.lib.a.cap.1.§. 1.num.22.& sequ. vbi ait
50 ex conditione † deferendi nomen & arma ipsius testatoris, perpetuũ, & graduale fuisse inductum fideicommissum per ipsum grauantẽ, & tradit Molin. Iesuit. de Maiorat.tract. a.disput.590.num.7.Thesaur.decis.270.num.10. versic. Item & inducitur Mantic. de coniect. vlt.vol.lib.6.tit.15.nu.15.

Quinimo fortius tollitur omne dubium ex quo priuauit omnibus bonis ipsius testatoris legitimatum, cognomen de Borsijs non assumentem, & deferentem, quo fit in necessariã consequentiam, vt illum sic legitimatum ad sua bona fideicommisso obnoxia vocauerit,
51 cum priuatio † præsuponat habitum, l.decẽ, ff.verbor.oblig. & ideo dixit Bald. in l. licet. in 3.opp.C.locat.quod carentiæ sunt habentium, Cacher.decis.95.num. 12. Surd. consil.
52 305.num.64.& in testamentis qui vult † con sequens, vult etiam necessarium antecedens, taliter quod habetur pro expresso, Ruin.cons. 114.nu.4.5.in 2. & post Dec.Manti. & alios, tradit Honded.consil.57.num.3.& 29.& 30.
53 in 2.Nam ex voluntate † inducitur fideicom missum, licet figura & sonus verborum illud non inducat, Pich.in l.Titia, §.Titia cum nuberet.num.12.ff.leg. a, Mantic. de coniectur. vlt.volunt.lib.8.tit.1.nu.18.25.& 27. Surd. consil.375.nu.23.& sequ.late Pret. de vltim. vol.fol.294.num.7. & 10. versic. octauo. vbi testator ex aliquo, dicens quod quando ex ali
54 quo committendo, vel omittendo hęres † priuatur, inducitur ex priuatione illa fideicõmissum, dicens hanc esse communem sententiam, & in puncto post Castr. & alios aduertit Didac.Aluar.d.§.1.num. 23. dicens induci gra-
55 uamen † testitutionis fideicommissi quando quis priuatur commodo relicti non parendo testatori circa onus iniunctum deferendi arma vel cognomẽ ipsius testatoris, & dixit Bal. in l.vnum ex famil.§.sed si fundum. ff. de leg.
56 2.quod ille dicitur eligere † qui grauat electũ de restituendo, sequitur eum ibidem Peralta, col.1. Vnde cum testator grauauerit legitimatum ad restituendum priuando eum non deferentem cognomen de Borsijs, dicitur illum eligisse, & vocasse ad fideicommissum.

Tertio. Considero Dominum Ioseph recognoscere bona, & hæreditatem a testatore ordinante

dinante legitimationem, non a D. Carolo vltimo bonorum possessore qui curauit illum le-
57 gitimari. Nam quilibet actus† attribuitur ordinanti, non autem exequenti. l. item eorum. §. Si decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. l. si hæres testamento. ff. actio. empt. late Tiraq. de leg. cōnub. Glo. 8. num. 184. & 194. Crau. consil. 144. num. 3. Surd. consi. 301. num. 38. & de-
58 cis. 292. num. 7. Hinc fit, vt qui per alium † facit per se facere videatur. l. 1. §. deieciffe. ff. ui.
59 & vi armat. cū concord. & omnia † nostra facimus, quibus authoritatem nostram imparti mur c. Qui per aliū, de reg. iur. in 6. l. si certus sit percussor. ff. ad Syllania. Ita etiam habemus quod a primordio tituli posterior forma-
60 tur euentus, cum primordialia † potissimum sint in consideratione, non secundaria, vel consecutiua. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. l. clam possidere. ff. acq. poss. Peralt. in d. l. vnum ex familia, §. Sed si fundum, numero 12. Et a-
61 ctus † qui sequitur, præsumitur, factus secundum causam præcedentem, & ab ea determinatur, ob quam geritur, l. Seio amico. vbi Bartol. ff. annu. legat. Rim. iun. consil. 774. num.
62 45. & 46. Alibi dicitur declarationem † actus retrotrahi, Peralta, in d. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. nu. 9. & 11. Ex quibus sequitur, quod electio personæ legitimandæ, & legitimatio ipsa tribuens successionem bonorum Domino Ioseph, debet adscribi ipsi testatori, non autem Domino Carolo grauato ad eligēdum, & ad curandam legitimationem. Quo
63 circa ipse Ioseph electus † a Carolo dicitur capere a Testatore, non a Carolo. l. vnum ex familia. §. 1. vbi Bart. & alij. ff. leg. 2. l. item eorū. §. si decuriones. ff. quod cuius vniu. Abb. consil. 65. in fin. in 2. Pich. consil. 101. num. 40. late Menoch. alio addens consil. 158. nume. 50. pulchre Rim. iun. conf. 693. num. 27. Gomez. lib. 1. var. resol. cap. 12. nu. 48. & in l. 40. Tauri. nu. 48. Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 4. numero 5.

Hinc in proposito dicitur, quod fideicom-
64 missarius † succedens ex fideicommisso dicitur succedere ipsi institutori, non autem grauato seu vltimo possessori, ita post Castr. declarat Crau. consil. 144. colum. 1. Menoch. consil. 158. num. 50. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 6. Molin. Iesuit. de Maiorat. tract. 2. disput. 592. num. 3. late Rim. iun. consil. 250. numero 18. 19. 20.

Idque cōprobatur ex eo, quod hæredi cui fuit data facultas eligendi vnum hæredem ad successionem Testatoris in aliorum legitimorum descendentium defectum, non potuisset eligere proprium filium spurium, ipsius Testatoris docti hanc facultatem, cum electus dicatur capere a Testatore, & ab ipso Testatore electum fuisse, Testator autem non possit proprium filium spurium hæredem vniuersalem instituere, adeo quod vana esset & inanis talis electio, posset tamen hæres tali in casu suū
65 & filium eligere, quia vt dixi electus † hoc in casu dicitur capere a testatore non ab eligente, ita Bart. in l. fin. num. 7. ff. his qui, vt indig. Castr. in l. si is qui ex bonis, n. 5. ff. vulg. quos sequuntur multi relati, ac sequuti, per Molin. de Primog. lib. 2. c. 4. num. 8. & 9. Molin. Iesuit. d. disput. 592. num. 4. Padil. in l. vnum ex famil. §. si de Falcidia, nu. 1. 2. ff. leg. 2. Peralt. in d. l. vnum ex famil. in princip. num. 27. 28.
66 Ita pariter si gabella † deberetur, ex instrumentis, de solo Instrumento Testamenti non autem de Instrumento electionis deberetur. Padil. in d. l. vnum in principio, num. 16. Gomes. in l. 40. Tauri. num. 49. versic. Item etiam subinfertur.
67 Nec electus † tenetur stare colono eligentis, nec illius transactioni, vel alijs conuentionibus. Idem Padil. in d. §. si de Falcidia, num. 12. & 20.
68 Nec in aliquo ipse electus † potest ab eligē te grauari, Peralta in d. §. sed si fundum, nu. 9. 28. 29. Molin. d. c. 4. nu. 17. Didac. Roderic. de coniect. ment. defun. lib. 2. cap. 2. num. 22.
69 23. Sicuti nec posset † exhæredari ex causa ingratitudinis ab ipso eligente, Peralta in d. §. si de Falcidia, num. 6. Ex quibus etiam manifeste concludendum est Dominum Ioseph succedere ipsi Testatori non autem eligenti, seu Domino Carolo vltimo possessori bonorum,
70 qui cum fecerit electionem † nomine Testatoris, dicitur fuisse in hoc nudus minister Crot. consil. 11. num. 33. in 1. & consequenter ad illius æris alieni solutionem nullatenus teneri.

Reliquum modo est, vt contraria tollantur quæ tamen nil admodum nocent.

Ad Primum namque vbi dicitur, verba a testatore prolata non inducere necessitatem, sed arbitrium ac meram facultatem.

71 Respondetur, quod verba † a Testatore prolata debent intelligi secundum subiectam materiam, & secundum qualitatem personæ erga quam proferuntur, l. Proculus, ff. v sufr. l. plenum. §. Equirij, ff. vsu. & habit. Imo debent
72 † interpretari, ac regulari verba secundum rationem actus, de quo agitur, & ex qua testator disponens fuit motus, l. cum pater. §. donationis, ff. leg. 2. & docet Rota decis. 599. nume. 3. part. 1. in nouissimis. Honde. consil. 4. nu. 35. 36. in 2. subdens verba debere seruire intentioni disponentis, non autem verbis intentio,
73 sic etiam debent † intelligi eo respectu quo fuerunt prolata, & ad illum solum respectum & causam restringuntur, idem Honded. consil. 69. num. 11. in 2. & consil. 91. nu. 31. eod. volu.

At

At intentio Testatoris fuit directa ad manutētionem fideicommissi,& agnationis medio futuræ legitimationis bastardi in defectum eius descendentiæ legitimæ,vt satis supra probaui mus.Merito igitur non possunt verba illa interpretari vt liberam voluntatem,& absolutū arbitrium volendi vel nolendi futurum hæredem,vel successorem important,sed arbitrium boni viri, ac iuridicam, & laudabilem electionem vltimi grauati circa futuram legitimationem bastardi per eum omnino faciendam, si quidem vltra verba illa ,*permette, & concede , che possi &c.* Subdit testator,*mentre si chiamino de Borsi, & non lo facendo, che sy no priui de suoi beni* , necessariam vocationem certæ personæ de incertis denotantia, certificandam tamen per electionem faciendam a Domino Carolo. Quo circa dicēdum est verba illa prima in primo aspectu resonantia in liberum arbitrium, regulari,& restringi ex verbis subsequētibus necessariam electionem, præambulamque legitimationem, & consequenter legitimandi vocationem ad fideicommissum importantia,
74 verba † enim semper declarationem recipiūt ex adiuncto.l.his verbis,in princ.ff.leg.3.l.sed etsi adijciatur.ff.pro Socin. Surd. consil. 315. num.26.& consil.48.num. 25.& consil. 135. num.104.Et ideo in terminis nostris cauetur in puncto,quod etsi aliquando Testator disponens protulerit verba simplicem, liberam voluntatem denotantia,si tamen ex post alia verba subiunxerit vel apposuerit priorum restrictiua ac solum arbitrium boni viri significan-
75 tia,solum arbitrium , † & puram electionem hæredi fuisse commissam a Testatore disponēte,dicendum est,ita Abb. in c. Quintaualllis, num.32.de iureiur.quem sequitur.Socin.in l. vtrum ita.§.cum quidam,nu.11. ff. reb. dub. Bertr.consil.158.num.20.vol.3. Rota diuers. decis.640.num.22.part.1.optime Surd.consi. 380.num.80.vbi subdit, num. 39. post Alex.
76 consil.58.num. 11.in tertio talia verba † mixta in dubio solum boni arbitrium denotare , & hoc late ibidē prosequitur,& exornat Surd. nu 40.& seq.omnino videndus.

Quod quidem arbitrium non versatur circa substantiam successionis,seu dispositionis, (quia saperet dispositionem captatoriam) sed solam qualitatem seu accessorium,nempe circa solam personæ legitimādæ electionem,quæ
77 electio,† vel declaratio in arbitrium hæredis grauati vel primi fideicommissarij conferri potest, ita distinguitur in textu claro,in l.vtrum. §.cum quidam,in fin.ff.reb.dub.vbi Doct. & declarat Paris.consil.38.per totum, in 3. Gomez.lib.1.variar.resolut. cap.12. numer. 48. & in l.40.Tauri.numer 48.& diffuse aduertit Surd.consil.275.num.8.& consil.380.per discursum,idem docet post multos Peregr.de fideicommis.artic.33.num.57.Bero.consil.23. num.39.in 2.Menoch.consil.401. nume. 58. Pret. de interpret. vltim.volunt.fol. 16.num. 4.5.& sequ.& omnium latius Ioan.de Castil. lib.2.quotidian.quæst.cap.6.per totum,maxime num.51.& nu.53.addo Molin. de Primogen.lib.2.cap.4.num.3.& Molin.Iesuit.d. disputat.592.num.2.& confert distinctio Bal. in l.si quis Sempronium,nu.2.ff.hæred.instit. vbi Imol.num.2.

Ex quo quidem arbitrio boni viri commisso per testatorem hæredi,consequitur alia cōclusio,quod Dominus Carolus tenebatur omnino eligere legitimandum,& illius legitimationem cum effectu curare,adeo quod beneficium successionis competens legitimato non deriuat a D.Carolo , sed a Testatore , vt mox referam in declinatione secundi obiecti.

Ad secundum ergo respondetur , imo Dominum Carolum debuisse necessario eligere
78 legitimandū,quia arbitrium † cōmissum a testatore in personam hæredis,intelligitur cum effectu,vt firmat Bald.in l.si quis Semproniū, num.2.vbi Imol.num.2.ff.hæred. Instit. Honde.consil.57.num.27.in 2. & in terminis nostris id probat textus.in l.vnū ex fam. in prin. ibi(hæres eligere debet) ff.leg. 2.& in §. si de Falcidia, eiusdem legis ibi(non enim facultas necessariæ electionis) & infra ibi(omnino reddere debuit) ex quo textu.Bald.ibi colligit fa
79 cultatem,† & arbitrium intelligi respectu personæ, necessitatem autem respectu substātiæ electionis, siue respectu ipsius actus eligendi , adeo quod necessario debet fieri electio,volūtarie autem potest vnus alteri per electionem preferri,& hanc esse veram intelligentiam textus tradit,Peralta ibi in expositione illius verbi(facultas) idem probat text. in l.vtrum, §. cum quidam,in fin.ibi (an post necessitatem dandi solius distribuendi liberum arbitrium conceditur,) ff.de reb.dub. fecit ergo quod facere tenebatur , sed ex tali suā necessaria electione non sequitur electum ab ipso eligente recognoscere successionem , vt dixi supra , sed beneficio testatoris.Quo fit vt in recompensationem talis electionis necessarię non tenetur electus ipsius eligentis debita persoluere,quia
80 necessitas † non habet meritum,sed mera voluntas,l.si seruo fideicommissaria,ff. hæred.in stit. Rimin.iun.consil.569.num.70.& vere id colligitur ex textu in d. §. si de Falcidia, ibi
81 (non enim facultas † necessariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficiū est , quid enim quod de suo videtur reliquisse , qui quod reliquit omnino reddere debuit,)Ista inquam sūt præcisa verba textus & vbi est casus legis,non est vlterius inuestigandum.

Et

Et licet negari non possit, quod eligens vnum eligendum alteri præferendo non dicatur electum beneficare, & in illum liberalitatem exercere, attamen id restringitur ad solũ actum electionis, & respectu solius ministerij eligentis in facienda electione ipsa, & non vltra, non autem quod debeat sustinere grauamina in hæreditate sibi emanata ab originali beneficio testatoris, quod solum in casu isto
82 debet attendi, quia electus † nõ diceretur succedere in bonis sibi destinatis a Testatore p fideicommissum, si illa bona, per solutionem debitorum contractorum per grauatum eligẽtem diminuta, recipere cogeretur, contra voluntatem primi disponentis, qui voluit, vt electus ad integra bona admitteretur, & ita latè & singulariter probat Molin. de Primog. libr. 2. cap. 4. nu. 10. vsque 22. concludens fortius
83 istum electum † nec quidem teneri ad aliquod inæstimabile grauamen, veluti delationis armorum, vel cognominis ac cætera id genus ab eligente prouenieus, quidquid tentauerit in tali grauamine inæstimabilis sustinere Petalta in d. l. vnum ex familia. §. si fundũ, nu. 15. ff. leg. 2. quem etiam reprobat Molin. Iesuit. alterius Molinæ sententiam comprobãdo totaliter in suo tractatu de Maioratu, dispu
84 tat. 592. nume. 5. subdens eligentem † teneri præstare gratis tale ministerium suum in eligendo, vt etiam prius alter Molina explicite probauit, d. cap. 4. nume. 21. qui sunt omnino videndi in ista subtili indagatione.

Respondetur Secundo. Quod quando etiã Dominus Carolus non elegisset Dominũ Ioseph curando illum legitimari, attamen lex
85 † ipsa electionem fecisset, & ex sui officio solius Domini Ioseph legitimationem procurasset, iuxta trad. per Bero. consil. 23. numero 33. in additione, in 2. dicens quod non facta ele-
86 ctione † commissa per Testatorem recurritur ad arbitrium boni viri, id est, ad Iudicem ordinarium, idem repetit ibi, num. 39. non autem omnium in eodem gradu proximiorum successionem postergata Testatoris ordinatione de facili exequenda admisisset. Nam Testator voluit, vt in defectum lineæ legitimæ descendentium suorum legitimarentur bastardi descendentes, aut aliorum suorum consanguineorũ, Adeo quod vocauit prius illegitimos descendentes inter quos solus Dominus Ioseph reperitur, non igitur debuissent per saltum alij remotiores in eius exclusionem admitti, Sanè inquam in fideicommissis si adsunt plures gradus, Testator censetur voluisse admitti priores in ordine litteræ nominatos, quia prior
87 † in voce est prior in sẽsu l. generaliter. §. quis ergo. ff. fideicõmis. lib... l. 2. §. defertur. ff. bon. poss. secun. tab. Pret. de vlti. volunt. fol. 145. num. 23. & seq. Hinc in proposito dixit Surd. cons. 375. nu. 23. vers. Tertium quoque, hære de grauato non eligente, non censeri vocatos omnes, ex quibus debebat fieri electio, sed illos tantum, erga quos Testator habuit æqualem affectionem, & in tali materia solos pro-
88 ximiores † testatori posse admitti, tradit Padil. in l. cum quidam, num. 4. & seq. & num. 9. & seq. ff. leg. 2.

Et illa alternatiua posita inter nomen descendentium, & consanguineorum, ibi *uero*,
89 † importat ordinem, vt primo nominati præferantur aliis, Ruin. consil. 63. num. 4. & consil. 30. num. 7. in 3. latissime. Ioan. de Castil. lib. 2. Quotidian. quæst. cap. 26. nume. 32. & seq. & num. 45. 47. & 48. dicens quod tunc alternatiua est ordinis, non autem electionis, quãdo qualitas personarum posita in secunda parte alternatiuæ est diuersa a nominatis in pri-
90 ma parte. Et eligens † ex concessione, vel commissione Testatoris, tenetur in electione sequi voluntatem tacitam, vel præsumptam ipsius Testatoris, late idem Ioan. de Castil. d. c. 26. num. 85. vbi alios adducit Ruin. consil. 28. nu. 8. 9. in 2. Paris. consil. 75. nu. 55. in 2. Decian. cons. 7. nume. 115. in 1. Et secuti fideicommissum fuit inter legitimos descendentes creatum ad ipsosmet solos descendentes restrictũ, ita eodem ordine ac eadem restrictione debet perseuerare in legitimandos, adeo quod consanguineorum illegitimi in subsidium tãtum vocari eliguntur, nempe in defectum illegitimorum descendentium.

Addatur, nullum alium bastardum superextitisse de descendentibus, vel cõsanguineis ipsius Testatoris nisi solum Dominũ Ioseph, adeo quod in illo solo potuit consummari ele-
91 ctio † ex Bald. in l. 1. ff. leg. 1 2. vbi ait quod si Testator iusserit mille aureos distribui in viginti Virgines maritandas de sua parentela, si tantum decem reperiantur in illas solas de-
92 bet fieri distributio, † sequitur ibidem Ang. quos refert, & sequitur Padil. in d. l. vnum ex familia. §. si duos, num. 6. ff. leg. 2. Et quando agitur de electione incertæ personæ de certis tunc electione omissa per debentem elige-
93 re, electio † vadit ad arbitrium boni viri, seu ad Iudicem, non autem omnes proximiores admittuntur, l. continuus. §. cum ita. ff. verbo. obligat. Beron. d. conf. 23. num. 32. 33. 34. & 39. in 2. Ioan. de Castil. lib. 2. quotid. quæst. c. 6. num. 49. & 50.

Præterea dispositio Testatoris debet verificari in bastardos legitimandos antequam ad vlteriores, ac remotiores a familia Borsa, vel Berolda, deuoluatur successio, & ideo debet in
94 hoc consumari voluntas † Testatoris, quia ex qualitate personarum dignoscitur, an menti Testa-

Testatoris fuerit satisfactum, Bart. in d.l. vnû. §. si duos, in 3. not. vbi Padil. nu. 8. & semper
95 in casum omissæ electionis † faciendæ per grauatum, non omnes de familia vel agnatione indistinctè admittuntur, sed illi tantum erga quos Testator parem habuit affectionem, ita Surd. consf. 375. nu. 23. versic. Tertio quoque modo, id est, de descendentibus, & consanguineis nominatis per Testatorem, nêpe transuersalibus ipsius Testatoris. Nam si diceretur Testatorem intellexisse de bastardis consanguineorum, non transuersalium, sed de alijs remotioribus, sequeretur absurdum quod voluisset proponere illegitimos legitimis, & ideo debet intelligi eius dispositio, vt senserit de consanguineis a communi stipite cum Testatore descendentibus, non de consanguineis ab antiquioribus parentibus promanantibus, idem repetit Surd. ibidem, nu. 30. vers. Cũ ergo non elegerit non omnes, subdens illos solos posse
96 succedere † inter quos cadebat electio, non alios, concordat Crauet. consf. 180. nu. 3.

Respondetur tertio, tũc admitti proximiores, quando constat Testatorem intellexisse, vt bona sua diuiderentur in plures, secus si ex coniectura aliqua constet voluisse bona sua vnita conseruari in vnam personam, vel lineã, vt in casu isto, in quo voluit legitimandum teneri deferre cognomen familię de Borsis, nam
97 ex tali onere vnitatem † bonorum conseruandam in certas personas fuisse indictam a Testatore concludit Guid. Pap. decis. 467. Peralra, in d.l. vnum, §. sed si fundum, numer. 19. versic. Superest nunc super isto articulo, & apprime conferunt adducta per Surd. consilio 369. num. 21. & consil. 375. num. 12. versicul. Accedat quod semper, & numeris sequent. & num. 17. & num. 27. & per Gabr. consil. 85. nu. 7. in 2. Molin. d. cap. 4. num. 49. & 54. optime in puncto Pret. de vlt. volunt. fol. 329. nu. 74. omnino videndus.

Nec prædictis vim facit, quod testator vsus fuerit sermone plurali ibi, ***bastardi descendenti ouero d'altri suoi consanguinei***, qui pluralis ser-
98 mo † necessario debet in pluribus verificari. l. 1. ff. opr. leg. c. Pluralis. de reg. iur. in 6. Bec. consil. 39. num. 1.

99 Quia respondetur, sermonem † illum non admittere concursum in personis eligendis, sed ordinem successiuum, ita quod si dum electus legitimatus decederet sine sobole, vel alias redderetur incapax, eligatur, & legitimetur alter, & sic successiue, vt in terminis declarat Ias. consil. 215. col. 2. versi. 2. facit, in 2. Menoch. consil. 158. num. 43. & num. 55. Alias sequeretur absurdum. Nam si adessent centum bastardi, & vltra, & omnes fuissent eligẽdi, ac legitimandi, id procul dubio fuisset contra mẽtem Testatoris, qui studuit conseruationi bonorum quæ magis per vnitatem cõseruantur, vt dicunt præcitati Patres, & alibi passim no-
100 tant scribentes, & pluralitas † resoluitur in singularitates, ne alias possit resultare absurditas, vel veniatur contra mentem disponentis, latè Bec. consil. 39. num. 10. & sequ. Ruin. consf. 172. nu. 5. & 7. in 2.

Quinimo fortius dico, quod facultas alicui attributa eligendi possit vnum tantum eligẽdo verificari, sed de hoc latius infra in resolutione 4. monui.

Ad tertium respondetur, imo D. Carolum fecisse electionem in solum Ioseph, quia plures eligere non poterat, tum quia plures non aderant in rerum natura eligendi iuxta normam traditam a Testatore, tum quia ipse non debuit aliquo modo plures eligere, vt latius deduxi in solutione secundi obiecti.

Ad quartum pariter Respondetur, illum sermonem in pluralitatem resonantem, iure merito potuisse, ac debuisse in singularitatem resolui, vt supra dixi, eluendo secundam obiectionem.

Respõdetur secundo, imo verius esse, quod possit vnum tantum eligere qui, habet facul-
101 tatem † eligendi plures, textus est clarus in l. cum quidam. la 2. in princ. ff. leg. 2. vbi gra-
102 uatus † restituere liberis, quibus voluerit, potest vnum præferre, & ibi notat Peralta, nu-
103 mero 12. quod electio † commissa hæredi inter plures personas de pluribus personis in numero plurali potest fieri in vnica persona, & hanc sententiam probat Bart. sibi contrarius Castr. Imol. Alex. & Claud. quos refert Molin. de primogen. lib. 2. c. 4. num. 55. Subdens id potissimum procedere quando militat ea-
104 dem ratio † in electione vnius quæ militat in electione plurium, & hoc etiam sequitur Sess. decis. Aragon. 55. num. 2. vsque 6. adeo q ista est receptior sententia, vel in omni casu contraria opinio admittitur, quando diuersa ratio viget inter electionem plurium, & electionem vnius, & quando in vno casu concurrit voluntas testatoris in alio autem contraria tur, ita has sententias conciliãt Molin. & Sess. vbi supra alios addentes concordantes. At in præsenti facti specie vtrobique militat eadẽ ratio & mens disponentis iuxta præallegata.

Ad quintum respondetur, illud procedere, quando electio commissa a testatore fuit collata in tempus mortis ipsius grauati, vt puta si dixerit. Quod eius hæres tempore mortis eius, vel cum morietur, eligat quem voluerit ex cõsanguineis, nam tunc potest variare grauatus sicuti etiam plura testamenta condere potest, secus si simpliciter fuerit commissa, vt in casu
105 isto, nã semel facta electione † consummatur ius eli-

ius eligendi, ex ea electione ius irreuocabile
dicitur acquisitum ipsi electo, ita Molin. in d.
c.4.nu.22.23.& alter Molin. Iesuit de Maio-
rat.disput.293.nu.1.& seq.

Respondetur secundo, tunc licere variare,
quando electio committitur, vel competit ex
106 contractu, secus si fuit † cõmissa simpliciter
in vlt volunt.l. apud aufidium. ff. optio. leg.
l.huiusmodi.§.si stichum.ff.leg.1.& hanc con
clusionem, seu distinctionem latissime tuetur
Crot.cõs.11.in 2.dub.in 1.Molin.d.c.4.n.34
vers.In secunda specie,& numeris sequent.al-
ter Molin.d.disput.493.n.4.& seq.|Peralta in
d.l.vnum.§.sed si fundũ,nu.3.ff. leg. 2. Surd.
cons.264.num.10.& 13.

Respõdetur tertio, oppositum admitti, quã
107 do quis eligit † nomine proprio, secus si no-
mine alieno, at in casu isto, in quo grauatus e-
legit vti minister testatoris, ita Bart. in l.2.§.j.
nu.5.ff.optio.lega.alios addit Surd.cons.264.
n.12.(& 46. dicens hoc procedere nisi electio
108 peccet in forma, vt per eum) At electio † ista
non dicitur facta nomine proprio, sed nomine
testatoris, qui illam ordinauit, Surd. vbi supra,
nu.8.& cons.178.nu.4. dicens talem electio-
nem attribui ipsi testatori, a quo electus dictũ
capere beneficium substitutionis.

Ad sextum, quod hic versemur in dispensa-
tione, non autem in vera legitimatione. Respõ
detur. Quod licet fuerit limitata facultas suc-
cedendi ipsi D. Ioseph secundum voluntatem
D. Caroli eligentis, qui fecit illum legitimare,
per hoc non desinit esse vera ac propria legiti-
matio, ex quo ꝑsona ipsa Domini Ioseph fuit
plene restituta ad primæua iura naturæ, & ad
omnes honores. Cum inquam ius succedendi
109 † sit quid diuersum ac separatum a legitima
tione non potest limitare legitimationem, nec
illam ponere in diuersa specie, Bart. in l. is põt,
ff.acq.hær.Dec.cõs.258.col.pen.vers. Nõ ob-
stat ꝙ successio. Capr.cons.157. nu. 26. Curt.
sen.cons.74.col. 16. vers. Secundo respondc-
mus. Adeo quod obiectum procedit, quando
non plene legitimata persona illi conceditur
limitata facultas succedendi, quod nõ euenit
in casu isto, in quo agitur de amplissima ac ple
nissima personæ legitimatione, & ideo in pro
posito dixit Ruin.consil.86.num.6.in 3.dedu
110 cta in contrarium procedere † in legitima-
tione simpliciter collatiua, non autem in resti
tutiua, & hanc conclusionem vltra Pretum, &
post Paris. Gozad. Marzari. Menoc. & Gabr.
tuetur Surd.cons.453.num.30. Quo fit vt ta-
111 lis modica alteratio† eligentis non sit curan
da, cum non recesserit a mente testatoris, vt
singulariter aduertit Peralta in d.§. Sed si fun
dum, num. 6. & omnium latius præfactam di-
stinctionem probat nouissime post plures, &
plura, Lup. de illegitimatione. Comment.3.§.
1.nu.44.vsque 49. Beret.consi.29.col.3.vers.
Est verum. Roland.cons.26.nu.12.in 4. Et ita
fuit tentum in Rota Romana teste Lup. vbi su
pra, numero.48. qui allegat Rotæ illius deci-
sionem.

Respondetur, secundo natum ex coniugata
dici dispensatum, quando agitur de legitiman
da prole ad instar matrimonij, & ac si fuisset
nata ex legitimo matrimonio, nam cum prin-
ceps secularis, vel habens facultatem legitimã
di nequeat talem fictionem inducere, & copu-
lam coniugalem imaginariam supponere, seu
matrimonij interdicti approbationem intro-
ducere, nec canonicum illud impedimentum
tollere, vtique talis non dicitur, vere legitima
tus. At quando, nulla matrimonij considera-
tione habita, illegirimitatis vitium prorsus
fuit abolitum, & illegitimus ad pristinum na-
turæ statum omnino restitutus, remouendo
differentiam legitimitatis, tunc a quolibet se
culari valẽte legitimare, talis plena natalium
112 restitutio † fieri potest, & vera legitimatio,
non autem dispensatio reputatur, Mantic. de
coniectur. vlt.vol.lib.11.tit.10.num.31.&
omnium latius infinitos prope adducendo, cõ
cludit Lup.d.§.1.num.50. Quia ad inducen-
dam veram legitimationem medium, vel con-
113 sideratio † matrimonij non requiritur, Ro-
land.cons.61.nu.50.in cap.1.

Ad septimum. Respondetur retorquendo
argumentum. Quod ex eo quod nil habet age
re facultas succedendi cum legitimatione, su-
stinetur legitimatio, licet legitimatus non fue
rit legitimatus explicite ad succedendum, vel
ad limitatam successionem, dummodo fuerit
114 plene natalibus restitutus, † vt mox retuli in
resolutione antecedentis obiecti, & id etiam
approbauit Surd. in loco adducto in motiuo,
nempe cons.337.nu. 50. 51.& 52. & in hoc
non est difficultas. Et realiter loquendo fateri
debemus quod quatenus testator voluit vt Io
seph legitimaretur in defectum legitimorum,
ad fideicommissum vocatorum, satis dicitur
fuisse vocatus ad fideicommissum, maxime cũ
testator addiderit tali legitimato onus diffe-
rendi cognomen Domus de Bursijs, & sub pe-
na priuationis vt abunde supra probauimus,
non repeto.

Ad illud vero quod legitimatus dicitur ha-
bilitatus ad fideicommissa futura non ad præ
terita iam creata.

Respondetur & hoc nos admittere, nega-
mus tamen in præsenti casu tractari de fidei-
commissis antiquis, cum agatur de proprio fi-
deicommisso ordinato a Testatore mandante
electionem, & legitimationem ad perpetuan-
dam dicti sui fideicommissi conseruationem,

adeo quod contraria procedunt in fideicommissis antiquitus creatis a parentibus, vel prędecessoribus ipsius creantis fideicommissum, & committentis legitimationem, nõ in propriis,
115 ad quæ ipsemet ordinans † ea vocauit legitimatum, & in quibus non agitur de alicuius præiudicio, vt in oppositis, ita declarat post alios Ceph. conf. 111. nu. 23. & num. 37. Brun. conf. 15. nu. 12. Cacheran. conf. 68. nu. 55. cũ alijs per nos congestis conf. 68. nu. 55. & seq.

Ad octauum facilis est responsio, nam id procedit in succedente ipsi vasallo, seu vltimo possessori, vel grauato iure hæreditario, nam hæres talis, vel successor tenetur soluere quatenus suppetunt vires hæreditariæ, vel quando debita fuerunt conflata occasione feudi, vel bonorum, ad quorum successionẽ admittitur vocatus, secus ergo in casu isto in quo non adest æs alienum testatoris, & bona differuntur succedenti alio iure quam hæreditario prouenientẽ a grauato, & a grauante recognoscuntur, non autem ab vltimo possessore.
116 Ideo talis successor † ad æs alienum vltimo defuncti nõ tenetur, vt distinguunt Doctores in contrarium adducti, cum quibus cõcordat Padil. in d. l. vnum: §. si de Falcidia, nu. 7. ff. leg. 11. 2. & cum hoc sit notissimum vlterius non immorabor, &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Ius deducendi legitimam & Trebellianicam ad primum fideicommissarium transmittitur.

2 Quartarum detractionem vel consumptionem asserenti, id debet probare.

3 Legitima non detrahitur de particulari fideicommisso.

4 Fideicommissum vniuersale dicitur, quod fuit factum sub nomine bonorum.

5 Fideicommissum vniuersale quale dicatur, & numero 19. & 20.

6 Legitima in pecunia filio inuito assignari nequit, nec in fructibus.

Nec in vsufructu. Nec in mobilibus, numero 7. & numero 8.

9 Trebellianica debetur filio grauato ex legis dispositione Et contra voluntatem testatoris.

Nec potest assignari nec eidem apponi aliquod grauamen Imo quod nec fructus in eam computentur, & nu. 10 & seq.

12 Trebellianica deducitur ex particulari fideicommissa.

13 Legitimam minuunt legata & fideicommissa particularia.

14 Legitimam detrahi non posse ex bonis alteri particulariter relictis potest iubere testator, & quãdo id admittatur.

15 Legitimam ex pecunia detrahendam potest iubere testator filio non reclamante.

16 Trebellianicam ex certis bonis fore deducendam potest disponere testator.

17 Legitima & Trebellianica consumptionem probat Inuentarium productum & confectum a fideicommissario, & num. 18.

21 Falcidia proprie deducitur ex relictis particularibus non autem Trebellianica.

Turett consil. 50. numero 3. in 2. notatur.

ARGVMENTVM.

Legitima & Trebellianica, imo & Falcidia quando & ex quibus relictis detrahantur. & in quibus assignentur.

CONSILIVM CXCII.

Actiones mea a Domino.



Lias sustinui electionem factam per Dominum Marchionem Carolum Beroldum, qui secundum ordinationem testatoris curauit legitimari Dominum Ioseph eius Domini Caroli fratrem illegitimum, fuisse electionem necessariam, & legitimatum recognoscere hæreditatem a testatore non autem ab eligente, & ideo ad ipsius eligentis debita soluenda non teneri.

Sed adhuc fortasse posset excipi, hæreditatem illam deuentam ad Dominum Ioseph legitimatum esse præfato æri alieno suppositã, saltem pro rata legitimæ, & Trebellianicæ, quæ debebantur Domino Ioannis Baptistæ in bonis Domini Ioan. Iacobi eius patris fideicommittentis. Quas ratas cum non dedu-
1 xerit Dominus Ioannes Baptista hæres, † ad Dominum Carolum eius filium primum fideicommissarium ius illas deducendi dicitur transmisisse, vt late tradit Pereg. de fideicom. art. 3. nu. 6. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 11. num. 4. Crass. de Succesionibus §. Trebellianica, quæst. 3. num. 7. Pret. de interpret. vltim. volunt. fol. 367. num. 28. Honded. consil. 63. num. 16. in 1. Surd. consil. 472. num. 32. Turett. conf. 96. nu. 64. in 2. Intrigl. de substitut. centur. 3. quæst. 71. num. 7. & 9. qui plures alios adducunt.

Et si D. Ioseph repplicaret, tales ratas fuis-
2 se detractas † & consumptas per D. Carolum grauatum, id debet probare, idem Peregri. de fideicom. art. 39. nu. 13. Aldou. d. consil. 109. num. 18.

Nec

Nec dicatur hic agi de fideicommisso parti
culari, in quo tales detractiones nō admittun-
3 tur. † Ex quo legitima non detrahitur de parti
culari fideicommisso Peregr. conf. 42. nu. 25.
in 1. ita nec Trebellianica Cephal. conf. 153.
num. 61.

Respondetur, in d. fideicom. maiorem partē
4 bonorum stabilium contineri, † & fideicom-
missum fuisse factum sub nomine bonorū, quo
fit vt censeatur fideicom. vniuersale, non autē
particulare, Magon. decis. Florent. 16. nu. 51.
Et ideo dixit Mattheac. ī suo Epitome fideic.
5 lib. 1. c. 2. num. 4. † Illud dici fideicommissum
vniuersale quod habet speciem hæreditatis,
seu successionis in vniuersum ius defuncti.

Respondetur secundo, testatorem designas
se modum faciendi tales detractiones, nempe
ex certis nominibus debitorum, & ex certis bo
nis mobilibus, ac se mouentibus, ac ex certis
stabilibus, vt in calce testamenti legitur. Mo-
6 do † legitima non potest assignari filio in pecu
nia, maxime eo inuito. Bart. in l. suus quoque
in fine principij. ff. hered. inst. Aret. in l. nō am
plius. §. fin. col. pen. vbi Ias. n. 7. ff. leg. 1. & hāc
ueriorem sententiam enunciat, & sequitur Fa
7 chin. lib. 4. controu. cap. 33. † sicuti nec in fru-
ctibus, vel vsufructu, cum ei debeatur in pro-
prietatibus cum fructibus. Surd. conf. 388. nu.
8 12. † Nec in mobilibus Gabr. consil. 24. n. 31.
9 in 2. † Idem dicitur de Trebellianica, quæ de
betur filio ex dispositione legis, & contra vo-
luntatem testatoris eam prohibentis. Cephal.
conf. 557. nu. 7. Gabr. conf. 86. nu. 23. in 2. Eu
10 gen. conf. 38. nu. 46. † Et ideo non potuit pa-
ter apponere aliquod grauamē huiusmodi de-
tractioni in aliqua parte. Ceph. d. cōs. 557. nu.
10. Natta. conf. 321. n. 5. & dixi late conf. 67.
11 nu. 27. 28. † Quocirca non potest testator or-
dinate filio, vt imputet fructus in Trebelliani
cam, Botta. conf. 10. nu. 9. Surd. decif. 21. n. 3.
12 Respondetur tertio, imo ex† particul. fideic.
Trebellian. deduci. text. clarus, in §. sed quia.
inst. de fideic. hær. ibi (ex singulis quoq; rebus
quæ per fideicommissum relinquūtur, eadem
retentio permissa est) & tradit Turetr. consil.
13 50. nu. 3. in 2. † Et legitimam minuere fideic.
& legata particularia tradit Peregr. de fideic.
art. 36. nu. 141. & conf. 64. num. 17. in 3.

Quæ omnia, & si prima facie aliqualiter vr
geant non tamē sunt tanti ponderis, vt valeāt
præiudicare D. Ioseph omnimode tutū a mo-
lestijs creditorum Dom. Marchionis.

Nam testator, creato strictisimo fideic. in
eius stabilibus ibidem in progressu testamen-
ti sigillatim dinumeratis, subdit hæc verba i-
diomate materno discripta (*A quali tutti prohi
bisse ogni detration di legitima, & debito sussidio
de beni, Trebellianica, Falcidia, & ogni altra quo
ta &c. Ma quelle detraher, & consegnir debbano
in tanti delli suoi nomi de debitori, argenti, beni
mobili, bestiami, biade, denari, mercantia, & affi-
tuali, quali habbino patto d'affrancarsi, & vna ca-
sa &c. Et non in altro, perche cosi espressamente or
dina, & dispone. Ne per alcun conto per dette cau-
se, li detti suoi figliuoli possino molestar alcun de
detti beni sogetti al detto suo perpetuo fideicom-
misso, sapendo chiaramente che li detti beni non so
getti al fideicommisso sono piu che sufficienti alla
sodisfattione di detta legitima, & Trebellia-
nica &c.*)

Ex quā dispositionis serie D. Ioseph dicitur
habere suam intentionem fundatam, maxime
cum præfata dispositio consonet iuris disposi-
14 tioni, qua cānetur, † vt Pater testator posit
designare filio bona in quibus possit habere
suam legitimam, absq; molestia bonorū parti
culariter alteri personæ per fideicom. relicto-
rum, quando bona dessignata sufficiunt, & di-
spositio patris non sit dolosa nec filio præiudi
cialis, Petra, de fideicom. q. 8. nu. 494. Pret. de
interpretat. vlt. vol. fol. 367. nu. 29. & fol. 274.
nu. 7. late deducit Peregr. de fideic. art. 4. nu.
34. & conf. 42. nu. 25. in 1. & conf. 64. nu. 31.
in 3. & conf. 51. nu. 19. in 4. & conf. 4. nu. 14.
in 5. Pancir. consil. 131. n. 6. 7. Gabr. cōs. 110.
num. 24. & conf. 137. nu. 47. in 2. Noni. conf.
16. nu. 18. Ceph. conf. 624. nu. 59. late Papon.
conf. 146. Raud. decis. Pisan. 22. nu. 14. Barz.
decis. Bono. 104. & 105. Et præcipue quando
15 filij non reclamant, vt in casu isto, † nam pater
potest etiam assignare legitimam filio etiam
in pecunia numerata, si filius non recusauerit
Crot. conf. 321. numer. 27. in 3. rustic. super l.
cum auus, lib. 1. cap. 9. num. 25. Trentacinque
consil. 46. num. 3. in 1.

Idem dicendum est de Trebellianica, cum
16 † pater possit testando iubere, vt de certis bo-
nis detrahatur, etiam si sint mobilia. l. id autē
l. cum quo. §. fin. ff. ad l. Falcid. l. deducta. §. nu
mis. ff. ad Trebellian. & post alios Peregrin. de
fideicom. art. 3. num. 27. dicens ita fuisse iudi
catum Intrig. l. de subsist. cent. 3. q. 71. n. 129.

Contraria autem nullam vim faciunt, nam
admissa veritate motiui primo loco adducti
quo ad transmissionem iuris deducendæ legiti
mæ, & Trebellianicam, Respōdetur tamē illas
ratas fuisse deductas, & consumptas per filiū
hæredem primo loco institutum, vel saltem
fuisse deductas, & consumptas per Dominum
Marchionem primum fideicommissariū de cu
ius æris alieni solutione contendunt credito-
res, prout clare patet ex solemni Inuentario
confecto per Dominum Ioseph eius successo-
rem, & heredem. Etsi inquā allegans detractio
nē & consumptionem legi. vel Trebellianicæ
illam debeat regulariter probare alio non con

X 2 stito,

17 stito, vt in obiecto, † Attamen talis detractio, vel consumptio dicitur sufficiēter probata per fideicommissarium ostendentem legitimū Inuentarium bonorum hæredis prædefuncti, seu bonorum per hæredem grauatum relictorum, ita Ias. in l. si constante nu. 122. & sequ. ff. sol. matr. sequitur. Natt. cons. 238. nu. 8. dicens in puncto, fidem fore adhibendā hæredi asserenti aduers. creditores, & legatarios non extare alia bona, quando fecit solemne Inuentariū, ratio est, quia in huiusmodi confectione citantur creditores, & legatarij vna cum interuētu Notariorum, ac plurium aliarum personarum,

18 quo fit † vt tanta sit huius Inuentarij præsumptio quod transferat onus probandi contrariū in aduersantes creditores prætendentes, idem probat alios addendo Molin. de Primog. libr, 4. tit. 7. nu. 35. Bellon. cons. 34. nu. 2. Fanut. de Inuent. part. 3. nu. 59. Barzi. decis. Bono. 105. num. 29. Rip. Didac Couuar. & alij, de quibus per Barbos. in l. maritum, nu. 24. & 26. ff. solu, matrimonio.

Quo axiomate firmo stante dicitur resoluta in puncto isto indagatio, an istud fideicommissum sit vniuersale, vel particulare, & an ex illo debeant fieri præfatæ detractiones, cū constet de illarum consumatione.

Placet tamen adhuc sigillatim ostendere, erroneum esse allegare huiusmodi fideic. esse

19 vniuersale. Nam † ex tali fideicommisso excipiūtur a testatore iura, & actiones, omnia mobilia, & se mouentia argentea, merces, & certa stabilia, sed fideicom. vniuersale esse non potest exclusis talibus bonis, & iuribus, quia fideicommissarius non esset loco hæredis, vt late deducit Peregr. decis. 96. num. 7. & de fidei commis. art. 5. num. 43. Quinimo cum in vniuersali fideicommisso includatur etiam portio pro legitima detrahenda, idem Peregri. consi. 46. num. 22. in 3. vtique fatendum est, hoc esse particulare, cum ab illo per testatorem fuerint tales detractiones separatæ.

Nec vim faciunt Mag. & Mattheaci. in oppositum adducti.

20 Quia eorum dicta procedunt, † quando fideicommissum relinquitur sub indefinito nomine bonorum, vel per modum quotæ, vt declarat Peregr. de fideic. art. 5. nu. 27. Pret. & alij mox citandi, secus in casu nostro in quo omnia corpora supposita fideic. vnaqueq; de per se dinumerantur absque titulo vniuersalitatis, & in certa parte hæreditatis tantum consistentibus, quo fit, vt indubitanter dicatur fideicom. particulare ita Pret. de interpretat. vlt. volunt. fol. 273. n. 2. col. 2. & 3. vbi late declarat, Crau. cons. 623. nu. 22. Petr. de fideic. quæst. 15. nu. 212. vers. Sed punctus. Peregr. d. decis. 96. num. 7.

Addatur, supra fuisse probatum ex fideic. particulari non fieri tales detractiones, & præcipue quando sine incommodo detrahentium aliunde sufficienter fieri possunt, & ipsis non inuitis, vt in præsenti casu.

21 Insuper vera sententia doctorum est † Falcidiam solam detrahi ex particulari fideic. non autem Trebellianicam quidquid dixerit Turett. cons. 50. num. 3. in 2. confundens nomen trebellianicæ cū Falcidia in pūcto isto, vt colligitur ex congestis per Peregr. de fideic. art. 3. num. 14, vsque 21. Pret. de vlt. volunt. fol. 274. nu. 7. & fol. 367. nu. 29. Cephal. cōs. 153. nu. 61. & declarar Bellon. in §. sed quia inst. de fideicom. hæred. nu. 8. 9. 10.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ triplex bonorum genus habere potest. Dotalia, Paraphernalia & Extradotalia.*

2 *Hypotheca tacita datur vxori in bonis viri pro dote sua cum prælatione in concursu creditorum.*

3 *Hypotheca tacita datur vxori pro suis paraphernalibus in bonis viri, sed sine prælatione.*

4 *Bona paraphernalia non habent priuilegia dotis.*

5 *Hypotheca competens vxori pro paraphernalibus, non extenditur ad fructus paraphernalium.*

6 *Hypotheca nulla datur vxori in bonis viri pro bonis extradotalibus.*

7 *Bona paraphernalia non dantur nullo constituta dote per mulierem.*

8 *Bona paraphernalia quæ sint, & qualiter ita denominentur, & supra num. 1.*

9 *Bona paraphernalia non habent aliquod priuilegium nisi dos fuerit constituta viro,*

10 *Vxor non habet regressum in bonis viri pro suis paraphernalibus, nisi illa in domo viri detulerit.*

Et nisi de illorum quantitate qualitate, & valore constet, num. 11

12 *Vxor debet facere descriptionem bonorum paraphernalium in domo viri delatorum, alias grauatoris probandi onere tenebitur pro illorum consecutione.*

13 *Consignatio & remissio bonorum paraphernaliū sub administratione mariti requiritur, ad hoc, vt mulier illa possit consequi.*

14 *Bona paraphernalia muliebria, & verisimiliter consumpta in vsus vxoris, debent illi restitui talia qualia extant, & dummodo extent, & non aliter.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Requisita ad hoc vt mulier consequi possit bona paraphernalia in bonis viri.

CONSILIVM CXCIII.

Actiones meæ a Domino.



Riplex patrimonium, seu triplex bonorum genus potest habere vxor, dotalia & hæc sunt in dominio & administratione,
1 † seu vsu mariti, Paraphernalia quæ sunt in dominio vxoris, & in mariti administratione ex ptessa, vel tacita. Et extradotalia quæ sunt in dominio, & administratione vxoris, ita Bald. consil. 478. in 5. Butrig. Bart. Bald. Castr. & Ias. num. 11. 12. in l. maritus. C. procur. Beto. consil. 44. in 1. Borgn. de vsufr. nu. 206. Men. consil. 56. nu. 2. 3. Cephal. consil. 122. num. 1. post Alex. consil. 63. num. 2. in 2. Botta. consi. 20. num. 52. & seq. Borell. consil. 56. num. 49. & sequ.

2 Pro dotalibus competit vxori † hypotheca expressa, & tacita legalis cum prælatione in concursu creditorum mariti. l. assiduis, vbi Doctor. C. qui pot. in pign. & hoc est notissimũ.

Pro paraphernalibus datur vxori tacita hy
3 potheca † in bonis viti pro illorum restitutione, seu recuperatione. l. fin. C. pact. conuent. l. vbi adhuc. C. Iur. doti. Non tamen cum prælatione alijs viri creditoribus præiudiciali,
4 quia paraphernalia † non habent priuilegia dotis Salic. in d. l. assiduis. & late probat Neguf. de pignot. memb. 4. part. 2. nu. 63. Mynsing. obseruat. 4. Cent. 5. Cop. decis. 28. nu. 3. Gabr. consil. 164. num. 50. 51. in 2. Peregrin. consil. 19. num. 43. in 4. Quinimo restringere huiusmodi tacita hypotheca ad ipsamet bona
5 paraphernalia, † non autem ad illorum fructus vt per eundem Gabr. d. consil 164. nume 49. vsque 54. idem dicens de Saluiano, quo ad tertios possessores bonorum mariti.

In dubio autem bona mulieris in dotẽ non
6 assignata præsumuntur, potius esse † extra dotalia quam paraphernalia, pro quibus nulla datur hypotheca vxori in bonis viri pro illorum recuperatione, vt post Menoc. censuit Aldoui. consil. 76. num. 54.

Plura tamen requiruntur ex parte mulieris ad hoc, vt possit vtiliter exercere hypothecam in bonis viri pro recuperatione paraphernaliũ vel ad illorum æstimationem saltem cõsequẽdam. Quæ in proposita facti specie veniũt pro banda ex parte Petillustris. D. Marchionissæ Beroldæ aduersus Seren. Dom. Ducem Mantuæ singularem successorem quondam Perillustris Domini Marchionis Caroli Beroldi, respectu Curiæ Domus Oppiorũ sitæ in agro Veronensi.

Primo inquam debet constare de constitutione dotis assignatæ D. Marchioni per dictã Dom. Marchionissam, quia vbi non est dos,
7 ibi nec paraphernalia esse † possunt, & ideo denominantur paraphernalia, a Para, quod est
8 iuxta, † & pherna, quod est dos. quasi iuxta dotẽ, vt probat Alex. consf. 144. nu. 8. in 5. Ceph. consf. 122. n. 4. 5. Bal. & alij relati per Zucard. consf. 76. nu. 26. Hinc dixit Anton. Fab. in C. Fabria. Rubr. de Pact. conuẽt. in defin. 13. bona paraphetnalia, seu habita pro paraphema-
9 libus non gaudere priuilegio † tacitæ hypothecæ, nisi constet de dote constituta.

Secundo requiritur, vt constet, vxorem talia bona in domo viri detulisse, quæ delatio cũ
10 sit quid facti, † nõ præsumitur, vt in terminis post Cuman. & alios tradit Men. de præsump. lib. 3. c. 8. nu. 38. Bero. consf. 44. nu. 13. in 1.

Tertio necesse est vt ex parte vxoris probe-
11 tur illorum bonorum quantitas, † qualitas, & valor, & idcirco debuit curare Dom. Marchionissa, vt tempore translationis illorum in domo viri, fieret illorum descriptio, & postea marito tradita, ac ab eo subscripta, alias id debet alijs legitimis probationibus ostendere,
12 † textus in l. fin. ibi (& hoc dotali Instrumento fuerit descriptum) C. pact. conue. vbi Glo. in versic. Instrumento & Salic. ibidem, num. 1. versic. Quærit Glos. quid si aliter, est & alius textus apertus, in l. si ego. §. Plane si rerum ibi (in libellum solet conferre eumque libellum marito offerre, vt is subscribat quasi res acceperit, & velut chirographũ eius vxor retinet, res quæ in libello continentur in domum eius contulisse). ff. iur. dot. vbi clare Bald. aduertit. Quod quando Dominæ vadunt ad maritum, & portant talia arnesia, vel mobilia, ad hoc, vt habeant probationem de illatis in domo viri, debent super hoc facere confici Instrumentum, qualiter ea de voluntate viri in ipsius viri domo intulerit, alias grauabuntur difficilio ri probatione, cum bona reperta in domo viri præsumantur esse illius, non autem vxoris idem tradit ibi Salic. dicens maritos esse solitos facere de talibus bonis scripturam vxori, & assentit etiam ibi Fulgos.

Quarto requiritur, vt vxor illa, & bona illata, & descripta viro dederit vel consignauerit, ipsi marito relaxando illorum administrationem expressam, vel tacitam,
13 † alias si vxor illa bona illata in domo viri apud se & sub sui custodiam retineret, non tenentur

nẽtur maritus, nec illius hæredes vel successores ad illorum restitutionem, seu illorum æstimationem. id probat text. in d. l. fin. C. pact. conu. ibi, (dederit, vt loco paraphernorum apud maritum maneant) & paulo infra, ibi (& si quid tale euenerit) est & alius textus manifestus in d. l. si ego. §. dotis. ibi, (& quia plerumque custodiam earum maritus repromittit, nisi muliere commissæ sunt.) ff. iur. dot. vbi apertissime probatur per solam delationẽ non teneri virum nisi illorum administrationem receperit, secus si sub custodia vxoris permanserint, & hoc late firmat Glos. ibi versic. Commissæ dicens sine dubio maritum non teneri, si illorum custodiam non receperit, idem tradit ibi Bald. & Salic. addo Alexand. consil. 42. num. 2. in 1. & consil. 63. num. 7. in 2. Hinc dixit Ias. post alios. in l. maritus, num. 11. 12. C. procurat. quod ad hoc, vt bona dicantur paraphernalia requiritur, vt illorũ administratio sit concessa marito, saltem tacite per Instrumẽtorum traditionem, concordat Bero. cons. 44. num. 13. in 1.

Quinto aduertendum est, bona prætensa esse muliebra, & ad solum mulieris vsum destinata, & nullatenus vsui virili † applicabilia,
14 vnde sequitur quod (circumscripta etiam illorum administratione, seu custodia tradita viro) ex quo fuerunt consumpta in vsus vxoris, (imo etiam quando in vsus promiscuos fuissẽt consumpta,) d bent restitui talia qualia extãt & si non extant de illorum restitutione nõ est agendum, ita Bal. in l. de his. C. don. int. vir. & vxor. quem in proposito isto refert, & sequitur Aloysi. de Leo. in l. fin. in fi. C. pact. conuent. idem tradit Cremens. sing. 142. Quocirca in puncto, post Bald. & alios scripsit Cassaneus in consuet. Burgund. Rubr. 4. §. 24. nu. 8. Quod arredium quod portat mulier in domo mariti, si consumetur, non repetitur, sed tantum id quod superest. Et illud dici arredium quod portat mulier secum ea intentione, vt cõsumetur, vt est consuetudo in pannis lineis, idem probauit Angel. in l. hac lege. in fin. C. pact. conu. dicens id seruari de consuetudine, subdens aliter fore dicendum, si inuita vxore fuerint consumpta, & hoc idem repetit Angel. in d. l. fin. in versic. In Glos. 111. C. pact. dicẽs bona paraphernalia restitui si extãt alias secus. Et in proposito aduertit Abb. consi. 82. col. 2. in 2. Quod foderaturæ, & similia solo tractu temporis deteriorantur, quantumcumque diligenter custodiantur, &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Possessor vltimus in inuestienda vel exigenda debet recognosci per vasallum vel emphiteutam.*

2 *Vasallus debet etiam recognoscere collitigantem cum possessore inuestiendi, sed præuia protestatione.*

3 *Vasallus, vel emphyteuta nullum ex litigantib. super directo dominio debet recognoscere, lite pendente, sed litis exitum expectare, & victorem recognoscere.*

ARGVMENTVM.

Vasallus quid agere debeat, quando duo cõtendunt se esse Dominos directi.

CONSILIVM CXCIV.

Actiones mea a Domino.



VO contendunt super dominio directo vnius fundi, cum vterque prætendat ad se spectare ius inuestiendi, ac ius canonem annuum exigendi.

Quæritur qualiter possit esse consultum securitati emphyteutæ, ne incidat in commissum, vel ad hoc, vt sit tutus ab omissa tenouatione inuestituræ, & canonis non soluti tali pendente lite inter illos assertos Dom. directi.

Triplex se offert remedium. Primum est, vt recognoscatur ab emphyteuta, possessor vlti-
1 mus inuestiendi ac affictus exigendi † ita Ardizzon. in sua summa feud. tit. Quibus mod. feud. amitt. & in Republ. si duo contend. de her. dom. nu. 73. Aluar. in c. 1. nu. 14. Quo tẽp. mil. vbi Præposit. nu. 13. & Rauen. col. 2. Zasi. de feud. part. 7. nu. 17. vers. Item, & vasallus. Vurmbser. tit. de feud. obseruat. 25. Cassan. in consuetud. Burgund. Rubic. 3. §. 1. in Glos. *On' alle personne.* num. 26. Rosent. de feud. cap. 6. concl. 52. num. 4. in littera E Vulte. de feud. li. 1. c. 7. n. 77. vbi ait hoc remediũ esse tutius.

Secundum adest remedium, vt etiam ab altero competitore acceptetur Inuestitura, vel
2 recognitio cum protestatione, † vt per hoc non intendit præiudicare sibi ipsi, nec ei ad quem ius exigendi vel inuestiendi de iure spectabit, & quando certum ac verum dominũ cognoscet illũ pro tali acceptabit, ita Sonsbech, Zasi. Monta. Schneideui. & alij, de quibus per Rosent. d. conclus. 52. littera D. num. 3. in fin, Vulte. d. nu. 77. Vurmbs. Cassan. vbi supra.

Ter-

Tertium est,(quod approbo)vt á neutro pe
3 titur Inuest.renouatio,nec alicui eorũ lite pẽ
dẽte soluantur affictus, protestando tamẽ inte
rim ex parte emphyteutę,quod per eũ nõ stat,
& esse paratum exequi exequenda aduersus il
lum,qui verus dominus declarabitur satisdan
do de exequendo talem suam oblationem ,&
de implendo per eum adimplenda , Holdrad.
consil.22.Bartol. in l.Litibus, numero 9. C.
agri, & censit.libro 11.& ibidem Ioan.de Pla
tea,& Rebuf.Zasi. Præpos.Schneideu. Vurm.
Cassan. Vulte. & alij de quibus Rosent. in d.
conclus. 52.num. 4. & in Glos.c.Hinc in simi
li dixit Bald.in l.Lucius,& Titia,in fin.ff.fam.
hercisc.Nil posse opponi laboratori partiario ,
existente controuersia inter duos circa prædij
dominium,si partem suam susceperit,& aliam
partem obtulerit dare parti victrici , & illum
sequitur ibidem Morian. Et hanc conclusio-
nem in contentione duorum contendentium
de directo dominio rei emphyteuticæ proba-
uit Boer. super Consuetud. Bitturic. Rubri-
ca de moribus feud. & censu.§.14.in Glos. 6.
in principio,& latius decis. 106. quem sequi-
tur Cordub.de caducit. Emphyt. ob non so-
lut.canon.limit.23.Caballin.millel.648.

Adeo quod consulo , vt expectetur litis exi
tus a quo dominij veritas apparebit.&c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus.I. V.D.

S V M M A R I V M.

1 *Testator instituens aliquem legitimatum hare- dem, dicitur illum elegisse ad successionem , vigore , & in executione voluntatis fideicom- mittentis.*

2 *Testator mandans vt hæres fideicommissarius sibi hæredem vnum faciat , dicitur grauare illum per fideicommissum ad restituendum bona tali hæredi futura.*

3 *Legitimati non admittuntur , ad fideicommissa in præiudicium legitimorum, cum id dicatur , resultare contra mentem testantium.*

4 *Spurius non potest excludere substitutos.*

5 *Testator nobilis . & honestus non præsumitur sen sisse de futuro harede in honesta nato.*

6 *Citandi necessario sunt legitimi prætendentes in fideicommissa in actu legitimattantis.*

7 *Comiti non est data facultas legitimandi ad fi- deicommissa non citatis agnatis.*

8 *Si preces per legitimantem porrecta non conti- nent explicitam dispositionem fideicommitten- tis nec qualitatem substitutionis tunc legitima tio est nulla.*

9 *Iuri quæsito in spe probabili proximioribus illis , hæres grauatus præiudicare non potuit.*

10 *Concepti illegitime admittuntur aliquando ad exclusionem agnatorum.*

11 *Singulari loquutione non obstante potest successor in fideicommisso plures eligere.*

12 *Lex admittit proximiores omissa electione per e- ligere debentem.*

13 *Successor in fideicommisso tenetur relinquere quartam omnium bonorum hæredi instituto & electo.*

14 *Quarta debet deduci habito respectu ad omnia bona fideicommittentis.*

15 *Quarta debetur etiam si testator dedisset faculta tem expressam alienandi.*

16 *Grauatus si non teneretur ad quartam partem bo- norum inutile faret fideicommissum.*

17 *Hæres non potest subuertere fideicommissum.*

18 *Fideicommissum respectu bonorum eorum cense- tur relaxatum,sequuta alienatione illorum tan tum , & non aliter.*

19 *Spurius non potest a proprio patre hæres institui , attamen non dicitur prohibitus capere ex testa mentis aliorum cum inter eos cesset pecca- tum.*

20 *Successor in fideicommissa potest eligere spurium alienum prætermissis proximioribus legitimis, vigore arbitrij sibi a patruo testante concessi .*

21 *Eligens potest prætermittere digniorem , & eli- gere indignum.*

22 *Eligens non tenetur præcise dignum eligere , sed potest indignum indignitate facti eligere.*

23 *Electio non dicitur dolosa,quando electus sola in dignitate facti laborat.*

24 *Spurius non dicitur indignus nec infamis infa mia iuris,sed facti tantum.*

25 *Spurius dicitur , & reputatur , de familia pa- tris.*

26 *Consuetudo facit quod bastardi habent nobilita- tem sui genitoris.*

27 *Consuetudo & vsus quod bastardi denominentur de familia viget nedum in Gallia,sed etiam in Tuscia,Florentia,Perusy, Brixia , & etiam per totam Italiam.*

28 *Legitimatio mutat statum,& legitimatus vti no uus homo ad instar posthumi dicitur renatus.*

29 *Legitimatus habet iura suarum, venitque appel- latione filiarum legitimorum , & natura- lium.*

30 *Legitimatus non amplius dicitur infamis sed vere legitimus & præcipue quo ad omnes iuris ciuilis effectus.*

31 *Spurius realiter efficitur legitimus quando deter gitur spurietatis sordes.*

32 *Legitimatus per rescriptum venit appellatione prolis legitimata .*

33 *Spurius legitimatus per rescriptum Principis,di- citur , & est de familia paterna , ex qua na- tus est.*

34 *Legitimati a Principe vel a Comite Palatino agnationem conseruant, & retinent nobilitatem suæ familiæ.*
35 *Legitimati efficiuntur nobiles sicuti eorum parentes, nec amplius infamia facti laborant. Et quando.*
36 *Nomen (familia) est nomen iuris, non naturæ.*
37 *Lex non fingit in his, quæ sunt iuris, sed procedit sine iure & secundum veritatem.*
38 *Legitimum esse non prouenit a natura sed a iure communi positiuo.*
39 *Legitimatus dicitur vere, & non ficte de familia, & vere, non autem ficte legitimus.*
40 *Legitimus ille dicitur, qui est habilis ad ea, quæ sunt de iure ciuili, & illa dicitur proles legitima, quæ a lege approbatur.*
41 *Legitimatus nedum patri, sed omnibus agnatis agnoscitur.*
42 *Spurius legitimatus continetur, & venit in omnibus dispositionibus legalibus, & hominum testamentarijs, ac alijs loquentibus de legitimis, & naturalibus.*
43 *Spurij legitimati, et præteriti in testamento Patris illud rumpunt, & annullant.*
44 *Agnatio, seu familia, in qua nati sunt conseruatur per legitimatos.*
45 *Legitimatus dicitur de familia sui genitoris etiā nobilis.*
46 *Fraus non fit legi Venetæ, quando adest voluntas testatoris.*
47 *Legitimatio dicitur contra voluntate Testatoris, quando in dispositione adsunt illa verba, & ex legitimo matrimonio nato.*
48 *Filius dicitur nagis conscius dispositionis pater na quam alius.*
49 *Filius censetur se conformare cum dispositione paterna iterando consimilem dispositionem patris.*
50 *Actus præsumitur factus in executionem obligationis, vel consuetudinis præcedentis.*
51 *Filius, & hæres non præsumitur impugnare legitimationem approbatam a Patre.*
52 *Naturalis legitimatus non differt a spurio legitimato, quo ad exclusionem substituti sub conditione, si sine filijs decesserit simpliciter.*
52 *Legitimatus cum clausula ac si fuisset de legitima matrimonio natus, excludit substitutum.*
54 *Legitimatus restitutus ad honores, & dignitates admittitur ad omnia.*
55 *Legitimatus restitutus ad honores, & dignitates efficitur. Illustris, sicuti erat eius parens.*
56 *Testator nobilis, & in dignitate constitutus censetur in sua dispositione cogitasse de legitimato quando de filijs conditionaliter loquitur, sicuti de legitimationi natis.*
57 *Authoritas maior est Principis quam statuti.*
58 *Legitimationes pauca subsisterent si nobiles non possint sicut ceteri legitimare.*
59 *Nobilitas paterna legitimationi non obstat, quando derogatum est expresse legi ex facto. §. si quis rogatus. ff ad Trebel.*
60 *Comes habens authoritatem legitimandi absque citatione quorum interest, ex priuilegio, valide legitimare potest.*
61 *Citatio in legitimatione in praxi non seruatur.*
62 *Citatio non fuit necessaria, quando fideicommittens sinsit de legitimatis.*
63 *In legitimatione facta de voluntate testatoris nō requiritur citatio.*
64 *Citatio vbi non est necessaria, multo minus requiritur mentio dispositionis testatoris, vel substitutionis facta.*
65 *Dispositio facta in vnum tempus, sed ordinata quo ad suum effectum in aliud tempus, tūc debet iudicari secundum illud tempus, in quo effectiue dirigitur.*
66 *Qualitas addecta verba debet intelligi secundū tempus verbi.*
67 *Qualitas & capacitas requisita ad fideicommissum sufficit adesse tempore euentus conditionis.*
68 *Actus conditionalis in vltimis voluntatibus nil ponunt in esse.*
69 *Legitimatio facta post mortem Testatoris dicitur ex post facta de illius voluntate*
70 *Citatio prætendentium non est necessaria, quando non habent ius contradicendi.*
71 *Ius si alicui tempore legitimationis non est quæsitum, non est opus illum admonere.*
72 *Legitimatio retrotrahitur, ad tempus Testamenti, & reconualidatur institutio, & dispositio.*
73 *Ius dicitur quæsitum proximioribus ab intestato, quando illis successio auferri nequit.*
74 *Ius succedendi non est probabile, quando is, de cuius hereditate agitur, potuit disponere, et voluntatem mutare.*
75 *Ius quæsitum in spe probabili agnatis tunc dicitur, quando fundatur in causa de præterito, & de qua grauatus non potest disponere.*
76 *Ius quæsitum non dicitur alicui, quando se fundat in successione ab intestato.*
77 *Iudicatur, de eo, quod est in spe probabili, quod de re ipsa.*
78 *Legitimatus in iure non differt a legitimo.*
79 *Legitimatus excludit substitutum.*
80 *Legitimatus licet dicatur vere legitimus, dicitur tamen ficte legitime natus.*
81 *Legitimatus non venit in conditione legitime natorum.*
82 *Legitimati a Comite, vel per rescriptum comprehenduntur in dispositione loquente de filijs legitimis, & naturalibus, & quando.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

An legitimati dicantur de familia, vel prole legitima.

Quæ requirantur ad essentiam legitimationis.

CONSILIVM CXCV.

Actiones meæ a Domino.



Dhuc superest in causa Berolda discutere de iuribus institutionis factæ per Dominum Marchionem Carolum Beroldum de persona Domini Ioseph, eius fratris spurij legitimati, quo ad bona ipsi Marchioni relicta ex testamento Domini Ioannis Francisci Beroldi eius patrui in hæc verba.

Volens tamen dictus Dominus testator, quod decedente dicto Domino Carolo sine legitima prole, quòd tunc teneatur dictus Dominus Carolus sibi vnum facere hæredem de familia nobilium de Borsijs de Beroldis ad eius electionem, de tanta summa præsentis hæreditatis quanta dicto Domino Carolo videbitur, & placuerit &c.

Euentu quod Dominus Carolus desperãs de legitima prole instituit sibi hæredem Dominum Ioseph prædictũ legitimatum de anno 1607. & post nonnullos annos a die testamenti conditi per præfatum Dominum Ioannem Franciscum.

Quo stante insurrexere nõnulli de familia Berolda vti proximiores legitimi, & naturales Domini Caroli, allegantes talem institutionem seu electionem Domini Caroli nullius esse roboris quo ad eorum præiudicium, saltem respectu bonorum dicti Ioannis Francisci, qui disponendo vtilis vocationem legitimorum non autem legitimatorum admisit.

Tres Iurisconsulti responderunt contra legitimatum multa deducendo, quæ tamen ordinate recollecta ad infrascripta virtualiter reducuntur.

Primo inquam dicunt. Quòd ex quo Do-
1 minus Carolus instituit † hæredem Dominũ Ioseph legitimatum, dicitur illum elegisse ad successionem vigore, & in executionem iussionis Domini Ioan. Francisci l. vnum ex familia, §.si duos vbi Bart. & Padil. nu. 7. 8. ff. leg. 2. Ruin. consi. 24. n. 9. in fin. in 2.

2 Et mandando † Do. Carolo vt sibi vnum hæredem faceret, dicitur illum grauasse per fideicommissum ad restituendum bona tali futuro hæredi tex. in l. pater filium. §. fin. & in l. Lucius. §. fin. ff. leg. 2. Peregri. de fideicom. ar. 5. num. 8.

Quæ tamen electio, & institutio legitimati non tenuit obstante Edicto Veneto promulgato sub die 30. Iulij de anno 1567. quo ca-
3 uetur, vt legitimati † non admittantur ad fideicommissa in præiudicium legitimorum, cũ id dicatur resultare contra testantium voluntates, de quo edicto habetur mentio per Paleott. de spuri. cap. 61. nu. 9. & per Peregri. de fideicom. ar. 23. nu. 23.

Secundo cum Dominus Ioseph spurius natus fuerit ex coniugato, & soluta, inter quos tempore eius natiuitatis non poterat cõtrahi
4 matrimonium, non potest † excludere substitutos, & consequenter nec ipsis proximiorib. præiudicare. Meno. lib. 4. Præsumpt. 39. num. 37. Onded. consi. 59. nu. 25. in 2.

Tertio testamentum Domini Ioannis Frã-
5 cisci fuit conditum a persona nobili, † & honesta vnde non est verisimile, vt de tali futuro hærede inhoneste nato senserit, Peregri. de fideicom. ar. 23. nu. 42. Trentacinque de subst. par. 4. c. 7. nu. 44. in fin.

Quarto quia actu legitimandi non fuerunt isti prætendentes citati, & tamen sunt de legitima familia Berolda, vnde necessario erant
6 citandi † Peregr. d. art. 23. nu. 50. 51. Menoc. d. Præsump. 79. in fin.

Maxime cum huiusmodi legitimatio fuerit facta non a Principe, sed a Comite Cæsare, secundum Peregri. d. art. 23. nu. 72. vbi alios adducit, nec i priuilegio legitimãdi legatur ta-
7 lis facultas data Comiti, † vt possit legitimare ad fideicommissa non citatis agnatis, Onde. consi. 59. nu. 19. in 2.

8 Quinto ex quo in precibus † per legitimatum Comiti porrectis non fuit facta mentio explicita dispositionis Ioannis Francisci, nec qualitatis substitutionis, Peregre. d. artic. 23. num. 69. Onded. dicto consi. 59. nu. 21. in 2.

Sexto quia legitimatio fuit facta post mortem Ioan. Franci. testatoris, per cuius dispositi-
9 tionem iam fuerat quæsitum ius † in spe probabili præfatis proximioribus, quibus non potuit præiudicari Ceph. consi. 606. n. 22. Menoconsi. 164. n. 12. vers. Quinto.

Septimo cum testator posuerit in conditione prolem legitimam Domini Caroli, dubio procul non dicitur sensisse de prole illegitima substituenda, & quod ad exclusionem agnatorum legitime natorum admittantur illegiti
10 me concepti † Menoc. d. Præsump. 79. nu. 21. Peregri. d. art. 23. nu. 45.

Nec prædictis obstare videtur, quod testator vtendo verbo singulari, dixerit vt Domi-

nus

nus Carolus sibi faceret vnum hæredem, quasi quòd non senserit de vocatione, & electione plurium proximiorum.

Quia respondetur, quod non obstante tali
11 singulari † locutione potuisset Dominus Carolus plures eligere. l. vnum ex familia §. si duos, vbi Bar. & alij, ff. leg. 2. vbi Padil. nu. 4.
12 & si neminem elegisset, proximiores lex † ipsa admisisset, textus in d. l. vnum ex familia §. rogo, vbi Padil. nu. 7. Surd. consi. 264. nu. 32.

Verumtamen prædictis non obstantibus intrepide amplector contrariam sententiam vti verissimam, admittentem Dominum Ioseph legitimatum ad præfatam successionem.

Præmittendo prius, quòd Dominus Caro-
13 lus † vigore talis dispositionis tenebatur saltem relinquere quartam partem omnium bonorum Domini Ioan. Francisci præfato Domino Ioseph suo hæredi instituto, & electo vt supra, non obstante arbitrio dato ipsi Domino Marchioni de faciendo sibi hæredem in ea parte qua sibi videbitur, & placuerit, per textum in Auth. contra cũ rogatus, ibi [quartam institutionis fideicommissario restituere cogitur] C. ad Trebellia. & tradit Peregri. de fideicom. ar. 40. nu. 40.

14 Talis enim quarta † debet deduci habito respectu ad omnia bona quæ Dominus Ioan. Franciscus reliquit Castr. in l. Titius nu. 3. ff. ad Trebellian. Paris. consf. 46. n. 25. in 1. Gab. tit. de Trebellian. conclus. 13. nu. 7. dicens ita fuisse iudicatum, vt per Guid. Pap. per eum ci-
15 tatum. Etiam si † testator ipse dedisset facultatem Domino Carolo expressam alienandi Paris. consi. 25. in 2. Bero. consi. 86. nu. 26. & consi. 101. n. 9. in 2. Soci. Iun. consil. 130. col. 1. in 1. alias sequeretur inconueniens, nempe,
16 quod nisi grauatus † censeretur coactus quartam reseruare, inutile foret fideicommissum, & testator videretur se in continenti correxisse contra l. nisi ad ea legata vbi Doct. ff. cond.
17 & demon. & esset in arbitrio hæredis † totum subuertere fideicommissum contra l. fideicommissum ff. cond. & demo. & adu. l. si ita quis §. is cui. ff. leg. 2.

Et cum Dominus Carolus reliqua bona, dempta quarta prædicta potuisset alienare, & non alienauerit, omnia bona in fideicommisso contenta superextantia debeantur fideicommissario, cum eorum bonorum respectu cen-
18 seatur relaxatum † fideicommissum, secuta alienatione illorum tantum, & non aliter Peregri. de fideicom. art. 52. nu. 44. vbi plures congerit concordantes.

Redeundo modo ad rem nostram dico, Dominum Carolum exequendo iussum patrui potuisse eligere Dominum Ioseph legitimatũ considerando etiam ipsum Ioseph vti simpli-
19 citer spurium, quia & si spurius † non possit à proprio patre hæres institui, attamen non dicitur prohibitus capere ex testamentis aliorũ, cum inter eos cesset ratio peccati, ita Glos. in §. fin. Auth. qui. mo. nat. effi. sui late Pinell. in l. 3. n. 20. ver. Ea autem decisio. C. bon. mater. Surd. consi. 384. n. 75. Lup. de Megit. commẽ. 1. §. 5. nu. 157. Capriol. de success. ab intestat. lib. 1. num. 123. adeo quòd dicitur hoc in casu succedere vti electus, & vti hæres institutus, non vti legitimatus.

20 Potuit enim Dominus Carolus † eligere spurium alienum prætermissis proximioribus legitimis, vigore arbitrij sibi a patruo testante concessi, textus Clar. in l. cum quidam, in principio ff. lega. 2. cuius verba præcisa sunt hæc [cum quidam ita fideicommissum reliquisset, Rogo restituas liberis meis, quibus voles, Marcellus putauit posse hæredem, & indignum præferre,] & ibi per illum textum no-
21 tat Barto. eligentem † posse eligere indignum prætermisso digniore, quod etiam late probauit Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 5. nume. 1. & seq. dicens, illum cuius voluntati electio
22 † committitur, non teneri præcise dignum eligere, sed posse indignum indignitate facti eligere, subdens ibidem nu. 15. iunct. nu. 21. *hoc* indubitate procedere, quando talis electio
23 † non fuit dolosa, & illam non posse dici dolosam, quando electus sola facti indignitate laborat, sequitur late comprobando alter Molin. Iesuit. de Maiorat. disput. 594. modo spu-
24 rius † non dicitur indignus nec infamis infamia iuris, sed infamia facti tantum, secundum Azon. in summa. C. ex quibus cau. infam. n. 4. Gabr. consi. 30. n. 3. 4. 9. & seq. & nu. 17. in 2. cum concord. per Lup. de illegit. commen. 1. §. 3. nu. 39. 61. & 65. merito potuit eligi.

Et tanto magis cum spurius iste vere nuncupetur de familia Berolda, siquidem perpetdenda sunt verba testatoris, qui dixit [hæredem de familia nobilium de Beroldis] non autem dixit (hæredem nobilem de familia Berolda.) At spurius etsi non dicatur nobilis de familia, Attamen bene dicitur de familia nobilium, cum descendat a Io. Baptista fratre testatoris, quo fit vt etsi de strictissimo iure spurius non dicatur de familia. Nihilominus de generali consuetudine, & secundum communem, ac vniuersalem vsum loquendi spurius
25 † dicitur, & reputatur de familia Patris. ita Guid. Pap. decis. 580. & ibidem Additus in 2.
26 addit. dicit consuetudinem † efficere quod bastardi habeant nobilitatem genitoris, idem tradidit Boer. decis. 127. in fin. Menoc. lib. 4. Præsump. 88. nu. 14. in fi. & latius consi. 754. vbi post alios attestatur talem consuetudinẽ,
27 † & vsum vigere nedum in Gallia, sed etiam in

in Thuſcia, Florentiæ, Peruſij, & Brixiæ ſubdens hoc eſſe palam omnibus notorium, talemque vſum loquendi potiſſimum admitti in diſpoſitionibus vltimarum voluntatum, & propriæ ſignificationi præferri, idem probat Paleott. de ſpuri. cap. 60. num. 5. dicens talem communem vſum loquendi hodie vbique ſe habere, ac fore obſeruandum. Rim. Iun. conſi. 442. n. 33. atteſtans talem vſum loquendi ſeruari maxime per totam Italiam.

Si igitur ſtantibus prænarratis debet admitti Dominus Ioſeph attento eius primeuo ſtatu illegitimitatis, quanto fortius admitti debet vti legitimatus adſcitus in gremio legitimorum, & nobilium de familia Berolda, nam
28 per legitimationem † mutauit ſtatum, & vti nouus homo fuit ad inſtare poſthumi renatus, Bal. in l. filius a patre §. 1. ff. lib. & poſthu. Soc. conſi. 226. nu. 5. in 2. Lup. de illegit. commen.
29 3. §. 2. nu. 25. & habet † iura ſuorum veniteq; appellatione filiorum legitimorum, & naturalium, vt præter cæteros ait Coſta. de Retrotract. c. 2. Monito. 4. nu. 5.
30 Et idcirco legitimatus † non amplius dicetur infamis, ſed vere legitimus, & præcipue quoad omnes Iuris ciuilis effectus latè Gabr. conſi. 30. num. 6. 8. 9. r 6. & ſeq. in 2. Peregri. conſi. 61. nu. 5. in 5. Sicuti enim ſeruus efficitur vere liber macula ſeruitutis funditus ſub-
31 lata, ita ſpurius † realiter efficitur legitimus, quando detergitur ſpurietatis ſordes, vt poſt Bart. Bal. Alex. & alios ſcribit Dec. conſi. 316. nu. 10. Pariſ. conſ. 8. n. 7. in 2. & ita omnes conuenire multos addendo firmat Sur. conſ. 571. nu. 46. ſubdens legitimatum diei verè legitimum, licet ficte dicatur legitime natus, & in puncto, quòd vbi per teſtatorem fit mentio
32 prolis legitimæ contineatur legitimatus † per reſcriptum, conſuluit Deci. conſ. 258. num. 4.
33 ex quibus infertur ſpurium † legitimatū per Principis reſcriptum dici, & eſſe de vera familia paterna, ex qua nati ſunt, vt difuſe tradit Molin. de Primoge. lib. 1. cap. 4. n. 44. concordat infinitos prope addendo Pedro. conſ. 10.
34 nu. 2. & 36. dicens legitimatos † a Principe, ſeu a Comite Palatino agnationem conſeruare, ſubdens hanc eſſe magis communem, ac veriorem ſententiam, & nedum agnationem ſed etiam nobilitatem ſuæ familiæ retinēt. Tiraq. de nobilitat. cap. 15. n. 20. Peregri. de fideicō.
35 art. 23. n. 12. dicens † effici nobiles, ſicuti eorū parentes, nec amplius infamia facti laborare, idque probatur ex l. Imperialis §. præſenti C. nupt. ibi (omni macula direpta, neque vocabulum inhoneſtum eis inhærere volumus) latiſſime Lup. de Megit. comment. 3. §. 1. n. 77. dicens ab hac concluſione non eſſe recedendum, ac omnia contraria tollit.

Confirmatur concluſio, nam dixit teſtator [heredem de familia nobiliū de Beroldis &c.]
36 iſtud nomen † [familia] eſt nomen iuris non naturæ, vt reſoluit Capr. conſ. 90. nu. 5. Bald. conſi. 441. in fi. in 3. Rim. Iun. conſ. 442. num.
37 33. At lex † non fingit in his, quæ ſunt iuris ſed procedit ſine fuco, & ſecundum veritatem Bart. in l. ſi is qui pro emptore nu. 29. vbi Iaſ. num. 228. ff. vſucap. inſuper quem eſſe legiti-
38 mum † non prouenit a natura, ſed a iure communi poſitiuo §. liceat Auth. qui. mo. nat. effi. legit. §. ſi quis natura. §. ſi quis ergo Auth. qui. mo. nat. effi. ſui. Meno. conſi. 266. num. 4. cum igitur in his, quæ ſunt iuris lex diſponat ſecundum veritatem, & non ſecundum fictionem,
39 vtique fatendum eſt legitimatum † dici vere, & non ficte de familia, & verè non autem ficte legitimum Menoc. & alij ab eo citati, concordat Coſta. de retrotract. c. 2. in Monit. 4. nu. 1.
40 vſque 8. quia nil aliud eſt eſſe legitimum, † niſi eſſe habilem ad ea quæ ſunt de iure ciuili, & illa dicitur proles legitima, quæ a lege approbatur Deci. conſi. 258. nu. 4. Natt. conſ. 625. num. 5.
41 Et conſequenter talis legitimatus † nedum patri, ſed omnibus agnatis agnaſcitur illiſq; omnibus ſuccedit Dec. conſ. 365. nu. 5. Ruin. conſi. 145. num. 3. in 3. Rolan. Tiraq. Mazzol. Purp. Berett. & alij ſequuti per Sur. conſ. 571.
42 n. 8. vnde iure merito ſpurius † iſte legitimatus continetur, & venit in omnibus diſpoſitionibus legalibus, & hominum teſtamentarijs, ac alijs loquentibus de legitimis, & naturalibus Peregr. d. ar. 23. n. 46. & conſi. 61. nu. 7. in 5. ſubdens, ſpurios ab initio odibiliter natos,
43 ſed ex poſt legitimatos, & præteritos † in teſtamento paterno, illud rumpere, & annulare, & de communi teſtatur Pedro. conſi. 10. numero 31.

Admittiturque tale axioma, ſiue legitimatio fiat a Principe, ſiue a Comite talem authoritatem habente, vt tetigi ſupra, & tradit Peregri. d. art. 23. n. 46. 47. & conſi. 61. n. 5. & 8. in Pedro. plurimos adducens, conſi. 10. n. 2. Decian. conſ. 42. nu. 37. in 1. qui omnes addunt conſeruari per iſtos legitimatos agnationem
44 † ſeu familiam ſuam, in qua nati ſunt.

Nec prædictis reſiſtunt in contrarium adducta per Dominos aduerſantes.

Ad primū. n. reſpondetur, & nos admittere, vt per inſtitutionem hæredis Dominus Carolus dicatur elegiſſe in executionem iuſſionis teſtatoris, ita etiam fatemur, quod ex mandato faciendi ſibi vnum hæredem dicatur induxiſſe fideicommiſſum. Sed aperte negamus legitimam eſſe nullam, per obſtaculum edicti, quia vt etiam tetigi in alio conſilio edito ſuper legitimatione prædicta facta in executio-

tem

nem testamenti Domini Ioannis Iacobi, vtique illud edictum obstat legitimationibus factis contra testantium volũtates, at nos supra abunde probauimus, & etiam infra latius patebit talem legitimationem fuisse factam iuxta dispositiones testamentarias tam Ioannis Iacobi Patris, quam etiam Ioannis Francisci filij, qui mandando, vt Dominus Carolus sibi faceret vnum hæredem de familia nobiliũ de Beroldis, dicitur comprehendisse hæredẽ
45 illegitimum, vel saltem legitimatum, † & ita huic edicto similiter respondet Decia.in puncto consi.42.n.38.versi. Non obstat vltimum iit 1.Pedro.consi.10.n.37. 38. Menoc. consi. 459.n.36.37.dicens post alios, nullam fraudẽ
46 † fieri prædictæ legi Venetæ prohibenti legitimationes contra voluntates testatorum, quando testator fideicommisit deficientibus filijs legitimis, ex quo inter legitimos dicatur computasse legitimatos, ita ergo in casu nostro cũ testator voluerit fieri vnum hæredem, decedẽte Domino Carolo sine prole legitima, dicitur admisisse hæredem legitimatum, secus si dispositio testatoris diceret, [decedente Domino Carolo sine prole legitima, & ex legitimo matrimonio nata] nam tunc legitimatio
47 † diceretur contra voluntatem testatoris, & locus esset edicto, ita Rui.consi.80.nu.6.versi. Et ex pluribus, & nu.11.versic. Præterea in 3. Meno.459.nu.2.3.sed de tali distinctione infra latius in resolutione vltimæ obiectionis.

Respondetur secundo in præsenti casu nullatenus dici posse, vt de aliquo præiudicio proximiorum agatur, quia dispositio Domini Io. Francisci respectu electionis futuri hæredis fuit conditionalis, quæ conditio dependebat a futuro euentu, & ab arbitrio Domini Caroli, At interim pendente cõditione nullum ius potest dici acquisitum fuisse istis proximioribus, ex quo dispositio fuit facta in vno tempore, sed ordinata ad aliud tempus in quo debebat effectum sumere, & secundum illud tẽpus iudicari, & ante illud vltimum tempus iã fuerat facta legitimatio, de hoc tamen infra latius in declinatione sexti motiui, vbi cadet propria sedes istius propositionis.

Respondetur tertio, Dominum Iacobum seniorem patrem Domini Ioannis Francisci ordinasse, vt deficiente linea masculina suorum descendentium legitima, & naturali, vltimus descendens posset legitimare bastardos vocãdos de Bornijs de Beroldis &c. Qui casus legitimandi ita potuit euenire in personam Do. Ioan. Francisci sicuti euenit in personam Domini Caroli, cum ambo descendant ab ipso Io. Iacobo. Et cuius paternæ dispositionis optime conscium fuisse Dominum Io. Franciscũ
48 filium, † & magis quam alium, tradunt Bart. in l.genit.nu.17.ff.de acq.hære. Corn.consi.302. nu.5.in 4.Ceph.consi.183.num.71. vnde sequitur, quod disponente ipso Io. Francisco, vt Domino Carolo decedente sine legitima prole sibi faciat vnum hæredem, censeatur se voluisse conformare voluntati patris, & in executionem dictæ præambulæ dispositionis iterato similem dispositionem facere, voluisse illius confirmatoriam l.quædam mulier. vbi Glo.ff. ff.rei vendi. Magon.decis. Lucan.5.nume.23. conferunt trad. per Ceph.consi.315.nu.8. & per Surd.consi.202.nu.17. Sicuti dicitur actũ
50 † præsumi factum in executionem obligationis, vel consuetudinis præcedentis, idem Sur. consi.164.num.24. & sequentibus hinc fit in proposito, quod cum Ioan. Iacobus pater semel dictam legitimationem approbauerit, nõ possit amplius dici, vt Io. Frãciscus eius filius,
51 † & hæres illam voluerit, vel potuerit impugnare, vt post Soci. Deci. Crauc. & alios pulchre aduertit in terminis Surd.consi.571. nu. 28. Sed bene præsumi illam voluisse confirmare, vt dixi.

Ad secundum respondetur nullam esse di-
52 ferentiam inter naturalem legitimatum, † & spurium legitimatum, quo ad exclusionẽ substituti, sub conditione si sine filijs legitimis decesserit &c. simpliciter, vt late post alios tradit Peregri.consi.28.num.4.in 3.& disusissime consi.8.nu.10.& seq.in 2. vsque ad numerum 15.omnino videndus quia respondet omnib. contrariantibus, late Surd.consi.471.numero 44. 45.

Respondetur secundo, quod quando legitimatio est amplissime facta eum clausula, [ac si fuisset de legitimo matrimonio natus vt in ca
53 su isto] semper legitimatus † excludit substitutum, vt post Alex. tradit Surd.consi.471. n.3. sed de tali exclusione etiam infra latius in responsione sexti motiui.

Ad tertium respondetur oppositum nõ pro
54 cedere quando legitimatus † fuit restitutus ad honores, & dignitates, vt in casu nostro. Alex.consi.2.nu.19.vers. Denique per legitimationem in 1.Decia.consi.3.nume.90.in 1. Rola.consi.67.nu.39.in 3.ample Meno.consi. 459.nu.13. vers. Respondetur secundo alios addit, & sequitur Surd.consi.571. nu. 53. di-
55 cens hoc in casu taliter legitimatum † effici Illustrem, sicuti erat eius parẽs Lup.de illegit. comment.3.§.2.nu.13.

Respondetur secundo talem distinctionem nobilis ab ignobili non subsistere, nam videmus, quod si extet statutum dictans, vt filius legitimatus possit succedere, faciet deficere conditionẽ [si decesserit sine filijs] appositã a testatore nobili, quia ille legitimatus est talis, qui tamquam legitimus succedit, modo si vbi illegi-

illegitimus est successibilis ex forma statuti,
56 testator nobilis,† vel in dignitate constitutus censetur in sua dispositione de illo cogitasse, quando de filijs conditionaliter loquitur, ita (imo fortius) censetur de illo cogitasse qui de iure communi potest succedere, sicuti legitime natus ita Barto.in l.hæredibus §. fin.ff.ad Trebellia. & clarius docet Rui. consi. 76. nu. 13.& consi.104.nu.15.in 3.Rol. consi.67.nu. 29.in 3.subdens hoc in casu maiorē esse Prin-
57 cipis † authoritatem quam statuti.Latè Mãt. de coniect.vlti.volun.lib.11.titu.10.nu.38. vers.Quinto,& nu.39.dicens, quod si contraria opinio esset vera,nulla vel saltem paucæ le
58 gitimationes † subsisterent, quod non est admittendum idē tenuit Meno.consi.459.n.13.

Respondetur tertio, quod cum in legitimatio ie fuerit expresse derogatum Li.ex facto §. si quis rogatus,ff.ad Trebellia. nil obstare po-
59 test nobilitas † paterna Lup. de illegit. comment. 3.§.2.num.14. allegans concordantes, vbi etiam alias respondentes adducit in proposito isto, quas non curo referre, ne sim nimis prolixus,& apud eum videri possunt.

Ad quartum de citatione omissa, Respon-
60 detur Dominum Comitem † legitimantē habuisse authoritatem legitimandi etiā absque citatione illorum quorum interest, vt clarissime ex priuilegio Cæsareo videre est Pari.Rui. Goza.Gabr.& alij relati per Meno.consi.459. nu.45.vers.Respondetur secundo alios adducit Surd.consi.552.nu.10.Rol.consi.67.n.57. in 3.Capriol.de success.ab intest.lib.1.n.244. Bursat.cons.11.nu.31.Noni.consi.69.nu.8.
61 Respondetur secundo, id non † seruari in praxi.secundum Alberi. in l.nam ita diuus ante fin.ff.adop.Ias.in l.Gallus.§.& quod si tantum nu.139.vers.Tamen alibi ff.lib.& posth.

Respondetur tertio,quod testator in dispositione seu conditione si sine filijs legitimis, seu sine prole legitima, dicitur sensisse etiam de legitimatis, vt sup. abunde probauimus, non igitur fuit necessaria citatio,cum testator sentiēdo de legitimatis, dicatur consensisse,vt excludat substitutum,& consequenter, vt di-
62 xi,non fuit necessaria citatio,† vt per Ias.in d. §.& quid si tantum nu.140.idem sensit Aret. in l.ex facto nu.12.ff.vulga.dicens,quod cum legitimatus contineatur sub illis verbis (si decesserit sine filijs legitimis) a testatore prolatis, legitimatio subsecuta morti testatoris dicitur facta de eius voluntate, & ideo non potest conqueri substitutus, quòd de sui præiudicio agatur, quia illa ius aliquod non dicitur
63 acquisitum ante legitimationem, † quæ dicitur facta de voluntate testatoris,nō igitur fuit necessaria citatio,sequitur Menoc.alias addēdo consi.459.n.4.Lup.de illegi.comm.3.§.1. nu.2.vers.Sed eius est hæc potissima ratio,& de hoc etiam infra in responsione sextæ obiectionis.

Ad secundum respondetur breuiter, quod
64 si non fuit necessaria eorum citatio, † multo minus fuit necessaria mentio aliqua dispositionis testatoris, nec substitutionis factæ,vt post Castrum, & alios tradit Meno. consi. 20. nu.45.46.& cons.459.nu.46.47.& hoc patet sensui,maxime cum de illorū iure aliquo quæsito,vel interesse non agebatur,vt dixi,& mox latius referam.

Ad sextum vbi dicebatur legitimationem fuisse factam post testatoris obitum,per cuius dispositionem fuerat iam ius quæsitum saltē in spe probabili, cui non potuit per legitimationem subsecutam præiudicari.

Respondetur dispositionem testatoris non fuisse puram,sed conditionalem,& quando le
65 gitur facta † in vnum tēpus sed ordinata quo ad sui effectum in aliud tempus, tunc debet iudicari secundum illud tempus in quod effectiue dirigitur.l.in tempus vbi Doct. ff. hære. institu. l.2. C.don. ante nupt. ita & qualitas
66 † adiecta verbo debet intelligi secundum tēpus verbi Surd.consi.23.n.10.l Titius ff. test.
67 mil.cum concordantibus,Ita & qualitas,† ac capacitas requisita ad fideicommissum sufficit ad esse tempore euentus conditionis.l.intercuenit.ff.lega.præstand.l.eum qui ff.cond. & demon.latè Tiraq.de retra. lignag. §. 1. Glos.9.
68 nu.95.Nam actus † conditionales in vltimis voluntatibus nil ponunt in esse l. 1.ff.reg.cattoni modo dico, quod cum testator in sua dispositione conditionali loquente de legitimis senserit de legitimatis, nil refert quod legitimatio fiat post mortem testatoris respectu præiudicij alicuius prætendētis, quia nemini fuit interim ius quæsitum ante legitimationem,
69 † quæ dicitur ex post facta de illius voluntate, ex celebri dicto Areti.in l.ex facto.num. 12.ff. vulgar.Ias in l.Gallus in §.& quid si tantummodo nu.140 ff.lib.& posthu.Menoch.consi. 459.nu.4.& nu.42. cum plurimis additis per Lup.de illegit.comment.3.§.1.nu.2.ver. Sed eius est hæc,& ideo diximus non fuisse necessariam istorum prætendentium citationem,
70 † cum non habeant ius contradicendi, addo Berett.cons.11.col.6.vers.vlterius tamen,idē ait Noni.consi.69.n.8.dicens,quod si tempo-
71 re legitimationis ius † alicui non est quæsitū, non opus est illum admonere. Et in puncto ita censuit Pedro.consi.10.n.38.39. & seq dicēs nil obesse existenti spurio tempore testamenti si reperitur legitimatus tempore euenientis
72 conditionis, quia legitimatio † retrotrahitur ad tempus testamenti, & reconualidatur institutio,& dispositio.

Nec

Nec est verum, vt pendente cōditione ista faciendi hæredem in casum deficientiæ legitimæ prolis dicatur ius aliquod quæsitum pro
73 ximioribus, nam tunc dicitur ius † quæsitum proximioribus ab intestato, quando illis successio auferri non potest Meno.consi. 181.nu. 51.& consilio 108. numero 62. 63. dicens ius
74 † succedendi non esse probabile, quando is de cuius hæreditate agitur potest disponere, & voluntatem mutare, optime Gab.consi.21. nu.7.8.in 2.tradens, tunc dici esse quæsitum
75 ius † in spe probabilis agnatis quando fundatur in causa de præterito, & de qua disponere nequit grauatus, & omnium latius probat Ceph.consi.526.nu.70. vsque 84. numquam
76 dici ius † quæsitum alicui, nec illum dici habere spem aliquam probabilem quando fundat se in successione ab intestato cum talis successio possit mutari, vel reuocari per testamenti factionem, & dependeat a futuro euentu, & a voluntate alterius, & vt latius per eum omnino videndum, conferunt alias per me congesta consi.76.n.17.vbi dixi post multos tunc censeri ius quæsitum alicui quando est irreuocabiliter quæsitum taliter, quod de illo possit pro libito disponere, & cui iuri nemo alius potest præiudicare, & ex actu suspen sonec plenimodè perfecto, & a quo aliquando potest ex causa recedi non dici ius acquiri. Modo si electio personæ dependebat a voluntate Domini Caroli, circa factionem hæredis de familia, qui potuit alium vtcumque remotiorem, vel minus dignum eligere, vtique non potest dici quæsitum ius aliquod istis agnatis, nam de eo quod est in spe probabili iudi-
77 catur † quod de re ipsa l.spem.C.don. Ceph. d.consi.526.n.73. sed sic non cadit consideratio nec rei, nec spei.

Respondetur secundo, quod cum testator censeatur se voluisse conformare cum iuris dispositione, iuris autem dispositio in terminis nostris nullum constituat discrimen inter le-
78 gitimatos, † & legitimos, dicendum est in dispositione prædicta contineri legitimatū quocumque tempore, vt supra dictum est, & post plurimos in puncto arguit Pedro. consi. 10.n. 12.13.14.Meno.consi.459.nu.5.

Ad septimum respondetur Dominos aduersarios cōsulentes aut æquiuocare, aut legales terminos confundere. Quia aliud est ponere in conditionem prolem legitimam, vt in casu nostro, aliud ponere in conditionem prolem legitime natam, seu ex legitimo matrimonio susceptam, nā primo in casu [in quo nos ver-
79 samur] legitimatus † excludit substitutum, vt sup. sæpius dictum est, addo pene infinitos allegantem Lup.de illegit.comment.3.§.2.n. 3. secus in secundo casu, quia licet legitima-
80 tus † dicatur verè legitimus, nōn tamen dicitur vere, sed fictè legitime natus Natt. consi. 624.nu.5.Surd.consi.571.n.46.Decia.cons.
81 88.nu.75.in 1. Et merito in conditione † legitime natorum non comprehenditur, vt non nullis placuit, hanc distinctionem probarunt plurimi congesti per Capriol.de success.ab intesta.lib.1.nu.240. iunct.nu. 246. Caballin. millelo.79.Ruin.& alij de quibus, per Meno. cons.459.n.3.Decian.consi.42. n.15. iunct.n. 27.in 1.

Respondetur secundo ex abundanti, quod imo in dispositione loquēte de filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio na-
82 tis, comprehenduntur legitimati † a Comite, vel per rescriptum, quando in priuilegio legitimationis continetur facultas legitimandi, ac succedendi perinde ac si legit. de legitimo matrimonio nati essent, vt in præsenti priuilegio, ita post multos Decia.consi.5.n.21.22. & seq.in primo Pedro.consi.10.n.44.45.Multo magis ergo admittetur in dispositione simpliciter loquente de prole legitima, non autem de legitime nata.

Quibus sic se habentibus non est disceptādum, an Dominus Carolus potuisset eligere plures, cum id nihil ad rhombum, quando electio in legitimatum sustinetur. &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Dos confessata, & morte mariti confirmata nocet posterioribus creditoribus.

2 Dotis confessio lapso decennio idem operatur ac si interuenisset realis numeratio, magis si per dictum tempus uxor a viro fuerit alimentata, num. 3. 5.

4 Maritus non tenetur uxorem non dantem dotem alere sed illam expellere potest.

6 Maritus quando in confessione dotis confitetur habuisse eam a tertio dicitur vere dotem habuisse.

7 Dos confessata in testamento non potest dici factum sub spe numerationis, nec in alterius fraudem.

8 Vxor in dubio præsumitur dotata.

9 Confessio de dote recepta non solum nocet confitenti suisque hæredibus, sed & singulari successori.

10 Confessio authoris facta ante ius quæsitum successoris singulari ipsi nocet, nec per ipsum potest reuocari, etiam si sit erronea nu.11.

12 Vxor transiens ad secunda vota facit iniuriam marito prædefuncto.

13 Dos

13 *Dos confessata iuramento firmata tollit omnem suspitionem simulationis.*
14 *Mors & iuramentum aequiparantur.*
15 *Fides scripturae morte augetur.*
16 *Fides maior alijs concurrentibus coniecturis adhibetur attestationi morientis, quam viuentis.*
17 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiae, quando & quomodo locum habeat in dote confessata nu. 18. 19 20. 21.*
22 *Maritus contrahendo cum posterioribus creditoribus non tollit ius quaesitum vxori.*
23 *Imputandum est ei qui potuit cautius agere, & non egit.*

ARGVMENTVM.

Quando mariti confessio de dote recepta praeiudicet creditoribus.

CONSILIVM CXCVI.

Actiones meae a Domino.



Dominus Antonius Pendalca condidit testamentum sub die prima Augusti. 1591. in quo legauit Dominae Isabellae Scaramellae eius vxori scutos ducentum auri in auro per eum habitos a Domina Iacoba eius D. Isabellae matre, in dotem, & pro dote, de qua apparet ex priuata scriptura, quae numquam redacta fuit in instrumento, ei dãdos per infrascriptos eius haeredes &c.

De anno autem sequenti 1592. sub die vltima Septembris idem Pendalea vẽdidit fundum D. Bignotio contra quem in praesentiarũ iudicium direxit in Saluiano vtili D. Isabella vigore di. legati, seu dictae confessionis viri sui.

Quaeritur an huiusmodi confessio dotis acceptae praeiudicet dicto Bignotio.

1 Et conclusiue loquendo dicendum est, † talem mariti confessionem de dote recepta, ac eius morte confirmatam, nocere Bignotio, posteriori creditori stante lapsu biennalis temporis opponendi exceptionem non numeratae
2 dotis. Quia hoc in casu † praefata confessio idem operatur ac si fuisset facta vera, & realis dotis solutio, & numeratio, per textum in l. assiduis vbi Bart. & alij C. qui potio. in pigno. latissime post alios Roland. cons. 74. nu. 10. & seq. in 4. Butr. cons. 32. nu. 42. Iosf. Ludo. deci. Perus. 66. nu. 37. & post longam ventilationẽ hanc sententiam late tuetur contraria tollendo Barbos. in l. 1. par. 6. num. 34. vsque 42. ff. sol. mat. alios addit, & sequitur Sola in antiq. consti. Pedem. tit. de feud. decret. Blancae. par. 2. Glo. vnica nu. 3. Feder. de Solis. de dote q. 31. nu. 4. Borell. cons. 56. n. 12. & 30. Trentacinque consi. 53. n. 3. in 1. Botta. cons. 23. nu. 19. Cepha. cons. 448. nu. 15. cum concordantibus per Intrighol. de subsistentibus Cent. 3. q. 13. n. 389. diffuse Surd. cons. 489. num. 18. vers. Addatur sexto, & nu. 30. vers. Parum quo que repugnat, & ita fuit decisum in Rota Ro. teste Vetallo. decis. 196. par. 1. quam sequitur Viui. testans de cõmuni opinione decis. 148. n. 4. & decis. 431. nu. 1. & seq. vbi multos alios addit, it subdens ita in Regia audientia Apuliae fuisse decisum.

Istaque conclusio omnino admittenda est in casu isto, in quo decennium transiuit a die factae confessionis, nam tali in casu cessat omnis controuersia cum etiam non nulli receptae
3 sententiae contrariantes cõueniant† lapso decennio talem confessionem habere pro reali dotis numeratione Ancha. Iun. q. 32. nu. 7. 8. par. 2. Surd. d. consi. 489. vers. Addatur sexto. Trentacinque d. cons. 53. n. 3. Viui. deci. 148. nu. 3.

Tolliturque omnis amaritudo in materia ista dotis confessatae, quando vltra confessionẽ aliqua concurrunt veritatis adminicula l. cũ citra vbi Bar. C. iur. doti. Meno. consi. 7. n. 10. late Botta cons. 23. nu. 22. Mascar. de probat. conclu. 362. n. 14. 15. Trentacinque cons. 53. n. 7. Surd. cons. 489. n. 7. Viui. decis. 431. n. 2. Borell. d. cons. 56. nu. 7. & seq. Intrigl. d. q. 73. nu. 390. prout concurrisse plura patet vt mox referam.

Primum est vrgentissimũ, quod Dominus Ant. per plurimos annos saltem num. quindecim, & tamdiu quamdiu ambo iugales in matrimonio coniuncti vitam duxerunt semper alimenta praestitit D. Isabellae eius vxori, pro
4 ut solent a maritis omnibus praestari suis vxoribus, quae maritis dotem condecentem seu conuẽtam effectiue numerarunt,† cum inquã maritus nedum non teneatur vxorem non dantem dotem alere, sed etiam illam expellete secundum Abb. in c. Per vestras de do. int. vir. Salic in l. quod in vxorem C. nego. gest. Gail. lib. 2. obseruat. 87. vtique dicendum est ob talem diuturnam alimentorum praestationem confessionem illam fuisse veram, & non fictam, ac sibi dotem fuisse verè solutam, ita Bal. in l. vnica n. 4. versi. Vnde sequitur C. priuil. dot. Soci. cons. 82. n. 3. in 3. dicens ita fore consulendum, & iudicandum, quodquod ipse gratia disputationis tenuerit in l. 1. ff. sol. mat. Iosf. Ludo. d. decis. 66. n. 22. late Surd. d. consi. 489. n. 10. & seq. vbi plures addit Trentacinque dicto consi. 53. nu. 7. Mascard. d. conclus. 362. n. 14. 15. Viu. deci. 431. nu. 2. vers. Tertia concurrit.

5 Et

5 Et præcipue quando fuit † alimentata a viro per decennium, & est communis opinio Iof. Ludo. decif. Peruf. 66. num. 22. Mafcar. d. conclus. 362. in fin. Trentacinque lib. 3. varia refo. tit. de iure doti. ca. 7. n. 12. ver. Hęc quinta & d. confi. 53. n. 7. in fi. Viui. deci. 431. n. 2. ante fin. late Berett. confi. 136. n. 6. 7. & 8.

Secundum est, quod confessio non est excessiua sed verisimilis attenta qualitate ac cōditione ipsorum iugalium, nempe aureorum ducentorum, ita post alios tradit Surd. decif. 105. n. 7. Borell. conf. 56. nu. 4. Iof. Lud. decif. Peruf. 66. n. 23. idem Sut. confi. 489. n. 15. 16.

Tertium adest ex eo, quod confessio mariti non fuit facta vxori sed matri vxoris, non inquam fatetur recepisse dotem illam ab vxore, sed a D. Iacoba matre D. Isabellæ vxoris dicitur enim ab initio maritus hoc in casu recepisse nomen debitoris in dotem, & consequenter nil est imputandū vxori, quo fit vt cesset omnino exceptio dotis non numeratæ, ita post Sal. Bal. Nouel. & alios tradit Rube. Alc. conf. 78. col. fi. verf. Secundo ex capite respondeo, Nec potest dici facta ista confessio inter personas inspectas Rui. confi. 183. n. 4. in 1. Marfi. fing. 345. Rol. conf. 93. n. 26. in 1. Iaf. in §. fuerat n. 89. Inst. de action. Trentacinque d. tit. de iure Doti. cap. 7. nu. 32. verf. Secundus est quando vir. Viui. loquens de patre cui fuit facta confessio a genero decif. 431. nu. 2. ver. Prima igitur viget late Pret. conf. 10. n. 12. & feq. in puncto dicens, quod licet confessio fiat vxori, attamē
6 † quando maritus confitendo nominet tertiū a quo dotē habuit maxime distinguendo certam pecuniarum seu rerum summam habitā, tunc dicitur illum verè habuisse dotē ac omnem simulatę dotis viam abiecisse, quia nominādo tertium denotat ab illo nominato posse scire veritatē dotis habitæ, & ita ex prædictis fatis patet hanc esse receptiorem sententiam, quamquā non nulli titubauerint vt per Iof. Lud. d. decif. 66. n. 21. in fin.

Tertia arguitur coniecturā, quod talis confessio non fuit facta in contractu nec in actu inter viuos, in quo de facili potest argui confessionem fieri spe futuræ numerationis, sed
7 fuit facta † in testamento, quod regulariter nō solet aperiri nec propalari nisi post mortem testatoris, in quo cessat consideratio, & prætēsio futuræ numerationis, & consequenter non dicitur facta in fraudem alterius, sed in propriæ conscientiæ exonerationem Glo. in l. 1. verfi. Errore vbi Doct. C. fals. cauf. adie. leg. Bald. in tit. de pace constantiæ. verf. Vafalli il 1. n. 6. in fi. Feder. de Solis de dote q. 13. n. 4. & maxime hoc operatur concurrentibus alijs coniecturis Borell. conf. 56. n. 73.

Quarta a communiter accidenti quis non
8 solet ducere vxorem indotātam, ideo † mulier in dubio præsumitur dotata l. fi. C. de pudi. l. fi. C. ad Velleia. & post Isernius Campeg. Natt. & alios in puncto tradit Surd. conf. 489. n. 12. dicens hanc coniecturam saltem alijs concurrētibus plurimum operate, & maxime ex quo confessio consonat verisimili quantitati non autem excessiue vt sup. dictum est.

Quinta aduertatur, quod Bignotius habet causam ab ipso marito confitente, vnde sequitur, quod sicuti maritus si viueret non posset opponere huiusmodi exceptionem, ita nec
9 causam habens a marito, quia † huiusmodi confessio nedum nocet ipsi confitenti, & suis hæredibus, sed etiam singulari successori habenti causam a confitente, ita in terminis nostris post multos firmat Surd. dict. confi. 489. num. 31.

10 Et regulariter † confessio authoris nocet successori singulari si fuit facta ante ius quæsitum ipsi successori. Crau. confi. 482. num. 5. & 411. num. 45. Menoch. confi. 446. nume. 9.
11 † in tantum quod si sit erronea confessio, per successorem singularem reuocari nequit secūdum Rui. conf. 76. nu. 15. in 5. Sur. confi. 167. n. 19. & conf. 237. in fi. vbi declarat.

Sexta non est verissimile, vt maritus, qui tres filias ex prædicta vxore suscepit, voluerit vxori donare, quæ potest post eius confitentis
12 obitum † alteri nubere, & ita ipsimet viro iniuriam facere. §. si tutelam Auth. nup. ipsam que vxorem sibi extraneam suis filijs proprieque posteritati præferre, ipsos filios grauando indebitam vxori dotem restituere contra l. generaliter in fi. C. iust. & substitu. cum concordantibus, per Borell. conf. 56. n. 4. 5. & 6.

Septimo talis confessio fuit morte confitentis confirmata iuxta l. Papinianus ff. don. int. iur. & vxo. l. quod de suo vbi Glo. C. dot. cau. non nume. Viui. decif. 431. num. 3. dicens talem confessionem morte confirmatam dici retinere vires in tempus ipsius confessionis, & est receptior sententia teste Borell. dict. confi.
13 56. nu. 22. & feq. † & sicuti huiusmodi confessio iuramento roborata omnem fraudis ac simulationis suspitionem abolet, & excludit Bar. Bal. Salic. & alij in l. fin. C. non nume. pe. Borell. d. confi. 56. nume. 17. dicens latissime Surd. dicto confi. 489. nu. 17. dicens post plurimos hoc esse indubitatum Viui. decif. 148. n. 2. ita idem dicendum est cum in tali confes-
14 sione moriens perseuerauerit, † quia mors, & iuramentum æquiparantur Iaf. in l. 2. admonendi in secunda lectura numero 128. versic. Item aduerte ff. iureiur. est inquam communis Doct. opinio, vt mors non minorem fidem faciat quam iuramentum corporale Magon. decif. Florenti. 95. nu. 8. Decia. confi. 20. nu. 18. verf.

18.versicu. Primo, quia mortuus in 2. vbi ait
15 etiam † ex morte fidē scripturæ augeri. Ceph. consilio 225.numero octauo alios addit. Poli. Rip. de actis in mort. articulo cap. 23. numero 11. & ideo dici solet, morientem magis præsumi memorem æternæ salutis quam viuentē,
16 † quo fit vt concurrentibus alijs coniecturis illi maior fides adhibeatur, idem Rip. vbi sup. capitulo vigesimo septimo, numero 9.10. maxime quando de illius commodo non agitur, vt in casu isto, idem Rip. eod. tractatu cap. 50. numero quarto, quinto, vbi alios congerit concord.

Nec prædictis vim facit si dicatur emptionem fundi cōtrouersi fuisse factam per Bignotium, a Pendalea post menses tredecim tantum a die confessionis præter. & consequenter infra tempus opponendi exceptionem nō
17 numeratæ dotis,† quo in casu videtur competere ipsi Bignotio restitutio in integrum, cum ignorauerit dictam confessionem prout illam ignorasse præsumitur secundum Alex. in l. 1. numero trigesimo quinto, ff. solu. matrimonio qui ibidem post alios multos sequitur Barbo. par. 6. numero quadragesimo quinto, versicu. Quinimo etiam, quod supradiximus Gozad. consilio vigesimo octauo, numero 20. Anch. Iun. quæst. 32. numero vndecimo, quos sequitur Ios. Ludo. decis. Perusi. 66. nu. 40. Valasc. consilio sexto, numero quinto, in fin. Trentacinque lib. 3. var. resol. tit. de iure dotis. cap. 7. num. 16. vers. Hæc confessio licet.

Respondetur multipliciter, obiectum cessa
18 re † quando vltra confessionem concurrunt adminicula veritatis iuxta præallegata, & colligitur ex traditis per Rube. Alexandrum consi. 78. nu. 10.

Respondetur secundo talem restitutum in integrum, nō fuisse petitam nec explicite nec virtualiter, vigore clausularum salutarium, vt docent Gozadi. Ios. Ludo. & alij mox citati,
19 † sed huiusmodi restitutio non datur nisi illam imploranti, Pret. consi. 109. nu. 26. dicens non concedi nisi expresse petatur, & iudicem ex officio nō posse supplere late Botta consilio 83. num. 18.

Respondetur tertio Alexandrum, in cuius
20 dicto cæteri sequaces fundantur, † loqui de creditoribus anterioribus ipsimet confessioni, quibus illa confessio non potest præiudicare, & idcirco audiuntur adu. illam medio petitæ restitutionis in integrum, ita declarat Rube. Alexand. consi. 78. num. 10. vers. Quia respondeo multis modis dicens hanc responsionem esse bonam, & latius in puncto aduertit Surd. consi. 489. nu. 37. vers. Demum aduertendum est.
21 Respondetur quarto omni in casu † talem restitutionem competere ex clausula generali, si qua mihi, quæ datur solum ita suggerente æquitate l. 1. ff. rest. in integr. Soci. iun. consi. 128. n. 174. in 1. Surd. d. consi. 489. nu. 34. 35. At omnis æquitas cessat in præsenti casu in quo confessio præcessit contractum Bignotij, cuius nil intererat tempore confessionis, quod Pendalea confiteretur dotem recepisse, ita. Surd. consi. 489. n. 35. qualis ergo æquitas militat pro creditoribus qui tempore confessionis non erant creditores?

Respondetur quinto per confessionem illā mariti fuisse quæsitum ius vxori, in cuius præiudicium non debet retrotrahi talis restitutio
22 in integrum,† nam iuri quæsito vxori non potuit maritus præiudicare contrahendo cum posterioribus creditoribus, vel aliter se obligā do. l. debitorum pactionibus. C. pact. idem Sur. in terminis nostris d. consi. 489. n. 35. 36.
23 Respondetur sexto, imputandum fore † Bignotio, qui debuit cautius negotiare informā do se de statu mariti, & rei contractatæ, & omni in casu emere ad grida perpetui silentij, citando vxorem certam creditricem. Quō fit vt dici non possit militare ex parte eiusdem Bignotij probabilem, & iustam ignorantiam, & consequenter non meretur restitui vt late post alios firmat Surd. in sæpe citato consi. 489. numero 37.

Et ita ex his puto iuridice satisfactum iuribus D. Scaramellæ &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 Fæmina simpliciter exclusa a statuto propter masculum dotis legatū ad suos hæredes non transmittit si ante matrimonium per eam contractum decesserit.

Et hoc præcipue habet locum quando statutum prouidet filiæ de alimentis nu 2.

3 Dos non succedit loco legitimæ quando statutum simpliciter fæminam excludit propter masculum, nec illi debetur ante contractum matrimonium.

4 Assignatio facta fæminæ in capillo sub titulo dotis stante prædicto statuto simpliciter fæminas excludente, non dicitur successisse loco vere dotis seu legitimæ, sed loco alimentorum.

Et illa alimenta non iure successionis sed iure victus & simplicis alimoniæ debentur.

5 Variare licet fæminæ simpliciter a statuto propter masculum exclusæ quando illi fuit facta dotis assignatio intempestiua.

6 Electio facta ante tempus est nulla, & admittit variationem.

Limita in electione iudiciali, nu. 7. sed vide infra num. 14.

8 *Variare non licet post litem contestatam.*

9 *Variatio non permittitur, quando mala electio potuit reuocari, & non fuit reuocata.*

10 *Electio non trahens secum executionem non impedit variationem.*

11 *Executio non dicitur facta per electionem, quando plene non fuit creditori satisfactum.*

12 *Fœmina exclusa simpliciter per statutum datur hypotheca seu ius reale in bonis debitoris pro dote cum alimentis.*

13 *Creditor hypothecarius omnia bona debitoris in solidum sibi habet obligata, ideo durante debito non adhuc integraliter soluto omnia bona semper hypothecæ subiacent.*

14 *Bartoli dictum in l. eum qui certarum. §. 1. num. 4. versi Vel dic quod si semel ff. verb. oblig reprobatur.*

15 *Creditori, cui fuit euicta pars bonorum ei assignatorum, pro sui satisfactione, debet agere de euictione, non autem ad primam suam actionem redire.*

Limita fauore dotis nu 16.

17 *Surdi decis. 166. reprobatur vti stans contra receptiorem ac veriorem sententiam.*

ARGVMENTVM.

Variatio electionis quando creditori permittatur.

CONSILIVM CXCVII.

Actiones mea a Domino.



Dominus Cæsar Bozzius in suo testamento iure legati, & instrumentis reliquit, & legauit Dominæ Camillæ eius filiæ legitimæ &c. pro sua dote ducatos mille &c.

Cuius legati virtute petijt, & obtinuit ipsa Camilla adhuc innupta assignation ẽ certorũ stabilium pro dote sua, quarum terrarum partem distraxit, & cum illis maritum inuenit.

Contigit quandam aliam terrarum prædictarum partem ipsi Camillæ fuisse euictam a paternis creditoribus.

Petit denuo Camilla aliam sibi fieri assignationem in alijs terris.

Quæritur an recte agat, an verò agere potius teneatur de euictione pro parte euicta.

Et videtur dicendum ipsam posse variare, & fore audiendam in sua petitione, siquidem dicitur legatum istud mille pro dote, stante statuto nostro simpliciter excludente fœminas propter masculos, non succedere loco legitimæ, & ideo legatum sibi fuisse debitum tantum tempore nuptus, & non ante, adeo quod si Domina Camilla adhuc innupta decessisset legatum ad suos hæredes testamen-
1 tarios non transmisisset, † sed apud fratres alias suos successores ab intestato seu proximiores remansisset, vt in puncto censuit Alba. consilio 38. & hoc maxime procedit quando
2 statutum interim prouidet filiæ de † alimentis, vt hæc omnia habentur in statuto nostro Mantu. de success. ab intest. col. prima, & tradit Sali. in l. sancimus. nume. quinto, C. nupt. dicens hoc in casu dotem non succedere loco legitimæ, nec deberi ante contractum matri-
3 monij, † & post Bru. & alios tradit Iosf. Ludo. conclus. 8. colum. ante penultima versi. Tertius casus est Surd. de aliment. titu. 3. quæst. prima, numero quadragesimo tertio, quadragesimo quinto, & 52. Quo fit vt assignatio illa primordialis non vere dicitur successisse loco dotis, nec legitimæ, sed loco alimentorum,
4 & alimenta illa non iure † successionis, sed iure victus, & simplicis alimoniæ, idem Surdus de alimen. tit. 8. prin. 33.

Ex quibus infertur, quod si Camilla hodie petit nouam stabilium assignationem pro sua dote, sit licita talis variatio, quia si diceretur primam assignationem succedere pro alimentis, potest dotem hodie in diuersis stabilibus
5 petere, † si autem diceretur illam succedere loco dotis, dicimus non dari dotem sine matrimonio, & maxime stante prædicto nostro statuto, quo fit vt electio illa pro dote facta ante tempus sit omnino nulla, quia non traxit se-
6 cum executionem, & sit locus † variationi late Surd. consi. 264. numero vigesimo quarto, qui plurimos adducit.

Nec dicatur prædicta militare in actu, & electione extraiudiciali, nos autem loqui de electione iudiciali confirmata per iudicis sententiam, qui pronunciauit faciendam executionem in bonis electis, quo in casu non ad-
7 mittitur † variatio secundum Barto. in l. eum qui certarum §. 1. numero quarto, versicu. Vel dic quod si semel. ff. verb. obli. quem sequitur Capi. decis. 33. numero tertio, & decis. 46. numero sexto, & decis. 119. nume. sexto, Borgni. de vsufru. numero 134. Afini. de executione fol. 190. cap. 94. numero tertio, Iosf. Lud. deci. Perus. 65. numero 20. dicens non etiam dari
8 variationem † post litem contestatam, Surd. consilio 413. numero 19. vbi prius nume. 16. dixit, quod quando agitur de electione rerum non datur variatio. Quod eo magis dicendum est in præsenti facti specie, ex quo mulier ista dictam suam electionem tempore matrimonij nec post contractum matrimonium reuocauit, nam ex tali perseuerantia in tempore quo potuit illam reuocare, & non

& non reuocauit inducitur noua voluntas
9 † excludens variationem, Roma.consi.452.in fi. Mantic.de coniect. vlti.volum.libro octauo, titu.quinto, numero 20.in fin. Surd. di.consi. 264.num.27.

Respondetur enim electionem, vt etiam mox retuli, non trahentem secum executionẽ non impedire variationem, vt etiam notant
10 Docto.vbi Rip. † in l.serui. electione, ff. leg. 1.tunc autem non dicitur facta executio, quã-
11 do non reperitur plene satisfactum † creditori eligenti, vt per Ange.in l.qui restituere col. 3.versi. In Glos.fin. hoc non placet ff. rei ven. vbi dixit non impediri variationem, quando per electionem non est creditori plene consultum, idem ait Bertran. consilio 238. numero vigesimo quinto, in 4. alios addit, & sequitur Surd. consilio 413. numero decimo octauo, cum igitur per talem assignationem non fuerit plene satisfactum mulieri creditrici stante euictione subsecuta partis illarum terrarum sibi assignatarum, merito potest petere variã prouisionem in alijs terris sibi fieri.

Respondetur secundo mulieri exclusæ a statuto competere hypothecam seu ius reale in
12 bonis debitoris dotis, vel alimentorum, † vt per Burs.consi.120. in fine dicens ita per Senatum fuisse indicatum, cuius iuris seu hypothecæ vigore auocãtur in solidum omnia bona debitoris, adeo quod litera habens plures obligatos in solidum si primo agit eorum vnũ potest variando experiri contra alium, & electam primam viam relinquendo ad aliam confugere, ita durante debito non adhuc integraliter satisfacto nulla bona obligata liberãtur,
13 etiam si pars delicti † reperitur soluta, nam hypothecæ subiacent.l. quamdiu ff. distr.pig. l.si rem.§.omnis ff.pignot. pulchre Capici. d. decis.119.numero 6.7.latè Neguf. de pigno. primo memb.8.parte. numero quadragesimo octauo, Surd.consi.209.numero 5. Scapucin. de Saluia.interd.libro 2.quæstione 15. Costa de re integr.distinc.4. numero 13. Hinc dixit
14 Franc. decis. 53.in fin. Doct. Bartoli † in d.l. eum qui certarum §.1.numero 4.supracitatã, stare contra communem Doctorum sententiã admittentium indistincte variationem, quia donec plene satisfit creditori nunquam potest dici solutum, vel distractum ius pignoris creditori competens, & ideo semper agere poterit vsque ad perfectam satisfactionem.

Non etiam replicetur per assignationem illarum terrarum in solutum tunc temporis datarum ipsi Camillæ fuisse plene consultum, & satisfactum, licet ex post facto pars illarum terrarum fuerit euicta, quo in casu videtur dicendum ipsam posse agere de euictione, non
15 autem ad primæuam † actionem red re, Sur. decis. 266. dicens tali in casu hypothecam extingui l.eleganter vbi Glo.ff.pign. act. cum concordantibus.

Respondetur inquam, imo dari reditum ad primæuam actionem nec hypothecam extin-
16 gui, & hoc ex speciali fauore † dotis textus in l.qui res, ff.solution.in principio vbi habetur, quod euicta re soluta, & in dotem data potest ex integro agi primæua actione, cum talis solutio non liberet nisi ex euentu, nempe casu quo res permaneat apud recipientem, & hoc late declarat Surd. consilio 145. numero 12. versi. Quarto, est textus iunct.numero 34.ver. Ad l.qui res post Barto. & alios in l.si quis aliam ff. solutio Mandel.consilio 367. numero quinto, Afini.de execu.fol.88.capitulo secundo, in fin.vbi præcise loquitur in re euicta, & in solutum data pro dote per iudicis sententiã & adiudicationem. Bald. in l. libera numero 4.in fin. C.sent.& interlo.Bald.Nouel.de dotè par.8.priui.19.Aloif.de Leo.in l.1.num.6. C.si adu.transf.Anto.Fab.& alij relati, & secuti, per Thesau. inn.lib.2.quæstione 88. n.13. in fine.

Respondetur secundo, contra Surd. decis.
17 266. extare crebriorem, † & saniorem sententiam, siue per creditorem exerceatur hypotheca, vel actio contra ipsummet debitorem, seu contra bona per illum possessa, siue contra tertium possessorem bonorum obligatorum, vt latissime probat Thesau. iun. dicta quæstione 88.cuius dicta & rationes non repeto cum apud eum videri possint, subdens hoc sine difficultate procedere in dote etiam quod species fuerit data pro pecunia &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi datur in feudo antiquo inter conuasallos ab eodem stipite deriuantes.*
2 *Feudum in dubio dicitur concessum cum iure accrescendi.*
3 *Indiuidua est præstatio census, vel decima feudalis, vel canonis emphyteutici.*
4 *Ius accrescendi resultat ex indiuidua præstatione.*
5 *Inuestituram nouam petere non tenetur frater fratri succedens in portionem antiqui feudi.*
6 *Augmentum ita iudicatur sicuti id, cui fuit factum augmentum.*
7 *Frater qui pro sua portione feudi antiqui iura-*

mentum fidelitatis persistit, per obitum sui fratris cui succedit in feudum nouum iuramentū subire non tenetur.

8 *Feudi alienatio, vel refutatio in remotiorem agnatum in antiqua inuestitura comprehensum, quo ad praeiudicium Domini tenet.*

9 *Feudi alienatio, & refutatio medio diuisionis facta in vnum ex comparticipibus feudi tenet etiam Domino irrequisito nec de illa debetur Laudemium.*

10 *Verba distributiua vnicuique ius in solidum succedendi tribuunt. Extende si sint apposita solis personis haeredum descendentium ex fratribus feudum acquirentibus num 11.*

Multo magis igitur hac conclusio procedit quando agitur de feudo antiquo, & verba distributiua sunt adiecta pluribus personis ab vno stipite derivantibus, nu. 12.

13 *Distributiua verba gemminata plurimum operantur.*

14 *Feudum deuolutum ob non renouatam inuestituram cui applicetur, an Domino vel agnatis.*

15 *Vasalli non dolosi excusantur ab omissione petitionis inuestitura.*

ARGVMENTVM.

Ius accrescendi an, & quando detur in feudo.

CONSILIVM CXCVIII.

Actiones mea a Domino.



Eritas iurium Domini Crispellini in paucis consistit, perlectis inuestituris, per eū exhibitis, in quibus perspicue legitur ab annis cētum, & vltra praedia controuersa fuisse cōcessa in feudum illius antecessoribus, quo fit vt non sit locus priuationi ob non petitam inuestituram dicti feudi propter obitū eius fratris vtrinque coniuncti, & pariter a primo stipite descendentis, stante maxime tenore iteratarum concessionum praedictis fratribus factarum, & renouatarum pro se, & eorum, ac cuiuslibet eorum haeredibus ex eis, & vnoquoque eorum legitime descendentibus masculis tantum.

Quia quando agitur de feudo antiquo, & possesso per plures vasallos ab vno, & eodem stipite descendentes capaces, & in eisdem inuestituris comprehensos, tunc per mortem vnius, portio eius alteri accrescit, adeo quod
1 inter eos datur ius † accrescendi, seu magis ius successionis ex pacto, & prouidentia primordialis inuestiturae, vt post plurimos tradit Rosent. de feud. capitulo sexto, quaestione 73. per textum a contrario sensu in capitulo primo, de fratri. de nou. benef. inuest. Schrad. de feud. part. 7. cap. 1. numero 7.8. Peregri. consi. 30. numero 16. in primo Mantic. de taci. conuent. libro vigesimo tertio, titu. 38. num. 12. & sequenti, & numero sexagesimo secundo, late Intrigl. de feud. Cent. 2. ar. vigesimo octauo, numero vigesimo nono, vbi de communi testatur optime Menoch. consi. 632. numero quinto, & consilio 378. numero 59. & consil. 503. numero trigesimo tertio, Sach. consilio 50. numero decimo sexto, 36. 166. & sequen. qui & ipsi plurimos alios congerunt concordantes, & ibidem numero quadragesimo se-
2 cundo, subdit in dubio feudum dici † concessum cum iure accrescendi, & numero 108. dicit, ius accidendi nonnullis cōpetens transmitti ad eorum haeredes, quinimo feudum istud partium est censuale, & partim decima-
3 le, quorum census, & decimae praestatio † est indiuidua, sicuti, canonis emphyteutae praestatio de sui natura. Corbul. de caducit. emphyteu. ob non solu. cano. ampl. 8. Beniut. decis. quarta, at ob indiuiduitatem praestationis insurgit ius accrescendi portionem con
4 vasalli † praemortui alteri superstiti adiudicās vt post Barto tradit Polydo. Ripa obseruatione 291.

Modo frater succedens fratri praemortuo in portionem antiqui feudi per eum possessi, & a primo communi stipite acquisiti, non tenetur subire, nec petere nouam inuestituram
5 † dictae portionis, quando fuit inuestitus de parte sua, quia per tale incrementum efficitur
6 vnica portio, & idem iudicatur † de augmento, quod de eo cui fit augmentum l. inter socerum, §. cum inter ff. pact. dot. l. liber homo, §. Titius fundi. ff. haered. institu. & in puncto ita post Aluarot. & Martin. de Laud. censuit Iacobi. de feud. versicu. Et cum pacto de non alienandi, numero quadragesimoprimo, versiculo. Aut vnus ex ipsis. Capici. in sua inuestitura Feudorum, versiculo Ius accrescendi. §. & de portione eueniente iure accrescendi Iserni. quem sequitur Loffred. consilio 15. nume-
7 ro decimotertio, dicens sufficere, † quod frater superstes iam praestiterit fidelitatem pro sua portione, idem probat Molina de Feudd. rubrica de substant. Feud. numero quinquagesimoquarto. Mantica, dicto titulo trigesimo octauo, numero decimo. Hinc dixit Peregrin. post multos, in decisione Patauina, 150. nu-
8 decimotertio, valere alienationem, † & refutationem feudi in agnatū remotiorē in inuestitura comprehēsum quo ad Domini praeiudiciū,

&

& subsistere alienationem, & refutationem
9 † medio diuisionis factæ in vnum ex comparticipibus feudi etiam domino irrequisito, ac de illis non deberi laudemium, nec opus esse noua inuestitura.

Addatur prædictis, liquido constare in inuestituris concessis, seu renouatis præcitatis fratribus fuisse prædia ista in feudum eis concessa, ac confirmata per verba distributiua
10 † vnicuique eorum in solidum ius successionis tribuentia, & ideo cessare debere omnem amaritudinem Rosent. de feud. cap. 6. quæst. 75. Intrigl. dicta Cent. 2. arti. 27. numero 32. Sach. dicto consi. 50. num. 39. 40. Quæ conclusio procedit etiam si verba distributiua tantummodo apposita legerentur personis hæredum descendentium ab ipsius fratribus,
11 vtcumque ageretur etiam de feudo nouo, † in quo tamen casu nos non versamur, quia præsumendum est acquirentes primo sibi, postea descendentibus prospicere voluisse, vt constanter tuetur Schrad. de feud. parte 7. cap. 1. num. 17. & seq. cum alijs congestis per Rosent. de feud. quæstione 75. in cap. 6. in littera G. Manti. dicto titu. 38. num. 38. & seq. Sach. dicto consi. 50. nume. 211. Quocirca absque dubio versamur in claris, cum in præsenti facti specie agatur de antiquissimo feudo, & pluribus fratribus ab vnico stipite acquirente deriuantibus concesso, ac confirmato per verba distributiua applicata illorum personis, & eorum descendentibus, maxime vigore verbi illius (eorum) cum dicatur (pro se, & fratre, & eorum, ac cuiuslibet eorum hæredibus) nam tali, in casu distributiua (cuilibet) ob talem
13 † repetitionem verbi [eorum] salua ratione recti sermonis potest referri etiam ad fratres ipsos inuestituros contentos, & enuntiatos in vnica, & eadem oratione, & sub vnico verbo cum ipsis hæredibus descendentibus, vt pulchre docuit Decia. consi. 73. nu. 16. 17. 18. & sequentibus in 2. omnino videndus Sach. d. consi. 50. nume. 212. vsque 217. Rosent. dicta quæst. 75. in Glos. G. in fin. vbi optime loquitur.

Tandem quando etiam prędicta cessarent, adhuc Dominus Crispellanus quo ad Illustrissimum Dominum directi, liberas ædes habet. Quandoquidem dissentiunt scribentes,
14 num feudum deuolutum ob non petitam † inuestituram in tempore, adiudicetur Domino directi, vel agnatis, vt apud Vulte. de feud. lib. 1. cap. 11. num. 71. & Rosent. de feud. cap. 11. quæstione 17. nume. 1. & 2. & in Glo. 1. & num. 7. ac in Glo. H. in hoc omnes tamen conueniunt, vt a tali omissione excusentur Vasal-
15 li quando non versantur † in dolo, a quo in casu isto qualibet causa, vel saltem iusta illos excusat, vt perpendit Soci. iun. consi. 115. numero 114. & seq. in 3. Menoch, consi. 304. numero 44. & sequenti Vuesemb. consilio 57. Rosent. de feud. capitulo sexto, quæstione 56. in Glo. F. & capitulo 11. quæst. 17. numero 14.

Modo ex prænarratis satis vnicuique patet, an a tali amissione veniat excusandus Dominus Crispellanus succedens in antiquissimo feudo, habens pro se receptissimas Doctorum sententias, & intimus amicus, & extraordinarie domesticus in domo Illustrissimi Domini directi, & compater spiritualis præfati Domini, adeo quòd sine aliquo scrupulo dicendum est in eo cessare prorsus omnē labem contemptus Domini, & consequenter excusari prorsus a tali omissione &c.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Non interpellatus non dicitur morosus.*
2 *Mora siue interpellatione committitur quando agitur de interesse, secus si agatur de pœna.*
3 *Obligatus ad factum cum iuramento, pœnam non incurrit nisi interpelletur.*
4 *Decretatus ad ciuilitatem incurrit pœnam priuationes si non adimpleat modum adiectum.*
5 *Modus & conditio in contractibus innominatis æquiparantur.*
5 *Modus tunc dicitur causa finalis quando concernit fauorem concedentis vel tertij.*
7 *Decreti beneficio qui vult vti probare debet se qualitates in eo enunciatas seruasse.*
8 *Ciuilitatem acceptans censetur se obligasse ad omnia onera quæ ciuibus imponentur, etiam ignorata.*
9 *Mora incurritur absque monitione quando tantum temporis transiuit intra quod commode modus potuit adimpleri.*
10 *Mora sic causatur ex lapsu diei legalis, sicuti ex lapsu diei ab homine appositi.*
11 *Negligentibus iura non subueniunt sed bene vera necessitate impeditis.*
12 *Promittens se facturum tenetur id facere quam primum potest absque interpellatione.*
13 *Clausula, nec aliter, habet naturam præcisam.*
14 *Forma dat esse rei, & ea non seruata actus corruit.*
15 *Morosus quis non dicitur quando non fuit præfinitum certum tempus in adimplementum.*
16 *Vbi est certa dies pœnalis, post lapsum diei pœna impurgabilis committitur.*

ARGVMENTVM.

Decretatus ad ciuilitatem negligens, & morosus non gaudet commodo, & effectu ciuilitatis, nisi modum adiectum adimpleuerit.

CONSILIVM CXCIX.

Actiones mea a Domino.



Decreta ciuilitatis districtualis alias cōcessa quibusdam forensibus volentibus ac cupientibus habitare in terra Aquænigræ, & in illius territorio stabilia acquirere, sunt modalia respectu oneris acquirendi, non autē conditionalia. Onus inquam illud acquirendi erat implendum post annum a die concessæ ciuilitatis, & idcirco dicitur facta talis decretatio per modum modi, nempe post ciuilitatē ademptam, non autem per modum conditionis, & in hoc non est dubitandum.

Sed cardo difficultatis militantis aduersus commune seu vniuersitatem dicti loci, eo tendit, quod licet dicti forenses sic vt supra decretati non adimpleuerint modum sibi præscriptum, attamen non dicuntur incidisse in pœnā priuationis ciuilitatis iam acquisitæ, nec ip-
1 sius ciuilitatis emolumentorum, vel commodorum, cum non fuerint interpellati ad acquirendum, & consequenter nec morosi, & ad incurrendam priuationem iuris quæsiti omnino requiritur interpellatio Ang. in l. si quis pro redemptione. Auth. de eccle. tit. Are. Dec. Gab. & alij relati per Meno. cons. 481. num. 45. & prius nu. 45. post alios dixit, quòd ita demum is, qui adiectum modum implere debet priuatur commodo cui modus fuit adiectus, quando fuit interpellatus, vel saltem monitus, & non fecit, hinc dixit Crau. cons. 192. num. 17.
2 quòd quoticscumque agitur de interesse, tunc mora committitur sine interpellatione, si autē de pœna requiritur interpellatio, sequitur Rimin. consi. 31. num. 79. idem Craue. consi. 64. num. 1. in fin. Rimin. iun. consi. 67. nume. 22. Gabr. consi. 139. num. 12. in 2. vbi fortius tradidit, quòd nec etiam obligatus cum iuramē-
3 to ad factum incurrit pœnā, nisi interpelletur licet controuertatur, num mora incurratur respectu interesse, tandem in puncto, quòd decretatus ad ciuilitatem cum onere acquirendi non incurrat priuationem ciuilitatis seu commodi ex ciuilitate resultantis, nisi interpelletur ad acquirendum, & ad implementum modi adiecti ipsi concessioni ciuilitatis, late probat Bero. cons. 153. in tertio Meno. cons. 131. & 132. & 134. Decia. consi. 11. in 2. & ante illos Alcia. cons. 13. 14. in 4. facit dictum Crau. consi. 609. nu. 16. nempe ob modum non impletum actum non rescindi, vbicumque monitio de implendo non antecesserit.

4 Sed istis non attentis dico locum esse pœnæ priuationis ipsius ciuilitatis, & commodi inde resultantis, nam licet a principio attenta origine modus differat a conditione, attamen in egressu paria sunt, ex quo ita res, & concessio reuocatur, & actus annullatur per defectū modi, sicuti si deficit conditio Glo. in l. 1. C. his, qui sub mod. Franc. de Pont. consi. 5. nu. 66. vbi subdit actum reuocari hoc in casu, vt ex tunc, non vt ex nunc. & consi. 67. num. 18. Fabi. de Ana. cons. 81. nume. 15. 16. vbi post
5 Bald. & alios, subiungit, quòd in contractibus innominatis modus, & conditio æquiparantur, & dixit Morot. consi. 62. nu. 11. in 1. modum, & conditionem in fine, & in exitu parificari ac esse eiusdem effectus tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. late Zucchar. consi. 65. num. 103. & seq. iunct. numero 112. & seq. vnde sequitur præfatos forēses decretatos cum onere acquirendi stabilia libera, & allodialia intra annum iuxta ordines ducales, & præcipuè iuxta proclama editum 4. Id. Nouembris 1596. quo cauetur, vt omnes forenses intra terminum dierum quindecim recedant a statu Serenissimi sub pœna furcarum, & confiscationis bonorum demptis decretatis beneficio ciuilitatis, vel districtualitatis, quibus talia decreta, seruatis seruandis concessa fuerunt, & ab ipsismet decretatis obseruata, non posse frui beneficio decretorum ob modum ibidem limitatum non impletum nec seruatum. Modo inquam non impleto quis non potest gaudere concessione ciuilitatis, & præcipue quando modus est causa finalis, vt post plures in puncto aduertit Dominus Surd. consilio 487. numero vigesi-
6 mo secundo, vigesimo tertio, & sequenti, subdens modum tunc dici causam finalem, quādo concernit fauorem concedentis vel tertij, vt in concessione ciuilitatis modali, & verè in casu nostro constat ex decretis ipsos decretatos supplicasse Serenissimo se cupere acquirere stabilia in territorio Mantuæ &c. & ipsum Serenissimum illos effecisse ciues cum isto onere acquirendi, merito igitur dici debet causa finalis, vt etiam probat Pasct. consilio 117. numero tertio. Non inquam constat de tali
7 eorum acquisitione, † & qui vult vti beneficio decreti debet probare se omnes qualita-

litates in eo enunciatas seruasse, & impleuisse, alias non auditur, cum semper qualitas in quauis dispositione in primis, & ante omnia probari debeat. Paris. Natta. Cepha. & alij, de quibus per Ios. Lud. decis. Luc. 2. nu. 14. Fundans etiam se in lege, statuto, aut alia dispositione debet omnes qualitates ab ea requisitas probare, ideo agens ex ordine vel statuto succumbit, nisi probet omnia requisita. Bart. Bald. & alii in l. in causis, C. accusat. plurimos adducit & sequitur D. Surd. consi. 440. num. 18. & consil. 180. num. 7. & consil. 207.
8 num. 8. † Qui enim acceptant ciuilitatem etiã sine aliqua expresione censentur se obligasse ad omnia onera, quę ciuibus imponuntur etiã ignorata. Alex. consil. 103. col. 2. in 2. Cagno. in l. qui cum alio, nu. 8. ff. reg. iur. D. Surd. cõs. 437. num. 17. Fortius igitur obligatur ad onera illi specifice imposita, cum etiam teneatur ad ignorata. D. Surd. cons. 572. num. 70. Sat igitur est fisco allegare decretatos qualitates decreti non adimpleuisse.

Tota igitur vis residet in declinatione motiuorum, quæ tamen de facili tolluntur.

Respondetur enim, præfatos forenses nedum intra annum ad formam decretorũ acqui siuisse dicta bona libera, sed nec etiam eorum aliquos per annos octo, & tamen stat appro-
9 bata conclusio. † Quod mora & pœna priuationis incurritur absque monitione aliqua, qñ tantum temporis trãsiuit, intra quod commode modus potuit adimpleri, & non fuit adimpletus per obligatum. Ita Alex. in l. si insulam in 2. not. vbi Ias. & Crot. ff. verb. obl. dicentes in fortioribus terminis, quod quando quis tenetur ad factum sine limitatione termini, & absque temporis expressione intra quod illud fieri debeat, dicitur in mora absque interpellatione hominis, si transiuit tantum temporis, intra quod illud facere debuit, & non fecit. Paris. consil. 19. numer. 297. in 2. sequitur. Rim. Iun. consi. 595. num. 31. 32. & seq. vbi subiungit, hanc esse rationem, quia licet ab homine non sit: ppositum tempus, tamen dicitur appositum a lege, quod tempus est arbitrio boni vi
10 ri, nempe quando commode potuit † facere, & non fecit, ex quo ita causatur mora ex lapsu diei legalis, sicuti ex lapsu diei appositi ab homine. Glo. & doct. in l. si moræ. ff. solu. matr. & in l. 2. C. iur. emphyt. Idem Rimin. iun. consil. 653. nu. 21. & seq. & num. 48. & hoc idem probat Ceph. consil. 118. nu. 16. dicens, quod vbi cunque conditio consistit in faciendo cẽsetur statim deficere, quando tantum temporis spatium præterijt, in quo obligatus potuit factum expedire. hoc idem probat Rolan. cõs. 63. nu. 48. vers. Ad secundum in quarto Burs. consi. 45 num. 15. Nam si aliter diceremus, sequeretur,

quod negligentia non noceret negligẽti, quod
11 esset absurdũ † ex quo negligentibus iura nõ subueniunt, sed bene rerum necessitate impeditis, vnde imputãdum est ei, qui sua culpa se excludit. Rol. d. nu. 48. & in puncto ciuilitatis concesse, sub modo, quod acquirens ciuilitatẽ dicatur in mora, quando tantum temporis trãsiuit intra quod modus potuisset commode adimpleri. Late tenuit D. Surd. cons. 437. num. 34. vers. responderi etiam potest. Mero. consil. 922. nu. 31. 32. Confirmatur cõclusio ex trad. per Rim. cons. 31. nu. 61. dicens post Abb. & Felin. quod quando illud, quod factum non fuit, nullam habet probabilem excusationem, vel verisimilem, statim atque potuit facere & non fecit, est in mora, & pęnam subit, & ibidẽ num. 72. subiungit quod in casibus in quibus pęna commissa censetur aduersus eum, qui ex iuris dispositione tenetur aliquid dare vel facere, tunc absque alia interpellatione mora committitur, quotiescunque actus pẽdet a persona nominata, vel quando illud quod factum non fuit, nullam habet excusationem probabilem nec verisimilem, quare factum non fuerit, & tantum temporis interuallum intercesserit, intra quod commode illud præstare debuit. Concordat Menoc. d. cons. 902. nu. 31. & seq. & ante istos Paris. cons. 19. num. 199. in fin. & 200. 201. & seq. in 2. Hinc post Bald. & Alex.
12 tradidit Lanar. consil. 20. num. 6. † Quod promittens se facturum & curaturum, tenetur id quod promisit facere absque interpellatione quam primum potest, & sine dubio incurritur mora ob cursum temporis, infra quod id fieri potuit. Modo in proposito dico, quod tali in casu, in quo non fuit præfinipta certa dies faciendi, incurritur mora & pęna absque monitione, quanto fortius vbi certum tempus faciẽdi fuit limitatum & in obligatione deductũ, vt infra dicam in tertia responsione.
13 Respondetur secundo, in dictis decretis modalibus fuisse additam clausulam (& non aliter) quæ est decreti irritantis habens naturam præcisam, taliter nulla modificatio, vel interpretatio separata a verbis admitti possit, vt diffuse firmat Paris. cõs. 19. n. 15. in 2. vbi inf. in nu. 18. 19. & seq. subdit hanc dictionem esse præcisam, taxatiuam, necessitatiuam, ac formæ inductiuam. Ideo dixit Pret. de interpret. vlt. volunt. fol. 157. nu. 11. 12. Præfatam clausulam appositam post dispositionem ostendere dictam dispositionem formaliter esse obseruandam, adeo quod si nõ obseruetur, operatur hanc interpretationem, vt disposita amplius non debeantur, & reuocata cẽseantur, cũ sint verba valde præcisa, quæ non recipiunt aliquẽ intellectum, nec aliquam modificationem separatam a verbis. Idem firmat Ruin. cons. 92. nu. 25.

nu.25.in 3.Sold in antiq. constit.Pedem. tit. detransact.decret. Blancæ.Glos. 1.nu.4.dicēs huiusmodi verba conditionem,& formam pręcisam irritantem & actum annullantem inducere. Vnde infero in proposito istam concessionem ciuilitatis modalem vigore dictæ clausulæ irritantis inualidari ob modum non impletum,non secus ac si fuisset conditionalis,vt in specie decidit.Cassado.decis.10.nu.7.titu.de rescript.vbi formaliter dixit, nil referre quo ad inualiditatem, an actus fiat sub modo, vel sub conditione,quando subijcitur clausula irritans vel annullans, simodus non seruetur,
14 quia tunc † censetur tradita forma, qua non seruata corruit actus, cum forma det esse rei, sequitur in terminis nostris D.Surd.cons.437 num.34.late Menoc.cons.922.nu.34. dicens hanc dictionem significare formam,& dici cōcessionis & contractus resolutiuam

Respondetur tertio, opposita procedere,
15 quando † nullum certum tempus fuit limitatum & præfinitum ad implementū modi, tunc enim mora non contrahitur,nec pęna incurritur absque monitione,quia ratione incertitud. ais quis non dicitur morosus.l. in fideic. ff. v. . .B.l.in l.acceptam.oppos.6.Morot.cons. 9.num.13.& præcipue in actu explicando in tempore incerto.Soc.cons.109.col.fi in 1.Moror.d.cons.9.nu.14.Rim.iun.cons.643. num. 22.& 26.dicens post Bar.per cursū diei incertæ quem non dici morosum,ne eodem tempore contrahatur obligatio & mora,quod reprobatur a lege.Idem Rimin.iun.cons.404.num. 41.Et in his terminis consuluerunt Bero.Menoc.& Decia.in contrarium adducti. nam in eorum casibus fuit concessum decretum ciuilitatis, ita tamen quod decretatus infra terminum sibi per consilium ordinandum teneatur,& debeat construere vnam domum valoris librarum centum imperialiū,&c.& concludunt illum in ciuem sic vt supra assumptum non priuari ciuilitate,nec effectu, & commodo ciuilitatis, ex quo non ædificauit domum intra annum,vel biennium a die dictæ concessionis, cum non dicatur morosus ante declarationem consilij circa tempus dandum ad ædificandum,& consequenter nec priuari debeat beneficio ciuilitatis cum non fuerit monitus ad ædificandum. At secus in casu nostro, vbi fuit datus terminus vnius anni præfixus ad acquirendum bona stabilia libera valoris &c. & non aliter &c. iuxta formam præcitati proclamatis pœnalis nam non requiritur aliqua interpellatio,et clare distinguit Innoc.(in cuius authoritate se fundant contrariantes)in c. extirpandæ. in verb. Priuatum. extr. de præben.quem post multos probat Bec.consil. 37. num. 10.dicens pro culpa negatiua, seu in nō faciendo commissa requiri monitionem tempore non adiecto,secus si certa dies fuerit assignata.Idem Bec.cons.105.numc.20. optime ac diffuse omnino videndus Rimin.iun. cons. 31.num.122. iunct.num.127. vsque 137. & admodum confert doctrina Bald.in l.optimā. inprin.C.contrah.stipul.dicens, quod vbi est
16 certa dies pęnalis post lapsum † diei pęna impurgabilis committitur. At vbi terminus non est certus,tūc requiritur certificatio, sequitur Rimin.iun.cons.643.num. 18. In casu autem isto fuit constituta dies certa, & pęnalis nempe terminus anni ad formam ordinis 1596.in quo comminatur pęna confiscarionis non seruantibus huiusmodi decreta,&c. Et regulariter quando in dispositione, vel contractu est apposita dies & pęna causatur mora quæ purgari nequit.l.magnam.C.contr.stipul.l.traiecitiæ.§.de illo.ff.actio. & oblig. Amat. decis. 70.num.16.vers.Quartus quando.Magon.decis.Floren.61.nu.2. concordat Port.Imol.cōsil.5.num. 37. dicens, quod cum quis factum promittit,eo non adimpleto pœnam ipsam eo nomine promissam a præfixi termini lapsu quam primam commissam censeri.

1 Et ita ex prædictis concludo istos decretatos negligentes & morosos non posse gaudere commodo nec effectu ciuilitaris iuxta celebre dictum Bald.in c. Dudum .l 2.nu.27.extra de electio.Anch.cons.169.col.2.vers.Et non solum de iure communi,nouissime.D. Surd.consil.487.nu.22.23.& seq.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 Iudex nullitatis, vel appellationis, consilio sibi de bono iure actoris, potest ex se,& absque Principis iussu iudicare super meritis causæ principalis,& iustam sententiam confirmare.

2 Princeps potest, ad circuitus euitandos, iudici cōmittere, vt simul ac semel vnica sententia, tam super meritis causæ quā super nullitate iustitiā faciat.

Et tale rescriptum est potius excitatiuum quam inductiuum iurisdictionis, num. 3.

Etiam si nullitas proueniat ex defectu iurisdictionis, num. 4.

Et etiam si talis sententia confirmatio non fuerit a parte petita in iudicio, num. 5.

6 Reuisionis iudicium fuit inductum ad iudicis iniuriam emendandam læsionem & grauamen tollendum.

Et in tali iudicio merita causæ discutiuntur, n. 7.

Et nedum super eisdem actis, sed etiam ex nouiter deductis vt num. 8.

Princi-

9 Principis delegatus aquitatem pra oculis habere debet.

10 Renisionem causa si Princeps mandauerit, dicitur etiam mandasse rei iudicata reformationem, si ita iustitia patitur.

11 Remissio datur in causa iudicij perpetui silentij.

12 Iurisdictio iudicijs proregatur de tempore ad tempus.

13 Sententia delegati Principis lata vltra tempus iudici limitatum, sustinetur, si verba commissionis sunt directa simpliciter in iudicis personã.

14 Iurisdictio perpetuatur vltra metam rescripti Principis ratione dependentia vel connexitatis

15 Iudex competens in causa principali dicitur etiã competens in quocumque articulo incidente.

16 Iudex semel approbatus non debet de catero reprobari.

17 Princeps potest rescribere, quod si facta sint probationes concernentes petitorium, super eo feratur sententia, licet solum possessorium fuerit intentatum.

18 Iurisdictio iudicijs prorogatur de re ad rem.

19 Iudex nullitatis licet possit cognoscere de causa principali constito sibi dicto bono iure actoris, tenetur tamen prius articulum nullitatis terminare, ita instante parte.

Declara tamen & intellige, vt nu 20.

21 Iudex nullitatis potest prius decidere articulum nullitatis & illico articulum concernens merita causa, & num 28.

22 Nullitas principaliter intentata totam causam deuoluit.

23 Commissa causa principali per Principem dicitur etiam commissum omne consecutiuum, ne partes coram diuersa tribunalia vexentur.

24 Sententia lata a Consiliarys Principis, dicitur lata ab ipso Principe.

25 Sententia lata a supremis Tribunalibus non subiacent nullitatibus.

26 Iudex appellationis spreta nullitate precessus potest absoluere absoluendum, & condemnare condemnandum.

27 Iudex supplicationis potest cognoscere de nullitate prtoris sententia, sicuti iudex appellationis.

29 Iudex aditus per viam appellationis a sententia nulla, non potest principaliter de nullitate pronunciare, licet potuisset eo nomine adiri.

ARGVMENTVM.

Iuridicum est Principis Rescriptum, vt iudex tam super meritis causę, quam super nullitate iustitiam faciat.

Quando iudex nullitatis possit merita causę principalis terminare.

CONSILIVM CC.

Actiones mea a Domino.

1 Sicuti † iudex nullitatis vel appellationis, constito sibi de bono iure actoris, seu de iustitia sententiæ, potest ex se absque stimulo, vel iussu Principis, cognoscere, & iudicare super meritis causæ principalis, iustamq; sentẽtiam confirmare Mynsing obseruat. 27. Centur. 1. Viui. decis. 331. Bimi. cons. 79. in fi. Turret. cons. 56. nu. 7. in 2. Monal. cons. 143. nu. 25. & consil. 87. nu. 3. in primo. Grauat. ad Vestr. in Praxi lib. 8. c. 1. numero 34. Mazol. cons. 110. nu. 14. iunct. num. 118. Gigas. cons. 83. col. fi. vers. Sed etiam pręsupposita veritate sententiæ, Marchesa. de cõmissionibus. par. 2. Rubr. 1. c. 5. num. 60. qui & ipsi plures alias commemorant, conferunt tradicta per Hartm practic. Forens. lib. 1. tit. 24. c. 33. & Borgni. decis. 15. par. prima & late Aldou. cons. 16. nu. 3. 4. post Men. cons. 736. nu. 11. Decis. Genuæ. 13. n. 16. Achil. decis. 4. tit. de re iud. Rota diuers. part. 3. decis. 605. nu. 2. Gail. decis. 32. num. 23. lib. 1. Corrazan. decis. Lucen. 194. n. 2. Greui. ad Gail. li. 1. obseru. c. 42. & conclus. 109. lim. 4. Cresc. decis. 15. tit. de sent. & re iud. Magon. decis. Luc 92. in fin.

2 Ita † Princeps, ad circuitus euitandos, põt mandare prædicto iudici, vt simul & semel vnica sententia tam super meritis causæ, quam super nullitate iustitiam faciat. Et ita videtur, quod tale rescriptum sit potius excitatiuum

3 quam † inductiuum iurisdictionis, & in Romana Curia ita seruari post Staphil. & alios admonet Vanti. de nullitatibus tit. fin. nu. 132. in fin. Turrett. d. cons. 59. nu. 7. & 18. in 2.

4 Prædictaq; militant etiam si † nullitas prętendatur deriuare propter iurisdictionis defectum, vt post Alex. & alios tradit Vanti. d. nu. 132. in princ. Rim. iun. cons. 424. n. 26. & seq. Viui. d. decis. 331. nu. 2. Monal. Rimin. locis præcitatis.

5 Etiam † si talis confirmatio a parte non fuerit petita. Rolan. consil. 41. nu. 42. in 1.

Secundo in iudicio illo, in quo fuit allegata nullitas, & in principio illius processus legitur qualiter Serenis. D. ad instantiam Excellẽtissimi Marchionis iussit. Quod sententia, aut sẽtentiæ datæ a Dominis iudicibus delegatis in causa vertente inter d. Excellentissimum D. Marchionem, & D. Felicianum Amigonũ reuideatur a Dominis Senatoribus Mancento, Ceruto, & D. Mario Carbonello, vti Delegatis a S. Celsitat. suspensa executione iudicati

6 per trimestre, &c. † Iudicium autem reuisionis fuit

fuit inductum ad iniuriam iudicum emendandam,ad male gesta reuocanda, & læsionem ac grauamen tollendum. Valasc.cõs.51.n.3. Greui.ad Gail.conclus.135.conclus.1.nu.2.

7 Dicendum igitur est,† quod in tali iudicio debeant etiam discuti merita causæ,alias non diceretur tolli,vel emendari grauamina,& læsiones,vel iniuriæ a iudicibus latæ. Hinc dici-

8 tur quod in † iudicio reuisionis merita causæ nedum ex eisdem actis possunt, vel debent discuti,sed etiam ex nouis actis,nouis deductionibus,& probationibus, quinimo huiusmodi iudicio possunt opponi ea,quæ potuerunt opponi in primo iudicio Rolan.cons.94.nu. 12. 13.14.in 1.Benint.decis.78.Sola.in antiq.cõstit.Pedem.tit.de Conclus.in caus.Decret.Vt nihil part.3.Glos.1.nu.18.Cõtand. in l. vnic. C.si de nom.poss.q.8.nu.37. late Viui. decis.

9 332.Et † Iudices Collaterales Principis & eius delegati debent solam æquitatem habere præ oculis, Lancell.Galli.cons.56.nu.50. facit D.Rim.iun.cons.730.nu.55.sane quando

10 † Princeps mandat causam reuideri,diciturẽt cõmisisse,quod rei iudicatæ reformatio,& reuisio fiat,si ita iustitia patietur,Meno. de Arb. iudic.q.52.nu.4.5.Adeo quod de meritis causæ agi potest.

Tertio,in commissione reuidendi datur facultas reuidendi sententias, vtendo numero plurali,& rescissio fuit concessa ad instantiam D.Marchionis,ergo validitate primæ sententiæ,ac de illius viribus agendum est etiam in præsenti iudicio,non autem de simplici nullitate,vel subsistentia solius secundæ sententiæ.

11 Nec ambigitur † reuisionem dari a sententia perpetui silentij,secundum Gail.lib. 1.obseruat.132.nu.9.vbi Greui.in addit. in considerat.1.num.1.

Quarto videtur aduertendum,quod in prima instantia,illa iurisdictio delegata, fuit prorogata de tempore ad tempus,quia non obstãte lapsu temporis a Serenissimo præscripti ad litem terminãdam,fuit compilatus vlterior processus & lata sententia fauorabilis D.Marchio

12 ni,quod fieri iuridice potuit,tum quia † datur talis prorogatio de tẽpore ad tempus, Schrad. de feud. part.10.sectio.3.nu.107. Rosent. de

13 feud.c.12.conclus.5.nu.31. Tum quia† commissionis Ducalis verba sunt simpliciter directa in personas dominorum iudicum, quo in casu lapsus temporis non perimit instantiam, & sustinetur sententia vltra tempus limitatũ prolata Bar.in l.properandum,nu.6.vers.Si vero tempus statuitur iudici.C.iudic. Deci.consil.550.nu.5.Paris.cons.67.nu.9.in 1.Sola.in Nou.constitut.Pedem.tit.de sentent. Glos.1. nu.3.Cioffi.cons.26.num.17.18.in 1.Rimin. iun.cons.71.num.23.

Quæ quidem prorogatio comprehendit,& extenditur ad quæstiones incidentes vel cõnexas art.principali,vt etiam voluit D.Marchio in calce sui primi libelli ibi (sed etiam quacũque alia de causa annexa,connexa,& quomodolibet dependenti occasione contractus, & vociferationis,vel controuersiæ). Et etiam iu-

14 ri consentaneum est, ex quo † iurisdictio perpetuatur vltra contenta in Principis rescripto ratione dependentiæ,vel cõnexitatis. Pacian. de onere proba.lib.1.c.26.n.49.51.54.& 58. Rosent.de c.12.conclus.5.no.28.29.39. subdens hoc verum etiam si causæ incidentes,& connexę essent alterius generis,vel qualitatis.

Vnde infertur quod cum iudices primi in primo illo iudicio non terminauerint quæstionem fideicommissi afficientis bona vendita cõtrouersa,potuit in vlteriori processu,& iudicio terminari,saltem ne continentia causæ diuidatur,iuxta.l.quoties.C.iudi.vbi habetur,quod quoties quæstio status concurrit cum bonorũ disceptatione nil prohibet, quo magis apud eum iudicem quoque,qui alioquin super causa status cognoscere nõ possit,disceptatio terminetur concordant.l.1.cum tribus sequitur.

15 C.ord.iud.in quibus cauetur.Quod iudex cõpetẽs in causa principali iudicat etiam in quacunque incidente,qualisqualis fuerit illa causa incidens,licet alias si principaliter intentaretur,ad illius iudicis cognitionem non spectaret. Ideo videmus in iudicio possessorij & petitorij cognitionem nõ diuidi,ne coram vno Iudice possessorium,coram altero petitorium intentetur continentiam causæ diuidendo,quãdoquidem iudex per tractatum possessorij cognitionem,& informationem capit de toto negotio,ita vt ex iudicio possessorio facillime in formetur,quid debeat decidere in causa proprietatis,nam finis possessorij est principium petitorij,& vnius cognitio affert ampliorẽ intelligentiam alterius,quo fit,vt iudicis cognicio super petitorio declinari non possit, nec actor inuito reo aliud forum potest eligere,tum ratione fauoris publici,tum quia semel appro

16 batus† iudex non potest de cætero reprobari, ita late Gail.lib.1.obseruat.132.nu. 11. Menoc.de arbitr.iud.casu 371.nu.3.7.& 8.late Petr.Frider. de continent. caus.c.5.nu.32. & seq.& nu.38.& seq.

Et in puncto consuluit Alex.consil. 54.nu. 3.in 5.loquens de Principe rescribente inter

17 forenses litigantes. Quod † Princeps potest rescribere,quod si in petitorio factæ sint probationes super eo feratur sententia non obstãte quod iudicium possessorium fuerit solūmodo intentatum,cum id sit leuis præiudicij,nec auferat iustitiam partis quoad meri ta causæ.

18 Adducatur solere fieri † prorogationem in iurisdi-

risdictionis de re ad rem. Rim.iun. cons. 730. num.54. Surd.cons.280.nu.18.

Ex quibus omnibus videtur concludendũ Excellentissimum Dominum Marchionem in iuste cõqueri de rescripto nouissime emanato.

Fuit repplicatum ex parte Scandiana con-
19 tra primum motiuũ,† Iudicem nullitatis non posse decidere negocium principale & iustam sententiam confirmare, etiam sibi constito de iure bono actoris, quando pars aduersa protestatur, vel instat terminari super puncto nullitatis, sed ante omnia teneri terminare articulum nullitatis, vt tradit Farinac.decis. 52. & 53.nu.4.& decis.198.in fin.Crau. cons. 270. in fin.late Turret.cons.42.nu.3.& consil. 44. nu.47.& seq.in 2.Borgni.decis.25.nu.8.part. 1.Ruginel.de Apellat.§.11.Glos.1.c.1. num. 36.in tertia limitatione.

20 Respondetur tamen † talem instantiã partis importare solum ordinem pronunciando ad effectum, vt reficiantur expensæ iuxta tradicta per Pute.decis.60.& decis.72.par.3. Borgni.d.decis.25.nu.22.24.& 27.in fi.in 1.Vanti.de nullit.tit.quot.& qui.mod.nu.112.Bellam.decis.295.Granat.ad Vestri.lib.8.c.1.nu mero 35.Monal.coons.87.nu.3. par. 1. Adeo
21 quod potest † iudex hoc in casu primo pronũciare super nullitate, & postea super meritis negotij principalis, vt post alios firmat Borgn. d.decis.25.nu.21.& 22.in 1.& decis. 19. nu. 61.& decis.23.nu.10.& nu. 14.part.2.Greui. ad Gail.lib.1.obseruation.109.nu.35.in 4.li-
22 litatione. Nam † nullitas principaliter intentata totam causam deuoluit ad iudicem nullitatis, vel appellationis. Alex.cons.79.nu. 2. in 2.Gail.decis.32.nu.24.part.1.Conrad.de off. Pretor.Rubrica de Appellat.nu.28.Borgni.d. decis.25.num.11.Ideo dixit Tunza.opin.26. quod negotium principale venit accessorie ad
23 causam appellationis, & ideo † commisso principali dicitur etiam commissum omne consecutiuum, ea præsertim ratione ne partes ipse per diuersa tribunalia discurere teneantur. Et hæc procedunt etiam in Iudice delegato. Iasfred. Lanfran.decis.22. Idque tãto magis procedit in casu isto, in quo fuit petita, & respectiue concessa simplex ac indefinita reuisio sententiarum in forma, non autem limitata ad caput nullitatis, vt perpendit idem Borgni.d. decis.25. nu. 10. Et in declaratione Illustrissimi Marchionis facta Ferrariæ ad instantiam D. Amigoni in processu fol. 23. fatetur Marchio obtinuisse reuisionem a sententijs latis per primos Iudices delegatos. Et ad defensam Marchionis producitur, fol.34. ordo Ducalis cõcernens reuisionem causarum, & ita nõ agitur de solo iudicio nullitatis, vlterius in precibus porrectis per D.Marchionẽ die 8. Ianuarij 1613. ipsemet dicit Serenissimũ concessisse reuisionem sententiæ, ipsumque coram iudicibus delegatis deduxisse iura sua, & nil aliud remanere, nisi quod Iudices causam expediãt, ideo rogat suam Celsitudinem: vt dignetur iubere, vt expediant dictã causam ex mera sua iustitia, & fuit respõsum quod Iudices delegati iuxta præcedens rescriptum iustitiam faciant.

Præterea sententiæ quarum reuisio fuit pe-
24 tita fuerunt prolatæ a principalioribus † Consiliarijs Serenissimi, qui illos in Iudices delegauit, & ideo sententiæ illæ dicuntur latæ ab ipso Principe, quo fit vt coram illis nullitatũ exceptiones non attendantur, cum regulariter
25 † sententiæ a supremis Tribunalibus datæ nõ subiaceãt nullitatibus, vt post Menoch. & plures alios testatur Greui.ad Gail.d.conclus.41. nu.6. subdens ita Neapoli, in Curia Grationopolitana, in Regno Franciæ, Hispaniarum, & in Camera Imperiali seruari, & adducit plurimas decisiones id attestantes, & ibidem, nu. 1.
26 ait hanc opinionem, nempe vt † Iudex appellationis spreta nullitate processus possit absoluere absoluendum, & condemnare condemnãdum, esse sanctam, æquam, & valde honestã cum illa parcat sumptibus, abbreuiet lites, & vnicuique ius suum tribuat, & illi se subscribit Borgn.d.decis.25.nu.16. vbi valde inuehit cõtra procuratores & aduocatos, qui gloriantur de nullitate sentẽtiarum, idem tradit Bimi. cõsil.79.nu.21.22. dicens in puncto, semper esse fauendum iustitiæ, ac veritati ipsius causæ, omissa pertinatia [illegible] litigatorum, & malitia causidicorum, manibus exceptionum nullitatibus omissis cum infelicium cliẽtũ ruina,

Addatur quod ex parte Scandiana fuit producta scriptura seu libellus, de qua in processu fol.17. in qua petitur declarari nullas omnes, & quascunque sentẽtias latas per D.Iudices, tum ob defectum iurisdictionis, quam ob tẽporis lapsum, imo etiam per exceptionem litis finitæ medio transactionis, & ita agitur ibi de nullitate etiam primæ sententiæ latæ super diffamatione ob illorum verborum vniuersalium duplicationem, imo nedũ de nullitate agitur in præfata schedula, sed etiã de meritis, cũ opponat de transactione importante exceptionem litis finitæ, instãdo citari partem Amigonam ad recognoscendam, modulam trãsactionis, & ad declarãdum an sit scripta sua manu. &c. De qua exceptione transactionis concernente negotium principale numquam fuit cognitum, quia numquam in anteriori processu fuit allegata, nec deducta. Quo fit vt etiam super principali negotio est pronuntiandũ, quæ quidem instantia & petitio recognitionis fuit repetita, fol. 20. cui subsequuntur præcepta, & litteræ iud. cum hoc negocium principale con-

cernen-

cernentia.fol.21.22.& in alia,fol.26. Quinimo in alia scriptura fol.30.dicitur istos esse iudices supplicationis,cum tractetur de reuisione sententiarum priorum iudicum,& in omnibus cōsonare cum iudicibus appellationis dēptis casib. a iure exceptis. Vnde sicut † iudex appellationis potest cognoscere de nullitate prioris sententiæ,ita etiam iudex supplicationis.

27 Et vbi de iure reperitur concessa cognitio vnius causæ omnia ad causam facientia,& pertinentia censentur sub ea cōprehensa. Et ideo concessa facultate reuidendi sententiam,censeri etiam concessam facultatem cognoscendi de illius nullitate,cum ea sit annexa,& pēdeat a principali negotio. Ista inquam sunt præcisa verba scripturæ,in qua fatentur,in isto iudicio agi coram iudicibus tā de nullitate quam de principali negotio. Et consequenter facta pronuncia super puncto nullitatis illico est conuolandum ad terminationem meritorum negotij principalis,vt dixi supra in 1. responsione.

Addatur agi in prędicto processu reuisorio, de suspēsione ab executione sententiarū priorum iudicum,& circa lapsum temporis limitati a Serenissimo,vt in processu fol.31.32.adeo quod non agitur de sola nullitate.

Quare concludo non obstante oppositione

28 præfata posse † Dominos Iudices reuidētes, pronuntiare super nullitate & postea pronuntiare in eademmet sententia prout pronuntiarunt primi Iudices, si illorum sententia sit iusta,ita Bellam. decis. 295. In causa Grauat. ad vestr.lib.8.c.1.nu.35.Borgn.d.decis.25.n.22.& sic super vtroque idem Borgn.decis.23. nu.10.& 14.dicens id debere fieri ad euitandos circuitus,& expensas litigantiū, & decis. 19.nu.61.part.3.subdens ita seruari corā magnis Tribunalibus & hoc tradit Put.decis.60. & 72.p.3.quem sequitur Monal.cons.87. nu. 3.in 1.ac optime declarat. Vanti.de nullit.tit. quot,& qui.mod.nullit.nu.112. Et hoc in casu dicitur agi ex sententia confirmante nō ex confirmata, Crescent.decis.15. tit. de sent. & re iudic.

Præterea pars instetit pronuntiari super nullitate simpliciter non autem instetit pronuntiari prius super nullitate antequam discutiatur de meritis causæ principalis.

29 Tandem considero, quod si† Iudex aditus per viam appellationis interpositæ a sententia nulla,licet sit talis quod per viam simplicis querelæ potuisset adiri super nullitate, tamē sic aditus per viam appellationis, non potest principaliter aut per viam querelæ super nullitate procedere c. Dilectio.vbi Franc. per illū textum ex de appellat. Vran. cons.27. tom.1. nu.10.vbi exornat conclusionem. Ita in præsenti casu cū potuisset D. Marchio adire Principem per viam simplicis querelæ fundatæ super nullitate sententiæ,cum tamen illum adiuit per viam reuisionis nō potest prætendere, vt principaliter super nullitate procedatur, Ra-

30 tio est,quia† modus agendi semper inspici debet. Et via quā pars elegit,ei patere debet me-

31 rito † imputandum est ei, qui cum principaliter, & per viam querelæ super nullitate agere poterat,se restrinxit ad viā appellationis, vel reuisionis, quod inquā potuit,noluit, & quod noluit adimplere nequiuit, ita late Vrani. loco præcitato.

Laus Deo.

Carolus Bardelonus.I.V.D.

F I N I S.

Correctore Ioanne Thuilio Tirolensi.

